I*Tem si tectori locaueris lacum vino plenum curandam.* Vlpianus ff ad legem Aquil. L. Si seruus §. si cum maritus. Budæus *victori* legendum putat, ego a Pisanis pandectis adiutus, *tectori* defendo. idem Vlpianus ff. commodati. L. si vt certo loco. §. nunc videndum. *Nam etsi seruum tibi tectorem commodauero, & de machina ceciderit.* Idem Vlpianus ff. de via publica: *ædiles curules, præterquam si fullo vestimenta siccet, aut tector trochos exteri ponat.* Alciatus *tecton* reponendum arbitratur, cui sane repugno, cum tribus his testimoniis liquido appareat *tectorem* ab Vlpiano pro *fabro materiario* accipi. a *caliga* tibiarum tegumento *caligatus* deducitur. Iuuenalis Satyr. 3. *Veniam caligatus in agros.* *Caligatus* vero ab Vlpiano in L. quod ait Prætor. ff. de his qui notantur infamia, pro *Gregario milite* atq; etiam a Venuleio ff de Custod & exhibit reorum accipitur. Tranquil. in Augusto: *Coronas vallares at murales, quæ honore præcellerent, sæpe etiam caligatis tribuit.* Ab Arriano *pro milite tantum* in L. omne delictum ff. de re militari.

An nondum editus partus, homo censeri debeat.

CAPVT V.

PAulus ff. de statu hominum, *qui in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custodiri testatur.* Papinianus vero ad legem falcidiam. L. in lege falcidia ita refert. *nec immerito quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur.* nec tamen inter se dissentiunt Iurisconsulti, propter eas. quas in medium afferunt rationes his igitur omissis potiora eorum videntur argumenta, qui hominem esse aiunt, tametsi nondum in lucem eruperit, quod paululum ab eo qui nuper genitus est abesse videatur, quippe qui vt heres patri succedit, & in possessionem mittitur ventris nomine, quem qui malis medicamentis exstinxerit, non minore supplicio mulctatur, quam si multorum annorum hominem necasset. Cicero pro Cluentio: *Memoria teneo mulierem quandam Milesiam cum essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam:* huic quoque sententię edito hac de re opusculo Galenum astipulari, a nobis alibi relatum est.

Dies diffusus. Stratores.

CAPVT VI.

I*Vbet diem iudicii esse diffusum*, inquit Vlpianus L. non exigimus. § si quis. ff. Si quis cautionibus. id est, vt interpretor, iubet diem iudicii in posterum, aut alium esse reiectum. Idem Vlpianus.

L. decreto

L. decreto prætoris ff. de administ. & peri. tut. vel cura. *Quotiescumque autem diffisa negotia sunt*, hoc est comperendinata. Gellius lib. 14. cap. 2. *iussi igitur diem diffundi*. Sic enim recte excudit Aldina editio. falluntur vero qui, *diem diffisum* scribunt: a quibus libenter peterem num etiam *diffisa negotia* refragantibus Pisanis Pandectis, quas falso citāt, probaturi sint. Nec ignoro, *diem fissum vel intercisum*, qui partim religiosus, partim fastus esset, vocatum. *Stratores* ab Vlpiano. L. obseruare ff. de officio proconsulis & legati, ac L. in eadem ff. Ex quibus caussis; dicūtur, qui castra præeunt, vt loca impedita extricent, & ea exercitui traducēdo accommodent, quorum onus antiqua militia Romana omne sustinebat. Itali *guastatores*. Galli, *pionerios* appellant. Eorum porro explodenda est sententia, qui vtrobique *testator* legendum prodiderunt.

Mulierem quatuor liberos simul parere posse. Hermaphroditus.

CAPVT VII.

PAulus L. Antiqui. ff. si pars hereditatis petitur; *mulierem quādam Alexandrinam quatuor liberos vno partu enixam referre, quintum vero post quadragesimum diem edidisse*. Iulianus. L. si pater ff. de solutionibus, *quinq; simul eam peperisse testatur, nec id est sane incredibile videtur. quippe cum Aristoteles, vt ipse sentit, vuluas mulierbres totidem receptacula habere posse docuerit*, quod ego ab eo in literas relatum inficior. hoc attigit libr. 10. cap. 2. Gellius porro superficies fundi vteri, sinus est semen genitale suscipiens, fœtumque continens, quem, vt apparet, non vnum putant Iurisconsulti, sed quinario cum numero finiunt. nec desunt qui vberius peccent, septem matricis cellas connumerantes, quarum tres in dextra vteri sede maribus suscipiendis aptæ sint, tres itidem in sinistra parte fœminis, septimam autē in medio prorsus vtero statuunt. quam hermaphroditis dicant ac tribuunt. Quæ omnia ex anatomicis experimentis falsa ac commentitia esse liquet. Vnica enim duntaxat in vteri fundo est cauitas, latior quidem quam profundior. Idem Vlpianus. L. Quæritur. ff. de statu hominum; *hermaphroditum magis putat eius sexum existimandum, qui præualet*. Quæ omnis disputatio ita clauditur: *vt enim homines quidam vtraque aliquando natura præditi sint, vnam tamen habere, veneram, non duas. constat*. sic dico. nullum vnquam androgynum hominem, qui & liberos procrearet maris instar, & idem ipse vterum muliebri ritu ferret, extitisse. Quod igitur ait Vlpianus *præualere* aut marem omnino, aut feminam esse, sentit. Licet in hoc *colis* pariter, atque *vulua*, conspiciatur, atque ipse vtroque per libidinem vtatur, quod quidem his nec mirum nec incredibile videri[...] quibus tribadum portenta ac flagitia e Græcis ac Latinis scriptoribus ignota non sunt. Clemens vero Alex. lib. pædag 2. frustra

differit, nullum *aphrodisium* esse animal his verbis: οὐδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄμφω, ἄρρεν καὶ θῆλυ, καθὼς ὑπειλήφασί τινες, ἑρμαφροδίτους περιβαλλοῦντες. Ego vt quæ optimo viro repugnant veterum scriptorum testimonia taceam, in Italiæ Oppidulo, cui *Serca vallis* nomen, hermophroditum equum vidi, idque negotium sum scrutatus.

Quot pedibus a vicino agro plantandæ sunt arbores.

CAPVT VIII.

CAius Iurisconsultus L. Sciendum ff. de iudicio finium regendos: *hāc Solonem legem tulisse refert, qua, oliuam aut ficum nouem pedes ab extranea regione plantandam, alia autem ligna, duos pedes sanciret*, legendum est autem *quinque pedes*, non *duos*. Pisanæ Pandectæ fini. regundo. ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δ' ἄλλα δένδρα πόδας πέντε Consentit Harme Plut. in Solon. ἔθηκε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλ' ἐμπείρως. τὸν μὲν ἄλλο τι φυτεύοντα ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας. τὸν δὲ συκῆν ἢ ἐλαίαν, ἐννέα πορρωτέρω γὰρ ἐξικνεῖται ταῦτα ταῖς ῥίζαις, καὶ οὐ πᾶσι γειτνιῶσι φυτοῖς ἀσινῶς ἀλλὰ καὶ τροφὴν παραιρεῖται, &c. Theophr. δεῖ φυλάττειν [illegible] ... δὲ καὶ ἄμπελος, καὶ τοῖς ἄλλοις, συκῇ καὶ ἐλαία. καὶ γὰρ τροφὴν πολλὴν ἀμφότερα λαμβάνει. καὶ σκιὰν παρέχει πλείστην. Ceterum Paulus *a vicino fundo* commodius, quam *ab extranea regione*, *& arbores* quam *ligna* dixisset.

νεκροθάπται θεοῦ ὀία.

CAPVT IX.

SI libitinarius, quos *Græci νεκροθάπτας vocant*, inquit Vlpian L. Quicumq; ff. de instito. actio. Cum igitur vox ea in Pisanis archetypis reperiatur, eam nequaquam immutandam censeo, tametsi id hominum genus, ταφεῖς, ἐνταφιασταὶ κτερισταὶ a Græcis nominetur. Pollux: εἶεν δ' αὐτοῖς καὶ νεκροφόροι καὶ ταφεῖς. Poeta Anonymus. ἐν τοῖς χρατίας, κ. θάψαν ἐνταφιασταῖς. Helychius: ταφεὺς, κτερεισταί. Caius vero ff. locati & conducti sic ait: *vis maior, quam Græci θεοῦ βίαν appellāt*. cui ego lectioni assentior, licet θεοῦ βία passiue aliquando vsurpetur; Euripides in Iphig. Aulidensi: θεοῦ δ' ἄνοντος, ἢ βία θεῶν λαβεῖν. hoc est, *inuitis ac nolentibus diis*. vt mirum sit Alciatum θεόσφιν interpolasse, vocabulum inauditum obtrudentem, quod nemo nisi plane indoctus haberi velit, non repudiat nam qui prosa oratione scribunt Græci θεόθεν semper vt debent, proferunt; poetæ, idq; ποιητικῶς, θεόφιν non θεόσφιν Hom. Il. κ. Διομήδης πείραις θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος & ρ. εἰ ἐκ θεόφιν πολεμίζει nec ignoro θεομηνίαν in hoc significatu acciti. Harmenop. εἰ γὰρ ἔνδοθεν τοῦ δεχομένου ... πυρὸς θεομηνίας. nec ab ea θεοβλάβειαν longe abesse. Æschines ἀλλὰ τὴν γε θεοβλάβειαν, καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως ἀλλὰ δαιμονίως κεκτημένοι. Appia. ἐν ἐμφυλ. αὐτὰ ἐρίγας δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας ... εἰς ἔχθραν κοινὴν συνελθεῖν. Ceterum θεοῦ βίαν, *cælestem iniuriā* vocat L. 1. §. Plin. Seru. ff. de dāno infecto. *vim diuinā*. Columella, *cæli intemperiem*.

Medicorum nomine qui intelligendi.

CAPVT X

SEd eos inquit Vlpianus, *fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certe doloris firmitatem pollicentur, puta si auricularius, si fistula, vel dentium.* hos ego omnino medicos dicendos confirmo: Galeni fretus auctoritate, cuius in lib. περὶ ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ἐρώτημα, verba hæc sunt: πάντες ἰατροὺς αὐτοὺς ὀνομάζουσι ὥσπερ οἱ μὲν καὶ τοὺς ἀπὸ μορίων ... ὀνομασ... ἐξαιρέτως ... καὶ γὰρ ... τούτους ὀφθαλμικούς τε, καὶ ... ἰατροὺς ὀνομάζουσι. Quo ét in numero reponuntur Chi... proprium a Gallis hominib. nomen sortiri: Plinius: *& Archon... Medico sestertium centies Claudium ademisse.* Rursus ... τοῖς χειρουργοῖς καλουμένοις. Celsus lib. 6. *... autem, qui ætate nostra maximus fuit ocularius medicus.* ...ro lib. de Orat. 3. *An tu existimas, cum esset Hippocrates ille, ... fuisse tum alios medicos qui morbis, alios qui vulnerib. alios qui ... mederentur* eadem de mulomedicis siue equariis (quos ἱππ... & κτηνιατροὺς vocant Græci) est ratio. Val. Max. lib. 9. *Hero... equarium medicum Caium Marium septies consulem, &c.*

Qui septimo & Decimo mense nascuntur.

CAPVT XI.

VLpianus L. intestato ff. de suis & legit. heredib. ita loquitur: *Post decem menses mortis natus non admittitur ad legitimam ...tatem. de eo vero qui centesimo octuagesimo die natus est. Hip...es scripsit,* his nempe verbis: οὐδ᾽ ἑπτάμηνοι γίγνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ... καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο καὶ πλεόνων μοιρέων. cuius ego testimonio ...eu et qui decimo mense natus est, ad legitimam hereditatem ... re suspicor. Idem περὶ ἑπταμήνου. καὶ φήσουσι λέγειν, ... καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα, καὶ δεκάμηνα: & paulo infra: καὶ γὰρ ... τὰ πρὸς ἀρχὴν ... ἑνδέκαμηνα ... καλούμενα. nostram ... opinionem multis verbis constabilit lib. 3. cap. 6 Gellius ...us lib. 7. cap. 5. Nec vero desunt qui Cardano adhærentes ...no ac duodecimo mense natos prodant, quiq; etiam quar..., & sexto. sed hæc omnino rarissima sunt exempla. Si vero ...denis qui septimo mense gignuntur, sentiant docti homi... cupis, hoc te docebit Plutarchus lib. περὶ τῶν ἀρεσκόντων ... cap. ...

ἀγὼν πενταετηρικός. Nauis cincta.

CAPVT XII.

...destinus in L. Septitius ff. de pollicatio. sic inquit, φιλο... ...ύμενοι καὶ ... τὸν ἀγῶνα πενταετηρικὸν, hoc est, *certamen ... quoq; ... instauratur.* Alciatus in Parergis, refragan...anis Pandectis, ... legendum putat *siquidem,* inq; ... *auctor est, agona gymnicum Herculeum dici.* multa extant.

Omnia sane Græcorum certamina gymnica fuerunt, quod in hi[s] nudi certarent athletæ, agon vero Heracleus, ab Hercule, vt i[ra]dūt plerique, institutus, idem est cum Olympico, qui quinto quo-quo anno, non quarto fiebat; vt alias patefeci. Vlpianus ff. de in-cendio, ruina: *Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. eiecta* hoc est quod Græci aiunt ἐξεβράσθη. sic enim legendum est. qui-dam ἐξοκέλασθαι alii inepte ac barbare περίβλητα restituere non ve-rentur. Plutarch. περὶ παραλληλ. ἔπλευ. καὶ ῥωμαι: μετὰ τὴν ἰλίου πορ-θήμησιν ἐξεβράσθη διομήδης εἰς λιβύην. Lycophr. ὅσων στενάζων ἐκβε-βρασμένων νεκρῶν. Antipater: ἐστα δ' αὐτὴ ἐκβέβρασται ψυχὴ ... δὲ ... ... Diodor. lib ιδ. τούτων δ' ἅμα ταῖς ναυσὶν ἐκβρασθέντων. *Eiecti* quoque retinendum est. Liuius Decadis 4. lib. 3. *multæ naues eie-ctæ, multæ ita haustæ mari.* Terentius: *Fracta naui apud Andrum eiectus est.*

Vinum Aminaeum Canthari.

CAPVT XIII.

ALciatus in vltima lege, de tritico, vino, & oleo legato, vbi *A-minai vini* meminit, Iurisconsultus ἄμεινον restituendum ex-istimat, & ἄμεινον optimum interpretatur: *parum* prospiciens. E-go *Aminaeum*, probo, quod est (vt aiunt) Campanum celeberri-mum. Seruius hoc non recte dictum putat, *quasi sine minio*, id est rubore, *nam*, vt ait, *album est.* Macrob. lib. Saturnal. 3 cap. 20. *Sicut vuarum ista sunt genera, Aminea. scilicet a regione: nam A-minai fuerunt, vbi nunc falernum est* Cato de re rustica. capit. 6. *Qui vino locus optimus dicetur esse, & ostentus soli, ibi Aminaeum minusculum, & geminum eugenaeum, & heineolum minusculum conserito. Qui locus crassius erit, aut nebulosior, & ibi aminaeum ma-ius, &c.* Sexcenti tam Græci quam Latini scriptores huius vini mentionem faciunt, quod multis in prouinciis non in Campania tantum gignebatur, vti περὶ αὐτοῦ pethibet Galenus. In lege Cetera. De legatis primo, quid significet ea vox. *Canthari per quos aqua saliunt*, adhuc quæritur. Ego *Cantharos* vasa esse iudi-co e quibus additis, Epistomiis profluit aqua. pinguntur autem finguntur que flumina ex vrnis aquas fundentia. Vergil. *Cælata-que amnem fundens pater Inachus vrna.* Claudia: *lætatur in antro Amnis & vndantem declinat prodigus vrnam.* peccat vero Alcia-tus in parergis καταρρόοι substituendum autumans, ac omne instru-mentum, vnde aqua defluit intelligens; perperamque Homerum citat Odyss. ι. ἄψ δ' ἴφεσι μέγα κῦμα καταρρόον. duo quippe sunt vocabula κατὰ ῥόον Rursus Iliad ποταμὸς δ' ἔπεσεν νεῖσθαι κατὰ ῥόον. κατὰ ῥόον nec prætereundum in Pisanis Pandectis. de legat. & fideicommiss. aut *si qui Canthari, per quos aqua saliunt*, legi: non *Catarri.*

Vdona

Vdones Signinum opus.

CAPVT XIV.

VDones, siue vt in Pisanis Pandectis legitur *Odones*, calciamẽta sunt e caprarum pilis, non vestes, vt tradunt quidam. Mar-tial lib. 14. *Vdones Cilicij. Non hos lana dedit, sed olentis barba ma-riti. Cinyphio poterit planta latere sinu.* Vlpianus dictionem hanc vsurpat, in l. argumento ff. de auro. & arg. leg. vbi quidam *aedorum* emendare nituntur, e quorum pellibus fiebant stragula, quorum opinio mihi nullo pacto placet nec sane ignoro hœdinis pellibus antiquitatem pro stragulis vsam. Val. lib. 4. *Age si quis hoc seculo illustris pellibus hœdinis pro stragulis vtatur.* Cic pro M. r *Atq; homo eruditus ac Stoicus, strauit pelliculis hœdinis lectulos Puni-cos.* Troiano vero seculo *bubulas pelles substernebant*. Hom Od. 1. ὑπὸ ῥινὸν βοείην. & υ. κατὰ μὲν ἀδέψητον βοέην στόρεσ᾽ ac Leo-nina. Virg. Ænei. 8. *Pracipuumq; thoro, & villosi pelle Leonis Acci-pit Æneam.* sed hæc nihil ad Vdones, qui teste Vlpiano calciamẽ-torum vsum præstant. *Signinum opus fit ex testis tusis, addita calce,* auctore Plinio lib. 35. cap. 12. aliter etiam fieri docet Vitruuius ad-em lib 8 nec scio cur *signinum lapideum* exponat Vlpianus L. ... na ff. de riuis.

οἴκοθεν μάρτυς. *Nouelletum.*

CAPVT XV.

HOc *testes de domo producere*, locutionis genus Vlpiano ff. de testibus non displicens, e Græca Phrasi desumtum est οἴκοθεν μάρτυς. Lucianus οἴκοθεν ὁ μάρτυς φασίν. Quod adagium explicans ...nus apud Ciceron. lib Epist. fam 2. & οἴκοθεν μάρτυς non κωμι-κὸς μάρτυς castigans hallucinatur: quippe cum Polybio non illepi-dum visum sit. *Nouelletum* a Paulo Iurisconsulto ff. de impensis in ...otalib. factis, *pro vinea ex nouellis vitibus consita sum tur: inde ...lare*, nouas vites pangere. Tranquil. *Edixit ne quis in Italia ...aret.* Qui *oliuetum* aut *monumentum* interpellare ausi sunt, ...significaret nouelletum non perceperunt. Vlpianus eodem ...: *Vtiles sunt veluti pecora prædiis imponere, id est stercorare*; q... ..., preter vulgarem consuetudinem factitari, apud Aruernos ...duerti. Pastores in macro solo septo quodam ligneo, id est, ...te medioCRI altitudine, oues includunt, vbi noctem agentes ...que egerẽtes, fimo agrum pinguefaciunt, & lætificant. Ipsi ...gustio, vehe aut plaustello vecto, latitant ac quiescunt.

Cretio. Cupes.

CAPVT XVI.

...etio, inquit, fragmentis quibusdam Vlpianus; *est certorum ...erum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum ... expediat ei adire hereditatem nec ne, velut:* Titius *heres esto, ...q; in diebus centum proximis, quibus scieris poterisq; nisi cre-...x heres esto. Cernere est verbum cretionis dicere, ad hunc modũ:*

cum me Mæuius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cerno. Hæc veterib. etiam Latinis scriptoribus lucem adfe üt. apud quos aliquando *cernere hereditatem* reperias. *Est etiam dictio damnas, vox peculiaris Iurisconsultorum per syncopen dicta, pro damnatus: sicut copes apud veteres pro copioso. Plaut. in Tri. harpago, mendax copes.* Hactenus Alciatus. germana autem lectio est *cupes*, id est, *gulosus cuppediarumque amans.* Idem in lib de rerum & verbo significat. figuram quandam esse ait quæ παρυπόνοια vocetur: quod mihi sano non videtur, sæpe vero Comici Poetæ παρ᾽ ὑπόνοιαν quid dicere solent, hoc est, *præter exspectationem*. hic tamen loquendi tropus παρυπόνοια non nominatur.

Quædam Digestorum vocabula explicantur.

CAPVT XVII.

MEd *iastini* abiectissima erant mancipia, non dominis tantū, sed ipsis etiam honestioribus seruis morem gerentia. *Atriarij* vero aut *Atrienses* sunt quibus credebatur atrii cura, hique in familia primum locum tenent. Plaut. *Quasi tu atriensis sime sis*, id est, præcipuus seruus. Ego *puto*, inquit Vlpianus. L. prima ff. de ædilitio edicto. *ædiles tollendæ dubitationis gratia bis* [illegible] *idem dixisse*. hęc sane syncera est lectio, tametsi ἐκ παρεγγύης quidam ex coniectura restituant. *Gutturosum* eo titulo intelligit Iurisconsultus, cuius guttur tumet, *aquarum quæ potantur* (inquit Plinius) *plerumque vitio*. qua turpitudine Allobroges, mulieres tamen frequentius quam viros, insignes conspicimus. Iuuenal. Saty. 13. *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus*. Vitruuius libr. 8. *Equiculis autem in Italia, & in Alpibus natione Medullorum, est genus aquæ, quam qui bibunt, efficiuntur turgidis gutturibus*. Cosmetæ ab Vlpiano L. item ff. de legat. & fideicom. ancillæ quæ dominam ornant, appellantur. Iuuenal Sat. 6. *ponunt Cosmetæ tunicas*. Martianus Iurisconsultus & Tranquillus *ornatrices* Latini vocant. *Diaria* ff de aliment. & cibariis legatis. cibum propriè significant qui singulis diebus datur. Martial. *sed lupus vsuram, puerique diaria poscunt*. Cicero in Epist ad Attic. *eo modo autem ambulat Cæsar, & in diariis militum celeritatem incitat*. Cæsar libr. de bello Ciuili. *cohortemque postea duplici stipendio, frumento, veste, diariis militaribus donis, amplissime donauit*. Quæ a Pomponio inter *lapillos & gemmas* differētia prodita est, a peritis Grammaticis merito contemnitur. *Fasciæ pedules & crurales*, quibus pedes & crura teguntur. his cum tibias velaret Pompeius, quasi regnum affectans, *diadema in pedib. ferre* ab obtrectatoribus suis dictus est. L. vero creditor. ff. de solutionibus. *quia illa republica vtebatur, quasi arrsa iussu præsidis sublata est*, legendum, *iussu quippe præsidis prouinciæ ea pecunia sublata est*, id est, abrogata, quod cum solida ex argēto esse deberet, *ærosa*, hoc est, aliquam æris portionē mixtam habere reperta est. Si cum nonnullis ἔγγυον scribas, sensum nullum elicias,

uo enim iure, qua ratione ea debitorem princeps prouinciæ spo·
aret, qua inquam pupillum? mox enim subditur: *Si pupillaris pe-*
nia & reliqua. Nec scio cur vox *arosa*, nimirum vt insolens illis
apropere displiceat, perinde quasi ἴερταν sæpenumero in Digestis
pectatur, & non illa vtatur. lib. 33. Plinius: *e diuerso arosum con-*
abit si. & 34. fit *e lapide aroso, quam vocant Cadmiam.* rursus eo-
om. *alia fragile & aro'um, rotarumque vsibus, & clauis maxime*
quendum. *Sequior* apud iurisconsultos deteriorem notat, vnde
quius apud Liuium & Apuleium. *Parientia*, obedientia, a verbo
reo. *Venerarij* in titu. de pœnis, *capite puniendi sunt*, recte in Pi-
nis Pandectis excusum est, tametsi quidam oscitanter *Venerarij*
ligent, ac eos homines intelligant, qui Iouem, Saturnum, & id
nus Deorum portenta venerantur.

Dicis gratia, matrices fistulæ, insula.

CAPVT XVIII.

Lciatus in L. 3. ff. commodati: *vbi datis gratia numerationis*
loco intercedant, dantis sarciendum putant. ego *dicis gratia*, qp.
ecι ἐσίας χάριν dicunt. Varro: *Hinc antiqua illa, dicis imo*, &, *di-*
caussa. ac & dicis caussa fiebant, quædam neque item facta, neque
dicta semper. Plinius lib. 28. cap. 2. *Si Pontifici accidat dicis caus-*
ulanti. Cicero actio. in Ver. 6. *attamen vt possit se dicere emisse,*
egatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, num-
um, dicis caussa daret. *Vestes holosericæ* (nō *holobryza* nec *holo-*
s) quæ ex serico totæ constant; *subserica* vero, quibus stamen e
o est, subtegmen ex alia quadam materia. *Matrices* fistulæ, in
o De aquæ ductibus, appellantur, quæ aquam publicam de-
t, e quibus Principum indulto, quidam in priuatas domos
ihil abducunt ac deriuant. Alciatus, *fistularum quas mastous,*
ıt, restituendum cōtendit, matrices expungens. *Insula*, domi
quæ non iunguntur cōmunibus parietibus cum vicinis; sed
tu, aut publico aut priuato cinguntur, non quod in his vlli
rimenda incendia canales additi essent, vt ipse tradit Alcia-
c enim Romani fontes, quanquam viginti fuisse prodātur,
n aquæ copiam suppeditare vnquam potuissent, cum lon-
res Romæ essent insulæ, quam parietibus inter se iunctæ æ-
lde quod publicum etiam aquarum vsum intercepissent.
Victor. *In prima vrbis regione insulæ.* 4250. *Domus* 120. *in se-*
insulæ 3000. *domus* 234. Omitto ceteras regiones, in quibus
pene est ratio.

Cingere arborem cinctus. Arctemo.

CAPVT XIX.

ngere arborem (sic enim in Pisanis Pandectis inuenio) Pau-
s, ff. Cæsarum furtim arborum, *deglabrare* exponit: Gram-
quidam *stringere* malunt. est autem *stringere*, vt ait
s *defrondare*; Plinius libro 15. cap. 3. *Oleam ne stringito, neue*

verberato. Columella lib. 6. cap. 3. *possunt etiam & folia ficulnea probe dari, si sit eorum copia, aut stringere arbores expediat.* quibus in locis, *stringere, decorticare* significare non potest. *Cinctus*, miles factus, dicitur, *& cingi* apud Iurisconsultos militare, qui loquendi mos sumtus est a Græcis; quibus ζωννύω *arma induo* notat. ita *cingulo spoliatus*, exauctoratus est, ac ære dirutus: *& cinguli privatio* exautoramentum; *cingulum deponere*, militiam relinquere. ζώνη Græcis armorum apparatus, & ἄζωνος, militia emissus. Alexander Neapolitanus lib. 1. cap. 25 Iabolenum Iurisconsultum enarrans, *Artemona* trochleæ genus tractorium esse refert, de quo libr. 9. cap. 5. Vitruuius. Ego *artemona* vocem Græcam esse exploratum habeo, quę Iurisconsulto veli genus aliquod notet, non trochleam. D. Lucas in actis Apostol, καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Euripidis in Medea Schol aste: διὰ μεταφορᾶς τοῦ ναυδρομοῦντ, καὶ χαλῶντος πρὸς τὸ πνεῦμα τὸν ἀρτέμονα. Isidorus l. b. 19. cap 3. *Artemon dirigendæ potius nauis caussa contenditur, quam celeritatis*, nec vero magna huiusmodi in rebus Alex. Neapolitano fides adhibenda est, qui supra dicto a me loco, quo *hypetrij* meminit Iurisconsultus, *in rippa* castigandum putauerit.

Dictiones aliæ exponuntur.

CAPVT XX.

A *Typus* (sic enim probe legit Gellius lib. 4. cap. 2.) non *aphthiphus*, est, qui impedite implicateque loquitur. in l. quæritur ff. de ædilitio edicto is *vrinam facere* dicitur, qui morbo eo laborat, quem διαβήτην aut δυψακὸν nominant Græci. *Asinus machinarius* ab Vlpiano ff de legat. & fideicom. nuncupatur, qui tympanum rotamue, qua aqua de flumine aut puteo trahitur ac tollitur, versat; potius quam qui catillum agit. *Cocta ligna*, erant exsiccata purgataque, ne fumum facerent, quæ a Græcis *acapna*, a Trebellio Pollione fortasse *coctilia*, a Polluce ξύλα καύσιμα nominantur. Gal. ἢ ξύλων ἀκριβῶς ξηρῶν, ἃ δὴ καὶ καλοῦσιν ἄκαπνα. cuius quidem rei veteres curam habuisse indicat Odyss. 6. Homerus. ἐπὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκεν αὖα πάλαι. *Cauteria* instrumenta sunt quibus *encaustæ pictores*, id est, qui resolutis igni ceris aliquid fingunt, perinde ac penicillo vtuntur; nec ignoro chirurgica proprie haberi. *Trapezophorum*, fulcrum est mensam sustinens, ad hominis aut alius cuiusdam siue terrestris siue aquatilis bestiæ speciem conformatum. *Delphicæ*, mensæ sunt, quæ tribus innituntur pedibus, cuiusmodi fuisse perhibetur Apollinis Delphici tripus. Diodor. li. 15 ζώνη δὲ κατασκευάσθαι μεγάλην, ἐφ' ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς, ἐθεσπίζειν καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ' ἧς αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι. Athenæus lib. 5 μετὰ δὲ τύπους ἱεροὺς δελφικοὺς τρίποδας ἀργυροῦς, ἐν οἷς ἦν τὸ ἱερὸν. *Plaga & Plagula*; grande tegmen vncum, quę Romanę hodie mulieres ac Ferrarienses velant;

Calantica

Calantica capiti innectitur. Cicero: *Tu ne cum vincirentur pedes fasciis, cum Calanticam capiti accommodares. Linea vero margaritarum*, cuius Scæuolæ ad l. Falcidiam est mentio, pertusæ sunt filo aut funiculo margaritæ seu vniones, quam Venetæ & Gallicæ mulieres collo imponunt. Ipsa porro *lex Falcidia* a Falcidio Tribuno plebis nomen inuenit, non a falce, vt putant Accursiani, qui Harmenopolum fefellerunt. *Salica* vero non a sale, nec a Saliis sacerdotibus, nec a Salagasto dicta est, sed a Saliis, hoc est, Francis Germaniæ populis, ita a Sala amne, quem accolebant, nuncupatis. Ammianus Marcel. lib 17. *Quibus paratis, primos omniũ Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit. Assaria*, pro obolis posita legi, & *assem* pro re minima apud Plautum & Cicer. pro Quintio. vnde ad *assem reddere*, etiamsi aliter Alciato visum sit. *Euripi* (non *hydraulices*) sulci sunt aquarii, quibus in fossas agros ambientes, aquam segetes alioqui demersuram deriuant rustici. *Cotoria* loca sunt, e quibus cotes exciduntur, & effodiuntur. *Metaxa*, bombicum vermium vellus est, ante quam cortinam experiatur. nos *sericum crudum* vocamus quidam *cataxum* pertinaciter defendunt; a metaxa *metaxarii*, qui illud negotiantur, nominati sunt. *Agri limitati*, limitibus diuisi, militibusque assignati. Quid sit *incile* ostendit ff de riuis Vlpianus, cui frustra negotium [illegible] minuti Grammatici *Viæ militares publicæ, prætoriæ consulares*, a Græcis ὁδοὶ βασιλικαί, λεωφόροι, ἁμαξιτοί, ἁμαξήλατοι, δημόσιαι nominantur. Vlpian ff. de vi & vi arm *frameas, rompheas* exponit. [illegible]os *frameam* proprie hastæ genus esse credimus, *rompheam* vero ensem Thracium. Vlpian. ff. de furtis. *cisterna vinaria* meminit, quæ res vt inaudita a nonnullis videtur. Nos procul dubio cisternam vinariam a Pharmacopolis probe constructam Ambasiæ vidimus. in L. heres de legat. 3 *Abaces* ne, an vt in Pisanis Pandectis βάσεις, scribendum sit nihil statuo. *Lapis* pro *milliario*, hoc est, mille passibus aliquando accipitur; hoc veluti in loco, *ne vltra centesimum lapidem tutelam gerat.* quare apparet longe differre lapidem ab eo spatio, quod *lapidis iactum* vocatur; quod annotare puderet, nisi imperitorum hominum opiniones frangendæ extirpandæ essent. In L. fin. §. patrimoniorum. ff. de Muneribus & honoribus, *Elaeemporia* & *opsonia* restituendum. (id est, *olei emendi, & leguminum comparandorum cura*) non *Telesphoria* [illegible] *elemporia & opsratura*, vt in Pisanis Pandectis excusum offendi[illegible] a quibus recedere, cum res ita poscit, piaculum non est. In L. [illegible]ius creditor §. qui alienum quid, ff. de furtis: *Ego si ea quæ dicunt* [illegible]*tes* σῶστρα *petat, id est, mercedem pro rei inuentæ nuntio, legi de*[illegible] non εὐαγγέλια nec μήνυτρα lego sane Græcum idioma non [illegible]oscit. *Coracinus color* ff. de legat. & fideicom. ad verbum *cor*[illegible]*us*, nigerrimus est. Vitruuius libr. 8 *aliis coracino colore*. Palla[illegible]s, *Coracinam picem* vocat, (sic enim lego non *coracinum pi*-

FF 5

scem) cap. Martii mensis 10 *Hyginus* est a quo vestes *higinobaphes* nominant. In Pisanis Pandectis titu. Locati & cond. sic legitur: *si raucis aut herbis segetes corrupta sint*, placet omnino: *si raucis aut herbis segetes corrupta sint.* Si *raucis* vermiculis, aut *herbis*, auena nempe, aut lolio segetes corruptæ sint. *Et si qua similia dici possunt; veluti, Labatio, riscus.* Pisanæ Pand. de auro & arg. legat. scribendum opinor: *labater, riscus.* prioris vocabuli, meminit Hesychius, secundi Pollux. vtrumque autem *vasculi genus est. folium pentasphærum* ff. de publica. & vectigal. *malabathrigenas* esse ex Arriani rubri maris periplo suspicor. cōstat & Græcos φύλλον simpliciter *Malobathrum* appellasse, eodem titulo *Chelyma* quid siat non facile est explicatu, e nuper allegato Arriani libro, *Chelone* scribi potest ἔχει δὲ τὸ ἐμπόριον, χελώνην ἀληθινὴν, καὶ χερσαίαν ὀλίγην, καὶ λευκὴν μικροτέραν τοῖς ὀστράκοις. *Callainus* ibidem *lapis*, *Calais* est Plinio, Arriano καλλαϊνός. λύκιον, νάρδος καὶ καλλαϊνὸς λίθος, καὶ σάπφειρος. *Carpasi* autem mentio est ipsi Arriano, Dioscoridi, plerisque aliis.

Vocabula quædam Iustiniani Codicis exponuntur.

CAPVT XXI.

HOmoousios, eiusdem dicitur substantiæ. magnas Arriana hæresis de hoc vocabulo turbas conciuit. *Archimandritæ*, præpositi sunt consectaneæ turbæ, cuiusmodi esse possunt Abbates, & anachoritarum præsides, haud ita nuncupati quod ἐν ταῖς μάνδραις, id est, vt interpretantur quidam, in speluncis habitarent, sed quod hominum gregi imperarent; metaphoricos, vt Episcopi *Pastores* appellantur, non quod oues pascant, sed Christianum pecus regant. Hac lege, Nemo apostolorum. De Sacros. Ecclesiis; *Imperatores ne in templis cadauera inhumentur*, vetare puto: nec me ab ea opinione consuetudo nostra dimouet, quæ iam diu inoleuit. *Nosochomium* domus est, in qua ægri curantur. in etymo vocis huius peccant Grammatici. *Brephotrophium*, in qua infantes aluntur. In vocabulo *Catotrophium* menda est; mihi non displicet *Corotrophium*, vt sit locus, in quo inopes puellæ, vel *Cherotrophium*, in quo viduæ nutriantur. *Xenones*, Xenodochia sunt. *Hostiarii*, a Christianis olim instituti sunt, vt sacris interdictos hæreticos, ac eos qui grauia facinora perpetrassent, Ethnicos & Iudæos religionem nostram subsannantes templorum aditu prohiberent. *acoluti* (non *acoliti* nec *acolitri*) ministri sunt sacerdotum. *Parabolani* Plebei pauperrimique homines, perpetuo nosocomiis & Xenodochiis operam suam impendentes. *Ascheterium* (non *assisterium*) religiosa ædes, in qua Deo sacræ virgines bona exercent opera, ἀσκήτριαι dictæ: nonnihil ab his quas μοναχὰς Græci vocant dissidentes. Harmenopulus:

νεφά-

νεώτερος δὲ ὁ πρεσβύτερος οἷον πρὸς μοναχὴν καὶ ἀσκήτριαν, ἢ καὶ τὴν ἐξ ἀρχαίας. *Vetus & antiqua Roma*, Roma ἁπλῶς est. *Noua Roma*, Constantinopolis. *Paganus*. titul de Episcop. audientia. Ethnicus est, vanaque Deorum superstitione imbutus, neque sub Christo stipendia merens. Dioicetæ; procuratores sunt & qui negotia aliena administrant. *Synoditæ*. qui Synodis & concionibus præesse solent. *Mathematici*. qui e stellis ac sideribus futura prædicere conātur. *Planetarii & Astrologi* a quibusdam appellantur Tit. de veteri iure enucleando. κατὰ πόδας non *Catamodas* scribendum est, ἀναπέτατα vero (non *anapetata*) quæ non ab omnibus trita sunt, sed obscura ac paucis cognita. *ergasteria*, officinæ sunt. *Purpura emblata*, dicitur atque *blata*. Sidoni. Apoll. *Tyrius Castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. oxyblatta* modicæ nec ad satietatem purpurescens. *Hyacinthina*, quæ hyacinthi floris colorem refert. Reliquis, si otium suppetat, vocabulis lucem adferemus.

In Martialis amphitheatrum Cæsaris.

CAPVT XXII.

A*ssiduus iactet*. malim cum Alciato legere, *Assyrius. nec Babylona*. mœnia Babylonica, aut pensiles Babylonis hortos. *molles honores*. hoc recte explicat, Georg. Merula. & illud, *cornibus ara frequens* Politia. cap. miscella. 52. *pegmata celsa via*. pegmata hoc in loco videntur esse tabulata, per se surgentia, sensimque in sublime crescentia. *Crinibus in modum tortis*. hoc apud Germanos decore, testis est libr. de ira 3. Senec. *Traducta est Gyaris*. in Gyarum insulam plerumque ciues Romani relegabantur. hinc pro exsilio a Poetis accipitur. Iuuenal. Satyra 1. *Aude aliquid breuibus Gyaris*, id est, paruis insulis, in quibus exsulas. Tria hoc in vocabulo errata committunt Grammatici. Primum qui, *traducta est Getulis*, scribere non verentur, alterum qui *breuibus*, vadosis maris locis inepte exponunt: tertium qui apud Iuuenalem, *Vt Gyara clausus scopulis*, emendant, cum *Gyaris* scribendum sit. *Nuda Caledonio*. Britannico. ego ita scribere mallem, quam *Calydonio*, nec inficior apud multos Latinos auctores sic reperiri. *raptus abit*. machina in altum sublatus. *flammæ stimulatus arenam*. Carthaceis folliculis igneam materiam continentibus, fœminibus aluoque submotis ac subditis. Nos Romæ ad hunc modum irritari tauros cum hominibus certaturos conspeximus. Eusebius lib. Ecclesia histor. 8 κυριτῶν (taurus) δὲ τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς κέρασι τῇδε κἀκεῖσε χρώμενος, καὶ διὰ τοὺς ἀπὸ τῶν καυτήρων ἐρεθισμοὺς θυμοῦ καὶ ἀπειλῆς πνέων. *cornuto ardore potitus*. luorum ipsius cornuum vehementia domitus. Plautus: *Postquam gnatus tuus est potitus*

hostium. in hostium potestatem peruenit. Ausonius: *aut natum cito morte potiri. Dum peteret pars hac Myrinum.* Ludou Cœlius lib. 6. cap 32. *Nam gemino cornu.* Duo habet enim cornua Rhinoceros, vt docet in Bœoticis Pausanias, quem si quis *Æthiopicum taurum* appellare cupiat, per me sane licet. non esse porro ad vnguem examinandos Poeticos lusus fidem facit, id quod statim sequitur. *Illi cessit atrox bubalus.* Martialis *bubalum* pro vro accipit, bubalus enim placidum est animal, non atrox nec immane. *Nec armata manus.* placet: *hac armata* (Carpophori) *manus. Ignipedes tauros.* celeres. Martial. *ignea prauertens celeris vestigia planta.* Catullus: *flammea praeuertet celeris vestigia cerua.*

In primum Martialis librum.

CAPVT XXIII.

NEc *Epigrammata mea scribat.* accuset. A Græcis tractũ, quibus γράφειν accusare significat. Terentius: *dicam tibi scribam grandem. Nasum Rhinocerotis habent* valde nasuti sunt pueri, hoc est vafri & subdoli decisores. *Cum grande Sophos.* σοφὸς, vir hic doctus est. quidam σοφῶς probant. quibus non adhæreo. *Qua thymelen spectas. thymelen*, scenam. *cum libro Marce natare tuo.* vis cum carminibus tuis mergi, vtpote indignis quæ viuant ac seruentur. *Bis consuli vigesimus.* sexagesimum annum pene attigisti, non quadragesimum. *res magna est.* Martialis rem magnam pro difficili & ardua vsurpat, vt infra patet. *De nobis facile est* supplicium sumere. tibi tutum est ac facile nos hoc iniucundo potu iugulare ac perdere. *Si non errasset.* Si regem Porsenam interemisset. *Vicina numismata:* Quidam *archetypa pocula* exponunt, ego, *nummos. Quincunces puto post decem peractas.*

Cyathi	12	Sextarius. as.
	11	Deunx
	10	Dextans
	9	Dodrans
	8	Bes
	7	Septunx
	6	Semis
	5	Quincunx
	4	Triens
	3	Quadrans.
	2	Sextans
	1	Vncia

Videntur tamen apud priscos pocula fuisse, quorum quod duorum fuit cyathorum capax, *sextantis* habuit nomen; quod triũ, *quadrantis*, quod quatuor *trientis.* μιοῦ μνάμηα συμπόταν. Erasmus in eo prouerbio. *Hos tibi Phœbe vouet.* non solum Apollini, sed aliis quoq; diis ac fluminibus crines ac barbam vouebat antiquitas, vt alias luculenter patefeci. *Verna es* scurra es. Tacitus lib 19 *vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit, tanquam signum Cremonæ incendendæ dedisset, quæ iam flagrabat. vernile dictum*, hoc est, scurrile. Non. Marcellus: *vernas veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati, & habebatur nomen hoc pro euitabili maledicto.* Plautus: *Cum cruciatu tuo ista hac hodie verna verba fundi-tis.* Statius Syluar. 5. *Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces Delicias, doctumq; sui conuicia Nili Infantem.* Martialis infra lib 10.

verna-

vernaculorum dict. *sordidum dentem.* *Palentia sulphurata.* ligna exsilia sulphure ab vtraque parte intincta, aut linteola sulphure aspersa, quæ ignis scintillas excipiant. Plin. lib 36 cap 19 *Non est Sextus ille.* non est Sextus ille cognomento Caballus, facetus & iocosus scurra, sed est *caballus*, id est, equus Plauto eo significatu *asinus*, insulsa fatuaque bestia. *melimella fauis.* castigo *melimela* simplici L. Græce enim μελίμηλα vocantur. Diophanes in Geopon. ἐγκεντρίζεται μῆλον εἰς πᾶσαν ἀχράδα, καὶ εἰς κυδώνια, καὶ γίνεται ἐκ τῶν κυδωνίων μῆλα κάλλιστα, τὰ καλούμενα παρ' ἀθηναίοις μελίμηλα. Pete Varronem lib. de re rust. 1. cap 59. *Imperia viduarum.* multis Romæ imperabant viduæ, quos testamento suorum bonorum heredes relicturos prædicabant. *Mercetur alius:* alius operum suorum auditores atq; laudatores alta voce σοφὸς acclamantes mercede conducat. *Non taratalla.* Homerus Iliad. α μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα, *minutatim secabant & alia. taratalla* vero frusta non significat. *Commendo tibi Quintiliane.* Lud. Cæl. lib. 9. cap. 53. *Bardocucullus.* vox ea conflatur a bardo vestis genere & cucullo, nihilq; ad bardos Gallicos sacerdotes pertinet. *Sed sestertiolum bis decies,* sed bis decies centena millia sestertium. *sestertiolum*, pro sestertiolorum dictum est. *sestertiolorum* vero pro sestertiorum ὑποκοριστικῶς. passim autem *sestertium* pro sestertiorum per syncopam ponitur. *Radiata Colossi.* radiato capite. Publ. Victor. *Colossus altus CII semis, habens in capite radios VII.* hæc alibi. *Sex cyathus:* sextarii semisse. nam 12 cyathi sextarium complent. hoc autem vocabulum cur in ore frequenter habeat Martialis, docet Varro de lingua Latina: In huiusce locum in conuiuiis e Græcia successit *epichysis & cyathus.* *Vxorem gratis.* vel nullo ei dato munere. *Sed nunc positis custodibus.* nunc vero quia per custodes minus licet. *nam quod licet ingratum est*, ac in vetitum semper nitimur. Lege infra lib. 3. in Ceruinum Epigramma: nec impedio quin hic Domitio assentiaris. *Arca Minerua.* ars oratoria, opera forensis. statim enim inquit: *Romanum propius diuitiusq; forum.* *Agas animam.* cum ante dixerit, *agas Attale mulas;* qui *agas asinam*, reponendum censent, salem ac iocum versui adimunt. *Nec curtus Chiones.* nec effracti vilium meretricum calices. *Dimidiasq; nates.* Strabo libr 4. de Gallis loquens: αὐτὰ δὲ χιτῶνας σχιστοὺς χειριδωτοὺς μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν φέρουσι. *Non plenum modo vicies.* vicies sestertium; non integra vicies centena sestertium nummum millia: paulum enim quid deerat. sic *centies amici*, centies sestertium. centies centena millia sestertium. ac de his satis. *esuritionum.* orexim, *plumbea selibra.* plumbeo pondo semis, dimidia libræ parte. *Scæuola factus eques.* de censu Senatorio & equestri consule Budæum libro de Asse 1. & 2. *Pallia.* hæc in lecto induebant Romani. *Cum bene te noui.* cum te nunc aut seruo patre natū, aut inopem

esse probe sciam. Vel hoc, vel huic simile quidpiam subintelligendum est. *Ligustro* Ligustri floribus.

In librum Martialis 2.

CAPVT XXIV.

Et te Pauline. is porro iuxta porticum, in qua picta erat Europa, habitabat. *Quid syndone tinctus olembi.* Pollux: σινδὼν, ἐστὶν αἰγυπτία μὲν. quæ verba huic Poetæ sermoni conueniunt; *Quid toruus e Nilo. Iam nolo vicarius esse. Serui ordinarii* dicuntur, quibus peculium dominus concessit, negotiarique permittit. *Vicarii* sunt qui ordinariorum vices gerebant. hæc respicit Martialis. *Aliis das Postume dextram.* vltimæ classis hominibus, quos osculo non dignaris. *Iam te rem factam.* quasi non promissam, sed paratam atque absolutam. *digitum porrigito medium.* Prisci fuit moris, vt improbos & sceleratos medio protenso digito notarent ac designarent. *Imbricemque porci.* ὑπογάστριοι κοῖλον. imum ventrem cauum & aduolutum, ilia. *Traduntur pusio.* Sic infra: *Omnia cum retro pueris obsonia tradas. Et Ianthina.* Vestimenta, violacea purpura infecta. ἴον enim Latini violam nominant. *Cecuba saccentur.* sacco castrentur, sacco frangantur & colentur, Græci σακκίζεσθαι dicunt. *Ride si sapis.* hic Ouidianus hendecasyllabus versiculus in Marciano capella citatur. *Furiosi cornua tauri.* quæ lacera ac detrita, aut fœno facta ad irritandos tauros obiecta est. Asco. Pædianus: *effigies hominum ex fœno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur.* Nos Romæ vtrumque spectauimus. *Indis dentibus.* eburneo trapezophoro. *Concolor in nostra, Cammare. Cammarus* squittarum, non locustarum species, eiusdem cum lance fictili coloris, rubens scilicet. *Non metuas mortem Neuole, sed tineas.* in quibusdam manuscriptis codicibus reperitur: *Quod rennis non te Neuole, sed tineas.* quæ lectio Martialem sapit. *Confidis natibus.* constuprabantur enim plerumque a maritis in adulterio deprehensi. Martialis statim: *supplicium tantum dum puerile times.* Horat. Sat. 2. *aut pyga, aut denique fama. Partho rege.* cui omnia licent; non item cunctis regibus. *Marsia causidicus.* Horat. Satyr. 6. *Surgendum sit mane, obeundus Marsia.* Acro: *Marsia statua erat in rostris, ad quem solebant homines conuenire qui inter se lites & negotia componebant.* huc fortasse respicit Poeta. *In solio.* in labro. *Os tibi præcisum.* vox ea nihil affine habet cum præciso intestino. *Cinctum togatis.* solebant Romani togati, potentiores aut magistratus gerentes comitari per vrbem. hinc *toga* ab hoc Poeta pro deducendi & reducendi obsequio nonnunquam accipitur, vt infra: *Lis nunquam, toga rara. erat enim*, inquit Pedianus, *prætexta honestorum, toga vilium. Carmine glorior supino.* in contrarium recurrente; cuius multa sunt genera. *Sotadem cynædum.* Sotadici metri meminit, vt alios prætercam, Terentianus Grammaticus. *Græcula quod recantat*

Eiho

Ethe. Politianum Miscella.cap.22 *Mollem debilitate choliambum.* castigo, *Galliambum.* Quintilianus lib 9. cap.4 *vt Sotadeorum & Galliamborum.* Hephæstion carmen hoc μητρωακὸν καὶ ἀνακλώμενον vocati quoque memorat. Catonis haber. cui vitium hoc Cæsar in Anticatone obiecit, auctor lib. Epist.3. Plinius secundus. *hoc Ciceronis habes.* Seneca Epistol.108 & Tacitus in Dialogo de Oratoribus.

In Martialis lib.3.

CAPVT XXV.

VNde datur quadrans. vnde balneatori quadrantem pendis. Iuuenalis: *Cædere Siluano porcum, quadrante lauari.* Horatius: *Dum tu quadrante Lauatum Rex ibis. Decima vel serius hora.* Cum octaua, id est; post meridiem secunda lauare moris fit. *Tritaque nec eaq.* meis nummis emta; haud mihi data. *Sessilesq lactucas* ex folio cardui sunt, rectæ, insigni proceritate, nec a caulibus brachiatæ. *Lactcum faba porcum.* porcum nefrendem. *Deposui soleas.* mensæ accumbentes tum Græci tum Latini calceos deponebant, ne his toralia contaminarent ac fœdarent. Poeta insenus: *Eu Cotta soleas, &c.* Aristophanis Scholiastes: ἀλλ' ἀπὸ δὲ ἀνιστάς ἀπὸ τῆς τραπέζης καὶ ζητήσας τὰς ἐμβάδας καὶ ὑποδησάμενος. *Stagnasset strato Lucrino.* Plinius lib 9.cap 54. *Mytilus ore mihi.* sumitur a meretrici hiante mytilus, qui a tellina differt tam similis est autem Polypedi quam asino *Libra quod argenti millia quinq; trahit: Libra* hoc in loco pondus notat, quod argenteorum valorum plus quinque millia pondo domi habeas. si quinque nummorum millia exponas parū quid erit. *Libra rapit.* appensa ad se trahit, vtpote grauior. *Cantica qui Nili.* cantica canopica. *Resinaq; pigriores.* quidam *venerore* castigant, priores duas vocis illius syllabas productas semper esse falso putantes. Iuuenalis Sat 8. *Quid enim resinata iuuentus. Schemata me dubio* figura, id est, orationis conformatione remota a communi & primum se offerente ratione. Tranquillus in Vespasiano: *Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac Philosophorum contumaciam leuissime tulit. Aut aliquid. Nympham & eugium* vocant *Teq; inuenit gerres.* mænæ pisces sale conditi. *Resinata vina.* Plinius lib.23.cap.1. *Summænianas vxores.* Poeta nouo vocabulo meretrices summænianas vxores appellat, quod ea in parte prostarent, quæ olim fuisset sub antiquis vrbis Romæ manibus. *Digiti crepatis.* Digitorum crepitu poscebatur matula hoc infra patebit. Clemens Alex. καὶ οἱ διὰ τῶν δακτύλων ψόφοι τῶν εἰναι τῶν οἱ ἀσελγαντικοί. *Cacantis habes.* ea facie traditur fuisse Vespasianus, Suetonio teste. *Ac nunc pro puero.* Crinitus *pro seruo*, legit, quem consule lib. de honesta disciplina.1 9.cap.4. & Lud. Cælium lib 13.cap.54. *Araneatum cessi. ut paret.* Pannosas & flaccidas mammas.

In librum 4. Martialis.

CAPVT XXVI.

SAcra Terentus habet. Ea sacra centesimo quoque anno celebrabant Romani, vt prodit Censorinus, nec ignoto minus aliquando temporis spatium intercessisse. *Quod bis murice:* bis purpura, quæ grauis est odoris. *dibaphum* vocant. *Quod vulpis fuga.* Solet nonnunquam vulpes canes fugiens meiere, caudaque vrina reddita male olente imbuta eorum oculos aspergere; atque ita si potest, eos a se amoliri. *Vendere fumos.* Erasmus in adagio. *Spongia.* quæ librum scriptum deleat. *Et ludit rota.* Legendum augurer *tropa.* Pollux libr 9. ἡ δὲ τρόπα καλουμένη παιδιά, γίγνεται μὲν ὡς τὸ πολὺ δι' ἀστραγάλων ὡς ἀφιέντες στοχάζονται βόθρου τινὸς εἰς ὑποδοχὴν τῆς τοιαύτης ῥίψεως, ἐξεπίτηδες πεποιημένον. nam si id de perauistarum rota, qui ludus non sine periculo exercebatur, aut rota, trocho, instrumento musico explices, quod gesticulantes & concinentes pulsarent antiqui, parum procedet. *Vincere quaris Atam.* quæ hic de puero Ata historia profertur a Domitio, commentitia est. *Gemma latere rosas.* gemmatum vasculum pellucens, in quo dies aliquot voluptatis caussa seruantur rosæ atque huiusmodi flores. *Tyriasque* & vestes Tyria purpura infectas. *Nectare clausa suo.* nam quædam electri, id est, succini species mellis colorem refert. *Niueam togam:* niueam & gelidam, attritam nulliusque pretii appellat Martialis. *Alterumque seianum.* bis decies. *Argentum purum* vasa extractis emblematis. *Syrios tumores,* hydropem; quod genus morbi Syria Dea incutere solet *Lacedamone.* Lacedæmonum, vt tradit, in Laconicis Pausanias, Venerem coluerunt: *iuncta capris.* hircosis seruis. *ficus eras.* ficosus. *Argiuas generatus inter vrbes.* qui in Græcia nati sunt homines, Græci Poetæ. *Vel piger viator.* Locus hic decliuis fuisse videtur. *Quam Bitunium.* quidam *Bisuntos* legunt, atque Hispaniæ populos esse perhibent. *feruens ager.* Baianus aut Appulus. *Cleoneo sidere.* Leone Cleoneo, qui & Nemeeus dicitur. *Virgineo cruore.* virginis sanguine, hostiæ ritu mactatæ *vltimus ceris* testamẽto. nec quid sit proprie *vltima imaque cera* clam me est, quam Cicero *extremam* vocat, id est, *vltimam tabulam, & vltimam partem tabula*, interprete Pædiano. *Vis dare prator equo.* vt Scorpo fiat statua equestris. *perdere Bassa solet.* prægnans sponte aboriri solet. *Sex scrupula.* quæ nonnulli *scriptula* vocant; Græci γράμματα. *Picenarum.* Oliuarum picenarum. *In scheda teneri.* hic schedam chartam appellat, in qua, vt aduersariis quibusdam primum quid exarabant veteres, aliquando emendaturi.

In Martialis lib. 5.

CAPVT XXVII.

ET *dicitur, hic est.* Persius: *At pulcrum est digito monstrari & dicier, hic est. Metretas.* cados. *Facies me puto causidicum.* Tacitus

tus, qui Martialis fuit æqualis: *Horum autem temporum diserti, causidici & aduocati, & patroni, & quiduis potius quam Oratores vocantur.* Quintilianus libr. 12. cap. 1. *Non inutilem sane litium aduocatum, quem denique causidicum vulgo vocant.* *Nisi lato Gellia clauo.* Senatori. *Lati enim claui ius*, est dignitas ordinis Senatorii. erat quippe & alter *clauus angustus*, vt docet in Augusto Tranquillus cap. 73. Varro. *Nam si quis tunicam ita consuat, vt altera plagula sit angustis clauis, altera latis. Nupsit Gellia cistifero* Isiaco circulatori. Apuleius lib. de Asino aureo 11. *Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans opera magnificæ religionis.* quid sit cista, alias patefeci. *Gracilesque* ligulæ. *Ligula* cauum est instrumentum cocleari simile, non linguæ instar planum. *Auidum vorata decipi scarum musca* Ego refragante omnium codicum fide, castigo: *auidum vorato decipi scarum musco*, id est, alga. Athenæus ex Aristotele de Sacro loquens, lib. 7 χαίρει ᾗ τῇ τῶν φυκίων τροφῇ, διὸ καὶ τούτοις θηρεύεται *Suppositiuus sibi ipsi.* Quintilianus lib. 5. *Secundas gladiatorum manus* appellat, quando primis fessis, alteri succederent. *Si quando leporem.* Erasmus in prouerbio, *leporem non edit.* Hanc vulgi opinionem non desunt qui hinc ortam suspicentur, quod homines *lepidos* & sermonis *leporem* Latine dicamus. *Varro Sophocleo.* Is esse non potest Varro togatorum eruditissimus; quanquã video multos id putare. *Theatra loqueris.* Ius in theatro spectandi. *Gradus.* quatuordecim gradus: *Et edicta.* quibus e theatro summouebantur qui censum equestrem nõ possiderẽt. aut *edicta*, quasi cõsularis sis, aut Prætorius. *Trabeas & Idus.* Ostendi libro Epigrammatum Græcorum primo, equites Romanos trabeatos Idibus Iuliis per vrbẽ transuehi solitos. *Fibulasque* aureas trabearum fibulas. Plin. lib. 33. cap. 3. *Et pumicata manu.* leui ac perpolita. *Quicquid donatur amicis.* Sumtum ex hac M Antonii voce: *Hoc habeo quodcunque dedi. Quisquis magna dedit.* fere ita vsu venit, vt quisquis magni pretii munera contulerit. *Pellem rodere qui volunt caninam.* qui te maledicum hominem conuiciis lacerent. *Qui te fere oleum dixit in auriculam* Eras. in Adagio. *Oleum in auricula ferre. Marcentes vua Domitio prematura*; aliis, *tempore corrupta*; quibusdã *liquore plena* atque *ebria*.

In lib. 6. Martialis. CAP. XXVIII.

ET κωφὸν *Paula* πρόσωπον *amat.* nam & quartum amat Comædum, qui κωφὸν πρόσωπον in fabulis appellatur. *Imagine Lygdos.* Signum e Pario marmore candidissimo. *Proculeia cõcubina.* Alexander Neapolitanus lib. 4. cap. 1. *Tu quoque Ficelias.* Ficeliensis ager ea lege seruatur, qua & Curium Sabinorum, inquiunt Iurisconsulti, nescio tamen an *Figulias* scribere præstiterit. quippe cum via Nomentana, in qua ædes habuit Martialis, *Figuliensis* etiam, teste P. Victore, nuncupata sit; aut *Ficulens.* Varro: *Et qui tum sub vrbe populi, vt Ficuleatas ac Fidenates. Non de plebe domus* non e grege atque turba domesticorum seruorum. sic infra lib 8. *Non grege de Domini. Vero ora verius.* vero verius, certo certius. *Centumque viri.* Hoc vt plane capias, adi Tacitum in Dialogo de Oratorib. & Plinium secundũ lib. 2. Epist. 14. *Materna furta.* adulteria.

Et auribus longis. Hos vt plurimum stolidos ac fatuos esse tradunt Physiognomici, vt hunc tanquam morionis filium subsannet Martial. Adamantius περὶ ὤτων: τὰ μεγάλα φορῶσιν, ἀναίσθητοι. Aristot. οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες πιθηκώδεις, οἱ δὲ μεγάλα, ὀνώδεις. *Nec fontes Apponi rudes puellis* hoc enarrat Merula. quidam sic interpūgunt: *Nec fontes Aponi, rudis puellis. Non mollis Sinuessa;* idque ad Sinuessatum aquarum vim referunt, quarum meminit libr. 31. cap. 2. Plinius. Cur vero *mollis Sinuessa* dicatur, declarat lib. 12. Tacitus non procul a fine. *Ritus si placeant tibi Laconum* si placēt tibi *Laconica* Columella: *quottidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Et cala Vigerib* & ædes modicæ, quæ ad se tuendas rusticanos fructus non intercipiant. *virgine porca.* quam Martialis ipsi fonti immolauit, non Dianæ nec Proserpinę, idq; Horat. exemplo, qui Blandusiæ fontem hædo donauit *Leue genus Vsipiorū.* Vsipii populi sunt Germaniæ, Vispii Ptolomæo, qui quod a Romanis defecissent, vt tradit in Agricolæ vita Tacitus, *leues* a Mart. appellantur. *Victurus genium.* leporem quendam natiuum, gratum omnibus & iucundum. est enim Deus naturæ genius. *Fumantem nasum.* Erasmus in prouerbio. *Tendere quæ tremulum Pelsam.* ad rem Veneream idoneum reddere, rursusque ex victo decrepitoque sene adolescentem facere. *Cum compare gibbo.* ita scribendum est non *mulo. Aurem quomodo non habet seueram aut Batauam.* Eras. in adagio, *Auris Batauæ. Mirum biberat.* id cur hominibus aliquando cotingat, indicat Galen. lib περὶ φυσ. δυνάμ. γ. postremis versibus.

In lib. 7. Martialis. CAP. XXIX.

TExuit *vnguis apri* in ea intexti videbantur quasi apugni vngues. *palmata toga* ea vestis a *palma*, id est, victoria nomen inuenit. *victrices chartæ.* Laureatæ literæ. *Cornu improbo.* Cur cornuta pingantur inducanturque a Poetis flumina, olim declarauimus. Et *ostreorum rapere Lauidos cirros* hic per *ostrea* ostracoderma intelligit Poeta, vt porte Locustas, astacos, squillas, cancros; nō ostrea proprie dicta, quæ cirris carēt. *Cum domum.* in cœnaculum domus. *cui gelasinus abest.* corrugatio, quæ ridendo circa os exprimitur. *Cum mensas habeas fere ducentas.* mensis olim reponebantur vasa escaria, quas sic obsoniis onustas conuiuis apponebant duo serui. nunc de Annio conqueritur Martialis, qui vt lautior videretur, ministrantes seruos habebat, qui singula ferrent fercula. *Argenti pondera quinq;.* libras quinque. *Centum grauis hasta virorum.* Centumuiri de causis ad testamenta pertinentib. iudicabant, posita suo in foro hasta, vt bona emtorib. addicerent. Statius: *Censat centeni moderatrix iudicis hasta Gelido ludit in amne rota.* Plaustrum. Currus, in flumine glacie constricto. *Sollicitum voci parcere.* Celsus lib 7 cap 25. scribit adolescentulos infibulari solitos, interdum vocis, interdum valetudinis caussa. *Si gelido draconem,* vt eam fortassis æstate refrigeraret. *Candidius amnis* Stephanus: ταρπία πόλις σικελιωτῶν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ τάρπου. Et *Gallum timeo. Gallus viri*, nomen est.

In

In lib. 8. CAP. XXX.

S*Pecularia puros admittunt soles.* integumenta e speculari lapide. Columell. libr. 11. cap. 3. *Sed nihilo minus specularibus integi debebunt, vt etiam* frigoribus sereris diebus tuto producantur ad solem. specularis lapidis meminit Plinius. *Latias tribus.* Romanas tribus. *Multifidum Timauum.* 7. aut 9. ostiis in mare euomentem. *Pagina calendarum.* debitorum ac fœnoris, quod singulis Calendis so'uebatur. *centeno consule.* longo tempore, multis annis. *Facta minor.* assidue enim quid deperit. *Te Cybele secum vellet habere Phryga.* in emendatis codicibus. ita probe legitur: *Te Cybele secum mallet habere Phryge.* Te secum habere mallet quam Atym Phrygium. *Crispinus abollam.* ea vestis militum erat, vt Nonio placet. *Nec contemne caput*, id est, hominem. id quoque Græcis Poetis κεφαλὴ nonnunquam valet *Subducet pallia.* pallia cœnatoria. *in auersa charta.* in Opisthographo. Iuuenal Satyr. 1. *& in tergo nec dum versitus Orestes.* vide Ludouic. Cælium libr. 7. cap 21. *Per bombycina* per vestem Coam. *Libra fuit quinto septiciana quidem* anno quinto argenti libram ad me misisti. Duæ apud Romanos olim libræ erant; vna maior & antiqua, quam *Septicianam* Martialis vocat, a *septem* fortasse vrbis loco, id est, *negotiatoriam.* altera priore aliquot vnciis minor fuit; *medicinalis* appellata. vtraque porro etiamnum pondera discrepant. *Quattuor inscripti* quatuor stigmatiæ vespillones. *Nec linea diues cesset.* nec lineis conclusi diuites in theatro spectantes. Columell. libr. 3 cap. 5. *Præterea & perticas inclinatas ex humo ad parietem, & in eas transuersas al'as gradatim modicis interuallis annexas ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri.* Consule libr. 3. cap. 14 Ludouic Cælium. *Tessera longa ferat.* Tessera, symbolum est in quo inscribebatur, quod *cuique cederet.* Verbi gratia; Panther, aper, elephantus, auis quædam peregrina, seruus, domus, pecunia, gemmæ. *Et absens.* cui forte per symbolum contigit. *Sortitur dominos.* qui symbolum iactum occuparunt *ne laceretur anus.* iniecta enim discerpta fuisset a populo Dionys libr. μθ. καὶ τέλος, σύμβολα τινὰ ἐς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε, τὰ μὲν ἐδωδίμων, τὰ δὲ ἐσθῆτος, τὰ δὲ ἄλλο τι φέροντα. Dion Cassius in Adriano: *Dona per tesserulas separatim viris & separatim mulieribus in theatro & in circo dedit* Et *tesserulas ligneas superne in theatrum sparsit, in quibus signa erant, aut esculenti, aut vestis, argentei p'aterea vasis, & aurei, equorum domitorum, pecorum, seruorum.* meminit huiusce rei variis in locis Xiphilinus, vt supra patuit. *Quid numerem currus.* aurigarum factiones, de quibus nos libr. Epigrammat. Græcorum 5. *Tordiua qui præmia palma ingentia* victoriarum præmia.

In libr. 9.

CAPVT XXXI.

I*Lla siligineis.* Lupus amicas pascebat pane siligeneo. *Setina liquantur.* colantur. *Conturbabit Atlas.* cælum totum tibi decoquet. *Arte mangonis.* Tranquil. in Domitiano ca. 7. *Pergameo Deo* Pete Statium

Syluar. 3. *Quod Rhodos.* Telchines, auctore Diodoro Siculo, Rhodi Neptuni educarunt. *Refibulauit.* *refibulare* fibulam soluere notat, non fibula cingere. *Hæc & Sanctonici.* mallem *Santonici*, vt *Santones* quam, *Sanctones.* *Campis diues Apollo sic Myrinis* Stephanus hoc edisserit: *χρύνοι πολίχνιον μυριναίων, ὃ καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον καὶ ναὸς πολυτελὴς, λευκοῦ λίθου, ἐν ᾧ τιμᾶται.* *Partis tibi Gallice quarta.* cum iurares me ex quadrante heredem instituisse. *De quadrante tuo*, de tribus vnciis. *Aut crescente vadis.* hæc infra libro vltimo. *Et nocte vtitur.* nam pallia fere noctu induebant. Ouidius. *Nec in lecto pallia nostra sedent.* Iuuenal. Satyr 6. *tunc corpore sana Aduocat Archigenen, onerosaque pallia iactat.*

In Martialis lib. 10. CAP. XXXII.

Seraq; coronide longus. sero fine. Coronis in calce librorum apponi solebat hæc figura d. vt docet Aristophanis Scholiastes. *Orcintana quæ feruntur in sponda.* ea vox ab orco deriuatur. *Orcintana* autem *spōda*, sandapila est, lectusque funebris. *Vndenis pedibus* elegiaco carmine, quod constat hexametro & pentametro *syllabisq;* & vndenis syllabis, id est hendecasyllabis. *Notas tendis in ora manus*, sustollis manus. *Purpura vestra togas.* purpura erat insigne Romanorum magistratuū, quæ ideo a Poeta pro magistratibus ponitur: *Purpura te felix, te colit omnis honos. Et lotam.* aliquoties purpura tinctam. Supra: *Quod bis murice vellus inquinatum Apollineas Vercellas* hac in vrbe Apollinis (vt auguror) numen peculiariter colebatur, vt Athenis Minerua, Iuno Argis, Diana Ephesio. *Et Thetis* balnea, nymphæa, piscinæ. Statius Sylua. 2. *gemina testudine fumant.* *Balnea: & e terris occurrit dulcis amaro Nympha mari.* Balnea dulcis salsæque aquæ. *Quinquagesima liba* hæc prodens Martialis, 57 annum impleuerat. *Tribus aureis peractis.* legendum est *areis*, tribus vitæ curriculis; pueritia, iuuenta & senecta. nam decrepitam ætatem sibi non exoptat. *Abderitana plebis.* Erasm. in Parœmia *Abderitica mens.* vnde *ἀβδηρολόγος* apud Latianum pro homine meras nugas blaterante. adde Arnobiusque. Abderitani namque fatui habebantur & frigidæ stoliditatis pleni. *Lagei littoris:* Ptolomæus; a quo ceteri Ægyptii reges hoc sibi nomen adoptarunt, Lagi, vt tradunt complures, fuit filius. *Multa salubre purpura* denso *flabello*: ex pauoninis pinnis purpureis confecto, quo serui ventulum faciebant puellis delicatis. *Cecropium senem* Socratem, non Epicurum. *Et fatuam.* Et insipidam. *Quosq; tegit leui cortice*, id est, mytulos. *Nymbis ebria.* suauiter quodam fragrante oleo, vulgari admixto, vt ingratum eius odorem aut exstinguat aut certe mitiget. *Megalensis purpura.* toga picta qua ornabantur Prætores celebrandis Megalensibus ludis, vel ea indumenta, quæ a Prætoribus in ornatum Chori in ludis illis partim emebantur, partim conducebantur. *Et popularia sacrum* popularia sacra, quæ diuersa sunt a floralibus. *Teque tuas numeres* tibi quoque carus sis, te respicias. *Ego mihimet proximus sum*, inquit Terentius. *Septem signa capit.* alias monui legendum esse *sigma.* rutatos

ous

oua lacertos. infra libro insequente. *Sed quam cum ruta frondibus oua tegans. Et fata.* & fata fabrorum edulium, qua olim gladiatores corporis habitum inani sagina mentiebantur. *Quae bu Frontino consule plena fuit* Romani plerumque vina in doliis inueterascere non sinebant, sed ea in amphoras & cados diffundebant. hoc delibat poeta. Columella lib.12.cap 28. *Omne vinum cum condieris, nolito statim diffundere, sed finito in doliis quiescere &c.* *O tunicata quies!* o quies libera ab opera togata. *Infestos oculis vris Hygine pilos.* adi Celsum li.& c.7. *Quis san it ruptos.* Graeci ῥηγματίας vocāt, quib. ruptū quocūq; modo intus aliq̄ d fuerit. Poeta Labore fessos ac cōfectos intelligit. Terent. *vt me ambulando rumperet.* *Scyte pellis.* lego *Scythapellis.* boū aut vrorū Scythicorū pelles ζωὴ & ψυχή. Erasm. in eo Adagio. *Dominū Deūq;* Tranquil. in Domitiano cap.13 *pictorum regum.* pictis vestibus indutorum. *Centum plūbeos* centum quadrantes. *bis quina dabis sestertia.* dena sestertiorum millia. *plus vis? isti* minus quippe formosa. *Iam sem or Ledon.* sumtum ex Epigrammate Græco. *Mortuo Leoni.* frustra fœtidam vuluam ad libidinem stimulas est enim mortua. *hic pretiosa fames.* hic immensis pretiis modicos cibos mercamur, quibus assumtis famem nō minus perpetimur: hic modicum oblonium caro constat. *Conturbatorq; macelli.* ita, me non dissentiente, legere maluit Budæus, quam *conturbatusq;* aut *conturbatrixq; macellus.* Supra: *Cōturbator aper. Aquilisq; similes.* Aquila visus est acerrimi contra noctua, solis lumen modis omnibus fugit.

In Lib. II. Martial. CAPVT XXXIII.

IO *Saturnalia.* *Io* lætitia gestientis hominis acclamatio est. *Passerem Catulli.* hoc a nonnullis, quibus repugno, fœde scio explicari. *Fociq; Deorum.* hi thus redolent. *Qui Mentora frangis* vas a Mentore cælatū. *Et Tartesiaca* Gaditana supra: *qui Gaditana susurrat.* Et: *Nec de Gadibus improbus puella* Statius: *Illic cymbala, tinnulaq; Gades. Equitis quam comes.* quidam *equitis* pro *equi* positum existimant. *Quam rota.* rota & circulus. *Petauro* petaurista. *Veteres bracca.* an braccæ vestes, an subligacula? *Inde tragus cel resque pili.* Ludouicus Cælius lib.10.cap.54. *Facta minora* labris tuis attrita *Toto se botryone putat.* toto racemo. Palladius: *vt vites botryones & albos afferre possit & nigros. Parapside rubra.* Lance fictili. *Foliati* vnguenti malobathrini *Nam cum me vitam.* hoc ibi superius innotuit: ζωὴ καὶ ψυχή Erasmus & Politianus. *Nam cum me murem.* parum recte scribendum opinantur. *Inuasit sica* non pugione, sed mētula. vnde idem *valens sicula. Et notas cariotidas.* Palmulas *In rusa f. lium Capellsana.* e cuius radice pendent capillamēta fibris germana. *Sapius ad palmam Prasinus.* Prasinæ factionis agitatores *Pinguis Iollas.* locupletes, pecore abundantes pastores. Iollas Virgiliano carmine notus est. *Oebalium flammas.* Hyacinthus Lacædemonius. *Lauis amicus erat* falsum id esse docet in Miscellaneis Politianus: *Siccus onyx.* vas ex onyche lapide, siccum id exhaustum & inane profertur, vt illud vnguentis impleam. *Cæruleis Britannis.* an quod glasto inficerent corpora Britanni, an quod cæruleis sint oculis *Quodque senem pelicem* sic lego

Domitius nos *Pylium* senem Nestorem. *Indecens morbus.* aphtha, aut mentagra. *Nec purus.* quippe qui eo morbo implicitus sit. *Vocat pipinnam.* quidam virinam scribunt, ac paruam metulam explicant. *Enterocelas.* herniam ex intestino prolabente. *Fabrili manu* dura atq; tarda, non molli ac tonsoria. *Nucleos qui iubet.* nucleos pineos Plin. lib 15. c. 10. *Et quicquid pueros.* glycirrizam saccharum, quicquid omnino dulcis est saporis *Æol. aut.* Æolidarum familiæ ac generis. *Sedit in ore lues.* aptha, aut Lichenes. *Iura per Anchialum.* Ex ea vrbe (Anchiala) fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydni matre. conditores porro suos quisq; consecrabat, Romani Romulum, Athenienses Theseum Sinopenses Autolycum vt Martialis epigramma sic interpreter in Poetam æmulum, *Iura per Anchialen.* noli per numina iurare nostra, quasi Romanus, Græcusue, qui sis peregrinus. hactenus Hermolaus Barbarus. *Nec triste mentum,* mentagra, qui & lichen. *Sordidaque Lichenes* omnia (vt opinor) eius morbi genera. *Nec labro.* labrorum rimas. *Ceroto.* placet *cerato,* vt habet Aldinum exemplar. *Lesma te tunica* te imæ tunicæ.

In Martialis Lib. 14. CAPVT XXXIV.

Hora nec æstiua est. nec longissima est hora. Sic Plauto *hyberna* breuissima est hæc alibi verbosius. *Cum vellet mittere mappam.* hæc mappæ missio signum erat futurorum Circensium *Et bipes mensa.* vno fortasse pede curta; nam tribus fere sustinebatur. Hor. serm. 1. *modo sit mihi mensa tripes. Caput esse calciatum.* nam Romæ temporibus illis calceamenta e pellib. fiebant *Damnata spongia virga.* hominis capite damnati erat autem spongia virgæ alligata tergendo podici. *Iunctaq; testa via.* intra Dianæ regionem, aut oua lustralia conciebantur, aut vas testaceum in quod vrina passim redderetur, quod fullones exciperent. *Daphnonas & platanos.* an *Daphnonas platanos.* cum media illius vocis producatur. *Custodem Scytici.* quidam *Letyci* malunt, vt is sit draco qui mala aurea in hortis Hesperidum custodiebat. quem Poeta lib. 10. & 13. *Massilium* appellat *Vapulat rhombo.* rhombo magico instrumento. *Mentis periculis* quod mentagra seu Lichenes male habeant *Nec tali pallere suo.* mihi *suo* non displicet. & *nec calda sabello desit,* non *sabello* nec calda desit conuiuis *Vt liquidum sacco colatum. Scissi nec aurum .nes.* ad aurum argentumq; eruendum *Non sim lex De phica portas.* non vna mensa Delphica. Athenæus τρίποδι τούτῳ ἔοικεν τῷ δελφικῷ τρίποδι. Plin lib. 34 cap. 3 Diodor. Siculus in gestis: hippo. *Quæ uadiatreta valent* castigo *diatreta* calices cælari & tornatiles quod & *toreumata.* vnde *diametrarios,* qui illos conficit. *Crystalla cat aclusmo.* emendo, *catastus Pastus glandis;* pene, veretro, cuius summa pars *glans* appellatur. *Amphora vicenus.* lege *quo vigessis.* non plus viginis assio emitur. *Modius* frumenti aut tritici modius *Nil habet agricola* neq; ex vino neq; ex frumento nummos conficere potest agricola, adeo hæc vili pretio veneunt. Epigrammatis huius lemma quod est *de caritate vini* mihi nullo pacto placet, quippe cum amphora 40 capiat sextarios. *Aliculam mihi pauper.* varia sunt alicæ genera, quorum quod primum locum obtinet *alicula* vocatur. *Feret ipse tropin.* τὸ τρόπιον vel ἐκτρόπιον, εἰς τὸ ἐκτρέπειν τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ στομάχου ad ciendum vomitu. *Duo decertent Catull,*

duo

duo dicaces & faceti Poetæ. *Scribebamus epos* Heroicum carmen q̃ sic teste Hephæstione appellatur, κατ' ἐξοχὴν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχαιότερον εἶναι. *Sybariticus libellus* Politianus. Miscell. c. 15 & Erasm. in prouerbio. *Sybariticamensa.*

In Lib. 13 CAPVT XXXV.

SEnio cum cane Senio & canis talorum erant iactus. *Non facit ad stomachũ* e Græcis sumitur n Dioscorides. ποιεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικούς. *Cur nostras incoat illa dapes?* Medici vt opinor tandẽ opulentiores, Romanos lactucas atq; id genus olera prima mẽsa sumenda esse facile docuerunt, quos postea vulgus (vt assolet) imitatũ sit. *Ligna acapna.* Cũ Romanorũ foci fumi emissario ac præfurnio carerent, credibile est ligna acapna aliquo in pretio fuisse. *condita menta.* Scribo cũ Ruellio *meta*, id est, vasculo q̃ metæ turbinisq; inuersi formam refert. *Soluere ventris onus.* Pruna Damascena sicca aluũ cohibere sentiunt Galenus & Dioscorides. *sed Velabrensem.* hic perperã citat Plin. lib 11 c. 42 Merula Sic autẽ legendũ est: *proximum autem vrbi vestinum eumq; e Caditio campo laudatissimum. Et caprarũ gregib. sua laus est: Agrigenti maxima, eã augente gratiam fumo: qualis in ipsa vrbe cõficitur, cunctis præferendus.* Colostrum. Colostrum vel honestius colostra prima est a partu spongiosa densitas lactis *Et apyrina ramis.* malorũ granatorũ genera summa dico. alteri nucleus est lignosus alteri aut nullus aut certe minimus, ob id *apyrenum* vocatũ, penultima longa, licet hic licentei corripiatur *Præcoqua ramis.* Ruellius. de natura stirpiũ 1 ca. 90 & 111. *Ceretana mihi fiet. Ceretana perna* a Ceretanis Hispaniæ populis dicitur, vti & *Ceretana vina*, quæ Setinis cõparãtur. De *virgine porca*, de sterili & castrata erat præter hanc *vulua eiectitia*. eiecto per vim atq; enecto partu, ac porcaria edito. *Si Palamedis autem.* Cassiodorus lib. Varia 1. *Diomedis in aere grues buccinant.* legẽdũ est fortassis, *Palamedis. Patella Rhõbum.* nos Dieppæ Rhombũ vidimus quatuor cubitos lõgũ, tres latũ. *Quẽ sylua Marica.* Circe postq̃ ab humanis excessit, *Marica* Minturnensium numen effecta est, auctore Lactantio *Hinc squilla.* legendum opinor *squilla*. de fluuialibus tamen loqui Martialem liquido constat. Quid si *squali* scribamus. Columella li 8 c. 3 *In tertia parte quæ habet piscinã, non si dulcẽ? & in ea dũtaxat squalos ac mugiles pisces. Mollis echinus erit.* de Echino marino loq̃tur hic Martial q̃ prorsus ab Echeneide discrepat. *Murices purpuræ. Ora Timaui.* Timaui, amnis vix hodie cogniti, quẽ nõnulli *Brẽtã* esse pperã credũt. *Acipensera* Gallico & Italico vulgo Sturionẽ; lõge a Siluro diuersum. *Si qs me iudice certet*; hoc additũ oportuit, uã primas paulo supra dederat, attagenis *Gloria prima lepus* hinc adagiũ *in leporinis. Accipe fecosum.* Si *fastosum* legas, inquit, Domitius refert ad epulas lautiores. ego ad nomen illud *garum sociorum*, fastuosum ac superbum.

In Lib. 14. CAPVT XXXVI.

NEc timet ædilem. nam permissa erat in Saturnalib. alea. *Sunt apina tricaque* Eras. in Prouerbio: *Trica Apina. vulnus tibi talus eodem.* Cum nullus in eandem faciem obuersus erit talus. *iactus hic Venereus,*

& *Venus* appellatur. idemq; felicissimus erat, quem qui iecisset pecuniam omnem tollebat. *Non sum talorum numero par tessera.* Duabus quippe tribusue tesseris, quatuor autem ad minimum talis ludebatur. *Si per me misit.* Turriculam hanc quidam *orchum & pyrgum* vocant. *hic mihi bisseno.* hæc tabula lusoria non solum tesserarum ludo seruit, verum etiam calculorum, *bisseno puncto*: hoc sane verum est, si duæ tãtum tesseræ congrediantur, cum in altera atque altera forent sex puncta. *graphiaria.* i. hecæ graphiariæ. *armata ferro.* stilo ferreo. *Gausapa. In Pompeiano.* eruditiores quib adhæreo *Causia* legunt. est autem *Causia* capitis tegmen Græcorum & maxime Macedonum. Herodia. libr. δ'. προσήει δὲ αὐτοῖς ἐν μακεδονικῷ χλαμύδι, καυσίαν δὲ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρων. Plutarc. in Erotico. καὶ χλαμύδα περιθεὶς, καὶ καυσίαν μακεδονικὴν. Dictionem hanc vsurpant Valerius & Plautus. *Parazonium.* vox ea mutanda non est. *nomina antiqua*, tametsi hodie grãdi pretio emi soleat. *Hoc rapit Anta*, nescio an *harpastum* id genus follis sit, quẽ *pugillatoriũ* nominat Oribasius. lib. collecta. 6 cap 33. *alteres.* hunc ipsum consule li. dicto cap. 34. *Quod nec Virgilius.* Nec Myrobolani meminit Virgilius, nec Homerus. *Clara Rhodos coptam. Copta Rhodia* placenta est ex papauere & melle, duritia insignis, non *panis dipyrus*, vulgo *bis coctus.* *Sed pretium scopis.* nec sane iudicio carent qui, *Ora nunc scopis*, retinendum autumant. *Sed prius Argus erat.* imo prius fuit pauo, in quem cõformatus est Argus, vt docet in Metamorph. Ouidius. *Surgere pectus aquo.* ego *pecten* restituo. *solet, surgere* suborti que pustula intumescere pubes. *Stepadia.* Caliga *Stibadia.* Græcis πόδα καὶ σιβάδιον. *Nec ebria tigris* hæc Libero patri sacra est bestia. *Domini Bacchi. quot digites.* annulis onustos. Plinius lib. 33. cap. 1. *Si possem totas*, ex atritis lacernis pilea fieri ac consui hoc disticho euidens est Stat. sylua 4. *Cæsis pilea suta de lacernis cœnatoria.* pallia subauditur. supra est. *Cœnatoria mittat aduocato. Vdones Cilicij.* hoc in Pandectas ante expolui. nec vero prætereũdum *Vdones* dici; non *Vndones*, ab vndis intextis. *Iam Babylonis opus.* Plinius lib. 8 cap 48. *Tomentum concisa palus*, quidam; *tomentum Circense*, legunt, & a circo nominatum existimant, quasi dicas plebeium ac triuiale, nec dicatum nobilibus, vt Lingonicum. *Amyclea pluma.* Iupiter in olorem conuersus Ledam Helenæ matrem Amyclis Laconiæ oppido vitiauit *prædo fuit volucrum* eo ad aucupia vtebãtur prisci, quemadmodum hodie Galli noctua *Callida tum tacita crescit arundo manu.* Sillius Italicus li. 7. *sublimem calamo sequitur crescente volucrem*, quos enarrat Basilius εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλία ιε οὐδὲ πώποτε ἐπ' ἄκρον κλάδου καθεζόμενον ὄρνεον καταχειλωθὲν τὸ ἀέρα μὲν. πίστευε γὰρ τῇ κουφότητι τοῦ πτεροῦ ἀλλ' ὅμως ἔστιν ἰδεῖν παῖδας ἀθλεύειν, καλάμους καλάμοις ὑποβάλλοντες, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον τῶν καλάμων ἰξὸν περιπαρτήσαντες. εἶτα λανθάνοντες διὰ τῶν κλάδων, ἐκ τῶν φύλλων κλέψαντα τοῦ ἰξοῦ τὴν παρουσίαν & reliqua. ex his supra lib 9. legẽdum videtur: *& crescente magis* (non *vadis*) *traheretur arundine præda.* quidque significet apud Plinium lib. 16 cap 36. *aucupatoria calamorum amplitudo*, innotescit.

F I N I S.

TOMI CRITICI
PARS IV.
IOACHIMI CAMERARII ΣΥΜΜΙΚΤΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ,
quæ erunt Quæstiones promiscuæ, δεκὰς ά, seu Decuria prima.

*

QVum manifestum sit, quemadmodum ait Euripides,

Nouisse recta nos, scientes optima,
Non elaborare tamen, alios otium,
Alios honesto preferentes suauia,

quam caussam putandum esse, quod salutaria negligantur, & vsurpentur nocentia? salutaria enim certe sunt optima; & perniciosa, his contraria. Hæc quæstio omnes omnium ætatum sapientes exercuit. Et quamquam sunt alia firmiora argumenta cœlestis doctrinæ, tamen ista quoque coniectura non est leuis, quum non expleat ratio humana ea, quibus omnis consideratio felicitatis continetur, sed in hac parte titubans allucinetur: esse aliquam tam cognitionem quam facultatem meliorem & præstantiorem humana; quam esse diuinam oportet. Nam scire quid sit rectum & optimum, & ab hoc alia affectione depelli, quale esse dicemus? aut quæ affectio tantum poterit, vt naturæ iudicium & appetitionem euertat atque detorqueat? Fugitur, inquit Euripides, labor. At

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Huius proposito neque laboris, neque periculi vllius metus obstat. Quid illi? qui,

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones?

an otium sequuntur, & vitant laborem? Incitat nimirum cupiditas & hos & alios, quæ habet voluptatem semper. Sed salutis & vitæ beatæ est omnibus innata cupiditas. Cur ergo est aliqua res vlla suauior honesto & bono? Quocumque se vertat ratio & sapi-

entia humana, incurritur; & quicquid instituatur ad edisserendū, hæret aqua, vt dicitur. Quapropter veritate doctrinę cęlestis cōstituta omnino aliis certissimis argumentis, inter cōiecturas humanas cogitationū non amentiū neq; hæc est futilis: Esse aliam excellentiorem rationē & mentē humanam; quum hæc in suo fine decernendo fallatur ac erret. Quæ autē ratio præstantior est, ea diuina sit necesse est. Et, si est, vel potius, quoniam est, est Deus. Atq; hucusq; procedens sagacitas intelligentię humanæ, in multitudinem quandā, diuinitatis notionē distribuit. Quā tamē cōtrahere, & ad vnum reducere, consideratio diligens coegit. Id autem vnū & primū esse, & originis ac caussæ, vnde exstitisset, omnino expers, oportebat. Itaq; sequebatur idipsum principiū caussāmque ceterorum necessario constitui. Quapropter nihil aliud concludi potest, quam vnum esse Deum: non illū quidem in naturam mundi implicatum, & huic cohærentem atq; affixum, sed οὐσίαν ὑπερούσιον, auctorē, creatorē & conditorem, conseruatoremque & gubernatorē omniū, vt solum vere bonum, sic etiā sapientem. De cuius & natura seu essentia, & voluntate, exponuntur ea, quæ cognosci ipse voluit, verbo illius, interprete Filio, qui est λόγος ἀΐδιος, & doctore S. Spiritu paracleto, in ecclesia Iesu Christi, vnici Domini καὶ σωτῆρος nostri: cui sit laus, honor, victoria seculis infinitis.

B

Πῶς εἴρηται τὸ καλὸν δι' αὑτὸ εἶναι αἱρετόν; ἔστι γὰρ διὰ τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ· τῶν γὰρ τέλειον τὶ δι' αὑτὸ εἶναι δοκεῖ ἢ τὸ αἴτιον. οὐδεὶς δ' ἂν ἕλοιτο τὸ εἶναι καλὸς κἀγαθὸς, εἰ μέλλοι μὴ λυσιτελήσειν αὐτῷ, ἢ ἀηδὲς ἔσεσθαι τὸ εἶναι τοιοῦτον. ὥσπερ οὐδεὶς ἕλοιτ' ἂν ὁρᾶν, εἰ μηδὲν λυσιτελήσει μηδ' ὠφελοίη. ἀμέλει πῶς καὶ ὄψεταί τις μηδεμιᾶς ὠφελείας καὶ χρείας καὶ τέρψεως προσγινομένης; ἢ τί ἔσται τῆς αἰσθήσεως τὸ ἀγαθὸν, ἢ χαίρειν, σημεῖον δέ, ὁπόσοις [illegible] τις συνδέοιτο [illegible], ὅσῳ πλεῖον φαίνεται αὐτῷ νέμων τοῦ καλοῦ. καὶ διαμάχεται [illegible] περὶ τῶν πραγμάτων ὁ ἀνδρεῖος ἐν πολέμῳ. ὁ δὲ δίκαιος, διαφυλαττόμενος τὸ δίκαιον [illegible] εἶναι τοιοῦτος καὶ ὁ σώφρων ὡσαύτως οὐκ ἂν ἀγαπήσειν, εἰ ἐξὸν ὡς καὶ ψυχῇ [illegible] ἔσεσθαι ἠλιθίως ἐπὶ σωφρόνων ἐθέλεται [illegible] τις τοῦ [illegible], τὴν δὲ καλοῦ δόξαν αὐτῷ προσεῖναι μᾶλλον ἢ ἑτέρᾳ, ὅτι δὲ τὸ μάλιστα αὐτῷ λυσιτελὲς εἶναι νενόμικε καὶ ἥδιστον ὑπάρχον ἐπίσταται. πῶς οὖν τὸ δι' αὑτό, [illegible] τοῦ καλοῦ εἴρηται; ὅτι ἐν τούτῳ ἴδιόν τι συμβαίνει καὶ βέβαιον τὸ ἡδὺ καὶ λυσιτελὲς καὶ συμφέρον καὶ χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον. ὥσπερ εἶναι τἀγαθὸν φαμέν, τῶν ἄλλων [illegible], ὅσα λέγεται εἶναι τοιαῦτα, πρὸς ἕτερά τι βλεπόντων καὶ μιγνυμένων καὶ ἀσταθμητῶν. οἷον χρήματα ἔχειν, ἔσθ' ὅτε ὠφελεῖν καὶ τέρπειν [illegible] [illegible], ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ βλάπτειν καὶ λυπεῖν. οὕτως τι καὶ περὶ πάντων τῶν [illegible] ἄλλων γνοίη τις ἂν ἔχειν, ἰσχύος, εὐμορφίας, τιμῆς, ἐξουσίας, καὶ τῶν ὁμοίων. [illegible] δ' ἐστί τι τέλος τὸ καλὸν οὐκ ἔχει συνεζευγμένον καὶ ὥσπερ [illegible] [illegible], [illegible] τὸ λυσιτελὲς, ἀλλ' ἀμφότερα καὶ ἀντίβλαψον καὶ πάλιν ἐρομένῳ ἐξ [illegible] [illegible]. οὐ γὰρ ἂν εἴη καλὸν τὸ ἀληθῶς ἀηδὲς ὂν καὶ ἀλυσιτελές, οὐ λυσιτελὲς τὸ ἡδύ τῳ, οὐδὲ μὴ καλόν. πῶς δὲ ὁ ἐν [illegible] [illegible]

[illegible]

...ται· καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν ἐνίοτε βλαβερὰν ἀποβεβηκέναι λεγόμενον
παράδειγμα τὸ Δαιδάλου καὶ Παλαμήδους. εἰ δὲ ἡ σοφία τοιαύτη, σχολῇ γε
[illegible] καὶ ἄλλη ἀρετὴ πᾶσα, καὶ μετ' αὐτῆς τὸ καλὸν, ποτὲ μὲν ὠφέλιμον, ποτὲ δὲ βλα-
βερὸν ἂν εἴη. εἰ ποτε δ' αὖ τις ὡς αὐτὼς τὴν ἀνδρείαν βλάπτειν τοὺς ἀποθνή-
σκειν μέλλοντας μαχομένους, ἢ σώζεσθαι φεύγοντας [illegible]. καὶ τὴν σωφρο-
σύνην ἐν πράξει τινὶ, τῇ τοῦ Ἱππολύτου φησὶν ἡ τραγῳδία θάνατον αἰτίαν γε-
[illegible] μηδαμῶς εἶναι τὴν ἀπόλαυσιν τῆς σοφίας ἢ ἀρετῆς; ἀλλ' εἴ τι λυ-
πηρὸν συμβαίνῃ ποτὲ, τοῦτο ἀπό τινος ἔξωθεν τυχηροῦ συμπτώματος ἐπιγίνεται
[illegible] ψυχαῖς [illegible] τῇ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ, ἤγουν τῷ καλῷ· ὡς οὐ-
[illegible] μοχθηροὶ ἢ καλοὺς πεφυκότων ἐκείνων, οὔτε ὄντων, οἷον ὕλην
[illegible] γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν πραγμάτων. ἢ λεκτέον, ὅτι τὸ καλὸν οὐ διὰ τὸ
[illegible] ἡδὺ αἱρετόν· ἐστὶ δὲ οὐδὲν ἧττον τοιοῦτο καὶ ὅσον καθ' αὐτὸ, οὐκ ἂν γέ-
[illegible] ἢ ἄλλους εἰ δέ τι τῶν [illegible] ἐργάσαιτο ποτὲ τῆς λυ-
[illegible], καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο οὐκ ὀρθῶς· αὐτονομίας εἴη ἀνωφελὲς, καὶ ἔχοι τέρψιν [illegible]
[illegible] καὶ [illegible] τοῦ καλοῦ ἐν. τῆς [illegible] γινομένου.
τὸ μὲν καλὸν, αὐτοτελὲς καὶ ἀρχή· τὸ δὲ ἡδὺ, καὶ λυσιτελὲς, ἤτοι ἐπιγέννημα [illegible]
[illegible] αὐτῆς [illegible]. ἡ δ' ἀρχὴ αὐθαίρετος, κἄπειτα χωρίζεται μηδέ ἐστιν οὐ-
[illegible] τὸ καλὸν ἐκφέρειν μὲν ὡς καρποὺς τινὰς, καὶ λυσιτελὲς καὶ τὸ ἡδὺ, ὑφί-
στασθαι δὲ ὡς αἱρετὸν δι' αὐτὸ, καὶ οὐ δι' ἕτερον.

II.

QVa ratione dici solet, honestum per se esse expetendum? Expetitur enim propter vtilitatem & suauitatem. Nam abso-
lutum & perfectũ quod est, id per se esse putatur, vel caussa. At ne-
mo vir bonus & honestus dici vellet, nisi hoc ipsum quod talis es-
set, ei vtile & iucundũ fore existimaret: quemadmodũ certe nul-
lus se videndi sensu præditũ optaret, si illi hoc nihil prodesset, &
expers esset delectationis. Quis.n. nimirum vsus videndi habere-
tur, si absq; vtilitate & commoditate atque delectatione aliqua
esset? aut quodnam aliud bonum vel iucundum sensui coniun-
ctum est? apparet autem hoc inde quoq;, quo vir melior quisque
est, eo magis conspicitur sibi vendicare possessionem virtutis &
honestatis. Nam & fortis de principatu dimicat in prælio: iustus
item, vt talis sit, omnibus viribus contendit: pariter temperans
molestè feret, si remisse & frigide ob temperantiam collaudetur.
[illegible]mare vnusquisq; vir bonus & honestus se in opinione virtutis
& honestatis esse mauult, quam alterum: idque propterea, quia
maxime hoc sibi vtile futurum statuit, & potissimum iucundita-
tem parere nouit. Quomodo ergo illud, per se, accipiendum de
honesto? An quia in eo propria & immutabilis atq; stabilis con-
sistit suauitas, vtilitas, commoditas, omneq; id quod conducit &
prodest? atq; hoc quidem appellamus bonum, quum reliqua v-
niuersa quæcũq; sane ita vocẽtur, ad alia respiciant, & mutationi
obnoxia sint, atq; hinc inde vagentur. vt, opulentum esse, potest
accidere vt aliquando vtile sit & delectationẽ afferat, aliquando
vero etiam noceat & ingratum sit, quemadmodũ prope omnes

tatentur. Eadem ratio est in aliis omnibus huiusmodi statuenda, vt in robore & viribus, forma, honoribus, potentia & his similibus. Virtus autem, cuius finis est bonum, annexa simul & veluti extrinsecus affixa non habet, vtilitatem & suauitatem, sed sua natura illi coniuncta sunt, & ex seipso virentia ac mutua quadam conuersione recurrentia. Ita vt aliquod reuera bonum expers suauitatis & vtilitatis esse nequeat, neque vtilitas aut suauitas vlla reipsa sine honestate & virtute consistat. Qualis igitur est quarto libro memorabilium dictorum Socratis ratiocinatio? qui deprehensum esse ait, sapientiam quoque ipsam quibusdam detrimento fuisse, confirmans hoc exemplis Dædali & Palamedis. Quod si sapientia eiusmodi est, vix aberit profecto, quin reliqua virtus vniuersa, & vna cum hac honestum & laudabile, alio quidem tempore possit esse vtile, alio vero perniciei sum. Sic diceret quispiam, eodem modo fortitudinem nocere illis qui proponūt sibi, potius pugnando mortem se oppetere velle, quam fugiendo saluti consulere. & Tragœdia inquit, temperantiam Hippolyto mortem perquam miserabilem conciliasse. An perhibebimus sapientiam vel virtutem nullo modo esse perniciosam. Verū si quid triste aliquando eueniat, hoc ab alio externo & fortuito casu superuenire, & ne leuissimam quidem notam inurere sapientiæ & virtuti, siue honesto & laudabili: vt hæc sua natura non sint apta nata ad prauum aliquid in se recipiendum, aut ad præbendum ex sese tamquam materiam nocendi? An vero dicendum, quod honestum & laudabile propter vtilitatem aut suauitatem non expetatur, quum nihilo tamen minus tale esse soleat? Atq; quum per se non possit carere vtilitate & suauitate, si aliquando opinio seu existimatio bono & honesto viro insuaue aliquid incusserit, etiam hoc ipsum haud recte inutile esse statuetur, & continebit delectationem quandam, eo quod hac ratione, *tempore huiusmodi magis eluceat & illustrius fiat honestum & laudabile. An honestas & virtus omnibus suis numeris, vt dicitur, absoluta est, nec ab alio pendet, & principium censetur? suaue autem & vtile sunt veluti in corpore annata quædam, & in stirpibus propagines & ramuli quidam accrescentes. Principium vero per se expetitur, & ista ab hoc seiuncta nullius momenti sunt: Vt honestum & virtus tamquam fructus quosdam producāt tam vtilitatem quam suauitatem, consistat autem vt per se eligendum, & non propter aliud.

*sine ex afflictione securebus aduersis nam Græce ἐκ τῆ ἀντιξοῶν. [illegible]

T

Πῶς λέγει ὁ Πλάτων Θεαιτήτῳ τὸ καινὸν εἶναι ἀεί; εἰπὼν ὅτι [illegible] πᾶν τὸ τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη [illegible] * τούτῳ [illegible] ψυχῆς ποιῶ ἐξ ὧν καὶ τὸ τῆ ἀρχῆς [illegible] [illegible], πῶς [illegible] δὲ συμφανεῖ τούτοις, ἵνα εἶναι πατέρα καὶ ποιητὴν αὐτῶν [illegible] τὸν αὐτὸν Πλάτωνα; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἔστω.

*[illegible] Plutar. k. περὶ Ισιδος.

ἔστιν· οὕτω δὲ ἤδη οὐδὲ ἓν ἔσται, ἀλλὰ πολλά. δύο γὰρ ἑνάδες, δυάδος ποιητικαί· ἡ δὲ δυὰς, προβλητικὴ τοῦ ἀριθμοῦ. τὰ μὲν οὖν θεῖα ταῖς τῶν φιλοσοφούντων ἐξακριβώσεσι, μᾶλλόν που ἀγνοίας ἐμπεπλήκται· εἰσὶ γὰρ ἐκεῖναι, οἷαι παμπόλλας περιέχειν ἀντιλογίας καὶ ἐνστάσεις. τῷ ἐθελομένῳ διὰ λόγων ἐξετάζειν αὐτάς. ἡμεῖς δὲ καθορᾶν ἐν τούτοις δοκοῦμεν καὶ ὁμολόγησιν σαφῆ τοῦ μὴ ἐσχηκέναι ἐκείνους βεβαίαν γνώμην καὶ ἐπιστήμην ἀσφαλῆ περὶ τῶν θείων πραγμάτων. τὸ δὲ κακὸν οὐσίαν οὐκ εἶναι, μὴ ὅτι γε ἀεὶ γεγενῆσθαι. φανερὸν τῷ ἐννοήσαντι τὴν γένεσιν· τοῦ γὰρ ὄντος λύμη καὶ λώβη, ἡ κακία. στέρησις τοίνυν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξεως καὶ ὄλεθρος τῆς οὐσίας, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν πτῶσις τὸ κακὸν ὑπάρχειν· οὐκ ἂν ἰσόχρονον τῷ * ὄντι γένοιτό ποτε· οὐκ ἄρα ἀεὶ ἦν, οὐδὲ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ ἐστί τι ὂν τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ τοῖς οὖσιν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰς ὄλεθρον οἰχομένοις, ἕπεται οἷον πυώδης τις ἀπόρροια καὶ φθορώδης ἔκκρισις τοῖς ὑγιαίνουσι τοῦ σώματος μέρεσιν. ὅθεν ὅσα κακά ἐστι, καὶ τῷ τῆς νόσου ὀνόματι σημαίνονται.

* f. τῷ ὄντι

III.

QVid est quod Plato dicit in Theæteto, malum esse semper? inquiens necessario aliquam contrariam vim semper esse bono. An simile hoc est illis quibus duas animas facit, vnde etiam duplex principium quasi contrarium numen quoddam aliqui deduxerunt? Verum quo pacto cum his consentiunt, quæ eodem auctore Platone referuntur, vnum esse patrem & conditorem rerum omnium? nulla enim intelligentia comprehendi potest vnum quippiam vni esse contrarium. erit enim & hoc vnum quoddam: illa autem ratione vnum non erit amplius, sed plura. Duæ enim vnitates efficiunt duo, & hæc numerum producunt. Res itaque diuinæ talibus exquisitis philosophantum disputationibus adhuc magis obscuratæ & ignorantiæ tenebris inuolutæ fuerunt. Sunt enim illæ istiusmodi certe quæ occasionem præbeant contradicendi & obiiciendi ei, qui studet in has vera ratione inquirere, multiplicem. nos quoque videmur in his deprehendere manifestam confessionem, eos plane nullam firmam sententiam de rebus diuinis, nec vllam certam scientiam habuisse: Quod vero malum non sit aliqua natura per se, nedum illud semper fuerit, cōsideranti quid sit generatio planum fieri potest. Rei etenim deprauatio & labes, est vitium. Ergo quum malum sit priuatio boni habitus & exitium naturæ, & in illud quod non, lapsus, nunquam cum eo quod reuera est, tempore simul esse vllo modo potuit: non igitur semper fuit, neque secundum veram rationem aliquid sua natura est: sed eas res, quæ a sua natura in perniciem abeunt, sectatur tamquam defluxus purulentus & excretio exitiosa in membris. Quo fit vt quæcumque mala sint, morbi appellatione significentur.

Δ

ΔΙὰ τί τὴν ὄψιν διαφερομένην ὑπὸ τῆς αὐγῆς, παραμυθοῦνται τὸ ἐναντίως σκοτεινόν τι καὶ μέλαν, μᾶλλον ἢ τὸ ἰδίως χλοάζοντος τὸ

κυανοῦ, οὐ τὸ αὐτὸ πάσχει πρὸς τὴν ἐναντίαν μάλιστα αὐγὴν τὸ παχυνθὲν καὶ ἠμβλυμμένον ὑπὸ σκότους ὄμμα; τοῦτο γὰρ εὐθὺ λαμπρῷ τινι προσπε-λάσαι, καὶ κίνδυνον ἐπιφέρει ἂν τοῦ βλαβῆναι αὐτό. ἢ οὔσης αὐγοειδοῦς τῆς ὄψεως τὸ σκοτεινὸν ὠφελεῖ διαλυθεῖσαν ἐκείνην ὑπὸ τῆς ἐπεισχυθείσης ἔξωθεν αὐγῆς θεραπεῦον, ὡς ἐναντιουμένου τοῦ οἰκείου μέλανος τῷ ἄγαν λευκῷ τῆς αὐγῆς; οὐ γὰρ ἐναντία φῶς καὶ σκότος, ἐπεὶ μᾶλλον στέρησις τὸ σκότος. ἔχει γοῦν ἡ βεβλαμμένη πρὸς τῆς λευκότητος ὄψις, ἴαμά τι τὴν ἐναντιότητα τοῦ μέλανος. τῷ δὲ σκότει οὐκ ἔστιν, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἐναντίον τὸ φῶς, ἢ οὐχ ἁπλῶς, ὡς δέδεικται ἐν ταῖς κατηγορίαις· καίτοι ἐν τῷ περὶ ψυχῆς β΄, οἷον πανουργευόμενος ὁ Σταγειρίτης φάσκοι τὸ δοκεῖν εἶναι ἐναντίον τῷ φωτὶ τὸ σκότος. μεταβολὴ μέντοι γίνεται πάντως ἐν τῷ ἀέρι, τοῦ λαμπροῦ, ὅταν σκοτισθῇ, καὶ τοῦ σκότους, ἐπὰν λαμπρυνθῇ. διὰ τοῦτο λυπηρόν τι ἅμα καὶ ἐπισφαλὲς, τὸ ἐκ τοῦ σκότους ἀναβλεπούσῃ ὄψει, ἐξαπιναίως αὐγὴν προσβάλλειν. πᾶσαι γὰρ μεταβολαὶ ταραχώδεις πώς εἰσιν, ἄλλως τε καὶ ἐξαπιναίως γινόμεναι. τῇ δὲ ὑγιαινούσῃ καὶ καθεστηκυίᾳ ὄψει προσφιλέστατον καὶ ἐπιτηδειότατον χρῶμα τὸ κυανίζον, διά τε τὸ ἠρέμα συνάγειν αὐτὴν κατὰ τὸν Γαληνὸν συμβαίνει. δὴ καὶ διὰ τὸ φαινόμενον ὁμόχροον τοῦ ἀέρος, ἐν ᾧ τὸ διαφανὲς καὶ παρουσίᾳ φωτιστικῆς τινος ἐνεργείας λαμπρυνόμενον ἀπαυγάζον, καὶ ἀπουσίᾳ ταύτης σκοτίζεται ζοφούμενον.

IV.

CVr visus, quum splendore dissipatus, a contraria re, tenebricosa nimirum & nigra, potius quam gratissimo colore cęruleo recreetur: non eodem modo afficitur obtusus & hebetatus a tenebris oculus erga contrarium maximum splendorem? Si oculus enim repente lucido corpori obiiceretur, periculum esset ne læderetur. An quum visus splendorem in se contineat, tenebræ illi conducunt, quod labefactato ab extrinsecus aliquo illabente splendore, hæ medeantur tanquam aduersante sua nigredine cādori nimio splendoris? non enim contraria sunt tenebræ & lumen, quoniam priuatio potius sunt tenebræ. Accipit igitur visus, a candore nimio læsus, remedium quoddam a contrario nigredinis. Tenebris vero aut non omnino contrarium est lumen, aut non simpliciter: cuius rei demonstratio extat in Categoriis. quamuis secundo libro de anima, tamquam callide tergiuersando Stagirita inquiat, videri contrarias esse lumini tenebras. Mutatio sane prorsus in aere fit, quum res lucida tenebris obscuratur, & contra quum tenebræ illuminantur. Eamque ob caussam molestū, & simul periculosum est, e tenebris iam emergenti visui, ex improuiso splendorem obiicere: omnes enim, præsertim subito factæ, mutationes sunt quodammodo turbulentę. Bene autem valenti & integro visui iucundissimus & maximē idoneus color est cæruleus, quia & paulatim ipsum secundū Galenum contrahit, & quia similis color apparet in aere, in quo pellucidum cum præsentia efficacitatis cuiusdam videndi illustratur; splendoremque de se mittit, tum huius absentia obscuratus & obducitur caligine.

Quare

V.

QVare præstantes virtute & sapientia viri, sæpenumero aut tristem aliquem finem vitæ sortiuntur, aut liberos relinquunt degeneres? Non est autem hoc obscurum, sed pluribus exemplis illustre. An de liberis id dicendum est, quod & alii & nos collegimus, magis eminere vitia sobolis ob virtutem parentum? An de vtroq; perhiberi possit, hoc accidere naturali quadam in terris rerum omnium quasi fluxione, quum nihil eodem loco semper permaneat? Mouentur, currunt, volant, vagantur cuncta. mutatio autem semper fit in contraria. Potentia igitur & superbia, in humilitatē & inopiam conuertitur: vires in imbecillitatē: nobilitas atq; dignitas & splendor, in obscuritatē, dedecus, ignominiam: atq; similiter de ceteris quærentes, rem se habere reperiemus. Non aliter atq; iuuentam in senectam, & pulcritudinem ac venustatem in deformitatem atq; turpitudinē; & habitū corporis præclarum, in prauum mutari necesse est. Quædam autem caussæ talium euentuum ostendunt se latentes in hominū ingeniis, & eminentes de consiliis ac actionibus. Cyrus maior vrgens fortunam, & fretus felicitate, qua adhuc fuerat vsus, neq; admonitus Crœsi casu, in suum ipse sese exitium præcipitauit, si vera narrantur ab Herodoto. Pausanias Lacedæmoniorum rex, qui Persas deuicerat, scelere etiam conceptæ proditionis se alligauit. Quid Aiax? nonne fabulæ tradunt impiæ audaciæ cum pœnas dedisse? idem Achillem atq, huius filium Neoptolemum, vel sceleris conatus, vel temeritatis impulsus euertit. Atq; vt ad propiora veniamus, nonne Pompeium fiducia potentiæ, nonne Cæsarem contemtus aduersariorū perdidit? Atque est in his omnibus euidens vis quædam diuinæ animaduersionis, quæ refutat atq; deiicit elata & eximia: cui ipsius naturæ ordo ac dispositio seruit. Itaq; & aliis vaticinationibus prædicuntur sæpe talia euenta, & quum in lucem prodiit aliquis, notantur ea quæ accidere nato debeant. Hæc omnes volunt commonefacere, vt sapienter rebus prosperis

Contrahant vento nimium secundo Turgida vela;

vt ait Horatius: vtq; cupiditates & in primis obscenas libidines refrænent. Quod si Hercules fecisset, non dedisset occasionem mortis suæ vxori amantissimæ viri. Et accusatur Ciceronis in aduersarios nimis acerbum & importunum odium, & in senecta vltima ambitio; quemadmodum Demosthenis opulentiæ & gloriæ infinita auiditas. Incidit autem horum cursus in quasdam fatales gubernationum mutationes, quibus temporibus ea accidere consueuerunt, quorum pleraque sunt inexplicabilia, quum illæ quidem calamitosæ semper & cruentæ esse soleant. Vnum autem est præceptum eximium & optimum, Maroniani versus,

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

——— probos enim & bonos

Amore complectens, malos odit Deus;

secundum Sophoclis sententiam. Atque hæc & his similia ratio cogitatioque humana potest comminisci: sed diuini consilii cognitio alia etiam demonstrat. Nam optimos & sanctissimos viros in hac vita & terris affligi, excruciari, indigna morte interimi cõstat, neque semper bonis bene esse, malis male. Quod accidit voluntate & iudicio æterni Dei occulto & ignoto sapientiæ hominum; de quo disseritur & explicatur veritas in Ecclesia filii Dei Domini nostri Iesu Christi, neq; istarum maximarum rerum tractatus hoc loco inculcandus fuit.

❧

Διὰ τί ἐκ τῶν φρονίμων μὲν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν γεννώμενα διαγίνεται ὑπάρχοντα ὑπόμωρα πολλάκις· τῶν ἰδιωτῶν δὲ καὶ ἀνοητοτέρων τοὐναντίον οὐκ ὀλιγάκις τῇ εὐφυΐᾳ διαπρέπουσιν; ἣ τὴν αἰτίαν τοῦ ζητουμένου ἀποδέδωκεν ὁ Ἀφροδισιεύς; ἢ καὶ λογικώτερον ἄν τις οὐκ ἀπὸ τρόπου ὑπολάβῃ, συμβαίνειν τόδε οὕτω πως, διὰ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατάστασιν καὶ τύχην, πέφυκεν γὰρ ἥκιστα δὴ ταύτῃ, εἶναι τῶν παίδων τοὺς πλείονας κακίους, πατέρας δέ τε πατρὸς ἀμείνους· ὅταν δὲ τῶν πολλῶν εὐγενεῖς τε καὶ ἀνόμοιοι τοῖς τεκοῦσι τέκνοι γίνονται, δοκεῖ τοῦτο εἶναι θαύματος ἄξιον, ὥσπερ ἄλογον ὂν τοὺς σοφοὺς μὴ τοιούτους φυτεύειν. ἔστι δὲ τὸ χρυσοῦν ἄπειρον τῷ ἀριθμῷ. καὶ οἱ φαῦλοι τῶν σπουδαίων καὶ ἀφρόνως πολλαπλάσιοι· ὥστε τὸ ἐν ὄχλῳ πολλάκις συμβαῖνον, παραβαλλόμενον ἐοικέναι τῷ ὀλιγάκις. εἰκότως ἄρα τῶν τε φρονίμων καὶ τῶν ἀφρονεστέρων παῖδες γίνεσθαι ποτὲ μὲν ὅμοιοι, ποτὲ δὲ ἀνόμοιοι τοῖς γεννήσασιν. εἰ γὰρ τὸ δυσγενὲς ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἀεὶ ἀποχωρήσειεν, οὕτω δὴ τέλος τῇ κακίᾳ ὁ βίος ἀμαυρωθείη ἄν. ἐνίοτε τοίνυν ἐκ τῶν τε φρονίμων καὶ τῶν ἀφρόνων γίνονται παῖδες σοφοὶ καὶ μὴ σοφοί. ὥσπερ τῶν ἀγαθῶν κακοί, καὶ τοὔμπαλιν κακῶν ἀγαθοί. τὸ δὲ γινόμενον ἐν τῇ συγκλύδι μὲν πληθύϊ, πρὸς τὴν ἀρετὴν ὡς ἀλλοτρίαν εἶναι δοκοῦσαν, μᾶλλον ἐκλαμβάνεται, περιβλεπόμενον ὡς δὴ σπάνιον. ἐν δὲ τοῖς ὀλίγοις, καλοῖς τε οὖσι κἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσι λεγομένοις, πρὸς τὴν κακίαν τὸ αὐτὸ ἀνήκει, ἀποστρεφόμενον ὡς ἀσύμφωνον, οὐχ ἧττον ἄρα ἄφρονας μὲν γεννῶσιν οἱ ἄφρονες τῶν φρονίμων, καὶ οἱ φρόνιμοι φρονίμους, ἤπερ οἱ μὴ τοιοῦτοι· τὸ δὲ ἐναντίον τῆς ὑπολήψεως οὐκ ἔστι τὸ ὁμόλογον καθορᾶσθαι, ἄλλως τε καὶ τῶν φρονίμων ὀλίγων. τῶν δὲ μὴ φρονίμων πολλῶν ὄντων, καὶ διαμένειν ὀφειλόντων διαπορήσειεν οὖν τις ἴσως ἄν, εἰ ἀληθῶς εἴρηται, ὅτι πολλοὶ μωροὶ φρονίμους ἀγαν[illegible]. πολλοὶ γὰρ μωροί εἰσι μέν, οὐ πολλοὶ δὲ ἀνάλογον τῷ πλήθει γεννῶσι φρονίμους. ὡσαύτως δὲ εἰπεῖν οὐκ ἂν ἔχοι, ὅτι ὀλίγοι ὄντες οἱ φρόνιμοι, οὐκ ὀλιγάκις γεννῶσιν ὑπομώρους, ἤγουν κακίους ἑαυτῶν, ῥεπούσης δηλαδὴ τῆς γενέσεως ἐπὶ τὸ φαυλότερον, ἀλλ' οὐ περιορώσης ὅμως τῆς φύσεως παντελῶς ἀϊστωθῆναι ἐν αὐτῇ τὸ γενναῖον, καὶ σπουδαζούσης διὰ τὸ ἵνα κρείττω τίκτωσι τὸ ἀεὶ λανθανόμενον, ἄλλοις δὲ καιροῖς ἄλλως κατὰ τὸ εὐτυχέστερον ἢ ἀτυχέστερον τοῦ παρόντος ἀεὶ βίου.

Qui

VI.

QVi fit quod sæpenumero virorum prudentum & clarorum reperiuntur stolidiores filii, quum rudes contra & imprudentiores non raro liberos generent ingenio multo excellentiore & præstantiore, quam sunt illi, præditos? An huius quæstionis caussam reddidit Aphrodiseus? An etiam eruditius quispiam non abs re coniiciet, hoc euenire tali modo, propter communem rerum humanarum constitutionem & sortem? Primum enim huic mirum visum fuit, plures liberos esse deteriores, & paucos patribus præstantiores: quo fit, vt miraculi instar habeatur, si e vulgo generosum & suis parentibus dissimilem natum conspicimus, quemadmodum a ratione abhorrens, non similem esse sapientibus ipsorum progeniem. Vile autem vulgatumque quod est, numero infinitum est: suntque leues & improbi bonis & honestis quam dici possit plures. vt id quod in multitudine sępius accidere solet, in comparatione raro euenire videatur. Liberi igitur tam intelligentum quam insipientum, interdum suis procreatoribus similes, interdum dissimiles esse consueuere. Quod si ignobile & prauum continuo in peius ferretur, tandem ita tota vita obruta vitiis ad nihilum redigeretur. quamobrem aliquando sapientes & insipientes liberi etiam generantur tam a sapientibus quam insipientibus: sicuti boni a malis, & e contrario mali a bonis. Natum autem in promiscua multitudine, ad virtutem, tanquam alienam ab hac magis refertur, quoniam in admiratione ceu rarum & inusitatum est: in paucis vero (qui dicuntur boni & honesti, virtutis studiosi & æquitatis amantes viri) eadem ratio est vitii & improbitatis, quæ vt inconsentanea auersari in illis homines solent. Nihilo igitur minus sapientibus insipientes procreant tales, quales ipsi sunt, & sapientes similiter sapientes potius quam insipientes. Contraria vero opinio non finit id quod consentaneum est perspicere, in tanta præsertim paucitate sapiētum & turba insipientum, quæ semper fuit & durare debeat. Dubitauerit autem fortasse quispiam, an recte dictum sit, quod multi fatui admodum prudentes procreent. nam multi quidem fatui reperiuntur: sapientes autem ita multi, vt illis consentanea ratione respondeant, non nascuntur. Similiter recte dici potest, paucos numero sapientes, non raro generare stolidiores aut peiores quam ipsi sunt, vergente videlicet generatione ad deterius, non tamen natura abiiciente omnem curam, neque sinente exstirpari id quod generosum & præstans est, & confirmante per quandam meliorem procreationem, quod est corruptum & mutilum; aliis quidem temporibus aliter, secūdum feliciorem seu infeliciorem huius præsentis vitæ conditionem.

Z

Διὰ τί συμφερόντως ὑς τῆς φωνῆς ἕνεκ, καὶ τὺς φάσκοντας εἶναι πάντων

ἀέρος ἐσχηματισμένον πως καὶ τρεπόμενον διέρχεται ὅμως ἐκεῖνα τὰ στερεά, τῆς ὄψεως ἀδυνατούσης τοῦτο ποιεῖν, ἥτις δοκεῖ δύναμις εἶναι ἀσώματος; ἢ καὶ στερεὰ, ἂν ὦσι διαφανῆ, ἡ ὄψις δίεισιν; ἀλλὰ περὶ τούτου νῦν οὐκ ἐρήσεται. ἡ δὲ φωνὴ οὐ δοκεῖ διέρχεσθαι τὰ στερεὰ, ἀλλὰ διὰ τῶν διεστηκότων πού κενῶν καὶ ἀνεῳγότων ἐσπίπτειν, ἐν τῷ ἀέρι τάχιστα διαδραμοῦσα, καὶ ποικίλοις ἑλιγμοῖς στρεφομένη, ὀπάς τε καὶ πύλας ἢ καὶ οἷον ὑδρορρόας τινὰς ζητοῦσα, δι' ὧν ῥέουσα τοῖς ὠσὶ προσβάλλῃ. διὰ τοῦτο οἱ τὰ ὦτα ῥάκεσιν ἀποπλήσαντες, καὶ βροντῆς ἔσθ' ὅτε οὐκ ἀκούουσιν. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς κηρὸν διαψήσας, καὶ ἀλειψάμενος ὦτα τῶν ἑταίρων, φωνῆς τῶν σειρήνων ἀνηκόους ἐποίησε. τοῦτο εἰ καὶ ἀμαθέστερον, ἀλλὰ σαφέστερον ἴσως ἐκτίθησι τὴν αἰτίαν τοῦ ἐντὸς τῶν οἴκων ἀκούεσθαι τῶν φωνούντων, ἢ περὶ ἃ λέγει ὁ Ἀριστοτέλης περὶ τῆς εὐθυωρίας καὶ τῶν πόρων. οὐ συγχωρήσει δ' ἄν τις ἴσως οὐδὲ τὸ ῥηθὲν, σωματώδη εἶναι τὴν φωνὴν, καὶ εἴποι οὐκ ἀπὸ σκοποῦ κατὰ τὸν Ὅμηρον μυθούμενος, ὅτι ἡ φωνὴ, ἁπλῶς οὕτω φάναι, οὐ σωματῶδές τι τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ πληγὴ τούτου, καὶ ἐνέργεια ἐν αὐτῷ ἀποτελοῦσα τὸ κινητικὸν τοῦ τῆς ἀκοῆς αἰσθητηρίου.

VII.

QVamobrem vox, quum ſit corporea, ſecundum eos qui definiunt hanc eſſe aerem quodam impetu conformatum, penetrat ſolida corpora, quod a viſu, quæ tamen putatur eſſe facultas expers corporis, fieri nequeat? An etiam per ſolida corpora, ſi ea pellucida fuerint, viſus tranſit? Verum de hoc iam nobis non erit ſermo. Vox autem non videtur ſolida penetrare corpora, ſed per quædam diſſita alibi & aperta irrumpere, quæ celerrime in aere circumcurrens & variis gyris conuerſa, rimas & foramina, vel etiam quaſdam veluti canales quærit, per quas fluens auribus tandem inferatur. Atque ideo qui aures obſtruunt pannis, aliquando tonitrua non audiunt. Vlyſſes vero ceram molliens, oblinenſque ea aures ſociorum, perfecit ne vocem Sirenum illi poſſent percipere. Quod etſi minus eruditum, euidentius tamen fortaſſe cauſſam explicat, quare intra domus clamitantium voces exaudiantur, quam ea quę Ariſtoteles de rectis lineis & de poris tradidit. Fortaſſe etiam illud, quod vox ſit corporea, quiſpiam non admittet, & non abſurde fabulans, ſecundum Homerum perhibebit vocem, ita ſimpliciter loquendo, non corporeum quiddam aeris, ſed plagam eius & ictum, atque efficacitatem eſſe in ipſo, cuius effectio ſit illa ſenſus audiendi commotio.

VIII.

CVr memoriam quidam amiſerunt, qui in illa horribili peſtilentia Athenis, quæ libro ſecundo Thucydidis deſcribitur, non interierunt? An cauſſa eſt in promtu: quũ origo fuerit morbi conceptum in cerebro virus, vnde manaſſe perhibetur malum in totum corpus. nam, vt interpretans Thucydidem fecit Lucretius,

Principio caput incenſum feruore gerebant.

Fuit

Ad A C autem mentem & res per se existentes seu naturã Plato constituit: ad C B vero, opinionem & quæ existunt seu oriuntur. Præterea ad mentem pertinere aliqua ex parte vult scientiam & cogitationem: ad opinionem vero coniecturam & persuasionem seu fidem. vt sit A D linea, scientia: & D C, cogitatio: & C E, persuasio & E B, coniectura. Quare, vt se habet scientia ad cogitationem, ita persuasio ad coniecturã: & vicissim, vt scientia ad persuasionem, sic intelligentia ad coniecturã. Mens itaq; humana, veluti similitudinem aliquã diuinitatis retinens, eximia quædam & excellens res est: quum sensuum atq; appetitus principium intelligentiæ humanæ veluti obscurus splendor existimandus sit, tam in homine quam ceteris animantibus. Facultates igitur quinq; differentes, in quibus sensus collocantur, ad vnum aliquod principium, in quo iam motus sensuum insistat, referri necesse est. Corporum autem cognitio sub sensus cadit, quamuis multa longe recedendo & ipsos effugiant. Id vero quod ex illis quæ intelligentia comprehenduntur quasi in speculo apparet, Plato cogitationem tanquam alteram quandam mentem vocauit: in quo & alii plurimi illum sequuti sunt. Atq; hæc ipsa cognitio Mathematicarum disciplinarũ esse videtur. De iis autem quæ reuera intelligentia siue mens complectitur, sola etiam mens iudicare potest, quandoquidem nullum in his quæ sub intelligentiam referuntur, inuenitur discrimen. Nam simplices & solæ formæ extra omnem differentiam, quemadmodum & extra multitudinẽ positæ sunt. Vnitas namq; prius numerum non efficit, quam duorũ numerum infinitum attingat: vt hac ratione Arithmetica, quamuis maxime expers materiæ illa quidem, delabens tamen a veritate & ab eo quod reipsa existit, in quanto non vt scientia ad mentem referatur, sed ad virtutem cogitandi pertineat. sicuti ea quæ in Geometria tractantur, cogitatione adhuc longius a mente abducuntur, quoniam in his adhibetur quanti magnitudo & profunditas. Atq; etiam his magis Astrologica, quia in illis motus quoq; assumitur. Harmonica enim, quæ vocẽ corpori, quod in motu est, addunt, etiam extra cogitationis proprietatem cadunt: siquidem, vt Plato ait, ad concinnam motionem aures deriguntur, sonos & voces quasdam aliquo venante & aures præponente intelligentiæ. Talem enim non cogitatione rem assequi, sed sensu eam apprehendere dicendum est: quemadmodum si quis Astronomiæ deditus, dum sursum in cœlum oculos attolleret, hoc pacto veritatẽ rerum cælestiũ se cognoscere arbitraretur, non pro eo qui rem ipsam intelligeret, habendus esset, sed tantum qui varias quasdam figuras aspectui se offerentes oculis

intueretur. Vnde si quis auferat a rebus quæ mouentur, vocem, motum vero a corporibus solidis, profunditatemque a planis & æqualibus, & magnitudinem ab eo quod quantum dicatur, ille iam circa ipsas formas, quas intelligentia complectitur, versaturus sit, perueniens quasi ascendendo per cogitationem ad primam & vltimam mentem. Neque enim eorum quæ anima discernuntur & comparantur, vel principium aliud vel terminum reperire licet. Neque est vel appellatur cogitatio, ad apperitum & sensus progressio; quum sit expers hæc quodammodo rationis, & impetum tantum appetitionis habeat. Vbi autem notio certa, ibi rationem quoque esse oportet. Quid namque & quomodo considerabit quispiam, nisi vtatur ratiocinatione? Quod vero ratio, quæ proprie sic vocatur, eorum sit quæ consistunt in actionibus, & aliter se habere possunt, perspicuum est. at opinio rationem potissimum sequitur, quam illa tamquam adminiculũ habet. Quę autem certius constituta sunt & apparent, euidentior est eorum persuasio; quæque eiusmodi esse non solent, sed adhuc errant tamquam res obscuræ & incertæ, in illis coniectura seu similitudines cernuntur. Ad hunc ferme modum disputationes Platonicæ se habent, quæ vt contemplationem ac considerationem minime illiberalem aut iniucundam continent, ita aliquãto sunt argutiores & minus a plerisque perspici possunt. Neq; ad virtutis vsum & vitam honestam atque laudabilem multum momenti afferre videntur, quũ tamen a studio sapientiæ neutiquam sint alienæ, aut disputationibus atq; tractationibus eruditorum & doctorum indignæ. De quibus in præsentia tantum explicasse satis sit. Ceterum discendi cupidus quispiam forte præterea quæsierit, Cur Plato vel Socrates Platonicus data linea recta vsus fuerit. & hac quidem vnica & continua? Ratio itaque dati huius videtur, quod ipse docuerit, esse continuum & vnum ab vno quæcumque sunt in rerum natura processum quadam parilitate & cohærentia mutua secundorum semper a primis progredientiũ, nec ab vllo res inani dirimi, nec temerario quodam motu sine discrimine huc illuc quasi subsultare, ceu Democriti figmenta. Et hæc quidem se extendunt vsque ad peculiarem illam & ineffabilem Platonis sapientiam, quæ nobis haudquaquam cognita nec insita est, & haud scio an non alii cuipiam penitus perspecta, quãtumuis pollenti maiore quam nos ingenii acumine. Idcirco maneat hæc ipsa deinceps quoque posita in medio, tamquam præmium scientiæ magis accuratæ solertiuæve quę satisfacere queat abundantius. Nos interim circa planiora & comprehensu faciliora occupabimur.

B.

Ὁ Πλάτων λέγων ὅτι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα ἐκ πυρὸς καὶ γῆς ἀρχόμενον συνιστάναι ὁ Θεὸς ἐποίει, καὶ ὅτι στερεὸν ἀπέφηνεν εἶναι τὸ πᾶν. χρῆναι

ἔχει πρὸς

ς πρὸς τὴν σύστασιν μεσοτήτοιν δυοῖν, πῶς λέγει τοῦτο; τὸ μὲν ἁπλῶς νοού-
μενον καὶ μὴ πολλῶν δεόμενον αὐδίχ' ἑρμηνευμάτων ἀεί πως ἐμοί τὸ ἀλη-
σταῖον δοκεῖν εἴωθεν. ὅτι μὲν οὖν τὸ κοσμικὸν σῶμα ὤφειλεν εἶναι ὁρατόν θ'
μα καὶ ἁπτὸν, ἐκ πυρός τε καὶ γῆς συνέστησεν ὁ δημιουργὸς αὐτό· ὄντων δὲ
των πάντη πᾶσι κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν ἐναντίων, ἵνα ἕν τι γένοιτο τὸ
ἡμένον ξυνδέσμου δηλονότι ἐδέησεν· πῶς γὰρ ἂν ξυμβαίνειν καὶ κολλᾶσθαι
ύναιντο ὅσα διάφορα, ἄνευ τοῦ ξυμβιβάζοντος μέσου καὶ προσαρμόττον-
ς ἄλλως τε καὶ τελέως ἀντικείμενα ὄντα. οἷον τὴν α πρὸς τὴν γ ἢ, πάντως
ἁρμόσειν εἶναι ἀνάγκη, ἢ διὰ μέσην τὴν β ἀνάλογον συναρμοσθῆναι.
δὲ ἐπίπεδα μία ξυνδῆσαι μεσότης ἀρκεῖ· ἐκ τούτου φανερὸν ὅτι ὁ θεο-
ς μετρόγραμμος εὑρίσκεται, ὡς ἡ μέση ἀνάλογον ὑπὸ γεωμέτρου. ὁ δὲ
ερεομέτρης, τὰς ἀγνοουμένας ἔχει ζητῶν τὰς δύο· δυοῖν γὰρ δεῖ γραμμαῖν μέσαιν
ὸς τὰς τῶν στερεῶν ἀναλογίας. οὕτω γοῦν λέγει ὁ Τίμαιος ἑρμηνεύει τῷ
άτωνι κεχρημένος ὅτι ἐν μέσῳ τῆς γῆς καὶ τοῦ πυρὸς παρενέθηκεν ὁ δημι-
ργὸς ὕδωρ καὶ ἀέρα, ὅσον ἦν δυνατὸν, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥστε εἶναι οἷον τὸ
πῦρ, πρὸς τὸ β ἀέρα, τοῦτ' οἷον τὸ β ἀέρα πρὸς τὸ γ ὕδωρ· αὕτη ἡ προτέρα ἀ-
λογία· ἡ δὲ δευτέρα, οἷον τὸ β ἀέρα πρὸς τὸ γ ὕδωρ, τοῦτ' οἷον τὸ γ ὕδωρ
ὸς τὸ δ γῆν, ὥστε διπλοῦσθαι τὴν ἀναλογίαν τῶν στοιχείων, κατὰ τὸ τοῦ ἀέρος
ὸ τοῦ ὕδατος, δὶς λαμβανομένων τῶν ὅρων, καὶ τοῦ α καὶ δ διεστώτων καθ'
ὰ παντελῶς. εἰ μὲν οὖν οὕτως ἁπλοϊκῶς καὶ παχυλῶς ἐνεθυμήθη καὶ ὁ
άτων περὶ τούτων, Θεὸς ἂν φασὶν, εἰδείη, οἱ δὲ Λευκανοὶ κατηκολουθήσαν
'Ωκέλλῳ τῷ Τιμαίῳ, τὴν τῶν στοιχείων πρόοδον διὰ διττῶν καθ' ἕκαστον
κειμένων ἐξέλιξιν προθέμενοι· τῷ μὲν πυρὶ θερμὸν καὶ ξηρόν. τῷ δὲ ἀέρι,
μὸν καὶ ὑγρόν· τῷ δὲ ὕδατι, ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· τῇ δὲ γῇ, ψυχρὸν καὶ ξηρόν. οὕτως
ὴν αὐτὰ τὰ στοιχεῖα συνοικειῶσαι μετ' ἀλλήλων πειρώμενοι, οὕτω δὴ
ς ἐν ἑκατέροις τῶν δυνάμεων κοινωνίας τινὰς ἐπενόησαν. πλημμελήσαντες
τὸν Πρόκλον, ὅτι τάξιν καθιστάναι βουλόμενοι, οὐδὲν ἧττον ἀταξίαν παρει-
άγουσιν, ζεύξαντες τὰ στοιχεῖα οὕτως ὥστ' ἐξ ἴσου φίλα καὶ πολέμια εἶναι. τῶν
σα τῷ μέτρῳ κεχρημένων καὶ εἰρήνην ἀγόντων, ἰσόρροπος ἡ λύσις καὶ
ασις. οὐδὲν ἄρα οἷον διαλυθῆναι τὸ πᾶν καὶ διαμεῖναι ὁμοίως. ἴσως μὲν
τῇ τοῦ Πλάτωνος γνώμῃ μηδαμῶς ἐναντίον δόξειεν ἂν καὶ τοῦτο. σαφῶς
ἵνα τὴν διαμονὴν τῶν συσταθέντων οὐκ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ τοῦ συνιστῶντος
λήσεως γίνεσθαι ἐνδεικνῦντες, ἐν οἷς λέγει ὁ ἐκεῖ εἰσαγόμενος δημιουρ-
καὶ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ θεοὺς θεῶν προσαγορευο-
ας. Τὰ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν "
όν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ. "
ὲ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔ- "
μήτοι λυθήσεσθε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μεί- "
ος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε, συνε- "
θε. οὕτω μὲν οὐδ' ὁ Τίμαιος ἑτέρως ἤπερ οἱ Λευκανοὶ ἐγγονικῶς εὑρίσκει. "
αὐτὸς δὲ ὁ Πρόκλος τὰς δύο μεσότητας ταύτας εἶναι βούλεται, οἵας δὴ
ήλων συνεχῶς συναρμόττειν τὰ στοιχεῖα, ὥστε ἀεὶ τὴν οἰκείωσιν πλεονά-
τῆς ἐναντιώσεως λειπομένης. ἐξέθηκε δὲ, διαστείλας καὶ συναγαγὼν τοὺς
άμεσιν τῶν πλευρῶν χώραν ἐπέχειν ἐθέλει, οὐδέ πως. τρεῖς νοηθῆναι δεῖν
σκει αὐτῷ καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων δυνάμεις, ἵνα ἡ μὲν συναρμογὴ διὰ

δυοῖν ἡ δὲ διακεκριμένοις διὰ μιᾶς γένοιτο. πῦρ ἐστὶ λεπτομερὲς ὀξὺ, εὐκίνητον· γῆ δὲ ἡ κατὰ πάντα ἔχουσα ἐναντίως, παχυμερὴς, ἀμβλεῖα, δυσκίνητος· τὸ δ' ὕδωρ, παχυμερὲς μὲν ὡς γῆ, ἀντὶ δὲ τῆς δυσκινησίας, τὸ εὐκίνητον εἴληφε. καὶ ὁ ἀὴρ οἷον τὸ πῦρ κατὰ δύο, τό τε λεπτομερὲς καὶ τὸ εὐκίνητον, παρήλλαξε καὶ τὴν ὀξύτητα ἀμβλὺς γενόμενος. οὕτω γοῦν πρόεισιν ἡ ἁρμονία ἀπὸ πυρὸς διὰ δυοῖν ἀεὶ κατὰ ταυτότητα καὶ ἑνὸς ἐναντίου μέχρι τῆς γῆς. καὶ τοῦτον τὸν διὰ δυοῖν μεσοτήτοιν κάλλιστον καὶ ἑνοποιὸν δεσμὸν τῆς κοσμικῆς ἀναλογίας ὁ Πρόκλος παρέδωκεν. εἴη δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον ἁπλοῦν καὶ ἰδιωτικὸν ἐπινόημα, οὐ παντάπασιν, ὡς οἶμαι, ἄμουσον οὐδ' ἐκμελές. ἀποφανοῦσι δὲ περὶ τούτου οἱ ἀναγνόντες.

II.

QVum Plato dicit, Deum vniuersitatis huius corpus ex igne & terra initio constituisse: & quia hoc solidum esse conueniebat, ei opus fuisse duobus mediis: quomodo hæc ab illo dicta esse intelligendum? Mihi quidem semper propemodum id quod simpliciter consideratur, nec multis in vtramque partem indiget explicationibus, verissimum quoque esse videri solet. Quum itaque mundi hoc corpus tangi & cerni debuerit, ex igne & terra genitor & effector rerum omnium ipsum composuit. Hęc autem & quoniam suâ natura, & facultate penitus contraria sunt, quo vna quædam fieret fabrica, vinculo nimirũ aliquo opus fuit. Verum quanam ratione in vnum coire & coalescere quæcumq; diuersa sunt, sine medio quodam coagmentante & conglutinante illa possint? Præsertim absolute inter se opposita. Vt exẽpli caussa, A lineam ab altera C prorsus discrepare necesse est, aut per mediam B proportione respondentem apte coniungi. Ad plana autẽ corpora connectenda vnum sufficere medium ex eo patet, quod vinculum vnius lineæ reperiatur tamquam mediæ consentanea ratione respondentis a Geometra. Qui autem solidorum corporum spatia metitur, ei in duobus mediis peruestigandis est elaborandum, siquidem duabus lineis mediis ad solidorum proportiones indiget. Ita igitur loquitur Timæus interprete vsus Platone, genitorem & effectorem illum inter ignẽ & terram interposuisse aquam & aerem, æquali & eadem, quoad fieri potuit, ratione, vt quemadmodum se habeat A ignis ad B aerem, ita B aer ad C aquã: & hæc prima erit proportio. Secunda autem ista; quemadmodum B aer ad C aquam se habet, ita C aqua ad D terram. vt dupletur proportio elementorum, in aere & aqua bis repertis terminis, A vero & D omnino inter se disiunctis. An autẽ ita simpliciter, & crassa, vt dicitur, Minerua Plato de his quoq; senserit, id scilicet Deus vt aiunt, nouerit. Lucani quidem sequentes in hoc Ocellum Timæi filium, elementorum progressum per duplices in singulis facultates complicarunt, sic vt attribuerent igni calorem & siccitatem, aeri calorem & humorem, aquæ frigidum & humidũ, terræ frigidum & siccitatem. Hi igitur conantes mutuam inter se coniunctionem elementorum conficere, hoc modo in contrariis fa-

cultatibus

cuitatibus societatem quandam excogitarunt, non sine errore quidem secundum Procli sententiam, quod eo quo in ordinem redigere ista studuerunt, non minorem cõfusionem introduxerint, ita copulantes elementa, vt æque inter se cum cõiuncta, tum pugnantia illa sint. Quæ autem æqualiter & sibi aduersantur & pacem seruant, eorum etiam æque pollens est dissolutio & constitutio. Nihil igitur prohibet quin vniuersitas rerũ pariter dissoluatur & permaneat. Quod ipsum a sententia Platonis fortasse non abhorrere videbitur, quum ille clare demonstret stabilitatẽ & firmitatem composita non accepisse a sese, sed ex illius quæ illa cõposuit arbitrio: eo loco ista exponẽs vbi auctor & creator ad deos deorum ab ipso appellatos, inquit: *Quæ per me facta sunt, me ita volente, indissoluta erunt. omne etenim quod colligatum & connexũ est, solui rursum potest. At mali est cupere dissoluere id quod recte cõpositum est, & bene se habet. ideo vos, qui generati estis, immortales non estis neque prorsus indissolubiles: nũquam tamen dissoluemini, nec mortis fatum vllo tempore experiemini, quum mea voluntas maius vinculum vobis sit & præstantius, quam ea quibus tum quum nascebamini, vincti fuistis.* Sic igitur nec Timæus a Lucanis dissentire reperitur. Ipse autẽ Proclus eiusmodi duo esse media vult, vt per ea inter se continua ratione elementa cõuenire possent, & copulari, ita quidem vt conueniens augeatur, & deficiat cõtrarium: & distrahendo atque coniungendo facultates, quas laterum regionem occupare vult, hoc modo exposuit. Placet illi animo concipi oportere tres secundum quodlibet elementum facultates, vt copulatio & coagmentatio fiat per duas, disiunctio vero & separatio per vnam. Ignis est partium subtilium, acutus atque penetrans, & facilimi motus. Terra vero, quæ huius in omnibus contrarium obtinet, est densatum partium, obtusa & iners, atque difficilis motus. Aqua in aliis vt terra se habet: pro difficili autẽ motu facilem sortita est, ac item ad ignis naturam accedit in duobus, & quod tenuium est partium, & facile mouetur. Mutatur vero acutum eius in obtusum. Sic itaq; procedit intentio quædam seu harmonia ab igne secundum duo semper similia, & vno contrario vsque ad terram. & hoc duorum mediorum pulcerrimum & maximum* vniens mundi concinnam proportionem esse Proclus tradit. Erunt autem nostræ cogitationes simplices illæ quidẽ & rudes, non omnino tamen, vt existimo, ineruditæ aut dissentaneæ. Penes eos vero, qui ista legent, iudicium de his esto.

* *deest vinculum Græce ἀν. μον:*

III.

QVare folia arborum autumno alia pallent, alia rubent? An quia alia sunt spissiora, alia tenuiora? Est autem color ruber densior quam pallidus: vnde colligi possit, viriditatẽ in foliis misceri humore de rubro & flauo: humor autẽ naturæ est in stirpe crescente, qui vbertate sua & folia & flores & fructus producit.

Idem quasi subsidens ad radicem & intra stipitem, relinquit folia arescentia, quæ iam rubra & flaua & pallida apparent in raritate coloris, & non magis humoris copia illa tingente.

Δ

Διὰ τί ὁ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτης φησὶν, ὅτι καλλίων ἡ σοφιστικὴ τῆς ῥητορικῆς, ὥσπερ καὶ νομοθετικὴ δικαστικῆς, καὶ γυμναστικὴ ἰατρικῆς; ἢ περὶ μὲν τῆς σοφιστικῆς τὴν πίστιν ἐκ τῶν Πλατωνικῶν ἐλέγχων ληπτέον, τὸ δὲ τῆς νομοθετικῆς πρωτεῖον ἤδη φανερόν· μὴ γὰρ ὑπαρχόντων νόμων, δικαστήρια οὐκ ἦν ὑπαρξάντων. ἰατρὸς δ᾽ ἴσως ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, κατὰ τὸν Ὅμηρον, ἐρίσειεν ἂν ἀμφισβητῶν τῷ περὶ τῶν πρωτείων τῷ γυμναστῇ. ἀλλ᾽ ἔστιν οὐδὲν ἧττον κατὰ λόγον εἰρημένον τὸ τοῦ Σωκράτους, καὶ δῆλον γένοιτ᾽ ἂν τοῦτο σκοπουμένοις ὧδέ πως· πρότερον γὰρ ἑτέρου ὁποτεροῦν πάντως που τῇ τάξει τε καὶ τῇ ἀξίᾳ ἐν αὐτῇ τῇ ἰατρικῇ τέχνῃ τὸ προφυλακτικὸν, ἀποτρέπον ὂν τῶν νόσων· τοῦ δὲ προφυλακτικοῦ ὅτι μάλιστα καὶ ἐν τοῖς πρώτοις τὰ ἐν δέοντι γινόμενα γυμνάσια μέρος εἶναι φαίη ἄν τις τῶν Ἀσκληπιαδῶν κομψὸς εἰς τὴν μέθοδον τὴν τέχνην μεταχειριζόμενος. δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἰατρὸν οἱ παλαιοὶ ἐνόμισαν θεραπευτὴν τῶν νόσων, καὶ σινῶν, ὥσπερ ἀκέστην τοῦ διερρωγότος σκεύους, ἢ ἄλλως λωβηθέντος τοῦ συστήματος τῆς καθ᾽ ἕκαστον ἀνθρωπίνης φύσεως. τούτου δὲ ἕτερος ὁ τῆς γυμναστικῆς ἐπαΐων, σπουδὴν θέμενος τοῦ διαφυλάξαι ἄνοσον καὶ ὑγιὲς τὸ σῶμα, διά τε γυμνασίων καὶ προσηκουσῶν διαιτῶν, καὶ ὅσα ἄλλα ἡ τέχνη αὕτη ἐπιτηδεύεται. ὅσῳ δὲ κρεῖττον τοῦ ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν περιπεσεῖν τῷ κακῷ, τοσούτῳ, ὡς οἶμαι, ἡ γυμναστικὴ προφερεστέρα ἂν εἰκότως τῆς ἰατρικῆς νομισθείη. εἰ μή τις εἴποι ὅτι ταύτην, ὡς ἰατρικῆς τέχνης πρὸς τὸ εὖ καὶ καθηκόντως διαχειρισθῆναι δεομένην οὐδὲ χωρίζει καὶ ἀλλοτρίαν ἡγήσεται τῆς ἰατρικῆς, τινὰ κοινὰ ἔχοντα χωρίζειν δοκεῖ κατὰ τὸν Σωκράτην εἰρηκότα κάλλιον εἶναι τὴν γυμναστικὴν τῆς ἰατρικῆς, τοῦτο βεβουλῆσθαι λέγειν, ὅτι μέρος τόδε τῆς ἰατρικῆς, ἀξιολογώτερον καὶ ἐντιμότερόν ἐστι τῶν ἄλλων ἁπάντων.

IIII.

Cur Socrates in Gorgia præstantiorem ait esse sophisticam ipsa Rhetorica, & pariter artem ferendi leges quam iudicandi, & gymnasticam medicina? An de sophistica quidem probationes ex Platonicis reprehensionibus petendæ sunt? Principatus autem & præstantia artis seu facultatis ferendi leges inde patet, quia si leges nullæ exstarent, iudicia quoq. omnino sublata essent. Medicus vero multis quidem præferendus aliis, secundum Homerum, de primo loco forte cum Gymnaste controuersari & cõtendere posset. At est nihilo tamen minus hoc a Socrate vera ratione prolatum, & consideranti alicui id manifestum fit tali modo. Nam alia quacumque parte, in medica arte prius est ordine & dignitate omnino ea pars, cuius opera & auxilio corpora bene valentia conseruantur, & morbi imminentes ab his arcentur. ad hanc autem maxime & in primis pertinere exercitationes recte vsurpatas dixerit ex Asclepiadeis industrius quispiam ac vera via & ordine artem hanc tractans. Manifestum vero est

veteres

veteres eum appellasse Medicum, qui sciret curare morbos & externas corporum læsiones, quasi sartorem laceri domicilii aut labefactatæ alias eius compagis, quæ est in singulis hominum naturis. Ab hoc diuersus est gymnastices peritus, qui dat operam vt per exercitationes & conuenientem vitæ institutionem & alia quæcumque hæc ars pollicetur, corpus sanum & a morbis liberũ seruetur. Quanto itaque melius est omnino non procliuem esse ad malum, quam malum ipsum auerti, tanto, vt mea quidem fert sententia, medicinæ gymnastica præferenda est. nisi quis dicat, hanc medica arte ad recte & decenter agendum carere nequaquam posse, ac propterea seiungi, ac a medicina alienam haberi, ab intelligenti non debere, & Socratem eo quod dixit gymnasticam medicina esse præstantiorem, voluisse indicare, hanc medicinæ partem digniorem & maiori in honore esse, quam reliquæ sunt vniuersæ.

E

Διὰ τί ὀξυκέφαλοι, οἷον Θερσίτης ὃν φοξὸν καλεῖ Ὅμηρος, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ μικροκέφαλοί εἰσι, θορυβοποιοί τε καὶ κακοῦργοι, καὶ θρασύδειλοι, καὶ κακοήθεις, καὶ ματαιόφρονες. τὸ μὲν οὖν εἰς τὸ ὀξὺ ἀνήκειν καὶ σφίγγεσθαι τὸ κύτος, σμικρύνει τε συνεχόμενον αὐτό, καὶ ἐμποδὼν ἱστάμενον τῇ σφαιρώσει, τὴν αὔξησιν οἷον ἀποτορνεύεσθαι οὐκ ἐᾷ. ἐκ τούτου δὴ σχήματος, τὸν ἐγκέφαλον σφηνοῦσθαι ἀνάγκη. οὗ γινομένου αἱ ῥηθεῖσαι διαθέσεις ἀκολουθοῦσι. τά τε γὰρ φανταζόμενα θλίβεταί τε πιεζόμενα, καὶ ἀντιζόμενα περιέχει ὄχλον τῇ διανοίᾳ, καὶ παρακαλεῖται λογισμοὺς περικεκλασμένους καὶ φαύλους. οἷα καὶ θράσος ἄλογον καὶ δειλίαν αἰφνιδίαν ἐπάγει συμβαίνει. φύσει μὲν οὖν εἰσὶν οἱ ἔχοντες οὕτως, οἷα παρὰ τὴν τῶν ὀργανικῶν μορίων διασκευήν· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἀδιάστατον, καὶ τῆς προαιρέσεως ἑκούσιον ἐν τῷ ἐναντιοῦσθαι τῇ κακίᾳ καὶ προστίθεσθαι τῇ ἀρετῇ, οὐχ ὑπόκειται οὐδὲ διαπλάττεται αὐτοκρατῶς ταῖς φυσικαῖς αἰτίαις καὶ τῆς ὕλης ἰδιοτροπίᾳ. καὶ περὶ πάντων πάντη ἐξαίρετός ἐστιν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβεια, κρηπὶς οὖσα πάσης ἀρετῆς, καὶ τῆς κακίας ἐξεργαστήρια· τῆς δὲ ψυχικῆς προαιρέσεως συμφωνούσης τῇ σωματικῇ κατασκευῇ καὶ συναρμοζομένης, ἐν τοῖς μὲν εὖ πεφυκόσι, τὸ καλὸν κἀγαθὸν τελειότερον ἐκλάμπει, ἐν δὲ τοῖς κακοῖς, ἡ μοχθηρία μείζων καὶ κακοηθεστέρα διαφαίνεται.

V.

Quamobrem acutiore figura capitis, qualis Thersites fuit, quem capite fastigiato describit Homerus, plerumq; etiam paruo capite sunt præditi, & tumultuatores, ac improbi & audaces habentur, ita tamen vt non absit ignauia, item malitiosi & vani? Eo sane quo in acumen tendit & constringitur capacitas vasis, imminuitur id quod continetur, & quia hoc impedimento est figuræ globosæ, non amplificari illud & in orbem quasi redigi permittit. Ob talem autem formam cerebrum instar cunei se habere necesse est. quo facto consequuntur iam indicatæ constitutiones: nam ea quæ imaginatio comprehendit, premendo constringuntur, & inuicem impellendo cogitationes turbantur, &

ratiocinationes excitantur semifractæ & prauæ, quibus audacia temeraria & subitus metus comites esse solent. atq; eam ob caussam natura tales ita quidem affecti sunt, qualis est organicorum membrorum constructio. Animæ vero ea pars, quæ nullius imperio paret, & propositi voluntarium in aduersando * & amplectenda virtute, non subiecta sunt naturalibus caussis aut modo materiæ peculiari, neque secundum hæc quasi manuum opera effinguntur. Et ante omnia pietas erga Deum prorsus eximia res est, quo virtus vniuersa fundamento nititur, & vitium radicitus exstirpatur. Quod si cum animi proposito consentiat corporis constitutio & apta copulatio, in bonis naturis honestum & laudabile ac virtus magis elucet, in malis autem, improbitas & prauitas maior & eo malitiosior apparet.

*vitio graece [illegible]

VI.

QVamobrem genus irritabile vatum esse Horatius dixit? An quia omnes qui sese armis instructos & ad repellendos aduersarios paratos esse norunt, animosiores & quasi ferociores esse solent? Itaque & poetæ, qui habēt versuum veluti sagittas & iacula ad emittendum coniiciendumque in promtu, non facile ferunt se lædi, sed statim expediunt arma sua: An etiam est illa magna vel potius ingens vis animi & ingenii poetici, quæ sic cōmouetur in excellentibus poetis, vt humanæ naturæ modum superare videatur? Illa igitur tanta vis impatiens est iniuriæ & oppugnationis, neque concitata potest contineri, & facile solet irritari, quia statuit se omnium admirationem & cultum & obseruantiam mereri.

VII.

QVæ est caussa, quod iis temporibus quibus aer corrumpi incipit, & auiculæ plurimæ cum aduentant tum gignuntur, & moriuntur sues? Cōtrariæ nimirum sunt animantium istarum naturæ. Nam aues quum sint magis siccæ, magis etiam tū durare in aere æstuante & squalorem sequi solent. Iam constat has pasci etiam aridis cibis potissimum, neq; copioso potu vti, ex quo & prouerbium Germanicum natum, *frugaliores bibere sicut auiculas*. At contra & vorax animal sus est, & potus auidum. Itaq; & crebro aquas appetit, & in luto volutatur. Notum autem hoc fere est omnibus, in æstu & squalore aerem corrumpi, reddiq; pestilentem. An quia minus humida sunt auium corpora, non tā celeriter hæc quam suum corpora, quæ sunt humidissima, possunt putrescere? An terris proximus aer maxime est pestilens? quippe qui exhalari de ipsa creditur. Itaq; & sues fodientes rostris scrobes & affatim attrahentes halitus nocentes, tum maxime mori par est.

VIII.

QVare dixit Homerus de irato Achille id quod de Turno Virgilius,

-ardentis

[redacted] ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

& videmus nitere solito magis grauiter commotorum lumina. An quia animi illa concitatio & motio vim etiam videndi inflammat, & meatus luminis ardore suo complet, sicut incitato aere fulgur emicat? An est aliqua cognatio oculis cum corde occulta, & pertinens ad oculos neruus ad stomachum, quod est collum ventris, annectitur? quum autem in ira æstuet sanguis circum cor, flamma caloris illius recta via erumpens ex oculis eminet. Id autem esse verum ex eo videri possit, quod quibus oculi eruuntur, eorum stomachus conuellitur: & in vehementibus purgationibus alui, aut quum duriores reliquiæ cibi difficilius depelluntur, oculi sentiuntur affici. An quia iracundiæ humor peculiaris est bilis eius quæ flaua dicitur? quo commoto abundantia æstus illius, de quo diximus, splendor iste exsistit, & potissimũ in oculis apparet: sicut idem ipse humor spissior in laborantibus morbo regio oculos potissimum inficit. At alterius bilis, quam atram vocant, veluti incendium, ita vehementer animos perturbat, vt in quibus hoc accidit, ii furere videantur: quemadmodũ de Hercule fecit Maro,

Hic vero Alcidæ furiis exarserat atro
Felle dolor.

Θ

Πῶς ἔχει ὁ περὶ τῶν ἁρμονιῶν τοῖς Πυθαγορικοῖς λόγος, καὶ τίνες εἰσὶν αἱ κυρίως καλοῦνται μεσότητες; οὓς μὲν παρέλαβον φασὶν οἱ Πυθαγορικοὶ τὰς συμφωνίας τὰ ἐπίτριτα, τὰ ἡμιόλια, τὰ διπλάσια, τὰ τριπλάσια, τὰ τετραπλάσια, τὸ ἐπόγδοον τῷ οὐδενὶ σχεδὸν ἀγνώστων ἐστί. γίνεται δὲ ἐπιτρίτων ἡ διὰ τεσσάρων καλουμένη συμφωνία. τῶν δ' ἡμιολίων, ἡ διὰ πέντε. τῶν δὲ διπλασίων, ἡ διὰ πασῶν. τῶν δὲ τριπλασίων ἡ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε μικτή. τῶν δὲ τετραπλασίων ἡ δὶς διὰ πασῶν μικτὴ καὶ αὐτή. τὸ δὲ ἐπόγδοον τονιαῖόν ἐστιν· ὅτι δὲ μόνοι ἐν πᾶσι τῶν ἐναρμονίων ἀριθμοὶ εὑρέθησαν οὗτοι, ἐπιδείξομεν δ' ἐκ τινῶν ἐκθέσει διαγράμματος τοιοῦδε τινός· ἔστω παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον αβγδ, ἔχον τὴν μὲν αβ ϛ, τῶν πλευρῶν ἕξ, τὴν ... γ πέντε. καὶ τμηθείσης τῆς μὲν ἐλάττονος εἰς δύο καὶ τρία κατὰ τὸ κ, τῆς δὲ μείζονος, εἰς τρία καὶ τέσσαρα κατὰ τὸ λ· διήχθωσαν ἀπὸ τῶν τομῶν εὐθεῖαι τέμνουσαι ἀλλήλας κατὰ τὸ κμν, καὶ κατὰ τὸ λμξ. ἔσται τοίνυν τὸ μὲν αλμκ ἓξ, τὸ ... μξγ, ἐννέα· τὸ δὲ λμνβ, ὀκτώ· τὸ δὲ μξδν, δώδεκα.



Τὸ μὲν οὖν διάγραμμα τοιοῦτο, ὅπερ ὅλον παραλληλόγραμμον τριάκοντα καὶ πέντε, καὶ ἐν τοῖς τῶν χωρίων ἀριθμοῖς τοὺς τῶν συμφωνιῶν πρώτους λόγους περιέχοντας. καὶ ἐν αὐτοῖς ἡ προσαγορευομένη μεσότης ἁρμονικὴ τοὺς ἁρμονικοὺς τῆς μουσικῆς λόγους συνείληφε. ὅθεν καὶ εἰκότως εὕρηκε τοὔνομα. ὑπεναντία δὲ ἐστὶ τῇ ἀριθμητικῇ καλουμένῃ. ἐν γὰρ ταύτῃ συμβέβηκε τὸ ἴσον ὑπερέχεσθαι καὶ ὑπερέχειν τῷ αὐτῷ μέρει, οἷον ς, θ, ιβ. ὁ γὰρ θ τρίτον μέρος τοῦ γ, ἐν δὲ τῇ ὑπεναντίᾳ ἐκείνῃ, τῷ αὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων ὁ μὲν ἀπολείπειν, τὸ δὲ ὑπερβάλλειν, οἷον ς, η, ιβ. τὰ γὰρ η, τῶν μὲν ς. δυσὶν ὑπερέχει, τέτταρσι δὲ τῶν ιβ λείπεται, ὧν τὰ μὲν β τῶν ς. τὰ δὲ δ τῶν ιβ τριτημόρια. δεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν συμφωνιῶν ἄκρα λόγον ἔχειν πρὸς αὐτά, καὶ τὰ μεταξὺ οὐκ ἀλόγως ἐμπεπλῆσθαι. εἴη δ᾽ οὖν, ὥσπερ καὶ τὸ ὄνομα δείκνυσι τῆς συμφωνίας ἐναρμόνιον, τὸ τὰ ἐν μέσῳ ἐμπεριειλημμένα ἔχειν τὸν αὐτὸν λόγον τοῖς ἄκροις. οὕτω τοίνυν καὶ ἡ ἁρμονικὴ ἀναλογία ἐκλήθη, κυρίως μὲν μεσότης οὖσα ὥσπερ καὶ ἡ ἀριθμητικὴ λεγομένη, σφετεριζομένη δὲ τοὔνομα ἀμφοτέρων τῆς ἀναλογίας παρὰ τὸ οἰκεῖον αὐτὸ λαχούσης γεωμετρικῆς, ὅπου ἡ τῶν λόγων πρόοδος τὴν ἀναλογίαν προφανῆ ἀποτελεῖν πέφυκεν. ὅτι μὲν δὴ μόναι αἱ τρεῖς μεσότητες αὗται Πυθαγορικαί τε καὶ Πλατωνικαί εἰσι, τοῦτο οὐκ ἄδηλόν ἐστιν. οἱ δὲ νεώτεροι μέχρι δέκα που ἐπεξειργάσαντο ἐκείνας. ἀλλ᾽ ἡμῖν περὶ τῶν τριῶν μόνον λέγειν νυνὶ πρόκειται. ζητεῖται δὲ περὶ τούτων τριχῶς διδὰν τάδε: α. ἡ γένεσις. β, ἡ φύσις καὶ τὸ τρίτον ἡ χρῆσις, καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως παραδίδοται τάδε τινά. ὡς κοινῆς οὔσης ἁπάσης τῆς μονάδος, ἐπειδὲ ἐν αὐτοῖς θεωροῦνται τούτων τῶν μεσοτήτων οἱ λόγοι, δεῖται ἄρα ἡ γένεσις αὐτῆς αὐξήσεως, τὸ γὰρ μοναδικὸν ἀμείωτον. ἐκκειμένων τοίνυν μονάδων τριῶν α᾽ α᾽ α᾽, ὧν τις λαβὼν ἀριθμοὺς τρεῖς ἑτέρους οὕτως, ὥστε τὸν πρῶτον μὲν εἶναι τῷ πρώτῳ μοναδικῷ ἴσον, τὸν δὲ δεύτερον τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ, τὸν δὲ τρίτον τῷ τε πρώτῳ καὶ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ, ἕξει τὴν ἀριθμητικὴν ἤδη μεσότητα, οἷον ἐν τοῖς α᾽ β᾽ γ᾽. καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῆς διαστάσεως ἤγουν παραλλαγῆς ἴσης διαμενούσης προσχωρεῖν τοῖς ἀριθμοῖς δυνηθήσεται, ἢ καὶ ἑτέρους ὡσαύτως ἐκθεῖναι, οἷον ὁ δ᾽ ε᾽. ἢ γ᾽ ς᾽ θ᾽. τὴν δὲ κυρίως προσαγορευομένην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν εἰς μεσότητα καθισταμένην γινομένην τὸ πρῶτον ἐψομένως οὕτως. ἔστωσαν μονά-

ἀριθμοὶ τρεῖς ὡς ταξ(?) πρότερον, κὰ ληφθήτωσαν ἀριθμοὶ ἄνισοι. τοσοῦτοι, πρῶτος μὲν ἴσος πρώτῳ· δεύτερος δὲ τῷ δευτέρῳ δὶς· τρίτος δὲ τῷ τε πρώτῳ καὶ δευτέρῳ δὶς. καὶ τρίτῳ ἅπαξ· συμβήσεται γὰρ οὕτως τὸν μέσον ἀριθμὸν γίνεσθαι ἀνάλογον τοῖς δυσὶν ἄκροις, οἷον α β δ. γίνεται δὲ ἡ τῆς πρώτης τῶν ἀνίσων ἰσότης κατ' ἀναλογίαν οὕτως ἀεὶ, ἥτις πρόεισιν ἐν λόγῳ διπλασίονι συσταθήσονται δὲ ὡσαύτως καὶ ἑτέρων λόγων αἱ μεσότητες ἀνάλογον ἐκκειμένων τῶν ἀριθμῶν συνεχῶς. ἔστι δὲ τῆς ἀναλογίας ἴδιον, τὸ αὐτὸν λόγον ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσι τοῖς ὅροις διαφυλάττειν. ἡ δὲ ἁρμονικὴ γίνεται λαμβανομένου ἀριθμοῦ ἴσου τοῦ μὲν πρώτου τῇ πρώτῃ μονάδι καὶ τῇ δευτέρᾳ δὶς. τοῦ δὲ δευτέρου τῇ πρώτῃ δὶς καὶ τῇ δευτέρᾳ δὶς· τοῦ δὲ τρίτου ἅπαξ μὲν, τῇ πρώτῃ δὶς δὲ δευτέρᾳ, καὶ τῇ τρίτῃ τρεῖς. καὶ οὕτως ἕξομεν ἀριθμοὺς τούτους γ δ ς. καὶ ἡ γένεσις μὲν αὕτη τῶν μεσοτήτων ἡ προσφυὴς, ἀπὸ μονάδος ἤγουν ἰσότητος, καὶ ταυτότητος κατὰ τὸν Πρόκλον. τῆς εὑρέσεως δὲ μέθοδον καθολικὴν ἐμμέτρως ποτὲ ἡμεῖς ἐξειλήχαμεν ὧδε.

> ἀριθμῶν δέ σοι δυοῖν τιθέντοιν, ὡς τύχοι,
> ἀριθμητικὰς μεσότητας λήψεσθ' ὧδέ πως.
> κείνους δοθέντας τοὺς ἀριθμοὺς σύντιθεὶς
> ἔπειτα πλήθους τέμνε τὸ ξυγκείμενον,
> καὶ θάτερον ποιοῦ μέσον τούτοιν μέρος. (μητικῶς.

α γ' γίνεται συντεθέντα δ'. ὧν τὸ ἥμισυ, β'. μέσον ἄρα τῶν α γ', τὰ β', ἀριθ-

> εἰ δ' αὖ γεωμετρεῖν προθήρης' ἐνθάδε,
> πολλαπλασιάσας τἄκρα, τετραγωνικὴν
> πλευρὰν παράβαλλε καὶ τὸ δ' αὖ ἔσται μέσον.

α δ' πολλαπλασιασθέντα γίνεται δ'. τούτων ἡ τετραγωνικὴ πλευρὰ, β'. τῶν α δ' τοίνυν μέσον τὰ β', γεωμετρικῶς.

> τὰ δ' ἁρμονικὰ σκευάζετ' ἐργωδέστερον.
> σὺν γὰρ ἰδίᾳ τἄκρα δεῖ καθιστάναι πρὸ τοῦ,
> ἔπειτα δ' ὑπεροχὴν ὅταν τούτων λάβῃς
> καὶ πολλαπλασιάσῃς ἐλάττονος μέζω,
> οὐδὲ μέρισον παραβαλλόμενος αὐτὴν πέρα
> τὴν ξυνθέσει γ' ἣν ἔλαβες εἶτα τοὔξιον
> πρὸς τὸν γ' ὅρον τὸ μείονα θὲς, ἵν' ᾖ μέσον.

γ' ς' συντεθέντα γίνεται θ'. ὑπερέχει δὲ θ' τα ς' τρισὶν· καὶ τρεῖς γ' ὁμοίως ἐπὶ θ· ἡ παραβολὴ, α. ἐννέα γὰρ ἐν τοῖς ἐννέα ἅπαξ. συντεθέντα δὲ α καὶ γ'. γίνεται δ'. καὶ ἔστι τὰ δ' μέσον τῶν γ' καὶ ς', ἁρμονικῶς φύσεως δὲ ταῖν μεσοτήτοιν ταῖν δὲ ἑκάστη παρὰ τὰ ἄλλοθι εἰρημένα, ἔχει καὶ οὕτως. ὥστε τὴν μὲν ἀριθμητικὴν εἶναι ἰσότητα διαφέρουσα ἐξ ἴσου γὰρ ὁ πρῶτος ὅρος ἀφέστηκε τοῦ δευτέρου καὶ ὁ δεύτερος τοῦ τρίτου. ἡ δὲ γεωμετρικὴ ταυτότης ἐστὶ μᾶλλον ἐν ταύτῃ γὰρ συνεχῶς προβαινούσης τῆς ἀναλογίας, τὸν αὐτὸν ἐφεξῆς λόγον διαμένειν ἀνάγκη, ἡ δὲ ἁρμονικὴ, τὰ ἄκρα τῶν ὅρων ἐν ὁμοίῳ λόγῳ περιέχεται τοῖς διαστήμασι τῶν ὑπεροχῶν διὸ καὶ ὁμοιότης κυρίως λέγοιτ' ἄν. ἡ δὲ χρῆσις τούτων πρός τε τὰς φυσικὰς καὶ λογικὰς καὶ ἠθικὰς διδασκαλίας οὐ μικρός, ὡς ἔκ τε ἄλλων καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος φανερόν.

IX.

QValis est disputatio Pythagoricorũ de Harmoniis seu con-

cinnitatibus, & quæ sunt a Græcis proprie nominata media? Quod autem Pythagorici ad concentus musicos assumserint numeros tertia parte maiores, sesquiduplas, triplas, quadruplas, & octaua parte maiores, nemini prope est ignotum. Efficitur vero concentus, qui dicitur Diatessaron, per numerum tertia parte maiorem, per sesquidiapente: per duplum, qui diapason: per triplum, qui ex diapason & diapente mixtus oritur: per quadruplum, qui disdiapason & ipse mixtus. Octaua autem parte maior facit tonum, id est vocis intentionem. Quodq; hi tantum numeri apti ad concinnitatem inter alios omnes reperti sint, designatione quoq; Geometrica ostendere studuerunt. Sit enim figura cum æqualibus lineis & angulis rectis A B C D, cuius latus A B contineat septem, latus vero A C quinq.: & secetur minus in duo & tria in puncto K, maius autem, in tria & quatuor in L. & ducantur a sectionibus rectæ lineæ secantes se inuicem in K M N, & L M O. Erit igitur A L M K, sex, & K M O D, nouem: L M N B vero, octo, & M O C N duodecim.

Hæc igitur designatio, geometrica est, in qua tota æquabilium linearum figura est triginta & quinque, comprehendens in spaciorum numeris primas concentuum rationes. atque in illis medium quod vocatur harmonicum, rationes musicæ harmonicas seu concinnas complectitur: vnde etiam iure accepit appellationem. Est autem hoc medium Arithmetico contrarium. nam in hoc fit vt æquale superetur & superet eadem parte, vt 6, 9, 12. tertia enim pars de nouem sunt 3: contrarium vero illi, solet eadem parte extremorum altero quid deficere, altero vero exsuperare, vt 6, 8, 12. octo enim sex duobus superant, & quatuor ad duodecim deficiunt. quorum duo in sex, quatuor in 12. pars erit tertia totius. Oportet autem etiam in concentibus extrema rationem habere ad se, nec media inter hæc absque hac interseri. Obtinebunt itaque, quod & nomen symphoniæ seu concentus consentaneum declarat, ea quæ in media conclusa sunt, simul cum extremis eandem rationem. Ita ergo Harmonica proportio appellata est, quum proprie medium sit, quemadmodum ea quoq; quæ Arithmetica vocatur, quum ambæ nomen proportionis mutuatæ sint a Geometrica, cui hoc peculiare obtigit, quia in ea progressus rationum, proportionem euidentem reddere solet. Quare tantum hæc tria esse media & Pythagorica & Platonica, non est obscurum: recentiores vero ea vsque ad decem sua elaboratione deduxerunt. verum nobis de his tribus tantum verba facere propositum est. Solent autem hæc tria ferme de illis quæri; primum, Quæ sit origo; secundum, Quæ natura; & tertium, Quis vsus. De origine eorum talia quædam tradita reperiuntur. Quoniam his omnibus communis est vnitas, quum in imparibus horum mediorum rationes considerentur, requiritur videlicet ad

originem eorum incrementum; nam vni & singulari quicquam decedere nequit. Positis itaque vnitatibus tribus 1, 1, 1, si quis acciperat alios tres numeros eo modo, vt primus sit primo vnitatem continenti æqualis; secundus primo & secundo, tertius primo, secundo, ac tertio, habebit iam medium arithmeticum, vt in his 1. 2. 3. & eadem plane ratione, interuallo, id est discrepantia, permanente æquali, progredi in numeris poterit, atque alios similiter quoque exponere, vt 2, 4, 6, aut 3, 6, 9. Geometrice autem, quæ propria appellatione est proportio, ita primum conspiciemus originem medii constituti. Sint vnitates tres, sicuti in superioribus, sumanturque numeri inæquales totidem, primus quidem æqualis primo, secundus vero secundo bis ac tertio semel. ita accidet vt medius numerus duobus extremis certa proportione respondeat, vt 1, 2, 4. & si progressio fiat ratione dupla, semper hoc modo primæ originis inæqualium exsistet æqualitas. Componentur autem similiter & aliarum rationum media expositis numeris consentanea proportione & continuata. Est autem proportionis propria natura, vt seruet eandem rationem in maioribus & minoribus numeris. Harmonicum autem medium nascitur sumto numero primo æquali primæ vnitati, & secundæ bis: secundo sumto æquali primæ bis & secundæ quoque bis: tertio semel primæ, bisque secundæ, & tertiæ ter, & ita habebimus hos numeros 3, 4, 6. Atque hæc est prima natura & origo mediorum, ab vnitate siue ab æquali, & eodem proficiscens, secundum Proclum. Inueniendi autem viam ac ordinem nos aliquando versibus ita complexi sumus:

Numeris duobus fortuito tibi datis,
Medium Arithmeticum fac accipias ita:
Numeros datos illos vbi coniunxeris,
Summam hanc deinde sic coactam scindito.
Et alteram pone medium partem illius.

1, 3, si addantur, fiunt quatuor, quorum dimidia pars est 2. Medium igitur 1, 3, est 2. arithmetice.

Quod si Geometram agere volueris modo,
De multiplicibus extimis numeris latus
Excerpe quadratum, hocque medium ponito.

1, 4, si multiplicata fuerint, erunt 4. quorum latus quadratum 2. 1, & 4, igitur medium est 2, geometrice.

Harmonica consiunt laboriosius:
Extrema componi vt prius quoniam solent,
Quo maius altero alterum est posthac capi.
Quod cum minore quando multiplicaueris,
Per id quod arte composueras diuide:
Quodque exierit, hoc ad minorem terminum
Adde, Medium progressione hac vt habeas.

3.6.si addantur, fiunt nouem. excedit autem nouem, sex in tribus, & ter tria similiter sunt nouem. diuisio seu collatio 1. nam 9 in 9. semel insunt. Vnum autem & tria si addantur fiunt 4. & ita reperta sunt 4 medium inter 3 & 6 harmonice. Natura autem horum singulorum mediorum, preter ea quę alibi de his dicta sunt, ita se habet, vt Arithmeticum omnino sit æqualitas. æqualiter enim primus numerus recessit a secūdo, & secundus a tertio. Geometricum autem versatur potius in iis quæ semper eadem esse solent. In hoc enim continuo modo quum proceditur, eandem rationem in sequentibus seruari necesse est. Harmonicum vero extremorum numerorum similem rationem cum interuallis excessuum perficit. quamobrem similitudo proprie dici posset. Vsus autem horum ad disputationes de natura, de ratione differendi, de moribus maxime cōducere & recte ad eas adhiberi potest, idque cum ex aliorum, tum potissimum Aristotelis & Platonis scriptis patet.

ἐκ τοῦ ζ' νομ. καὶ ὑγιειν. α', Διὰ τί καταβαυκαλίζονται καὶ ἡσυχίαν ἄγει τὰ βρέφη κινούμενά τε καὶ ᾄσμασι κατηχούμενα, καὶ οὕτω μάλιστα ὕπνος ἐπιγίνεται; ἐποίησε καὶ ὁ Θεόκριτος, ὅτι ἡ Ἀλκμήνη, λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος τόν τε Ἡρακλέα καὶ τὸν Ἰφικλέα χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, καὶ ἐπασίσασά τε, μεταξὺ τούτου

δίνασι σάκος μέγα· τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος.

ἢ ὅτι, καθάπερ Γαληνός φησι, πρὸς μουσικὴν καὶ γυμναστικὴν οἰκείως διάκεινται κατ' ἔμφυτον δηλονότι διάθεσιν; ἢ τὸ μὲν τῆς κινήσεως προσφιλές ἐστι τῇ τῶν ζώων φύσει, ὥσπερ ἀκίνητα διαμένοντα, οὐδὲν ἂν ἴσως τῶν ἐμπεφυκότων δένδρων διοίσεσθαι, τῇ δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχῇ τὸ ἐμμελὲς καὶ σύμφωνον ἡδεῖάν τινα αἴσθησιν παρέχεται; ἀλλ' ὅπως μὴ τῶν βρεφῶν ἀλόγους εἶναί πως λόγους μὴ δυνατὸς εἴη ἐφικέσθαι τῆς ἐννοίας ταύτης ἀπαιτοῦσ' ὕστερον ἄν τις οὖν ἴσως εἴποι κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, ὅτι τῇ μὲν κινήσει τὰ παιδία ὥσπερ διασεισθέντα, οὕτω δὴ ἐκκόπτεταί τε καὶ πραϋνόμενα ἐπαύσατο τῶν κλαυθμῶν, καὶ τέλος εἰς ὕπνον κατηνέχθη. διὰ τοῦτο καὶ σφοδροτέραις χρῶνται ταῖς περιαγωγαῖς τῶν λικνῶν καὶ σκιμπόδων, καὶ δὴ καὶ ταῖς ἐπὶ τῶν ἀγκαλῶν αἰώραις αἱ τροφοί, ὅταν πάνυ ποτὲ ἀθυμοῦντα καὶ κακοπαθοῦντα τυγχάνει ἐκεῖνα. ταῖς δὲ φωναῖς τῶν ἐπῳδῶν καὶ καταπραΰνεσθαι αὐτὰ ὑπὸ τούτων, εἰκός, καὶ θαυμάζειν τι ἄν, τί προσφερόμενοι τῇ ἀκοῇ εἴη ἂν ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ ἄλογα ζῶα κηλεῖται φθόγγοις μελικοῖς, καὶ εἰκάσιν ἐκεῖνα τοῖς τὸν νοῦν προσέχουσιν, οὐ τερπόμενα τῇ ἐναρμονίῳ τῆς φωνῆς πως γε, οὐ γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπαΐουσιν, ἀλλὰ ξενιζόμενα πρὸς τοὺς ἤχους. οὕτως ἄρα καὶ τὰ βρέφη ὑπὸ τῆς κοινῆς τε τῶν τροφῶν καὶ τῆς αἰσθήσεως ὑπακουούσης, ἔλαβον ὑποδοχὴν τῶν παθῶν ἐνθυμοῦντα τέ καὶ δὲ καὶ ἐμπίπτοντα εἰς ὕπνον. εἰ δέ τινι δοκεῖ καὶ ἐν τοῖς νηπίοις τῶν παίδων καὶ καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων εἶναί τινα δύναμιν ἐπιγνωστικὴν τῆς ἐμμελείας καὶ φωνῆς ἐναρμονίου καὶ κατὰ ταύτην ὁμοδρομούσης τῆς παιδεύσεως καὶ τῆς διανοίας, ἀφιλαρμόνιοι ὥσπερ εὐφραινομένας ἀμφοτέρων τὰς ψυχάς, τοῦτο οὐ μαχεσαίμην ἂν ἔγωγε, μεμνημένος τῶν περὶ τοῦ Πυθαγόρου παραδιδομένων, μὴν οὐ ἐγγύς τινα αὐλοῦντος ἐπαυλοῦσαν μεθύουσι καὶ κωμάζουσι, μεταβαλεῖν τ...

λοιπὸν τὸν τρόχον καὶ τόνον τῆς ᾠδῆς, οὐ γινομένων συμφρονηθῆναι τοὺς ἐκείνους, καὶ διαπεθῆναι βέλτιον ὥσπερ ἀνανήψαντας, νουθετουμένους ὑπὸ τοῦ μέλους. οὐκ ἔχω δ' εἰπεῖν τί τὸ διάφορον τῶν μεθυόντων καὶ τῶν λόγον μὴ ἐχόντων ἢ μηδέπω χρῆσθαι δυναμένων.

X.

QVi fit quod infantes ad agitationem & crebrum cantuum sonitum sileant & acquiescant, ac ita potissimum somnus illis obrepat? Quemadmodum Theocritus fecit de Alcmena, quę postea quam lauerat & lacte explerat Herculem & Iphiclem, imposuit eos scuto æneo & accinens aliquid, interea

Dum versat clypeum ingent, in cepit sopor illos.

An quia, vt Galenus inquit, ad Musicam & exercitationes suopte ingenio sunt propensi, secundum insitam nimirum quandam affectionem? An motus naturæ animantum maxime conuenit, sicut: quæ immota permanent ab insitis arboribus parum differunt? In hominum vero anima concinnum & consonum suauitatem quandam sensui conciliat. Verumtamen quomodo eo potest peruenire notionis ratio infantum, quæ adhuc quodammodo expers est rationis? Simplicius itaque, mea quidem sententia, quispiam dixerit, infantes agitatione & motu quasi perculsos defatigari, & placatos desinere vociferari, ac tandem somno obrui. Eamque ob rem nutrices quoque vehementiores vsurpant conuersiones cunarum & lectulorum, atque etiam gestationes vlnarum sublimiores, eo tempore quo illi animo inquieto sunt, aut male illis esse solet. Vocibus autem aliquid accinentium primum etiam terreri illos verisimile est, & admirari quidnam hoc quod auditui admouetur, sit: quemadmodum scilicet bruta quoque nonnulla mulcentur sonis musicis, & præ se ferunt similitudinem animos aduertentium, quum minime afficiantur delectatione vocis concinnæ: qua ratione enim hoc fieri posset? cuius neque initium illa intelligunt, sed omnino isti soni noui & insitati illis esse consueuere. sic itaque infantes accinentibus quippiam nutricibus, & sensu obsequente & perturbationibus cedentibus inopinato, exhilarantur, atque insuper somno capiuntur. Quod si cuipiam placuerit in paruulis pueris ac brutis animalibus inesse facultatem quandam cognoscendi & discernendi concinnitatem vocis & concentus, & huius vi concurrentibus sensibus & cogitatione, exhilarari & lætitia affici amborum animos, ei neutiquam refragabor, recordatus eorum quæ de Pythagora tradita accepimus, quem ferunt aliquando iussisse cantricem accinentem carmen quoddam ebriis & comessationi indulgentibus, mutare modum & tonum canendi, quo facto illos ad frugalitatem & ad vitam meliorem conuersos esse, admonitos ab illis musicis modis, quemadmodum eos qui ad se redire excitati solent. Non autem habeo dicere quod sit discrimen inter homi-

minem ebrium, & rationis non participem, quiue ratione nondum vti possit.

ΔΕΚΑΣ Γ.

Α.

Διὰ τί τῶν ἐν ὕδασι χρονιζόντων ῥυσσοῦνται τά τ' ἐντὸς τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν τὰ πέλματα· καὶ μάλιστα τὸ ὑπὸ τῶν ὀνύχων μέρος ἐν τοῖς δακτύλοις; ἢ ὅτι τῆς ῥυσσώσεως ἥ τε ξηρότης καὶ ἡ τοῦ θερμοῦ ὑποχώρησις αἰτία, ὥσ- καθάπερ ἐπὶ τῶν γεγηρακότων φαίνεται, κἀνταῦθα ῥυποῦσι τὰς σάρκας, διὰ μὲν ὑδάτων θερμῶν διαφορητικῇ τινὶ δυνάμει, διὰ δὲ ψυχρῶν τῇ ἀντιπεριστάσει; ἢ ὅτι τὸ ἔξωθεν ὑγρὸν λεπτύνει τὰ σαρκώδη, ἀναλοῖ τὴν ἔνδοθεν ἔνθερμον ὑγρότητα; διὸ καὶ τὰ ἐδώδιμα τῶν σαρκωδῶν γίνεται μαλακὰ ἐν ὕδατι πρότερον βρεχθέντα· καὶ καλοῦνται μὲν ταῦτα τακερά. οὐκ ἔστι δὲ τῆξις κυρίως αὕτη, ἀλλὰ χαύνωσίς τις, ἐπεί γε κατὰ τὸν Ἀριστοτέλη, οὐδὲν ἐν ὑγρῷ τήκεται. ὃ δὴ σαφέστερον ὑπ' ἐκείνου εἴρηται καὶ ἀκριβέστερον, ὅτι ἐν ὕδατι οὐδὲν τήκεται, ὅσα ὑπὸ πυρὸς τήκεται. κινητικὰ δὲ, καὶ κατὰ τοῦτο δραστικὰ καὶ ξηραντικά πως τὰ ὕδατα κατὰ συμβεβηκὸς, ἐφέλκοντα τὸ ὅμοιον ὑγρὸν, ὥσπερ τὰ θερμὰ ψυχροποιά. διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἐφολκὴν, καὶ τὰ ἑφθὰ κρέα τῶν ὀπτῶν πάντως ξηρότερα καὶ ὀλιγοτροφώτερά ἐστι. τὸν μὲν οὖν ὄγκον ἔχουσιν ἐλάττω τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν, πλαδαρῶν τε καὶ οἷον ἐξῳδηκότων ὄντων, εἰς δὲ πυκνότητα καὶ ἀδρότητα συνηγμένα, δυσχερῶς τε διαφθείρει καὶ εἰς βρῶσιν ἐστὶν ἀρεστά. τὸ δὲ λεχθὲν ἀπόλειπον, ὡς τὰ ἑφθὰ ἀσμενέστερα καὶ ἀκινδυνότερα συμπέττει τὴν τροφὴν, ὅπως μὲν ἔχει διαλαβεῖν ῥᾴδιον τοῖς σκεπτομένοις. ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἐστὶν ἀληθὲς οὐδὲ τίνων ἐν τοῖς ἡρωικοῖς δείπνοις ἑφθὰ παρατίθεσθαι, οὐδεὶς προσηγίζετο. ὥστε τὴν τοῦ Κτησίππου παρατήρησιν δικαίως ἀποδοκιμάζεσθαι, περὶ τοῦ ἑφθοῦ ποδὸς, ὃν ὁ Κτήσιππος ἐπέρριψεν ἐκβαλὼν τὸν Ὀδυσσέα· ἐπεὶ δὲ καὶ ἄμφω ἐκεῖ κείμενοι ἐσιωπήθη ταῦτα ἁρπάσαι, καὶ οὐδὲ κρέας τοῦτο τὸ μέρος εἶποι τις ἂν ἴσως.

DECVRIA III.

I.

QVi fit quod in iis, qui diutius aquis immerantur, manuum internæ partes, & in pedibus solum callorum, potissimum tamen pars ea digitorum quæ sub vnguibus sita est, rugas contrahunt? An, quum rugarum caussa sit siccitas & discessus caloris, quemadmodum in senilibus corporibus hoc apparet etiam hic cura propter calidarum aquarum facultatem quandam discutientem, cum ob frigidorum subitam cohibitionem & repressionem contrariam, fit vt carnes corrugentur? An quia humiditas externa interiorem calidum humorem consumit, & ita partes carnosas attenuat: quam ob caussam carnes quibus vesci solemus, si prius aqua conspersæ & imbutæ fuerint, molles fiunt & vocantur tum teneræ & liquescentes, quum proprie hæc non sit liquefactio, sed potius laxitas quædam: quandoquidem, secundum Aristotelem,

stotelem, nihil in humido liquefieri potest. quod idem alibi adhuc planius ab illo & magis exquisite dicitur; in aqua nullã rem liquescere, quę ab igne liquescat. Si vero accidat vt ad aliud respiciatur, aquis etiã inesse vim euacuandi, & propterea rarefaciendi & quodammodo exsiccandi, dum similem humorem extrahunt, deprehenditur, quomodo calida frigus efficere possunt, propter calidorum nimirum attractionem. Atque carnes elixæ omnino sicciores sunt & pauciore alimento præditæ quam assæ, quæ minorem quidem habent molem quam elixæ: quod hæ laxæ sint & tumore quasi inflatæ, quum assę in densum & plenum cogantur, & ideo succum bonum diutius retineant, atq; ad edendum sint optimæ. Quodq; à quibusdam dictum est, elixas facilius & tutius alimentum concoquere, id qua ratione intelligendum sit, consideranti hęc statim patebit. Simpliciter enim verum non est: neq; a quoquam memoriæ proditum est, appositas fuisse in heroum cœnis elixas carnes: vt Cratetis obseruatio de pede elixo quem Ctesippus tanquam in Vlyssem proiecturus arripuisset, merito reiiciatur, quum crudum etiam ibi illum iacentem auferre potuerit, neq; recte insuper, hanc partem carnem appellare aliquis possit.

B

Διὰ τί τῶν φαρμακωδῶν ὑδάτων ἡ χρῆσις οἷς ἀσύμφορός ἐστι, τούτοις θερμοῖς ἐμβεβηκόσιν ἡ γαστὴρ ἐξαίρεται καὶ οἰδεῖ; ἢ γίνεται τοῦτο οὐκ ἀεὶ οὐδ' ἐξ ἴσου, ἀλλ' ἐν τοῖς στυπτηριώδεσί τι καὶ χαλκανθώδεσι μᾶλλον; ἐναντίον γὰρ ἡ στῦψις τοῖς ἐκκεκακωμένοις τῶν χυμῶν, οὓς διαφορεῖσθαι καὶ ἀποχετεύειν ἡ θεραπεία ὤφειλεν. τὸ δὲ οὐ συμβαίνει τότε γινόμενον. ἢ καὶ πάμπαν, ἐπειδὰν ἡ θερμότης τῶν ὑδάτων ἐπιχειρῇ, ὡς εἴωθε, διαφορεῖν καὶ καθέλκειν τοὺς χυμοὺς ὄντων τούτων κακοήθων καὶ ὠμῶν, κινοῦνται μὲν αὐτοί, οὐχ οἷοί τε δ' εἰσὶ διὰ τῶν ἀφανῶν πόρων ἐκχωρεῖν, καὶ οὕτω συστραφέντες καὶ συρρυέντες εἰς τὰ κοιλότατα τοῦ σώματος μέρη θορυβοῦσί τε, καὶ οἰδημάτων γίνονται αἴτιοι.

II.

Quare illis, quibus aquarum medicatarum vsus non conuenit, posteaquam se in eas immiserint, venter attollitur & intumescit? An hoc non quouis tempore nec eodem modo fieri solet? sed in aquis quæ continent multum aluminis & chalcanthi magis id accidit? Contraria enim res est astrictio humoribus corruptis & vitiatis, quos medicationis cura dissipare & alio deriuare debet. Id autem tum non accidere potest. An etiam omnino posteaquam caliditas quæ in aquis est, vt fieri consueuit, conatur discutere & deorsum trahere humores, quum illi sint malitiosi & crudi, mouentur quidem, non tamen eiusmodi sunt, qui possent per meatus occultos decedere? & ita retro conuersi & in partes corporis maxime cauas & vacuas confluentes, ibi tumultuantur & in caussa sunt vt tumores fiant.

Γ

Διὰ τί τοῖς κωλικοῖς ἡ νόσος εἰς παράλυσιν ἐνίοτε, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἐπιληψίαν ἀποσκήπτει; ὅταν μὲν εἰς ἐπιληψίαν, ἢ δῆλόν που παντὶ βλάπτεσθαι τότε τὰ αἰσθητικὰ νεῦρα διὰ τὴν τοῦ ἐντέρου πρὸς ταῦτα συμπάθειαν· τῆς δὲ παραλύσεως ἢ αἰτιατέον οὐχ ἁπλῶς τὴν νόσον, ἀλλὰ τὴν τοῦ νοσοῦντος δίαιταν, ἢ καὶ τὸν ἰατρόν, ἐπειδὰν γὰρ ἐπὶ τὸ ὑγρότερον ἐξαμαρτάνωσιν ἀμφότεροι, ἡ παράλυσις ἕπεται· ὥσπερ καὶ ὁρῶμεν τοὺς κραιπαλῶντας ἐκ τοῦ πιεῖν πολὺν οἶνον, τρέμειν τε καὶ ἀδυνάτους εἶναι χρῆσθαι τῷ σώματι, ὅτε γλῶσσα μάλιστα τότε σφαδάζει· τὰ γὰρ νευρώδη χαλαζόμενα καὶ διαχαυνόμενα ὑπὸ τῆς ὑγρασίας, οὐδὲν ἀκριβῶς τῶν μελῶν κινοῦσι.

III.

CVr qui laborant ex doloribus intestini coli, vnde Colici dicuntur, iste morbus aliquando illis in paralysin, interdum in epilepsiam erupit? Quando itaque in comitialem morbum desinit, an manifestum est, tum neruos sensui destinatos propter intestini cum his cognationem & consensum lædi? Resolutionis siue paralysis caussa, non simpliciter in morbum reiicienda est, sed aut ad rationem victus in ægrotante, aut in Medicum etiam. nam quum ambo in humectando modum excesserint, paralysis sequitur. Ita videmus eos quoque qui crapulæ dediti sunt, quum multum vini bauserint, tremere, & totius corporis vsu priuari, maxime vero linguam eorum titubare. nam nerui præ humore quasi laxiores redditi & labefactati, nullum membrum exquisite moueat.

IV.

CVr exanimati metu, & formidine perculsi, instigantur ad depellendum reliquias cibi & leuandam aluum, & timidioribus accidit, vt se illis sordibus inquinent? Quemadmodum Dionysius apud Aristophanem introducitur hac turpitudine risus mouens Et de ignauo Iuuenalis fecit:

Βατρ.

— & trepido soluunt tibi cornua ventrem
Cum lituus audita.

Iuuen. 14.

Quod & a nostris exprobrari solet gloriosis bellatoribus, quorum plerumque in periculis pauent animi. An Aristotelica de caloris decessione, caussam huius rei præclare explicant? An vero & generaliter dici potest, motum corporis vires debilitare, quod animus tum summopere perturbetur? Itaque fit vt illa facultas, qua retinentur suo quæque loco, tum quasi laxetur, & aperiantur viæ, per quas subito eiciuntur ea quæ antea reprimebantur. Huius debilitationis in metu signa sunt, tam tremores, quam animi fuga: & Dolonis apud Homerum stridor dentium, & mutatus color, & delapsus aliorum ad pedes vsque animus; quodque perterritis fastidium & nausea molesta est. Et scripsit Plutarchus, nauseam sensu odoratus potissimum commoueri, & affectione formidinis.

Ιλιαδ. κ.

αἰτίων φυσικῶν.

Διὰ

Διὰ τί τὰ τῶν ἑτέρων ἁμαρτήματα ὀξέως καθορῶντες, καὶ πικρῶς κολάζοντες, πρὸς τὰ ἡμέτερα τυφλώττομεν καὶ οὐκ ἐπιτιμῶμεν αὐτούς [illegible] αὐτοὶ ἑαυτοῖς; ἢ δῆλον ὅτι πάθος τοῦτο ἐστὶ φυσικῆς [illegible] συνοικειώσεως. διὸ δὴ καὶ τοῖς ἀηδέσιν, οἷά ἐστιν ἐρυγὴ, καὶ πύον καὶ μύξαι [illegible] οὐ δυσχεραίνομεν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, πρὸς ἀλλότρια πάντα [illegible] συνδρομεῖ τότε ὁ ἔμφυλος ἔρως αὐτοῦ ἑκάστου, καὶ ζῆλος [illegible] διὸ καὶ οἱ καλοκἀγαθοὶ εἴτε [illegible] καὶ φιλοσοφοῦντες, τὸ [illegible] οἱ λεγόμενοι [illegible] καὶ ἐπιεικεῖς, οὐκ ἔνοχοι σχεδὸν εἰσὶ τούτῳ τῷ πάθει, [illegible] τῆς ψυχῆς [illegible], καὶ διορθοῦντες, τὸ [illegible], καὶ τὸ ἄτακτον [illegible] ἐπεὶ δέ γε τὸ κακὸν τοῦτο τῆς φιλαυτίας καὶ δυσζηλίας σύμφυτόν πως ἐστὶ καὶ ἔμφυτον ἅπασι, διὰ τοῦτο καὶ ὅπως [illegible] καὶ κατεχόμενον τὸ πάθος [illegible] τοῦ νοῦ ὅμως καὶ τῶν πάνυ [illegible] εἶναι δοκούντων, οὕτω γε σφόδρα ἐνίοτε, ὥστε καὶ ἐκφέρεσθαι καὶ φαν[illegible] [illegible].

V.

Quomodo fieri putandum, quod aliorum errata acute cernentes, & admodum acerbe castigantes, ad nostra tamen [illegible]amus, nec eandem pariter in nobismetipsis animaduer[s]ionem & increpationem vsurpemus? An perspicuum est hanc es[se] affectionem naturalis conciliationis in vnoquoque? & ideo [qu]æ alibi ingrata sunt, vt ructus, pus, mucus & his similia, in no[bi]s quidem non moleste ferimus nec auersamur, quum in aliis [ea] omnia grauissimam nobis nauseam concitent. An concur[r]it tum & insitus amor vniuscuiusque erga seipsum, & æmula[ti]o contra alterum? Propterea viros honestatis & virtutis aman[te]s, & eruditos ac sapientiæ studiosos, atque, vt vno verbo com[pl]ectar, bonos ac æquos huic affectioni non fere obnoxios esse [de]prehenditur, quum omni ratione & cogitatione operam dent, [ut] animi procliuitatem compescant, & , si quid erratum est, e[m]endent & corrigant, immoderatumque recte gubernent. Et [qu]oniam hoc malum amoris suiipsius [illegible] prauæ æmulationis af[fe]ctu aliqua ex parte, atque omnium animis insitum, propter[ea] quomodocumque sane prematur & teneatur, mentem tamen [an]imum eorum interdum quoque, qui admodum sapientes [es]se videntur, ita vehementer concutit & perturbat, vt etiam se [p]rodat, & omnibus manifestum fiat.

VI.

Quare in exspectatione & mora aliquorum, semper deteriora in mentem nobis veniunt? secundum hoc: *Si mihi secundis amore meo essent, iamdudum scio venissent: sed vereor ne absente mulier corrupta sit.* Concurrunt multæ opiniones. An [qu]um malis vita hominum referta sit, secundum Hesiodeum [i]d:

Plena malis terra est, plenum mare.

[Ide]o & nota ista & vitata metuimus: rariora autem & magis in[sue]ta bona, diffidenter exspectamus: & optare magis solemus,

quam audemus sperare? Ipsa spes quoque per se est minus libera, semperque quadam formidine debilitatur: eamque ob caussam, oppressam hanc operculo dolii Hesiodus scripsit, ita apud homines quasi latitantem & territam remansisse. An quia nō simpliciter deteriora tunc in mentem veniunt, sed aut de nobis ipsis, aut iis quos diligimus? Se vero quisque amat maxime, & secundum se, suos. Et amor coniunctum timorem habet secundum hoc,

Res est sollicití plena timoris, amor

VII.

QVare homines, præsertim in malis casuum & euentuum caussas in Deum conferunt? An quia verum est a Deo omnia fieri, sed quadam certa ratione atque via? quam in obscurioribus imperiti non perspiciunt, & ideo quod omnibus notum & manifestum est, hoc arripiunt & tenent, vt de morbo illo effœminatorum Scytharum traditum est. An quia nemo non fere sibi multorum delictorum in sua vita conscius, debitam pœnam metuit, &, in aduersis, diuinitus hanc infligi suspicatur? An quia simpliciter, quorum caussæ latent homines, ea pietatem colentes, ad Deum auctorem referunt? quorum autem animi numinis diuini respectu minus tanguntur, ii tales euentus adscribūt fortunæ: vt ille qui exclamat,

Ἱπ.χλδοῖ. Ἡ.[illegible] ἀέρ. ζ.

O Fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis?

Sen. Herc. fur.

Alii fati necessitatem omnium euentuum caussam faciunt. Sed Virgilio hæc coniungenti est

Fortuna omnipotens & ineluctabile malum.

VIII.

QVi fit, vt plebis, maxime rusticæ, pueri, capillo fere sunt albo aut flauo? An quia parentes illorum victu vtuntur simplice vniusque modi, vnde purior sincериorque in corporibus succus ducitur, de quo necesse est etiam id quod generatur minus turbido aut impuro humore concrescere? idque indicat capillus, in quo veluti arescit humor in corporis extrema parte, id est in cute. An vero etiam hoc accidit, quod talium puerorum nutrimentum, potus atque cibi, est lactis & aquæ dulcis? An hoc quoque quod in sole & sub dio plerumq; aperto capite versantur: quo fit vt capillus niteat de apricatione, sicut linū solet & lana? quum vrbanorum & delicatorum intra parietes & in vmbra & sub tegumentis, crines fuscos reddi consentaneum sit. qui si tales a prima origine forte non sint, celeriter tamen fieri consueuerunt. Quum autem in quorumdam locupletum honestorumque familiis, potissimum extra vrbes & in agris degentium, idem de albis crinibus, quod in plebeia sobole, nonnunquam accidere animaduertatur, nimirum eędem caussę debis referri possunt frugalitatis & liberi cœli.

Θ.

Διὰ τί οἱ πίνοντες ὑποστάθμην τοῦ διὰ μολιβδίνων σωλήνων ὀχετευομένου ὕδατος δυσεντερικοὶ γίνονται; ὥς φησι Γαληνὸς ἐν τῇ περὶ συνθέσεως φαρμάκων ἑβδόμῃ. ἢ ὅτι ἰλύματα μολιβδινὰ κατὰ τοῦ τὸ ὕδωρ ... ἐν τοῖς ἐντέροις, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐντερώνην κατατρίβει ... διὰ τὸ ἐπιτεινόμενον ἀεὶ βάρος, ἐξ οὗ γίνεσθαι χρόνῳ τὴν ἕλκωσιν εἰκός ἐστι;

IX.

Cur illi qui bibunt fęces aquæ deductæ per tubos plumbeos, dysenteria corripiuntur? vt Galenus refert lib. 7. de compo-ione medicamentorum. An quia fęces plumbi, quas in tali a-ua inesse nec... est, in intestinis detentæ, fundum ipsorum per-undendo exedunt ob pondus earum semper augescens, ex quo andem exulcerationem oriri verisimile est?

I.

Διὰ τί ἀρχομένου ὕοντος οἱ ἵπποι ἐν τῇ ὁδῷ ἐπείγονται, καὶ ὕστερον ἐπιτεινομένου παριᾶσιν; ἢ τὸ λυπηρὸν τῆς ἐργασίας φεύγοντες ἑαυτοὺς ... αὐτοὺς. βρεχόμενοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἀθυμοῦντες, νωθέστεροι ὡς ἔοικε, γίνονται; ἡ γὰρ κατὰ φαντασίαν σκέπης καὶ ... μνήμη τὴν ἐλπίδα παρακαλεῖται, καὶ ταύτῃ ἡ ὁρμὴ ἐπιπαρέρχεται, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντος φυγὴν τῶν λυπούντων φυγεῖν· ὡς μὴ ἐπιτυχὸν ὅτι ἐκεῖνο, ὥσπερ ἤλπιζεν, ἐκ τούτου ἀθυμοῦν ἅμα καὶ τῇ τοῦ ἔξωθεν ὑγροῦ καταντλήσει ἠρέμα ..., ἥ τε τὴν ψυχὴν γίνεται κακίον, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενέστερον.

X.

Quamobrem equi incipiente pluuia in via festinant, & postea ea increbescente de illa contentione sua remittunt? An icio humoris molestiam fugientes seipsos ad properandum in-tant, postea vero aqua perfusi, & tristes facti, fiunt etiam, vt par t, segniores? Nam memoria ab imaginatione perfecta tecti & tietis, spem ipsorum instigat, & ea impetus quoque excitatur, um ante oculos animantis versetur fuga eius quod molestum quam quia illa tum, vt sperauerat, non consequitur, tam ex ista dignatione quàm exterioris humoris perfusione, paulatim de-bilitatur, ita anima ipsa ignauiores & corpore debiliores sunt.

DECVRIA IV.

I.

Cur non cogitamus simul diuersa, neque omnino duo, loquimur autem aliud, & aliud cogitamus, quum tamen oratio sit gitationis interpres? An est tanta celeritas cogitationis, vt sequi illam facultas eloquendi nequeat? itaque hac hæren-, illa interea detorquetur alio, quod deinde temere pro-nunciatur: vt in præstigiis aliud exhibetur, quam putarat sen-s se comprehensurum fuisse. An hoc est socordiæ quasi osci-tantium, neque accidit diligentibus & attentis; vt cogitationis

ipsius indistinctæ & allucinantis interpretatio similiter sit indiferta & aliena?

B

Nic. L

Διὰ τί αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι τῶν πατέρων; ἢ καθάπερ Ἀριστοτέλης φησὶ διὰ τὴν γέννησιν ἐπιπονωτέραν οὖσαν. αἱ γὰρ τοῦ τόκου ὠδῖνες ὀδυνηραί, καὶ τὸ ἔργον τῆς γυναικὸς ἡ λοχεία. τὰ δὲ μετὰ πόνου γινόμενα πάντες μᾶλλον στέργουσιν. ἢ καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι αὐτῶν τὰ ἔκγονα, συμβάλλεται πρὸς τὴν στοργήν. ἢ ἴσως παίζων τις προσθείη ἂν κἀκεῖνος ἀστεϊσμόν. οὕτως; οὐ γὰρ ἡ διάνοια αὐτὴ καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς ὅσον δὴ χρόνον ἐπιγινώσκουσι τὰ ἔκγονα, φανερὸν ὅτι εἰς ὑπερβολὴν τὸ φιλόστοργον ἐστι παρὰ τῷ θήλει. ἔνιαι δὲ μητέρες τὰ αὐτῶν τέκνα ἀναιροῦσιν, ὅτι ἴσασιν αὐτῶν ὄντα· ὥσπερ καὶ τὴν Μήδειαν ὁ μῦθός φησιν. εἴη τοίνυν ἡ αἰτία τῆς μητρικῆς φιλοστοργίας ἀληθεστέρα, ἡ φυσικωτέρα. ἐστὶ δὲ αὕτη τῆς θηλείας πρός τε τὴν σύλληψιν καὶ τὸν τόκον ἡ ἐπιτηδειότης καὶ πρὸς τὴν θρέψιν τὸ ἀδιαλείπτως φυσικῶς οὖσα ἅπαντα καὶ οὐ προαιρετικῶς. καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τῷ οἰκονομικῷ οὐχ ἧττον χαριέντως ἤπερ ἀληθῶς ἔγραψε ταῦτα· εἰδὼς δὲ ὁ Θεὸς ὅτι τῇ γυναικὶ ἐνέφυσε καὶ προσέταξε τὴν τῶν νεογνῶν τέκνων τροφὴν καὶ τοῦ στέργειν τὰ νεογνὰ βρέφη, πλεῖον αὐτῇ ἐδάσατο ἢ τῷ ἀνδρί. καὶ ταῦτα ἄρα καὶ ἡ φίλησις εἰς ἐπιμέλειαν τῶν τέκνων συγχωρεῖ, καὶ ἡ πρὸς ταῦτα ἐπιτεταμένη στοργὴ μᾶλλον τῆς μητρός. φυσική τε ἐστὶ καὶ ἐνδιάθετος ἀπαρχῆς μέχρι τέλους. διόπερ καὶ πολλῷ ἀπαθεστέρα ἡ μητρικὴ ἀγάπη τῆς πατρικῆς. φασὶ δέ τινες πιθήκους ἐνίοτε ταῖς ἀγκάλαις καὶ σφοδροτέραις περιπλοκαῖς τὰ ἴδια τέκνα ἀποπνίγειν. αἱ μητέρες οὖν διὰ τὸ πάθος ἤδη, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, φιλοῦσι τὰ τέκνα, καὶ ἀπολαύειν τῆς ὁμιλίας βούλονται, ἐφιέμεναι τῆς παιδικῆς καὶ συνδιάγειν. οἱ δὲ νοῦν ἔχοντες τῶν πατέρων, προορώμενοι τὸ χρήσιμον, τοῖς τοιούτοις ἧττον προσέχουσι τὴν γνώμην· εὖνοι δὲ καθαρῶς εἰσὶ τοῖς τέκνοις. οὐ τῇ ὑπαγούσῃ ἐμφιλοχωροῦντες ἡδονῇ, ἀλλ' εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἀγαθῆς ἀναλαμβανόμενοι. ἔτι δὲ αἱ διδοῦσαι τὰ ἑαυτῶν τρέφεσθαι ἑτέραις, διατελοῦσιν ὅμως φιλοῦσαι ἐκεῖνα φυσικῇ δῆτα ὀρέξει, καὶ οὐδαμῶς λογισμῷ οὐδενὶ χρώμεναι περὶ τοῦ φιλεῖν ἢ μή.

II.

CVr matres maiori amore afficiuntur erga liberos quàm patres: An, vt Aristoteles inquit, hoc fit quia labores quoque maiores in generando perferunt. nam partus dolores sunt maxime graues, & mulieris opus est puerperium. quæ vero multo labore perficiuntur, ea maiori etiam amore prosequimur? An etiam, quoniam sciunt suam esse progeniem, aliquid cõferre solet, ad mutuam istam amoris affectionem? An potuit ne forte a quopiam ludente talis addi vrbanitas? quum non sit consideratio illa in brutis, de quibus & ipsis, quamdiu cognoscunt illa suum fœtũ, euidens est nimirum in sexu fœminarum nimiam esse amoris erga suos affectionem. Nonnullæ autem matres suam prolem etiam tollunt, quod sciant esse suam; quẽadmodum & fabula tradit fecisse Medeam. Quare caussa materni amoris erga liberos ea magis veritati est consentanea, quæ prius ad naturæ considerationem

ationem accedit. Est autem sexus muliebris & ad conceptum & partum maxime aptus, atque minime educationis fugiens labores. Quæ omnia naturæ opera sunt, neque in nostro posita arbitrio. Et hoc est quod Xenophon in libro de tuenda re familiari non minus eleganter quam vere ita scripsit: *Quum nosset Deus fœminæ a se insitam & attributam esse curam nutriendi & educandi infantes nuper in lucem editos, addidit etiam illi maius studium quam viro, quo paruulos liberos prosequeretur.* Quapropter dilectio postea in liberos progreditur, & hæc erga eos matrum increbescens & ardentior amoris affectio, naturalis est, & animis illarum ab initio ad finem vsque implantata. Ideoque caritas ista matrum magis improuida & præceps quoque esse quam patrum solet: atque ferunt simias interdum osculis & arctioribus complexibus suam ipsius sobolem suffocare. Matres igitur plerumque ob præsentem iucunditatem amant liberos, & expetunt eorum præsentiam, ac cum iis viuere cupiunt, quo consuetudine & colloquio eorum frui possint. Verum ex patribus qui intelligentiores habentur, quum quid e re liberum esse possit, prospiciant, huiusmodi rebus minus occupantur, ac sincera beneuolentia complectuntur liberos suos, non cupide immorantes voluptati, quæ ante oculos est, sed futuram bonam spem retinentes. Ad hæc, quæ suos partus aliis nutriendos tradunt, in diligendo similiter etiam magis perseuerant, idque naturæ quodam impulsu, non consideratione quod ament aut non ament.

Γ.

Οἱ ἐγκρατεῖς καὶ ἀκρατεῖς καλοῦνται; οἱ μὲν ἐπαινούμενοι, οἱ δὲ ψεγόμενοι. ἢ ὅτι ἂν κρατεῖν καλὸν εἶναι ἅπαντες νομίζουσι, ἐκείνων τοι κρατοῦντες οὐκ ἀδίκως ἐπαινοῦνται, οἱ δ᾽ οὔ, ψέγονται; ἔστι δὲ αὐτὰ τὰ ἀλλ᾽ ὅτι ... ὧν κρατεῖν ἰδίως λέγεται κατὰ τὸ Πυθαγορικόν,

γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε
καὶ θυμοῦ.

...τῆς. τί δὲ μάλιστα τὸ κράτος τούτων ἀνοιστέον; πολλαὶ γὰρ δυνάμεις ἐν ἀνθρώπῳ. δῆλον ὅτι τῷ κυρίῳ καὶ τὸ κράτος εἶναι δεῖ, ... κατὰ τὸ κύριον δοκεῖ εἶναι παντὸς συστήματος; οἷον ἡ πόλις, ὁ δῆμος, εἰ οὕτω τύχοι, ἢ οἱ ὀλίγοι, ἢ καὶ ὁ μόναρχος. οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου κύριον ζητητέον· σύστημα γάρ τι καὶ ὁ ἄνθρωπος· καὶ εὑρεθέντι τῷ τὸ κράτος ἀπονεμητέον, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιθυμίας οἰκονομίαν ἀποδοτέα. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐδὲν ἄλλο ἢ ὁ νοῦς καὶ διάνοια λογικὴ ὁ νοῦς ἄρα καὶ λόγος μάλιστα δόξειεν ἂν εἶναι ὁ ἄνθρωπος. τοῦ δὲ βίου κρατίστου τις οὕτω δὴ ὀρθῶς καὶ προσηκόντως καλοίη τοῦτο, ἄνθρωπος, ὡς Νικομ. ι.
... ἐν Ἠθικοῖς κατὰ τὸν Ἀριστοτέλη. καὶ ἡμεῖς ὡς μετρίως συναγόμενοι ... πρὸς τὸ ... διαπορήσαντες, καὶ καθάπαξ ἐψηφισάμενοι τὴν τοῦ Πλάτωνος γνώμην, οὕτω δὴ δόγμα ποιούμεθα αὐτὸ ἐν τῷ νῦν· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἄλλοθί που ἴσως ἀκριβολογήσαιμεν μᾶλλον ἐν καιρῷ γένοιτο.

III.

VNdenam continentes, & impotentes animis nominantur? quum hi sunt in vituperatione, illi in laude. An quibus dominari pulcrum & laudabile existimant omnes, quicumq; superiores euadunt, ii merito laudantur, alii vero, qui non sunt tales, vituperantur? Huiusmodi sunt & alia nonnulla, & ad quæ superanda se assuefacere iubet præceptum Pythagoricum,

Ad Veneris furta, & ventrem, dulcemq; soporem,
Commotumque animum.

Quo vero potissimum hic principatus referendus? multæ enim in homine sunt vires. An manifestum est eius penes quod est præcipua auctoritas & potestas, esse etiam debere principatum? Atque in eo etiam, cuius summa potestas est, consistere omnem congregationem existimatur, vt ciuitatem in populo, si ita forte fortuna acciderit, aut in paucis, vel etiam vno qui imperium teneat. Ad hunc sane modum & in homine inuestigandum id penes quod est potestas præcipua. Nam & homo est compages quædam. quo reperto, principatus illi assignandus, & hominis cognomentum vt maximum proprium illi tribuendum Reperitur autem hoc nihil aliud esse, quam mentem & cogitationem ratione informatam. mens igitur & ratio potissimum hominis naturam constituere videtur. Quare si mens superior est aliis, ita recte & conuenienter quispiam hominis appellationem sortietur, quum secundum Aristotelem idipsum sit vnusquisque. Atque hoc vt mediocriter conclusum & ad vtilitatem in vita idoneum, præterea nullam dubitationem in medium afferentes, & tanquam calculum addentes sententiam de his Platonis, sic sane in pręsentia decretum faciamus. De reliquis vero accuratius alibi suo tempore disseretur.

IV.

QVare est in pueris acrior memoria rerum minimarum quoque: & quæ pueris nobis acciderunt, eorum meminimus liquidius, quam triduo præteritorum? Et fit mentio tamquam prouerbii in Timæo Platonico: ὡς τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον. An id fit quod in teneris surculis, vt cum his facile aliquid concrescat, & in animis puerilis cognitio vna cum ætate augescens corroboratur? An quia nihil est quod animos teneros conturbet aut distrahat, & ideo in his imagines rerum & imprimuntur certius, & sunt magis distinctæ, cogitatione nondum illas per varietatem affectionis confundente? An quod ratio & mens in his implicatur in eam vim maxime, qua rerum imagines in animis repræsentantur? itaque has intuentes, neque alio magnopere respicientes, probe etiam meminerunt eorum quæ tūc fuerunt oblata. An quia necesse est, figuras quasdam imprimi animis eorum quæ memoria continere & referre debeat? Ea au-

tem

rem imprimuntur altius, quæ vehementius sensus percellunt, & mouent animum. Itaque omnes diutius meminerunt eorum, de quibus singularem lætitiam doloremue perceperunt. pueris autem omnia quæ offeruntur, esse maiora videntur quam sunt, & ideo magis illa admirantur. atque hoc modo fit, quum paruæ etiam res valde feriant animos pueriles, harum imagines, vt ipsorum animis certius & firmius infigantur, vtque fidelior & diuturnior sit memoria. Magis autem tangi pueriles animos & commoueri quarumcumque rerum cognitione, caussa est hæc maxime, quod illi leues hos gerunt, & sunt imperiti rerum, quas vt insolitas & nouas, sic alienas quoque & mirabiles apparere oportet. Intelligenda autem hæc sunt, non de paruulis, sed quasi adultioribus pueris. nam paruulos & decrepitos docet Aristoteles esse obliuiosos propter motum: quod hi vergãt ad interitum, illi valde crescendo agitentur. περὶ μνήμης.

V.

Quare quum vulnera incipiunt persanari & coire, circum hæc fere vbique, & in labris extremis maxime, prurit cutis? Nimirum mali & vitiosi humores, qui prius erant spissiores & interius abstrusi, tunc sanatione & naturæ & medicamentorum extenuati, & ad summam cutem expulsi, mordent illam, & acrimonia sua pungentes titillant.

VI.

Quare in balneis madidæ vestes in tanto æstu non siccantur? Quia scilicet ille æstus est vaporis humidi, & de calidis aquis exhalatur itaque aerem reddit densiorem, neque, vt ceteri calores, rarus & sincerus attrahere humorem potest, quũ ipse humidus sit, &, quasi linteum aut spongia, expletus.

VII.

Qui fit quod fortes viri & audaces, quique in præliis minime terrentur, mollissimo animo ferre morbos & valetudinem aduersam consueuere; & contra timidi, vt de Græcis Cicero scripsit, firmissimis animis & patientissimis ægrotant? Vtrum fit hoc, quia fortitudo in vtrisque quasi sua quadam & propria materia exercetur, neque, vt stirps, in alienum solum transferri vult? Non igitur ferre æquo animo bellica fortitudo potest, tamquam muliebrem depositi corporis afflictionem, præsertim nulla spe laudis & victoriæ proposita. Etiam bona ferramenta in duriore materia, minus quam molliore, retundi hebetarique perhibent. At alteri, in qua parte ipsi valent, ea scilicet elaborant; patientia nimirum animi, & tolerantia doloris, quam esse præclaram & laudabilem statuunt. An Natura ipsa consentaneas studio & veluti professioni vtrorumque affectiones attribuit? Neque propositi ista tantum sunt atque considerationis, sed dispositionis a prima origine Naturæ: quæ & bellatori in periculis præsentem

tribuit animum, & in malis patientem alteri illa fugienti. Siquidem vterque virtuti & honestati studet, & neque ingenio futili est neque educatione corruptus, neque consuetudine deprauatus.

VIII.

QVare sunt senes, mulieres, pueri loquaces? Vtrum eadem est in mulieribus & pueris caussa, abundantia humoris, qua fit vt quasi in lubrico, neq; cogitatio insistat, & verba prolabantur? In senibus autem quamuis naturalis humor deminuatur, tamen deficiente simul & calore, alienus humor affluit, & dicuntur hi repuerascere. In omnibus igitur istis tamquam animo fluctuante & vago, orationem quoque incitari & efferri verisimile est. An vero diuersæ caussæ in illis animaduerti possunt, quæ appellationibus ipsis innuuntur? Nam pueros balbutire dicimus, qui est conatus loquendi gestiens & incitatus: mulierum autem vere est loquacitas, & sunt hæ garrulæ. Itaque & *lingulaca* vocatur apud Plautum, quæ nunquam taceret. Eædem sunt procaces: cuiusmodi & in virili sexu molliores isti, cum corpore effeminati, tum animis futiles. In his loquacitas vel de constitutionis vel institutionis vitio nascitur. & illa enim tenera atque flexibilis est, & hæc ingenium ad vanitatem & leuitatem detorquet. Itaque cogitationes sicut folia impulsæ mouentur & trepidant, quæ ipsæ verba, quemadmodum illa strepitus, cient. At senilis copia, quæ est verbositas, vel de longo vsu vitæ manat atque profluit vberior, vel ante finem vitæ in sensu defectionis virium se frui, & aliis quæ diuturna notatione animus collegit, cupit exponere. Quod, vt opinor, poetæ significarunt carminis olorini fabula, cuius candoris habet senilis canicies imaginem; secutis dum hoc Horatianum,

Iam iam residunt cruribus aspera
Pelles. & album mutor in alitem
Superne, nascunturq; leues
Per digitos humerosq; plumæ.

vel copia illa est delectationis in suis laudibus commemorandis, quarum est auditio iucundissima. itaque, vt apud Homerum Nestor, illi fere rerum a se gestarum narrationes ingerunt. Vel quia ætas etiam eadem obliuiosa est, ideo solicitudine quadam verbosior esse solet, ne quid minus plane explicetur. Scripsit autem & Isocrates Panathenaico, in senibus esse obliuionem & verbositatem, seu multiloquium, secundum Plautum.

IX.

QVi fieri putandum, vt in æstu balneorum, vel quum subter vestes sudor elicitur, minus sitis sit molesta, postea vero, & represso sudore, vehementius affligere soleat? Vtrum quia sudo-

tis caussa calor est, & vna hic cum illo patefactis viis, quæ in cute aperiuntur, tunc erumpit, rursumque obstructis illis cohibetur: & ita intus viscera exsiccat, a quibus humoris & frigoris beneficium expetitur; atque ea est sitis, hanc ipsam ob caussam corpori infestior. An vero in commotione & labore quodam fluunt omnia atque agitantur, & ideo tum quidem non sentitur sitis, sed postea in quiete, dum corpus quasi statum quendam suum recuperauit: quemadmodum & vulnerum plagæ, non quando infliguntur, sed aliquanto post, cruciatus afferunt acerbitatem: & lacrymæ non in recente perturbatione doloris, sed quasi recollecto & composito animo profunduntur. Quemadmodum tum quoq; demum pluit, quum venti posuere, vt ait Maro, non quum est turbulenta tempestas procellis ventorum.

X.

QVare magnis incendiis & venti implicantur: quemadmodum & Maro fecit libro II. Æneidos,

Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur, exsuperant flammæ, furit æstus ad auras.

An quia vehemens & æstuans calor ignis vapores illos elicit, quos erumpentes e terra in aere conflari & impelli, vt venti fiant, Aristoteli placuit? An omnino feruor ignis in humorem aeris illatus commotionis istius caussa est?

ΔΕΚΑ'Σ Ε.

Α.

Διὰ τί οἱ βραγχῶντες πρὸς ἤχους ὀξεῖς ἐκφέρονται τῇ φωνῇ; ἢ ὅτι πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἐναντίον, τῆς μέσης καὶ καθεστηκυίας ἕξεως ἐκπεσὸν, εἰς τὴν ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν κάτεισι; τὸ γοῦν τῶν βραγχώντων βαρὺ, ἐπειδὴ ἡ κατὰ φύσιν φωνὴ ἐν τούτῳ ἐλλείπει πρὸς τὸ ὀξύτερον οὕτω ὑπερβάλλει, ἐπιτεινομένης ἐκείνης, ὥστε τὸ ἐναντίον ἠχεῖν ὅτε τοῦτο ἦν τὸ ὀξὺ πρὸς τὸ βαρύ. ἢ δῆλον ὅτι τῶν πόρων τῷ ῥεύματι ἐμφραττομένων θραύεταί τε ἡ φωνὴ, καὶ τῇ ἐπιτάσει θλιβομένη γίνεται ὀξυτέρα, καθάπερ οἱ διὰ στενωτέρων συρίγγων ἦχοι.

DECVRIA V.

I.

QVare raucorum vox ad sonos acutos effertur? An quia id quod est contrarium præter naturam, a medio & certo ac firmo habitu deflectens, ad id quod nimium & parum est recidit? In raucis itaq; grauitas vocis, quoniam in hæc illa quæ naturaliter se habet, deficit, modum excedit in eo quod magis acutum est, quando ea ita intenditur, vt contrarium plane sonum tunc reddat. tale est autem acutum ad graue. An fieri acutam magis vocem propter obstructos a fluxu meatus ortam, vbi illam frangi & contentione quadam comprimi necesse est, manifestũ fit? quemadmodum in sonis fistularum angustiorum accidit.

B

Διὰ τί φασι τοὺς τραυματίας τῶν ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι δεῖν, τῆς συνουσίας ξηραντικῆς οὔσης. καὶ τοιαύτης θεραπείας ἤτοι συμφόρου τοῖς τραύμασιν οὔσης; ἢ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ συνουσιασμὸς τοῦ τραύματος, ἀλλ' ὅλου τοῦ σώματος καὶ τοῦ ἐμφύτου ὑγροῦ ξηραντικὸς, καὶ τὰ ῥεύματα κινῶν τοὺς μοχθηροτέρους τῶν χυμῶν πρὸς τὸ πεπονθὸς μέρος καταφέρεσθαι ποιεῖ· τοιοῦτο δὲ ἦν τὸ τραυματισθὲν, ὃ καὶ ἀσθενὲς ὂν δέχεταί τε καὶ γίνεται ὑγρότερον τε ἅμα καὶ δυσαλθέστερον. διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἤδη ἀπὸ συνουσίας προσιόντων καὶ ἐμβλεπόντων τοῖς τραύμασι βλάπτειν αὐτὰ οἴονται, ὑγροτέρας γεγονυίας καὶ ῥευματικωτέρας τότε τῆς ὄψεως.

II.

CVr vulneratos a Venere arcendos eſſe inquiunt: quum tamen ſiccitatem pariat concubitus, & ſiccantia medicamenta vulneribus conueniant? An vulneris nequaquam ſed potius totius corporis, inſitique humidi exſiccationem coitus operatur, & fluxus concitando peſſimos humores in locum affectum deferri facit Atqui eiuſmodi eſt pars vulnerata, quæ imbecillis iam reddita illos ſuſcipit, ac plus madeſcit, minus vero perſanari ſe patitur. Hinc eſt quod eos, qui modo a Venereo congreſſu accedunt, & vulnera inſpiciunt, non parum nocere ipſis vulgus opinetur, quod nimirum humidior & effluentior intuitus exſiſtat.

Γ

Διὰ τί οἱ φθεῖρες γένεσιν ἔχοντες ἐκ διεφθορότος αἵματος, ἀπολείπουσι τὰ τῶν ἀποφθιμένων σώματα, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς φθείρεται τὸ αἷμα ὥστε τὴν τροφὴν τότε δοκεῖν εἶναι οἰκειοτέραν; ἢ τοῦτο οὐδὲ μέχρι οὐδαμῶς; ὥσπερ γὰρ ἡ γένεσις ἐν ἀλλοιώσει, οὕτω καὶ ἡ τροφή. οὐκ ἄρα οὔτε ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἤδη ἀλλοιωθέντος, ἀλλοιουμένου δὲ οὔτε τρέφει τὸ φθαρὲν, ἀλλὰ τὸ φθειρόμενον. τῶν δὲ φθειρῶν ἡ γένεσις μᾶλλον ἐκ τῆς τοῦ ἀκεραίου αἵματος ἀλλοιώσεως· ὥστε κατὰ ταὐτὰ κἀκ τούτου τὴν τροφὴν χορηγεῖσθαι.

III.

QVamobrem pediculi, qui generantur ex corrupto ſanguine corpora mortuorū deſerunt, in quibus tamen ipſis quum ſanguis corrumpatur, tunc ſcilicet eos magis accommodatum alimentum habere exiſtimari poterat? An neutiquam ita eſſe conſtat? Nam quemadmodum generatio conſiſtit in alteratione, ſic etiam alimentum: ergo neque generatio ex eo quod iam mutatum, ſeu, vt vſitate dicitur, alteratum eſt, fit, ſed ex eo quod alteratur, nec id quod corruptum eſt, nutrit, ſed quod corrumpitur. Pediculorum autem procreatio magis eſt ex ſanguinis ſynceri alteratione quare eadem ratione ex hoc etiam alimentum illis ſuppeditatur.

Δ

Ω ιὰ τί οἱ ἐν νόσοις χρονικαῖς μαραινόμενοι ὥσπερ οἱ λεγόμενοι ἑκτικοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συνουσιαστικώτεροι, καὶ ἀφροδισιαστικώτεροί εἰσιν, οὐκ ὡς ἄν τις οἴοιτο, ἀλλὰ ποιεῖ τοῦτο ἡ ἕξις; ὅθεν γὰρ τὸ γίνεσθαι τούτους ξηροτέρους τὸ δὲ

ξηρο-

ξηρότερον· ὀξύτερον, ὥσπερ τὸ ὑγρότερον ἐκ τοὐναντίου ἀμβλύτερον, ὃ καὶ ἡ παροιμία ἐνδείκνυσιν ἡ λέγουσα, ὅτι

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

ὅτι δὲ τὸ ὑγρὸν ἐμποδιστικὸν τῆς τε αἰσθητικῆς καὶ διανοητικῆς δυνάμεως, τῶν εὐδήλων ἢ ἀμφιλόγων οὐκ ἔστιν, ἐπιφερομένης δηλαδὴ καὶ ἐπιπροσθούσης ὕλης ἔτι παχυτέρας καὶ ἰλυωδεστέρας. καὶ διὰ τοῦτο οἱ τοιοῦτοι πάντες, ὡς εἰπεῖν, καὶ ὀργιλώτεροι εἶναι εἰώθασιν· δι' ἔνδειαν, ὡς εἰκὸς, ὑγρότητος τοῦ θυμοῦ ἧττον διαχεομένου καὶ οἷον χλιαινομένου, ἀλλὰ καιομένου τε καὶ τυφομένου.

IV.

QVæ caussa est, quod illi qui morbis diuturnis marcescunt & consumuntur, quales sunt qui hectici, *id est, febre laborantes qua ipsum habitum corporis occupauit*, nominantur, plerumque acrioribus sensibus, & intelligentia præstantiore prædiri sint? Non arbitror huius rei caussam aliam inueniri a quopiam posse, nisi quod huiusmodi sicciores reddantur. siccius autem acrius est, vt contra humidius quoque obtusius. Quod prouerbio quoque declaratur,

Ex ventre pingui mens tenuis haud gignitur.

Et quod humidum impediat tam sentiendi quam cogitandi facultates, dubium aut incertum esse nequit: quoniam materia tūc nimirum crassior & fęculentior omnia obscurat. Hanc itaque ob caussam huiusmodi omnes, vt ita dicam, iracundiores etiam esse consueuere. Quum ob penuriam, vt verisimile est, humoris, minus diffundatur ac veluti liquescat animus, sed ardeat potius atque fumet.

E

Διὰ τί ἡμῶν ἐπὶ συννοίᾳ ὄντων καὶ σπουδαζόντων, τὸ πρόσωπον καὶ μάλιστα τὰ χείλη συστέλλεται, ἱλαρῶν δὲ καὶ παιζόντων διαχεῖται; ὁρῶμεν δὲ γινόμενον τοῦτο κἀν τοῖς παιδίοις. ἢ ὅτι τὰ ἐν τῇ ψυχῇ εἰκασθέντα καὶ φανταζόμενα διὰ τοῦ στόματος ἐξιέναι σπεύδει, καὶ ἐντὸς ὥσπερ ὀργῶντα σχηματίζει πως τὰ χείλη ὥστε πυκνουμένων τῶν φρονημάτων ὁμοίως καὶ τὰ χείλη συστρέφεσθαι, ἐν δὲ τῇ τῶν φρενῶν διαχύσει καὶ αὐτὰ διαρρεῖ; ἢ ἄλλως κατὰ τὸ ἀνάλογον, τοῖς τῶν μυῶν προαιρετικοῖς νεύροις κινούμενον τὸ χεῖλος μεριμνώντων μὲν ἡμῶν, ὡς εἰκὸς, συντείνεται, παυομένων δὲ χαλᾶται; ἢ καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος τῶν μὲν νεύρων πρότερον ὥσπερ χεὶρ τῆς κιθάρας ἅπτεσθαι, καὶ δι' ἐκείνων ἀκολούθως τὰ τοῦ σώματος διαπλάττεσθαι λέγειν ἀληθέστερον.

V.

QVi fieri putandum quod nobis cogitabundis, & seriis rebus incumbentibus, facies, & præcipue labra contrahuntur, hilaris vero & ludentibus diffundantur? quæ quidem in paruis pueris ita quoque accidere conspicimus. An quoniam ea quæ animo concepta & imaginatione comprehensa sunt, exire per os festinant, & intus veluti turgentia labrorum talem figuram exprimunt, vt hæc similiter ad densas & crebras animi cogitationes complicentur: in mentis vero diffusione, illa etiam ipsa diffluunt?

An præterea consentaneum ad modum, labra quum a neruis musculorum voluntariis mouentur, nobis anxie ac solicite meditantibus quiddam contrahuntur, desinentibus laxantur? An etiam veritati magis erit conueniens, si dicatur animi indolem primum quidem neruos, quemadmodum manus citharam solet contingere, & per illos ita deinceps reliqua in corpore effingi.

ϛ.

Διὰ τί τῶν ἁλὶ δαψιλεστέρᾳ χρησαμένων τῶν ἐγκύων, γεννᾶσθαι λέγουσι παιδία ὄνυχας οὐκ ἔχοντα; ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν ζῴων ἱστορίᾳ. ἢ ὅτι οἱ ὄνυχες ἐκ τῶν περιττωμάτων ἀποφύσεις εἰσίν; ὥσπερ τὰ σκληρὰ καὶ σκιρρώδη ἅπαντα χρῶ τοῦ σώματος. διὸ καὶ ἐν μεγάλοις καὶ ἰσχυροῖς σώμασιν ἤδη ἐπὶ τοῖς τῶν δακτύλων κονδύλοις κερατώδη τινὰ ἐπιφυόμενα ὤφθησαν. οἱ ἅλες δὲ τὰ περιττωματικὰ ἀναλοῦντες καὶ διαφοροῦντες τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ, ὄντες πρὸς τούτοις καὶ στυφούσης ἠρέμα φύσεως, οὐκ ἐῶσι τὰ παχυμερέστερα τῶν περιττωμάτων προχωρεῖν, ἀλλὰ σφίγγουσι καὶ συνάγουσιν ὥστε οὐ δύνανται ἀπορρυέντα ἐν τοῖς ἄκροις συστῆναι.

VI.

Cur aiunt infantes nasci sine vnguibus, si sale copiosiore vescantur grauidæ mulieres? vt refert Aristoteles VIII. de historia animalium. An quoniam vngues processus quidam sunt ab excrementis orti, quemadmodum alia dura & scirrhis similia in toto corpore? atque in magnis & robustis corporibus enata quędam in nodis seu condylis digitorum tamquam cornu, deprehensum est. Sal autem quod excrementilia seu superflua consumat, & innato calore discutiat, quum insuper parum astringente vi præditum sit, non sinit densiora excrementa progredi, sed ita constringit & cogit, vt ad extremas partes affluere, & in illis coagmentari nequeant.

ζ

Διὰ τί τοὺς ποδαγριῶντας ἐν γέλωτι τιθέναι εἰώθασι, καὶ περιαλγεῖς ἐνίοτε ὄντας; ἢ ὅτι τὸ κακὸν ἐκ τινῶν προημαρτημένων ἐπιθυμιῶν δοκεῖ ἀποβαίνειν· καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ αὐτοὺς αὑτοῖς αἰτίους ὄντας τούτου, οὐκ ἐλεοῦσι· τοιαῦτα δέ τινα λογιζόμενοι, ἐκεῖνα ἡδέως ἔπραττες τότε, νῦν τλῆθι, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰώθασι γὰρ καὶ τοὺς πάνυ σώφρονας νομιζομένους ἐνθένδε τὴν νόσον σχεῖν, οὕτω γὰρ τοὺς πλείστους ὁρῶσιν. ἢ ὅτι μόνον ἔχει ἄλγημα ἡ νόσος, ἀκίνδυνος δέ, ἴσον γε ἐν τῷ παρόντι πρὸς θάνατον εἶναι δοκεῖ; ὡς ἄρα καταφρονουμένης ἐκείνης τῶν ψυχικῶν παθῶν ἧττον ὀλοφύρονται τοὺς πάσχοντας οἱ ἄνθρωποι; ἢ καὶ γὰρ τοῦτο ἀπὸ κακοηθείας τινὸς ἀνθρώπου, ἀφ' ἧς οὐκ ἀδίκως τιμωρίαν ἐκτίνειν ὑπολαμβάνουσί τινας, εἰσί τε οἳ οὐδ' ὀκνοῦσιν εἰπεῖν τε τοῦτο, καὶ ἐνδείκνυσθαι τὴν ἐπιχαιρεκακίαν, ἄλλως τε καὶ τοῦ ἔθους οὐκ ἀπαγορεύοντος, ὥσπερ ἐν ἄλλοις ἑτέρως ἔχει.

VII.

Qvamobrem laborantes ex pedibus ridere insuper alii solent, quamuis interdum acerrimos dolores sentiant? An

quia hoc malum ex deliciis quibusdam & voluptatibus corporis, quæ præcesserunt, oriri videtur? & propterea, tamquam erga eos qui illius auctores sibi ipsi fuerint, nulla afficiuntur misericordia, ad hunc prope modum ratiocinantes: vixisti aliquando suauiter & iucunde, nunc itaque hæc quoque æquo animo perfer. Existimant enim illos quoque qui admodum temperantes habentur, inde morbum contrahere, vnde vident quam plurimos illi obnoxios esse. An quoniam cruciatus tantum quosdam hic morbus afferre, nullum vero periculum mortis ab eo impendere, eo quidem tempore, videtur: minus itaque eos qui isto affliguntur, deplorant homines, quum correctio quasi sit affectionum animi. An sit etiam hoc quadam occulta & malitiæ sa peruersitate, qua non immerito quosdam ita pœnam luere opinantur? & reperiuntur aliqui qui non dubitent eiusmodi quippiam proloqui, & declarare verbis suam lætitiam ob mala alterius, consuetudine præsertim non repugnante, quæ in aliis aliter habere sese solet.

VIII.

QVare surdastri submissa plerumque voce loquuntur? Vtrum, quoniam surdi a primo ortu, fere etiam muti sunt, fit vt quodam veluti commercio auditus & loquutionis vitia quoque inhæreant? An non possunt ipsi attendere quam clare loquantur, & quum sciant quid a se dicatur, idem percipi etiam ab aliis opinantur? An quia atra bile hoc genus plerumque abundat, qua & hebetior sensus ille redditur, huius humoris quasi inertia fit, vt pronuntiatio languidior sit?

IX.

CVr solemus, vbi aliquis qui desideratur, abest diutius; crebro prospicere, vel eum quem exspectamus, vt Plautus ait, prouisere: & prætereuntes aliquem mox inspicere, vt plerumque auersi rursum conuertantur? Est ne hæc prauæ consuetudinis peruersitas & leuitas animi nulla ratione disciplinaque moderata? Itaque & in Laconica institutione hoc fuit, ne in via adolescentes respicerent. An vero solicitudine etiam humanitatis impelluntur homines ad cognoscendum quid de iis fiat quos amant, & quorum præsentiam expetunt? Prætereuntes autem cum dubitatione, cum alio animi sensu; vt respiciant, moueri possunt. Sed omnia recidunt ad dissolutionem, inconstantiam, perturbationem animi atque mentis, & cogitationes vagas: quum fortes & bene instituti non commoueantur, quamuis terribili re obiecta sensibus, nedum temere errent, & inconsiderate allucinentur. Atque de C. Fabricio accepimus, quum legatus de captiuis ad Pyrrhum regem venisset, & Pyrrhus occultatum a tergo ipsius elephantum de improuiso iussisset irritari, vt proboscidem, quam manum Latini vocarunt, intorqueret belua, & barritum

emitteret, placide conuersum Fabricium ad Regem dixisse; Neque beluam illam tum se, neque antea aurum mouisse. dono autem pridie eius diei magnum pondus auri illi Pyrrhus miserat. Ex quo facile apparet, quæ dissolutæ & stolidę fiant, de animi imbecillitate exsistere, qui confirmatus & stabilis, ne maximis quidem terroribus percellatur.

X.

QVare lippientes videre sibi videntur accensa noctu lumina circumdari, veluti area quæ a Græcis *halos* dicitur ? cuiusmodi sæpe Lunam cingere solet. An quia humores, per quos vis videndi transire debet, quasi nubes densæ, concreti illam impediunt, itaque hæc obtusa hebetatur? Quia vero circum oculos aer humidus coloratur, illi, quibus talis species obiicitur, circum lumen id fieri opinantur.

ΔΕΚΑ'Σ ϛ.

Α.

Διὰ τί ἡ εὐλάβεια περὶ τὸ θεῖον εὐτυχὴς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ κατὰ πάσας τὰς θρησκείας οἱ ἐπιμελέστεροι κάλλιον ἔπραξαν· καταφρονητικὴ δὲ, κάκιον; ἀμέλει καὶ οἱ ἱεροσυλοῦντες ἀτόπους καὶ δεινὰς ξυμφορὰς, πάντοτε σχεδὸν προσυπέθεντο; τῆς διηγήσεως λήθην καὶ ὀλιγωρίαν ἢ καὶ ῥᾳδιουργίαν καὶ ἀλογίαν ἐκεῖνα ποιεῖν γεγονυῖαν, περὶ τὰ θρησκευτικὰ καὶ θεῖα τῶν νομίμων. ὁ δὲ βουλόμενος καὶ διὰ πείρας αὐτῶν πραγμάτων βεβαιοῦν τὸ προκείμενον καὶ μόνον, φασὶ, βαλὼν εἰς ἀπόδειξιν κατὰ τὰς ἱστορικὰς βίβλους πολλῶν καὶ παραδειγμάτων ἐκείνων. πῶς οὖν ἐροῦμεν; ἢ ἐπί τι τὴν αἰτίαν ἀνοισόμεθα; τὸ σεβάσμιον, ὡς ὄντος μόνου ἀληθινοῦ καὶ θεοφιλοῦς ὄντος, εἴπερ ἁπλοῦν καὶ ἕν, καὶ μονοειδές τι θεῖον ὁμολογητέον. ἢ τὸ μὴ ἀπὸ γνώσεως ἀκριβοῦς, μηδὲ ζήλου εὐσεβοῦς. οἵας δή ποτ' οὖν θρησκείας καταφρονεῖν, τὴν ἀθεότητα πρόδηλον ἔχει. ἀσεβοῦντές τε καὶ ἀνόσια πράττοντές εἰσι πάντες, ὅσοι τὴν τοῦ θείου φυσικὴν ἔννοιαν ἀποστρεφόμενοι, παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἁπάντων τὴν εἶναί τι θεῖον, αὐτοὶ ὑπερηφανοῦσί τ' ἀσελγῶς καὶ ὀλιγωρῶς, μᾶλλον δὲ ἀναισχύντως ἀπαρνοῦνται τὸ εἶναι, ἤτοι λέγοντες ἢ πράττοντες τἀναντία. εἰ δέ τις καὶ πεπεισμένος εἶναι φύσιν θείαν ἐφ' ὅσον αὖ δὴ κατεῖχε τὴν γνώμην, οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐπὶ τὸ ἐξεταζόμενον· οὐκ ἐκκλίνει περὶ τὸ δοξαζόμενον θεῖον ἀσεβήσειν. φανερὸν ὅτι ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων πρὸς τὸ κρεῖττον, ὡς καὶ αὐτός οἶδε δικαίως

νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει,

κατὰ τὸν Ἀσκραῖον ποιητήν. ἡ δὲ περιφρόνησις τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας περὶ θεῖα λυμαινομένη παντάπασιν ἐχθρὰ σοφία ἐστίν, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος φησί, καὶ ἀναμφισβητήτως λοιδορία νομίζεται τοῦ θείου. ἐστὶ δὲ τρόπος τῶν ἀσεβῶν καὶ ἄδειαν καὶ ἀνοσίαν γένος ἅπαν ἐκφέρουσί τι καὶ ἀλαζονικὸν καὶ χαῦνον καὶ τυφῶδες. ὁ δὲ θεὸς τὰ εἰς ὕψος ἄλογον αἰωρούμενα, καὶ κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπερέχοντα φρονήματα καθελεῖν εἴωθε οὐ φθονερὸς ὢν αὐτοῖς· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἔστι γὰρ αὐτὸ τἀγαθὸν ὁ θεὸς καὶ τὸ πᾶν καλόν· εἰ μή τις μεταφορᾷ χρώμενος καὶ περὶ τῶν θείων ἀνθρωπίνως διαλεγόμενος, οὕτω φράσειεν ἂν οὐκ ἀπὸ φθόνου, ὡς ὁ θεὸς
ἐν ζ. τὰ μεγάλα καὶ ὑψηλὰ κολούει, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον. ἀλλ' ἀντίμισθος ὁ μῦθος τῇ ὑπερηφανίᾳ, καὶ τὰ ὑπερέχοντα οὐκ ἐᾶν φαντάζεσθαι, ὥσπερ εἴρηκεν ὁ αὐτὸς ἐν

Ὀλυμ. θ.

ἄλλοις

τρὸν ἤδη τυγχάνουσι, καὶ τέλος, δεικνύει ἐπιφανῶς τὸ ἔργον εἶναι, ὃ λοιπὸν τῆς λοιπῆς μαρτυρίας.

DECVRIA VI.

I.

CVr pietas & religio erga numen diuinum est plerumque fortunata & felix, & meliore ac iucundiore vita fruuntur, qui uscumque sane cultus diuinos accuratius obseruant: contra o huius contemtores, deteriore & insuauiore? Atque nimin ii qui narrationem de inusitatis & horrendis calamitatis pertexunt, propemodum vbique proponunt suæ expositio- obliuionem & contemtum, vel etiam malitiam & temeritan quandam stultam, in cultuum obseruationibus, & diuinan rerum ordinationibus. Qui autem exemplis quoque profitam confirmare voluerit disputationem, is clausis, vt dici-, oculis aliquid proiiciens, secundum historicorum scripta, lta & varia consequetur. Ad hoc itaque quid dicendum? aut im ad caussam referendum? Nam si vnum simplex ac vniforn numen diuinum esse fatendum est, cultus quoque & veneraetit vnica, sola, vera & pia. An manifestæ impietatis est, cuiuse sane religionis cultus contemnere, sine certa & exquisita co- tione aut zelo quodam diuino? Atque omnes impii sunt ac profane viuunt, quicumque naturalem de Deo notitiam utiunt. & præter aliorum omnium quidem persuasionem, qua firmatur reuera esse numen diuinum, ipsi soli petulanter subrunt, & audacter vel impudenter potius negant hoc ita esse, dictis seu factis contrariis. Si vero quispiam, cui esse diuinam uram persuasum sit, (quocumque sententia animi deferatur: enim iam hoc exquirere nobis propositum est) ausus fuerit ilominus erga id numen quod ille pro diuino habet, impius cum auersari, & se opponere potiori, manifestum est, vt ersuo iudicio, iure

Tristiatum victus probris mala mixta reportet,

ndum Ascræum poetam. Atque solertia & sagacitas hunæ sapientiæ, quæ numen diuinum labefactare & euertere atur, plane est odiosa sapientia, vt Pindarus quoque ait, & simmi controuersia, contumelia numinis diuina existimanda. t autem genus impiorum & profanorum ac flagitiosorum, ersum leue & arrogās, & turgidum inflatumque & eleuatum at Deus ea quæ in nimiam altitudinem euecta sunt, & cogiones supra Deum, vt dicitur, ascendentes, rursum deiicere & rbare solet. Neque id ob inuidiam aliquam, quomodo enim in illum posset cadere? quum nihil magis quam hæc ab eo. Deus enim ipsa est bonitas, & quicquid nomine pulcritudihonestatis & virtutis intelligitur, nisi quis transferre hæc in

Deum, & de diuinis rebus humano more disserere ac loqui velli. *Non ergo vlla inuidia laborans magna & alta deprimit Deus*, secundum Herodotum: *sed superbia resistit, & nimis elata non sinit conspici & eminere*, vt idem (cuius iam facta est mentio) auctor retulit, & tandem perspicue declarat, se euidenter & reuera esse, quem verbis nonnulli stulte sustulerint.

B.

Τῆς κατὰ τόπον κινήσεως λεγομένης αὐτεξουσίου εἶναι δοξαζομένην τὴν γνώμην καὶ βούλησιν ἀνθρωπίνην, πῶς δὴ ἡ καρδία ἄλλεται, καὶ τὸ αἰδοῖον αἴρεται κινούμενον, καὶ αἱ μῆτραι πλανῶνται παρὰ γνώμην καὶ βούλησιν, πολλάκις δὲ καὶ βουλομένων οὐ γίνεταί τι τούτων; ὁ μὲν Ἀριστοτέλης φήσειεν ἄν, ὅτι

περὶ κιν. ζώων.

ἕκαστον τῶν μορίων τούτων ἐστὶν οἷον ζῶον κεχωρισμένον, ἡ τε παθητικὴ ὕλη, ὅτε μὲν ὑπάρχει, ὅτε δὲ μή. ὁ δὲ Πλάτων διαρρήδην ζῶόν φησιν εἶναι τὸ τῶν

Τιμ.

ἀνδρῶν αἰδοῖον ἀπειθὲς καὶ αὐτοκρατὲς γεγονὸς καὶ τὰς μήτρας, ζῶον ἐπιθυμητικόν. ἐπιθυμήσειε δέ τις ἴσως ἀκοῦσαι, κατὰ τὸ λεγόμενον, παχύτερόν τι καὶ ἀμαθέστερον· οὕτω γὰρ ἐπιχειρησάμενος καὶ ἀπορησάμενος ὡς ἔχει τὰ ῥηθέντα οὐκ οἶδ' ὅτι μὴ ἀπαιτῶν τῶν προβεβλημένων λύσιν ἄν [illegible] τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ καὶ ἕτερα μύρια ὅσα, τῶν ἀγνώστων καὶ ἀνεκδιηγήτων εἶναι δοκεῖ. εἰ δὲ καὶ αἴτια τῶν συμβαινόντων ζητητέα, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τεκμήραιτ' ἄν τις στοχαζόμενος, οὐ μόνον ψυχικὰς καὶ φυσικὰς ἀρχὰς εἶναι τούτων, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ἔξωθεν. ὅτι τοίνυν οἱ ὑγρότεροι καὶ θερμότεροι πρὸς τὰ ἀφροδίσια μᾶλλόν εἰσι καταφερεῖς, καὶ ὡσαύτως θαλερώτεροί τινες, ἢ θρασαλεώτεροι, ἢ προπετέστεροι καὶ ἀμαυρότεροι, καὶ τὸ συνελόντι εἰπεῖν ἀλλοιότεροι κατὰ τὰς διαφόρους κράσεις τὰς σωματικὰς τῶν προδήλων τ' ἐστὶ, καὶ τῶν δοκούντων τῷ Σταγειρίτῃ ἕπεται πάντως, τῆς ψυχῆς ἐντελεχείας τοῦ σώματος οὔσης. ἀνάγκη γὰρ ὥσπερ τοῦ τ' ἄρρενος καὶ θήλεως, οὕτω καὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἀπαιτεῖν οὐ μόνον ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ ζώων, ἃ νομίζουσιν εἶναι τὴν τῆς φύσεως ἐνέργειαν καὶ κίνησιν, καὶ τὴν ζωτικὴν ἰσόρροπον ταύτῃ. ἡ τοίνυν ἐντελέχεια ἐκείνη κινητικὴ δηλονότι ἑτέρως τοῦ οὕτω κεκραμένου καὶ τὴν σύλληψιν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἀποκύησιν, καὶ ἑτέρως τοῦ οὕτως. ὥστε δοκεῖ συμβαίνειν ἀναμφιλόγως, τοιοῦτον εἶναι τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον,

Τιμ.

οἷος ἐγεννήθη καὶ ἀπετέχθη. καὶ κατὰ τὸν Πλάτωνα, τὴν τοῦ τρόπου αἰτίαν πρὸς τοὺς φυτεύοντας ἀναφέρεσθαι δεῖ. ἀλλὰ τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀκώλυτον καὶ

πολ. ί.

αὐτεξούσιον, εἴπερ τις καὶ, οὐδὲν ἧττον διαμένει τῆς βουλήσεώς τε καὶ γνώμης αὐτοκρατορίας τῆς παιδείας ὄντος τοῦ λογισμοῦ, τοῦ αὐτοῦ Πλάτωνος εἰρηκότος, ὅτι ἡ

Μηδ.

ἀρετὴ ἀδέσποτος. πῶς τοίνυν νικᾷ ὁ θυμὸς ἐν τῇ λεγούσῃ,

Ιππολ.

θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων·

καὶ ἄλλη φησὶν ὅτι σώφρονες οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως κακῶς ἐρῶσιν; ἐῶ γὰρ τὰς Πλατωνικὰς καταρχολογίας, ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός. πῶς τοίνυν τὸ αὐτεξούσιον τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, τῇ γνώμῃ καὶ βουλήσει [illegible] πάντοτε ὑπηρετοῦν; ἡ γὰρ ὄρεξις κινουμένη, κινεῖ τὰ λοιπὰ ἤδη κινούμενα οὐ τούτου [illegible] αἰτίας, καὶ κατ' ἀνάγκην φύσεως χαίρειν φράζουσα τῇ προαιρέσει καὶ τῷ λογισμῷ. μᾶλλον δὲ ἀμφω [illegible] συνείργουσα [illegible] φιλεῖ [illegible] ἥν τε θέλῃ ἐκεῖνα, ἥν τε μὴ θέλῃ, ὅποι δόξειεν αὐτῇ. σημεῖον δὲ ἐναργὲς καὶ τεκμήριον σαφὲς, οἵ τε τῆς καρδίας παλμοὶ, καὶ αἱ τοῦ αἰδοίου συντάσεις, καὶ αἱ εἰρημέναι τῶν

μητρῶν

μετρῶν πλατύτης ἀκύουσι καὶ ἀηδέστατοι καὶ ἄθυμοι ὑποχείριοι γινόμενοι. πάντως δὴ καὶ τῶν ἔξω καὶ τῶν περὶ ἕκαστον συμβαινόντων αἴτιον· καὶ τὸ μὲν τῆς φύσεως ῥοπὴν ἔχει μεγάλην πρὸς τὸ ἦθος καὶ τὰς πράξεις, κρείττων δὲ καὶ ἰσχυροτέρα ἔξωθεν ὁρμὴ οἷον ἐπιρροθεῖ καὶ τῆς προαιρέσεως ἐπικρατεῖ καὶ ὥσπερ σκάφος ἐν θαλάσσῃ ἐμπνεύσασα ἐλαύνει τὸ τῆς ψυχῆς λογικόν τε ἅμα καὶ ἐμπαθές. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ποιηταὶ πρός τε τὸ τῶν ἀρετῶν καὶ καλῶν κλέος, καὶ τὸ τῆς κακίας καὶ βλαβῶν διαβολάς, δαιμονίους τινὰς δυνάμεις συνῆψαν καὶ παρέστησαν τοῖς ἀνθρώποις ἐφ' ἑκάτερα. ... λείμαι, φημὶ καὶ Ἑρμᾶς, καὶ Ἀπόλλωνας, Ἄτας τε καὶ Ἔρωτας, καὶ Λήθας, καὶ Ἀληκτοῖς καὶ Μεγαίρας. εἰσὶ γὰρ πολλαί, κατὰ τὸν Εὐελπίδην, μορφαὶ σοφισμάτων ὥς φησιν ἐκεῖνος σφάλλουσαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ κενῶν ... πεφυκότων. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος, μακρότερός τε καὶ δυσεξεργαστότερος, καὶ τῆς παρούσης πραγματείας ἴσως ἀνοίκειος. ἔστω τοίνυν ... κύριον τῆς βουλήσεως καὶ γνώμης προαιρέσεώς τε καὶ λογισμοῦ οἷόν τ' ἐστιν. ... γὰρ ἰσῶ κακόν, κατὰ τὴν τοῦ Εὐελπίδου Μήδειαν· τὸ δ' ἀνθρώπινον, φανερὸν ... ἀσθενὲς καὶ σφαλερὸν ἅπαν. ὥστε τὸ αὐτεξούσιον ἐκεῖνο, ὡς μὲν εἶναί τι, ὡς ... τι ... καὶ τὸ ἐπῳδῶν μαγικῶν, καὶ αἱ διὰ θεσπεσίων ὀνομάτων καὶ ... τῶν ἀρρήτων ῥήσεων ἐνέργειαι σχεδὸν ἀναμφισβήτητοι καὶ φανεραί, καὶ τὰ ... γοητικαὶ περιοδηγοί εἰσι. πολλαὶ καὶ οὐχ οἷαι. κατὰ τὴν ... δόξαν. γελωτί τε καὶ χλεύῃ ἐκφαυλισθεῖσαι ἐπειδὰν καὶ θράσος εἰς ... τραπεῖν ὀλίγων συλλαβῶν ἐπιφανῆσαι ἐφωράθη, καὶ κακῶς νόσων παύεσθαι ... ὥσπερ αὐτῶς ἐλάφησεν ἐκπλαγόμενα, ἢ προσαπτομένοις καὶ δεσμοῖς κατεσταλμένα ἐγλυκάνθησαν δι' οὐ μόνον ἔνιοι πρὸς συνουσίας ἤδη τοῖς κατέχοντος μα... ἀδυνάτοις καὶ ἄβλαβοι ἀλλὰ καὶ προδήλως τὸ ἀνδρεῖον μόριον ὡς ἀφημένον κοινῇ ὠφθῆ, καὶ ἐφαντάσθη τηρούμενον ἐν θηκαρίῳ κινδυνευτόν. ὡς πάντως εἶναί τι ὑπὲρ καὶ παρὰ τὰς ἀνθρωπίνας γνώμας καὶ λογισμοὺς ... ἡ κίνησις, καὶ ὁρμᾷ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἐποίησεν ὁ σοφὸς Σοφοκλῆς.

οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ' ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

... διὰ ταῦτα, κατὰ τὴν τὸ παρὰ τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ Ἀθηνᾶς παραίνεσιν, ... τις ἀπ' αὐτῶν

ὑπέρκοπον
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν' εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.

... εἰ τι καὶ ἄλλο κατανόησαι τις ἔτι περὶ τούτων, ἐρευνάτω καὶ ἐκεῖνο ὁ βουλόμενος. ὁ δὴ Γαληνὸς μνείαν οὐκ ἐποιήσατο λογισμῶν αὐτοῦ περὶ ἀπείρων ... σιν οἷς περ εἰ ἐντυχεῖν ἡμῖν ἐξεγένετο, πλείω τε καὶ ἴσως ἀξιολογώτερα ... μὲν ἂν ξυλλογισάμενοι παρεξηγήσαμεν. νῦν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθέντες, καὶ μὴ παρόντων ἑτέρων, ταῦτα ὥσπερ θρεῖχη, κατὰ τὴν παροιμίαν, ... τέον.

II.

Quum motus qui fit de loco in locum, dicatur esse sub imperio & potestate intelligentiæ & animi hominis, quare palpitat, & genitale mouetur & attollitur, & muliebris vterus

hincinde errat præter animi sententiam & voluntatem, sæpe etiam numero volētibus tale quiddam, nihil tamen fieri solet? Hoc loco Aristoteles facile poterit dicere, vnumquodque ex his membris esse veluti animal per se & ab aliis separatum, materiam vero ad patiendum aptam interdum quidem illis inesse, interdum vero non inesse. Sed Plato aperte animal vocat genitale virorum, contumax & sui proprii imperii illud quidem, & vterum animal cupiditatibus subiectum. His ita expositis forte quispiam manifestius aliquid & simplicius, vt dici solet, audire cupiat. Nā talibus disputationibus & responsionibus, vt ea quæ exposuimus se habent, non video cur non omnium quæstionum solutiones facile reperiri possint. Principio igitur hæc vt alia innumerabilia quoque ex eorum numero esse videntur, quæ intelligi & explicari nequeunt. Si tamen & caussa huius rei inuestiganda, non absurde coniici & diuinari posset, non tantum in anima & natura esse horum principia quædam, sed exteriora quoque nonnulla. Quod itaque humidiores & calidiores magis sint procliues ad venereas voluptates, & pariter quidam timidiores seu audaciores vel proteruiores, ac propulsandæ iniuriæ cupidiores, atque, vt vno verbo dicam, alii aliter motati secundum differentiam temperamentorum in corporibus, perspicuum est, & Stagiritæ sententiam, qua ille animæ perennem agitationem corporis esse asserit, comitari omnino videtur. Quemadmodum enim in mare & fœmina, sic etiam in singulis tam hominibus quam animalibus ceteris dissimilitudinem vbique in naturæ efficacitate & motu atque vitali in fluxu esse necesse est. Aliter itaque nimirum hæc perennis & continuata agitatio id mouebit, quod hoc modo in conceptione atque sane in partu contemperatum fuit, & aliter quod isto modo: vt propterea sine vlla controuersia talem vnumquemque esse contingat, qualis genitus & in lucem editus fuerit, & secundum Platonem culpa morum in eos qui procreant, sit transferenda. Nihilo tamen minus libera permanebit, & ab omni impedimento immunis, atque, vt dici ab aliquo posset, soluta & expedita voluntas & intelligentia, ita vt solius rationis imperium sit in affectus animi, etiam ipso Platone dicēte, virtutem ab omni alia dominatione esse exemtam. Quonam pacto igitur ita vincit eam, quæ inquit,

Vt consulam bene, ira non sinit mea.

& alia inquit, temperantes etsi non sua sponte, tamen peruerse quandoque amare? Platonicas enim artificiosas probationes, quod nemo sua sponte malus, iam omitto. Quomodo igitur motus, qui de loco in locum fertur, subditus est intelligentiæ & voluntati ac proposito, atque illi vbique inseruit? Nam appetitus si moueatur, reliqua iam ille quoque mouet. & quæ ita ab eo mouentur violentia quadam & naturæ necessitate, non amplius curant

...erunt neq. propositum consilii, neq; ipsam rationem, sed magis hæc ambo secum auferunt & trahunt, quocumque sane ipsi libitum fuerit, siue velint siue nolint. Cuius euidens signum & argumentum perspicuum est in palpitationibus cordis, & genitalis contentionibus, &, de quibus diximus, vteri inordinatis motibus, quæ quidem omnia non voluntaria, sed effrenata & nullius alterius imperio subdita sunt. Omnino itaque & in exterius quiddam eorum quæ singulis euenire solent, caussa conferenda est. Atque multum quidem ad mores & actiones natura affert, superior tamen & potentior exterius animi impetus, quasi obrepit & propositum consilii sibi subiicit, & animæ partes, in quibus & ratio & affectus insunt, instar nauis quæ ventis in mari hinc inde agitatur, incitat. Quam ob caussam poetæ ad famam & laudem virtutum & rerum magnarum & honestarum, itemque ad vituperationes & criminationes vitiorum & malorum, quasi... diuinas vires addiderunt, & in vtrisque præfecerunt hominibus, vt, verbi gratia Mineruas, Mercurios, Apollines, Atas, Amores, Obliuiones, Alectos. Megæras. multæ enim formæ secundum Euripidem, sunt fallaciarum, quibus ille ait a quibusdam præstantioribus naturis homines peruerti. Verum de his alia esset futura disputatio, & longior, & ad explicandum difficilior, nec ...ic forte præsenti tractationi propria.

Statuatur ergo penes voluntatem & intelligentiam ac propositum & rationem esse principatum, qualiscumque sane iste sit, *vel enim dicam*, iuxta Euripides Medeam, *mali*. quam vero infirma, fluxa, & periculosa sint humana omnia, patet. vt hoc pacto quod sui iuris & arbitrii dicitur, partim aliquid esse, partim nō esse videatur. Quum magicis incantationibus, & quibusdam auditis & admirandis nominibus, ac portētosis orationibus multa effici, nemini dubium vel obscurum esse possit, pluresque prodigiosæ præstigiæ sunt celebres, & certe eiusmodi, quæ meo quidem iudicio, risui ac ludibrio haberi, ac ita facile contemni non debeant: quandoquidem paucarum syllabarum pronuntiatione audaciam in timiditatem conuersam deprehensum est, ac multorum multiplicium morborum similiter quædam super illos incantationes recitatæ mitigarunt, vel amuletis quibusdam ac nodis arcuerunt. Iam nonnulli etiam non solum ad procreandum quibusdam præstigiis impotentes & debiles redditi sunt, verum prorsus genitale quasi ablatum esset aliquibus visum est, & imaginatio obiecta, tamquam in cista quadam esset reconditum. Vt supra & præter humanam intelligentiam & rationem, esse omnino aliquid necesse sit, vnde principium motus oriatur. & homines videri, vt sapiens ille Sophocles fecit,

-nihil aliud esse quam
Simulacra quotquot viuimus, aut vmbram leuem.

D e

Quam ob caussam, secundum præceptionem Mineruæ apud eundem Poetam, nemo omnium

-fastu tumens
Dictum superbus e[...]at vllum umquam in Deos.
Neq; efferatur turgido animo, seu magis
Potens manu altero est, opum seu pondere.

Quod si quispiam de his aliud præterea voluerit excogitare, & illud, siquidem placuerit, studebit inuenire. Galenus sane alicubi fecit mentionem suorum commentariorum περὶ ἀπόρων κινήσεων, id est, de dubiis motibus: quibus si potuissemus [...], plura & forsitan verisimiliora sese obtulissent, quæ in medium afferri potuissent. Nunc autem par est in his, quæ dicta sunt, nos acquiescere, & quum alia non se offerant, tamquam hisce salsamentis, secundum prouerbium, contentos esse.

Γ

Πῶς ὁ πιὼν ἀκόνιτον νοσήσας ὕδρωπα ἐκουφίσθη; διηγήσατο δὲ τοῦτο ὁ Πλούταρχος περὶ Ὑρώδου τοῦ τὸν Κράσσον διαφθείραντος. Φραάτην γὰρ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀνελεῖν σπεύδοντα, νόσον ἐκείνην ἤδη νοσοῦντι ἀκόνιτον δεδωκέναι· ἀναδεξαμένης δὲ τῆς νόσου τὸ φάρμακον ὑφ' ἑαυτὴν συνεκκριθῆναί τε καὶ τὸ σῶμα ἐκκουφισθῆναι. Πότερον ἐροῦμεν τὸ τοῦ ὕδρωπος νόσημα φθαρτικὸν ὄν, ἐμποδίσαι τὸ τοῦ ἀκονίτου φθαρτικὸν μήτε ἐᾶσαι τὴν ἀκεραίαν τῶν σωμάτων φύσιν λυμήνασθαι; πρὸς ἐκεῖνο γὰρ ἴσως δή τινα προσηνέχθη ὁρμώμενον, καὶ συμπλεκόμενα ἀμφὼ ὥσπερ διαπαλαίοντα, ἀσθενῆ τε ἐγένοντο τῷ κατ' ἀλλήλων ἀγῶνι, καὶ χώραν παρεῖχε τῇ φύσει τοῦ ἀναλαβεῖν ἑαυτὴν καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸ ὀλέθριον. ἀμέλει καὶ τὸ ἀκόνιτον εἴ τι ποθ' εὕρῃ ἐν τῷ σώματι δηλητήριον, ὑπ' ἐκεῖνο λέγεται ὁρμᾶν, καὶ οὕτω σώζεσθαι τὸ ζῶον, καταλυομένων ὑπ' ἀλλήλων τῶν φθοροποιῶν δυνάμεων. ἢ σηπτικοῦ ὄντος τοῦ ἀκονίτου δεῖ θερμασίαν παρεῖναι, ῥεῦσις δὲ καὶ πλημμύρα τὸ ὑδρωπικὸν πάθος, ὥστε καὶ θερμῇ καὶ ξηρᾷ δυνάμει τὸ ἀκόνιτον πρὸς τὴν ὕδρωπα ἐνεργῆσαι, καὶ οὕτω ὠφελῆσαι τὸν νοσοῦντα; φασὶ δὲ καὶ τῶν σκορπίων ἰοῦ ἀλεξιφάρμακον εἶναι τὸ ἀκόνιτον· ὅθεν τεκμήραιτ' ἄν τις, ἐναντίον εἶναι τοῦτο τοῖς τῇ ὑπερβαλλούσῃ ψυχρότητι φθείρουσιν. ἢ ἔστι τὸ ἴαμα τῶν παραδόξων καὶ θαυμαστῶν, τῆς ἰδιοτροπίας ἀγνοουμένης; ὥσπερ τὸ τοῦ λεπροῦ πιόντος οἶνον ἐν ᾧ ἔχιδναν εἰσερπύσασαν εἰς τὸν πίθον ἀποπνιγῆναι συνεβεβήκει; καὶ ἕτερ' ἄλλα πλεῖστα ὅσα, ὧν ἐν τῷ παρόντι ἄκαιρος ἂν εἴη ἡ διήγησις.

IV.

Quomodo ille, qui laborauit morbo, quem vocant aquam intercutem, propter assumtum in potu aconitum, leuationem aliquam sensit? Exposuit autem hoc Plutarchus de Hyrode auctore mortis Crassi, quem quum Phraates filius per insidias e medio tollere cuperet, illi qui iam morbo isto decumberet aconitum præbuisse dicitur, & quum morbus veneni vim in seipso sustinuisset, simul expulsum illud fuit, & corpus alleuatum. Vtrum dicemus aconiti actionem venenatam ab altera lethali, quæ in morbo illo esset, impeditam fuisse, hancque obstitisse quo minus illa integram & sinceram corporis naturam contaminaret & læderet? Nam ad eum impetu quodam delatum irruit aconitum, & ambo inter se tamquam in lucta implicata, ob illam vnius cum altero pugnam, reddita sunt viribus imbecilla, & spatium naturæ dederunt seipsam confirmandi & repellendi a se quod ei exitium esset allaturum. Et id nimirum est quod dici solet, aconitum, si quando in corpore reperiat lethiferum quiddam, eo ferri, & ita, fractis inter se viribus eorum quæ corruptionem afferunt, conseruari animal. An quum in aconito vis putrefaciendi insit, adesse calorem quendam oportet? Morbus vero, quem appellant aquam intercutẽ, fluxio quædam est & illuuies,

vt sua

nisi sua calida & sicca facultate aconitum contra morbum intercutem efficax sit, & hac ratione ægrum iuuet. Ferunt præterea aconitum ad venenum scorpiorum esse salutare medicamentum. Vnde coniecturam sumserit quispiam, aduersari hoc illis quæ nimia sua frigiditate corpus labefactant & corrumpunt. An tale remedium est hoc etiam, qualia admirabilia & præter opinionem omnium esse consueuerant, & referuntur ad proprium & singularem quendam modum & rei naturam, quam nos ignoramus? ex quorum numero & illud est, sanatum quendam elephantiasi laborantem, qui vinum in quo vipera forte fortuna irrepens in doliū suffocata fuerat, bibisset; & alia huiusmodi quamplurima quæ in præsentia minus fortasse recte omnia exponerentur.

E.

Διὰ τίνα αἰτίαν λεπτοτέρων θηρίων καὶ ὀρνίθων τινῶν, οἷον γαλῶν καὶ γλαυκῶν ὄψεις ἐνεργοῦσι διὰ σκότους οὔσας, μεθημέραν ἀποτυφλοῦσθαι; ἢ καθάπερ εἴρηται ὁ Πλούταρχος, τῆς περὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὑγρότητος, ξηρότητι καὶ λεπτότητι μὴ φερούσης τὴν πρὸς τὸ φῶς σύγκρασιν; ἢ τοῦτο μὲν χρείαν ἔχει ἱκανῶς τε ἀκριβεστέρας καὶ διασκέψεως ἐπιμελεστέρας; ὑπολάβοι δ' ἄν τις μᾶλλον καθ' ἁπλουστέραν ἔννοιαν, ὅτι ἡ τοιούτων ζώων ὄψις αὐγοειδεστέρα καὶ ἔμπυρος ὀξύτητι διαφέρουσα, φωτίζει τὸν τοῦ ἀέρος ζοφερὸν τῇ ἐλλάμψει· μεθ' ἡμέραν δέ, οἷον σπινθῆρες τοῦ πυρὸς ἐκείνου ἀφιεῖσαί τι σμικρότερον, καὶ διαδραμοῦσαι ὠκύτερον, τῇ τοῦ λαμπροῦ διαφανοῦς ἐνεργείᾳ ὥσπερ ἐναποσβέννυνται. οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ἐπιπροσθούντων τῷ ἡλίῳ νεφελῶν, καὶ σκότος ποιουσῶν, τὴν δὲ τῶν ζώων ὄψιν ἐνεργεῖν εἶναι. εἴρηται ἐν Προβλήμασι τοῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀναφερομένοις ὅτι ἐστὶν ἐξ εἰλικρινῶν στοιχείων οὔτε ἡ τῆς ὄψεως καὶ ἡ τῆς ἀκοῆς αἴσθησις, ἡ μὲν πυρὸς ἡ δὲ ἀέρος. τοῦτο δὲ ὡς ἐτύμως εἰρημένον καὶ Πλατωνικὸν δόγμα οἱ δεχόμενοι, κρατοῦμεν ἀμφοτέρως, φασί, ταῖς χερσίν, οὐδὲν ὑπολογισάμενοι τὰ ἕτερα καὶ περιεργότερον κατασκευαζόμενα ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. βούλονται δέ πως τῶν ἡμετέρων γνώμην τὸ τῶν τοιούτων ὀφθαλμῶν χρῶμα εἶναι χαροπόν τε, ὃν καὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς, κατὰ τὸν Θεόκριτον, καὶ στίλβον καὶ ἀκτινοβόλον ὥστε οὐδὲ [Βουκολιασταί] ... οὔτε τὰ Ἐμπεδόκλεια, οὔτε τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ γεγραμμένα, περὶ τοῦ ἐν τοῖς ... ἐξιέναι ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος φαεινόν τι, παντελῶς κενὰ ὡς πέφανται ... κινεῖν ὁ Σταγειρίτης ἔχει δὲ σχεδὸν ἅπαντα ταῦτα οἷον ὁ τῶν ἐξωτικῶν ἀγών. ὥστε γὰρ ἄλλοις προσέχων τις ὑπερβάλοιτ' ἂν τὸν πρότερον συλλογισάμενον, καὶ τοῦτον ἐξαῦθις ἕτερος ἢ τὰ πρότερα ἐπεξεργασάμενος, ἢ καινῆς ...φίας ἐνθυμήμασι χρησάμενος. τὸ δὲ μὴ ἄτοπον ἔγωγε καὶ ἀληθὲς ἀείπως ...ίζειν δι' αὐτὸ θέλω φιλῶ, εἰ καὶ πανουργότερον ἀντισοφίζηταί τις φιλοσο... πρὸς τὰ μετρίως πεφροντισμένα, καὶ τὰ καλῶς συνεστῶτα ἀνατρέπειν χρεών. οὐδὲν γὰρ οὐ μόνον πλούτου τέρμα, κατὰ τὸν Σόλωνα, ἀλλ' οὐδὲ τῆς διαλεκτικῆς ἐνασκήσεως καὶ ἐπιθυμίας ἐριστικῆς πέρας τι φαίνεται ἐν ταῖς αὐτῶν φρεσὶ καὶ εἰσὶν οἱ ἀπληστότεροι περὶ πάντας ὁμοίως, ὡς Εὔηνος ... κατὰ δὲ τὸν Εὐριπίδην,

ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

δοξαζέτω δὲ καὶ περὶ τούτων ἕκαστος ὡς βούλεται, καὶ ἡμεῖς ἐνταυθοῖ τὴν περὶ τῶν προβληθέντων ζήτησιν καταπαύσομεν.

V.

QVam caussam esse perhibendum, quod animantum & auium quarumdam, vt sunt feles & noctuæ, visus sit acrior & præstantior in tenebris, interdiu autem veluti cœca esse soleant? An quemadmodum Plutarchus sensit, humor qui circum horum oculos est, non fert commixtionem lucis propter siccitatem & tenuitatem? An hoc postulat inuestigationē exquisitiorem & cōsiderationem magis accuratam? ac suspicari possit quispiam, simpliciorem sententiam retinens, istorum animalium splendidiorem visum & ignea quadam acrimonia præstantem, illustrare suo fulgore aeris caliginem. Interdiu vero veluti scintillas istius ignis validius emissas, & extra oculos emicantes celerius, vi & efficacitate pellucidi splendentis veluti exstingui. nec a vero abhorret: animalia ista melius quoq; videre & certius interdiu, quādo nubes solem occultant & tenebras inducunt. Refertur autem in quæstionibus, quarum Aristotelem auctorem faciūt, & videndi & audiendi sensum constare ex puris elementis: hunc quidem ex aeris, illum vero ex ignis elemento. Quod sane vt recte & vere dictum, & Platonicæ doctrinæ consentaneum ambabus, vt dicitur, manibus amplectentes teneamus, nec magni ęstimemus quę aliter & paulo curiosius in libello de sensu & sensibus subiectis probantur. Nostram etiam sententiam confirmat color in illis oculorum, qui cæruleus aut fuluus est: quemadmodum & Mineruæ, secundum Theocritum, dicitur esse scintillans & quasi radios emittens. Quapropter neque Empedoclea, neque ea quæ in Timæo scripta leguntur, quod nimirum inter videndum veluti ex face lucidum quiddam emittatur, penitus vana fuerint, quēadmodum Stagirites ostendere conatur. Habent autem ista se propemodum omnia quemadmodum certamen sagittariorum. Nam alibi ad alia quispiam intendens aciem mentis, superauerit forte prioris argumentationes quasdam & ratiocinationes, & huius rursum alius, priora vel magis elaborans, vel nouis sapientiæ argumentis sententiisque vtens: ego vero id quod modo non absurdum plane est, simplicitate quadam mea magna ex parte a veritate non alienum statuere semper soleo. quamuis quis contentiosius contra argutetur, fallacibusque conclusionibus astutius & callidius ea quæ mediocri diligentia cogitata sunt, & recte connexa euertere conetur. Non enim tantum diuitiarum terminus nullus, iuxta Solonis versum, habetur, verum aduersantium etiam cogitationum & cupiditatum, in contendendo & rixando nullus finis in mentibus hominum apparet: & non pauci reperiuntur, quibus pariter in omnibus mos est dicere contra, vt Euenus fecit. Secundum Euripidem autem

Δεῖ

Dare quæcumque orationis duplicis
Certamen excitat loquutor callidus.

Verum de his statuat quisque quod voluerit: & nos hoc loco de proposita quæstione sermonem nostram finiamus.

VI.

QVare, quum sensus oculorum acerrimus & præstantissimus sit sensuum omnium, si qui a prima origine vel hoc deficiãtur & nascantur cœci, vel sint statim ab infantia surdi & muti: sapientia & ingenio antecellunt cœci surdis? secũdum Aristotelem. An non est hoc contrarium Platonis Timæo, qui oculorum sensum commendans, hoc sensu hominibus partam diuino munere esse ait philosophiam, quo bono nullum potuisset contingere maius neque præclarius? Nam intuentibus hominibus cum alia, tum maxime cœlum; hæc pulcritudo etiam in terris, vt Cicero inquit interpretans Theophrastum, patriam illam & auitam philosophiam cognitionis cupiditate excitauit. Per se est igitur longe præstantior & melior visus, sed quodam respectu, &, quemadmodum loquitur Aristoteles, κατὰ συμβεβηκός, quod ad intelligentiam animi pertineat, potior reperitur auditus. percipit enim hic id quod pronuntiatur: pronuntiatur autem oratio, quę verbis constat. sed verba sunt notæ quædam rerum: Aristoteles σύμβολα appellat. Quæ sane erudite dicuntur, & grauissimum habent auctorem Isocratem affirmantem in oratione Panathenaica; plus scientiarum atque artium, & magis memorabilium illustriumque actionum cognitionem homines cepisse audiendo quam videndo. Verum considerari tamen & hoc potest, si cur cœci doctiores solertioresque sint surdis, quæratur, in cogitando hos esse necessario totos, quum nullæ extrinsecus obiectæ species visa varia in animis ipsorum exprimant: neque quasi per fenestras oculorum ad animum quicquam penetret, quod illius intentionem impediat, aut obstet industriæ. Itaque noctu commentationes esse solent acriores: quod veteris quoque versus clausula indicat, - νυκτὸς δὲ βουλὴ ἐξυπέρη φρενί. & εὐφρόνη dicta est Nox, ad consultandum nimirum & mentis agitationem idonea. Narrat Cicero, Diodorum Stoicum cœcum, geometriæ etiam munus potuisse tueri, verbis præcipientem discẽtibus vnde, quo, quamque lineam scriberent. Et nos excellentem Musicum vidimus, qui in cunis oculorum vsum amiserat. Democritum impediri aciem animi aspectu oculorum putasse, vt inquit Cicero, & eorum se vsu priuasse intuitu speculorum candentium, falso quidem creditum esse ait Plutarchus in libello de curiositate, nõ dubium tamen est, quin cogitationibus maxime intenti minime sensibus vtantur: quique animo aliquid elaborare volunt, ii quærunt loca sola, quæ & Musis antiquitas consecrauit.

VII.

ΔΕΚΑ'Σ Η.

Α.

Διὰ τί ἐχρίοντο πάλαι οἱ λουόμενοι; ἢ ἐμπλάττοντες, καθάπερ εἰρήκασί τινες, τοὺς σωματικοὺς πόρους, ὡς ἂν κατὰ λουτρὸν στέγειν τὴν ὑγρότητα; ἢ λόγος μὲν οὗτος χύδην προενήνεκται, οἷος καὶ ἐπῆλθεν. ἔστι δὲ τοὔλαιον οὐκ ἐμπλαστικῆς καθ' αὑτὸ δυνάμεως, ὑγραντικὸν ὂν σφοδρῶς· ὥστε καὶ τοῦ λεπτομερεστάτου ὕδατος ὑπάρχοντος, τοὔλαιον ὅμως ὑγραίνει τάχιον, κατὰ τό, ἐν ἄλλ. γρ. ἐσθὲ καὶ αἰσθητ. ἀδ. ἢ.

καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

ἠλείφοντο δὲ λίπα καὶ οἱ παῖδες πάλαι, καὶ οἱ γυμναζόμενοι· ὥστε τὸ ἀλείφεσθαι δῆλον ὅτι ῥωστικὸν ἦν τοῦ σώματος καὶ εὐτονίαν τινὰ ἐνεποίει τοῖς μέλεσιν, ἀνθρώπινον ἐξαιρέτως ὂν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ζώων σύμφορον, καὶ τοῖς φυτοῖς πολέμιον. ἐρωτώμενος δέ τις ποτέ, φασιν, ἐσχατογήρων ἄνοσος διαβεβιωκὼς τίσι διαίτης ἐχρήσατο, ἀπεκρίθη ὅτι διατετέλεκεν οὕτω ζήσας καὶ ὑγιαίνων, ἔνδοθεν μὲν βρεχόμενος οἰνομέλιτι, ἔξω δὲ ἐλαίῳ ῥαινόμενος.

I.

CVr priſcis temporibus poſt balnea vngere ſe conſueuerunt? An ad oblinenda & obſtruenda corporis foramina, quemadmodum quidam tradiderũt, hoc fecerunt, vt ea ratione poſt balnea conſtringerent humiditatem? An hæc vt temere proferũtur, ita quoque rurſum euaneſcunt? Non enim oblinendi & obſtruẽdi vis in oleo, quum valide humectet, eſſe poteſt, vt quoq; oleum multo celerius quam aqua, quamuis hæc tenuiſſimarum partium ſit, humectet, ſecundum illud.

Atque olei à mappis bene textis defluit humor.

Vngebãtur autem vt niterent quondam, tam pueri quam qui exercitabantur in Gymnaſiis. Ex qua re perſpicuum fit, vnctionem robur addere corpori & vigorem quendam in membris efficere: quumque præcipue homini conueniat, nulli ex aliis animantibus vtile eſt, ſtirpibus vero inſuper etiam inimicum. Interrogatus autem quodam tempore, vt aiunt, quidam qui extremam vſque ſenectam ab omni morbo liber vixerat, quanam victus ratione vſus eſſet, reſpõdit, ſe membra irrigando interiora mulſo, exteriora vero extergendo oleo, ita ſemper vixiſſe & ſanitatem ſuam tenuiſſe.

B

Τῶν ζώων ὑγρότητι καὶ θερμότητι θαλλόντων, τίς τῶν κράσεων ἡ ἀρίστη; ἐρίστη, ἢ δῆλον, φασι, καὶ τυφλῷ, ὅτι ἡ τοιαύτη, ἤγουν ὑγρὰ καὶ θερμή. χείρων δὲ ἡ θερμὴ καὶ ξηρά, καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἡ ὑγρὰ καὶ ψυχρά, ψυχρὰ δὲ καὶ ξηρὰ χειρίστη.

III.

QVum animantes humore & calore magis vigeant ac floreant, quodnam temperamẽtum optimum ducendum? An cum, vt dicitur, latere non poteſt, eſſe calidum, & humidum:

Deterius autem hoc calidum & siccum, & eo magis adhuc humidum & frigidum.

Γ.

ΠΩς εἴρηται, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες; ὅτι ὡς εἰς τὸ δακρύειν ἐπιρρεπὲς τοῦτο τὸ γυναικῶν καὶ παίδων φῦλον, καὶ τὸ κακοηθῶν καὶ ὀργίλων ῥᾷον δακρυουσῶν. ἢ ὅτι τὸ δάκρυον ἀνθρωπεία ὑγρότης ἐστί. καὶ ἐπὶ συμπαθείᾳ καὶ ἐλέῳ ἐκχεῖται περὶ τούτους, ἀνὴρ δ' ἀγαθὸς μεμνημένος ἄνθρωπος ὤν, ταῖς τοῦ οἰκείου γένους ξυμφοραῖς λυπεῖται δυσφορούμενος, ἄλλως τε καὶ ὁ οἰκτιζόμενος προσήκει ἰσχυρότερον αὐτῷ. τὸ δὲ τῶν γυναικῶν καὶ παίδων, φυσικῆς ἐστι κουφότητος. οἱ δὲ κακοήθεις καὶ ὀργίλοι ὁμοίως τούτοις διαπίπτουσι τῇ πονηρίᾳ περὶ ὧν πλείω νυνὶ γ' ἐκζητῆσαι, οὐχ ἡγήμεθα ἐν καιρῷ. ἢ κοινὸν αἴτιον ἐν ἅπασιν, ἡ τοῦ τῆς μελαίνης χολῆς χυμοῦ κίνησις; ἀποκαθαίρεσθαι γάρ πως δι' ὀφθαλμῶν οὗτος δοκεῖ, ὥσπερ ἕτεροι δι' ἑτέρων πόρων κινεῖται δ' ὁ χυμὸς ἐκεῖνος ἀνομοίως ἐν τοῖς κατειλεγμένοις καὶ διαφόρως διεστηκόσι δηλαδὴ καὶ ἀλλοτριουμένοις τῇ φύσει τε καὶ ἡλικίᾳ καὶ ἤθεσι καὶ τρόποις. ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν, χυμὸς οὗτος πλεονάζει μετρίως· ὅθεν καὶ βαρυθυμότεροι, καὶ σεμνότεροι καὶ ἐν πᾶσιν ἰσχυρογνώμονές εἰσιν. ἀλλὰ πῶς συμβαίνει καὶ ἐπὶ ταῖς ἀγαθαῖς τῶν ἀγγελιῶν δακρύειν τοὺς ἀκούοντας ἀπροσδοκήτως μάλιστα, καὶ διὰ τί, κοινόν ἐστι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ τὰ δάκρυα, ὥς φη-
Ἑλληνικ. ζ. σιν ὁ Ξενοφῶν, καὶ περὶ τῶν λεγομένων παρὰ τῷ αὐτῷ κλαυσιγέλωτος φιλοσοφείτωσαν ἤδη ἄλλοι, ὡς ἡμῶν μακρολογεῖν ἐν τῷ προβλήματι οὐκ εἰς προθύμων ὄντων.

III.

QVomodo dicitur *facile bonus ad lacrymandum?* quum muliebris sexus & puerilis multum lacrymarum effundant, itemque malitiosis & iracundis illæ facile obriantur. An quia lacrymæ humor quidam est, hominis proprius & in primis in affectionis consensu ac misericordia effunditur? Vir autem fortis ac bonus, dum se hominem recordatur ob calamitatem sui generis dolet & tristitia afficitur, præsertim si is cuius commiseratione tangitur, arctius illi coniunctus sit. In mulieribus vero & pueris accidit hoc ob naturalem quandam leuitatem. & similiter his ob prauitatem & malitiam suam, alliciuntur malitiosi & iracundi. de quibus iam plura perquirere non arbitramur esse opportunum. An in his vniuersis commotio humoris eius, quæ atra bilis vocatur, communis caussa perhibenda est? qui per oculos, vt alii per alias quasdam vias, expurgari quodam modo videtur. Atque in his quos iam recensuimus, iste humor nō similiter nec pari ratione agitatur, quum scilicet illi & natura, & ætate, & moribus aliisque modis inter se distent & diuersi sint: in bonis autem viris mediocriter iste humor abundat, qua de caussa grauiores sunt, & seueriores, & in omnibus rebus magis constantes. Sed cur accidat vt lætis & gratis nunciis acceptis, præcipue si insperati illi fuerint, qui audiunt lacrymas emittant, & quare communiter tam gaudium quam tristitiam lacrymæ comitentur, vt Xenophon

ait,

pit, quiue ille sit, quem auctor hic vocat mistis lacrymis risum facere, alii iam commententur, quum nobis non visum fuerit in hac quæstione esse verbosiores.

I V.

Cur in Hercynia syluicolæ exurunt terram, postquam scrobes foderunt, & ita demum arantes bonam faciunt sementem? in hoc illic fieri necesse est, quod alibi sæpe pr. fuisse ait Maro, propter inculta & syluestria loca? Et tamen interualla relinqui iis aruis, neque singulis annis ignem inferri eisdem oportet. Sunt autem versus Maroniani perelegantes & copiosi in lib 1. Georgicorum. Sed quo minus fœcundum solum illud montanum est, eo profundius erutum vri ipsum res postulat, quum agrorum cæterorum stipulas incendi, & in planitie ignem excitari satis esse iudicatur.

V.

Quare per chartam, membranamve tenuẽ, quum supra scripturam illa mouetur, legi scriptura potest; quum non mouetur, legi interdum non potest? An quia charta inæqualis est, & magis quam alia parte perspicua. Itaque fit vt in commotione hæ partes, quibus illa est perspicua, supra literas continue incidant, & patiantur illas visu comprehendi. An motio etiam reddit magis illustrem aerem, sine quo non est videndi vis efficax, & accidit hac ratione, vt acies oculi fortius penetret, & minus impediatur visio?

VI.

Quare in pestilentia, iis diebus quibus cœlum maxime serenum est, plurimos mori comperitur? An aere subtiliore & [illegible]diore venenum manat in viscera copiosius & nocẽtius, quasi loquar, defœcatum? An, quum in pestilentia aer putrescat, contraria affectio cœli puri contentione & pugna quadam magis irritat, & facit vt pernicies illa sit efficacior?

VII.

Qui sunt existimandi illi, quos Athenæus libro vi. ex Posidonii historia apud Celtas fuisse appellatos *Bardos* retulit? as illos quidem, carminibus laudes suorum celebrantes. An apud nos reliquum vestigium rerum illarum, & peruenit vsque ad nostram quoque ætatem? Nam parasiti ridiculi in con[uiuiis], nostræ gentis consuetudine & sapientia compositis versi[bus] [la]udare potentes solent, & cantu quoq; exhilarare conuiuas; [qu]am etiam iocosa & salsa aspergentes, quibus non modo ri[sus] [se]d cachinni quoque commouentur. Hi quoniam exspectant [mune]ra, quæ interdum communiter dantur, Teutonico vetere [nomi]ne *Gabbards* dicti fuere: quum ex re pronuntiatores dica[ces] & parrasiastæ appellarentur. An est mendum in litera *d*, [&] hac reponenda λ, vt sint illi *Barli*? Nam loqui, memorare,

verba facere, sermonem habere, hac voce Germani significant. vnde huius generis, quemadmodum ostendimus, proprium nomen dictum est. Et tacitus carminum Germanicorum relatum, vocari ab ipsis *Baritum* scripsit. quo & ipso loco videndum, numquid *Barilum* potius legi conueniat.

VIII.

Quare victoribus in certaminibus iis, quæ sacra ac coronaria vocarunt, (hi enim sunt ἀγῶνες ἱεροὶ καὶ στεφανῖται quique ipsi ἱερονῖκαι appellati fuere) potestas fuit muros diuidere & ita inuehi in patriam? An quia sacri certaminis victoria parta, non debuere illi profana & vulgari via per portam ingredi? Itaque & per muros ad portas Scæas vrbis Troiæ, introductum fuisse equum illum durateum traditur, vt Diis consecratum. Et in ritu condendarum vrbium hoc fuit, vt pomerii spatiũ vomere æreo designaretur, ita quidem impresso sulco, vt glebæ exaratæ conuerterentur: vbi autem portæ futuræ essent, illac suspẽso vomere aratrum traducebatur, relicto interuallo consentaneo. Quapropter Mœnia sacrosancta habita fuere, Portæ non item. Nam quum per has cuiuscuiusmodi homines exeant atq; intrent, & qualescumque res importentur & exportentur, religione obstringeretur ciuitas, si illæ essent consecratæ. An vero hic condendarum vrbium ritus Romanus fuit, & in Græcia ille eximius honos habitus iis, quos diximus victoribus, vt quia conditionem humanam fortuna illa superare videretur, non trita aliis neque vsitata via in patriam a se immortaliter celebratam, ipsis reditus pateret? An id est significatum, quod Plutarchus putat, non magnopere opus esse muris vrbi, cuius ciues pugnando vincere sciret, & essent viri fortes?

Sueto. Nerone.

Plutarch. in Romulo.

συμποσ. β'. ι.

IX.

Qui fit vt transuersam lineam æquabilius ducere soleamus, quam erectam ad perpendiculum? An quia ille manus processus facilior est, & leuius pergit, minusque quasi offendit? grauius autem est & difficilius sursum deorsumve manum promouere. An etiam ab ipsis digitis transuersis, magis æquabiliter linea trãsuersa dicitur? quorum situ mutato, opus etiam horũ impeditur? itaq; & circulũ aliamue figuram si hæ describere debeant, minus in procliui id futurum sit. An potius hoc est, consuetudine scribẽdi fieri, vt quæ transuersa a sinistra ad dextram producẽda sint, eã rectius & expeditius absoluantur? Itaq. retro quoq; linea transuersa minus duceretur ab inexercitato æquabiliter. At pictores, & multum in scribẽdo versati, vsu assiduo facultate comparata sursum deorsumq; lineas nihil magnopere obstante facile duxerint, & easdem circumduxerint, &, vt visum fuerit, cõiunxerint. Ac scimus Albertum Durerum continuato ductu figuram hiantis Leonis ex tempore, arrepto carbone aut creta, aut, si præsto essent, calamo seu pennula, effingere consueuisse.

Qua

X.

QVa de caussa addidisse credēdum imaginibus sanctitate vitæ clarorum hominum lunulas & patellas pictores & fictores? An non est verum, orbibus illis cœlestem excellentiam significari? Sed quia veteres effigies fuerunt tales statuarum, id quod perspicue Aristophanes ostendit in fabula, cui nomen Aues: χαλκεύεσθαι μηνίσκους φορεῖν ὥσπερ ἀνδριάντες. Iubet sibi spectatores parare lunulas, quas gestent tamquam statuę ne inquinētur auium stercoribus. aduersus hæc enim tegumēta talia statuis imponi solebant. idq; sequuti & in picturis sunt, quasi eximium quiddam, postea illa falsa interpretatio, vt aliæ in aliis, accessit.

DECVRIA IX.

I.

QVare dicunt Teutones, qui ouium a lupis discerptarum carnibus vescantur, deinde cibo non facile expleri posse? eosq; ...tres ideo lupinos appellant. An est hæc, vt in multis aliis, falsa ...nio, nata a delicatorum vel fœminarum potius nausea, atque ...idio? quum veteres Græci crediderint arrosas a lupis carnes o...n, λυκόβρωτα ipsi vocarunt, esse esu suauissimas, idque cur fiat ...ssas exquisiuerint. An fatendum fieri posse, vt voracitas lupi, ...si contagione carnes pecudis laniatę inficiat: huius autem ve...veneni vim dentibus & saliua potissimum contineri creden... Quinetiam compertum est, luporum animam admodū esse ...netam atque pestilentem. Ac quēdam qui plagis captum lu... accedens propius venabulo vellet confodere, erigente se cū...tum lupo & efflante halitū crebriorem, ita fuisse hominem ...n, vt facies oris & manus, quæ nudæ patuissent, fœdum in...m intumescerent, qui tumor exquisitis remediis ægre po... depelli.

II.

...Vare ebriosi minus idonei sunt ad operam dandam liberis, ...& ebrii vel non gignunt, vel gignunt fœtus imbecilles atq; ...? An constat eorum, quibus ebrii solent fieri homines, fre...em copiosumq; vsum, & crapulam mirifice diminuere in ...ibus calorem naturaliter insitum? Sine quo neque vita vi...eq; valetudo bona esse, neq; corpus ipsum aut vlla pars hu...cio suo fungi potest. Non autem necesse est mirabili opi...sserere, esse facultatem in vino frigoris, quum huius calor ...n humoris abundantia, non modo calorem Naturæ debi...ossit, sed penitus extinguere. nam & calida supra modum ...hoc ipso modo hominem interficiunt, & febrium ęstus in...iolant calorē naturalem. Eam igitur ob caussam id acci...osis atq; ebriis, de quo est quæsitū, & iisdem insuper adhuc ...te ætate, eadem fere quæ senescētibus. Et canescunt n. co...c in multis caluitium apparet, & tremunt artus istorū, &

loquendo lingua adhærescit. denique, quemadmodum & ante est dictum, simillimi sunt hi senibus.

III.

Plut. αἰτίαις φυσικαῖς. QVare censuit Apollonius Herophili F. tenues & graciles, quos Græci ἀτρόφους vocant, sallamentis vtiliter ali, nõ dulcibus neque pulticulis? An est in ipso sale nutriendi quædam occulta vis, vnde sit vt in mari animantum & copia & varietas maxima sit? Quin etiam cæsarum pecudum carnes sal aspersum tamquam altera anima neque putrescere sinit & condiendo facit gratiores.

συμποσ δ. δ. κρέας δὲ πᾶν, νεκρόν ἐστι καὶ νεκροῦ μέρος.

συμπ. α΄. δ. secundum veterem versum. An in sale quiddam etiam pingue est? nam & lucernas melius ardere sale addito perhibent. An vero humores qui magis & grauius exiles illos affligerent & lęderent vehementius, sal absumit? ideo & pecudibus ac iumentis salem dari prodest. An salis morsus appetitum ciet, & vias interiores aperiẽs ad digerendum cibum conducit? Itaque & ante alios, salsis cibis & acribus vti consueuerunt, qua veluti esca alliciantur reliqui. Quod si prius capiantur alii, appetitio languescit & obtunditur.

Δ

ΔΙὰ τί ἠχωδεστέρα καὶ δυνηκοωτέρα ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας. ἢ λίαν σοφὰ καὶ περιττὰ φέρει νομίσματα τὰ παρὰ Πλουτάρχῳ συμποσιακῶν η΄. ὅσα τ' ἐν τούτοις ἔχει περὶ τούτων ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐπισημανθέντα, ὅσα τε αὐτὸς προσεντεθύμηται; καὶ ἐστὶν ἀμαθέστερον, φασὶ καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν σιωπὴ γίνεται ἀναπαυομένου τοῦ τῶν ἀνθρώπων, καὶ θηρίων καὶ ὀρνίθων γένους,

" οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἐστὶν
" ἠχήεις· σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

Ἀπολλ. γ΄. καὶ τὰ τοῦ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητοῦ. καὶ οὕτω ἐν τῷ ἀέρι τῶν ἤχων μὴ συμπιπτόντων, μηδὲ ἀναμὶξ φορουμένων, διέρχεται ἀνεμπόδιστος μᾶλλον ἡ φωνή. καθ' ἡμέραν δὲ, οἷον θολεροῦ διὰ τὰς κατὰ τὰς φορὰς καὶ ἐπιχύσεις παντοδαπῶν ἤχων, ἀπό τε ἐμψύχων, καὶ ἀψύχων ῥέοντος τοῦ ἀέρος καὶ πολυθρόου γινομένου, ἀναγκάζεται καὶ ἀμυδροῦσθαι ἐκφανηθέντα, καὶ οὐκέτι ἀσύγχυτα καὶ ἐναργῆ προσφέρεσθαι τοῖς ὠσί, μὴ διαχεομένης, ὡς δι' ἀέρος καθαροῦ καὶ λείου, τῆς φορᾶς ἀκωλύτου καὶ ταχείας ἀλλ' ἐνισχομένης καὶ θραυομένης πολλάκις καὶ παντοίας ὥσπερ ἐκ τῶν πετρῶν, καὶ ὕδωρ θαλάσσης ἀνέμοις, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης τὸ τῆς φωνῆς ἐναργὲς διαφθείρεσθαι ἐξίτηλον, καὶ τὸ ἐξάκουστον ἐμποδίζεσθαι.

IV.

CVr nox magis sonora & ad audiendum aptior quam dies? An ea quæ a Plutarcho afferuntur Sympos. octauo, vniuersa, quæ partim ab Aristotele ante notata suis ille inseruit, partim ab ipso insuper excogitata sunt, nimis acute & accurate facta videntur? potestque rudius, vt aiunt, & clarius, dici nocturno tempore omnia silere, dum quiescit totum hominum, animalium atque auium genus,

Nullus

Nullus in vrbe canumq́; sonus strepitusue canorus
Restat, & in nigra sunt alta silentia noctu,

ut Poeta Argonauticorum fecit. Quum itaque in aere soni non concurrant, neque promiscue perstrepant, vox hac ratione magis libera penetrat: interdiu autem, vbi aer veluti turbidus fluit, quia varii soni tam animalium quam inanimatarũ rerum in illum feruntur & diffunduntur, & strepitus excitantur, fit vt quæ sonum reddere debent, interrumpantur & obscurentur. nec amplius inconfusa & articulata auribus applicantur, sicut per aerem purum & leuem, celeriterque & sine impedimento perferri nequeunt, sed detinetur motio & frangitur sæpius & varie, non aliter ac visco auiculæ, aut aqua maris ventis solet, vt vocem euidentem & manifestam, fieri exilem & obscuram, & impediri id quod auditu comprehenditur necesse sit.

E.

Διὰ τί οἱ παριόντες τὰ ἡρῷα, σιγὴν ἔχουσιν; ἢ ὅτι πεπεισμένοι ἦσαν οἱ ἀρχαῖοι τοὺς ἥρωας τιμωρεῖσθαι μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντας. οὐκ εὖ ποιεῖν δὲ οὐδ' ... τοὺς ἀγαθούς; καθάπερ καὶ τὸν Μένανδρον εἰρηκέναι φασὶν ἐν Συντρέ[φουσιν] ... ὅτι ἀποπλήκτους μὲν ποιεῖν δύνανται οἱ ἥρωες, τὸ δ' ὠφελεῖς οὐ κέκτηνται. ... δυσόργητοι καὶ χαλεποὶ γεγονέναι λέγονται οἱ ἥρωες, καὶ τοῖς προσπελάζουσι ... ὡς Ἡρακλῆς, ὁ καὶ σφονδύλῳ ἀνελὼν παῖδα ἀμελέστερον διακονοῦντα· Θησεὺς δὲ τὸν υἱὸν Ἱππόλυτον θυμωθεὶς διέφθειρεν, ἀνόητα καὶ [ἀ]βουλα δεξάμενος. οἱ γοῦν νύκτωρ ἐντυγχάνοντες τοῖς τῶν ἡρώων φάσ[μασι], καὶ μὴ παραχωρήσαντες εὐλαβούμενοι, ἐδόκουν διαστρέφεσθαι τὼ ὀφθαλ[μώ]. ἐν δὲ τῷ Λουκιανικῷ Φιλοψευδεῖ διηγεῖταί τις, γενέσθαι ... τοῖς ... ἡρωικοῦ ἀπαντήσεων ἀβλαβῆ καὶ ἀνενόχλητον τοῖς ἐκτρέπο[υσι] ... μόνον καὶ ἐῶσι παρέρχεσθαι.

... τοῦτο οὖν σιωπῇ παριέναι τὰ ἡρῷα ἐνενόμιστο πάλαι, ἵνα μή τις ἀ[μαθ]ὲς ... τι εἰπὼν, παροργίσῃ τὸν ἥρωα· ἄλλως τε καὶ τῶν προσευχῶν οὐδὲν ἐφιεμένων.

ὡς ὁ Ἀριστοφάνης ὄρνισι.

...ηθέω. Θ.

V.

Qui fit quod homines quum prætereunt heroum fana tacent? An quod veteribus persuasum fuit heroes, punire delinquentes, nihil vero beneficii conferre neque prodesse bonis? quemadmodum, Menandrum quoque in fabula, cui nomen Commercii, retulisse ferunt, heroes attonitos & stupidos facere posse homines: vtilitatis autem nihil ab illis reperiri. An quia heroes inhumanos & morosos fuisse proditum est, & ei qui illis appropinquaret, graues? Sic Hercules puerum negligentiorem in ministrando, condylo, *quod digitorum plaga genus est*, interfecit: Theseus quoque iratus, quum incogitanter & temere optasset quæ, Hippolytum filium perdidit. Ideoque illis, qui noctu visis eorum obuiam venirent, & non caute ipsis cederent, oculos distorqueri putabant. Et in Luciani dialogo, qui inscribitur Mendacii cupidus, narratur a quodam nihil periculi aut mali a quodã

viso heroico occurrentibus accidisse, si tantum deflecterent illo ambulante a via, & permitterent præterire. Quapropter olim cum silentio fana heroum prætereunda iudicarunt, ne si forte odiosum quippiam proferretur, ad iram heroum, quum præsertim precationes nihil vtilitatis afferrent, magis prouocarent.

VI.

QVæ fuit tricliniorum figura & structura? An est res hæc ad explicandum difficilis, neque cognitio magnam vtilitatem habet? & liberalis tamen studii videtur esse, in talibus quoq; periclitari ingenii vires, & quasi ludum Musarum ludere. Ac dubium non est, quin Latini *triclinium* nominarint ipsos lectulos seu spondas aptas, & instructas ad epularum vsum & commoditatem; quę erant nimirum τρίκλινα: Plautus enim *biclinium* dixit Bacchidibus: hoc esset δίκλινον. Μεθωνυμικῶς vero significat *triclinium* etiam conclaue, seu locum ipsum, in quo lectuli illi, id est κλίναι collocabantur: Græci τρίκλινον οἶκον & τρικλίνους θαλάμους, & δίαιταν τρίκλινον: sed & maioribus numeris τετράκλινον, πεντάκλινον, ἑξάκλινον, ἑπτάκλινον, ὀκτάκλινον, ἐννεάκλινον, sed & οἴκους πεντεκαιδεκάκλίνους τριακοντακλίνους καὶ μείζους, nominarunt. quem esse Plutarchus ait apparatum epularum a consuetudine & familiaritate amicitiæ alienum. ea enim est scilicet πανηγυρικὴ ἄμικτον καὶ ἄφιλον δεῖπνον. Sed trium Spondarum seu lectulorum compactio veteribus vsitata fuit: quamuis & plures concinnati fuerint. Tribus igitur his coniunctis figura laterum quatuor ἀτελὴς, id est, vno demto exprimitur, vt si designetur α β γ δ: neque iungantur α δ. In medio autem & apponebatur, & inde auferebatur mensa. Vt in Asinaria: *Pueri mensam apponite.* & apud Maronem,

Postquam exemta fames epulis, mensæq; remotæ.

Erat autem mensa rotunda, id est στρογγύλη, & tripes, quemadmodum & Ouidius indicauit libro Metamorph. VIII.

mensam succincta tremensque

Ponit anus, sed erat mensæ pes tertius impar.

Grammatici tamen perhibent esse τράπεζαν quasi τετράπεζαν: quo duci possit ἀπὸ τοῦ τρέπειν τὴν πέζαν, id est, ab *auferendo & apponendo*. Nam & ὀδ. ε, Mercurio παρέθηκε τράπεζαν Calypso & Achilles aduenienti Priamo ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα.

Etsi priscis temporibus, neque rotundas mensas & quadrupedes fuisse traditur, indicaturque hoc ab Athenæo. Sed ad rem: nam de his alibi quoque disputauimus. Illam igitur intra figuram quatuor laterum vno deficiente, α β γ δ, erit mensa ε hoc quodam modo. plurium autem lectulorum apta cōcinnitas nimirum lateribus & angulis auctior quoque fuit. Sed τρίκλινα, vt videtur, cōuiuiorum loca dicta, & horum



magister

Sympos. i.

magister ἀρχιτρίκλινος, quia pauciores tribus cõuiuæ esse non solent, vel non deberent, vt docuisse Varronem, Gellius scripsit cap. xi. libri xiv. Laertius Eudoxum scribit, συμπόσιον ἔχοντα Πλάτωνι τὴν ἡμικύκλιον ... πολλῶν ὄντων εἰσηγήσασθαι. Suidas ex Plutarcho retulit, Mecenatem quodam in conuiuio apposuisse mensam ἐξάγωνον, id est angulatam, magnitudine ingentem & pulcritudine nulla inferiorem. Quæ quum ab aliis exquisitis laudibus prædicaretur, vnus ex parasitis assentando ceteros vincere volens, At illud, inquit, optimi conuiuæ non animaduertitis, quod perfectus orbis sit mensæ istius, & vndiq; hæc teres ac rotunda. Qua assentatione manifesta, risus omnium fuit concitatus. Remotis mẽsis ... boni euentus, id est ἀγαθοῦ δαίμονος poculum propinando ... bibissent, potus instituebatur. & cetera fiebant quibus cõuiuii hilaritas perficeretur, illatis quidem prius mensis secundis. Discubuisse autẽ ad epulas veteres, etiam ex eo patet, quod traditur in Macedonia antiquo instituto nulli cõcessum fuisse, ἐν δείπνῳ κατακλίνεσθαι, i. *discumbere cœnandi caussa*, nisi si quis aprum confossum cepisset absque plagis, id est, quemadmodum Athenæus libro i. ex Hegesandro retulit, εἰ μή τις ἐξω λίνων ὗν κεντήσειε.

VII.

N Ausonii Mosella notantur vt alieno loco inculcata hæc,

cui quadrato ad fastigia cono
Surgit, & ipsa suas consumit pyramis umbras.

sane cohærentẽ ista expositionẽ illam dirimere vidẽtur. & quadrato cono, quale est? Sed his omissis quæramus de vmbris pyramidũ, de quib. & alii scripsere, nullas eas vmbras iacere. Hoc igitur cuiusmodi esse perhibendum? An necesse fuit vmbras certis temporibus consumi in pyramidibus, non propter altitudinem modo, sed molẽ illarũ? Quod vt intelligi possit exẽplum eius proponatur q̃ descripsit accurate Herodotus, exæquantem fastigio ... basis, quę esset quadrata pedum octogenorũ æqualiter ex... lateribus. In hæc igitur non potuit non hærere intus præ... vmbra, quando sol maxime sublimis radios suos demisit. ... ad Mẽphim, vbi illa exstructio fuisse traditur, ab æquatore ... betur distare punctũ verticis illam plagam incolentiũ par... s propemodũ xxx. Normæ autẽ in nullo situ vmbra æqualis Ptol. ... isi vbi de quadrante medio, q est part. XLV. a finitore, sol ra... demittit. vbi autẽ spatiũ hoc mai⁹ fuerit, ibi vmbra breuior ... mus. ibi illa fit longior. Quũ ergo in situ Mẽpheos longius ... oc spatiũ, quo propius sol a vertice incolarũ abscedat: ipsam ... am crebro incidere in molem pyramidis, cuius processus fa... m æquaret, oportuit. In situ autem indicato, maxime subli... sol est, distans a vertice incolentiũ eam regionẽ, circiter par... 6. nam in hac tota disputatiuncula scrupula exquirenda non ... imus. In æquinoctio igitur, excessit vmbra extra pyramidẽ.

post æquinoctium vernum, vel ante autumnale paucis diebus planiciem lateris oppositi Aquiloni quasi definiuit: brumæ tempore vmbram pyramis iecit. Hæc quo melius perspiceretur, διάγραμμα σκιόπτικον addere placuit. Quod si, vt peregrinatores referunt, ista pyramis adhuc exstat, nunc quoque rem ita se habere deprehendi notarique potest. Sed exponatur διάγραμμα. Sit pyramidos designatio α β γ: & perpendiculum huius α δ. & γνώμων α δ γ. Describaturque circulus e centro α, interuallo α δ, qui sit δ ι ζ η θ κ λ. situs iam sumatur regionis, in quo τὸ διὰ κορυφῆς, quod punctum verticis incolentium appellamus, intelligatur ζ: & ἔξαρμα ι, quæ est poli seu verticis mundi altitudo. παράλλαξις vero, id est, discessio æquinoctialis circuli a vertice incolarũ æqualis huic κ. Solis obliquitas æstiua η, hiberna λ. ex his manifesta iam fient cetera. Quum enim ponatur moles pyramidis fastigio æqualis vnicuilibet laterum basis, quemadmodum indicat designatio α β γ: producatur linea β γ continua directione ad ι: & notentur de diuersis radiis solaribus vmbræ; apparebit nimirum sole demittente radios ex θ, quod punctum paululum recedit ab æquinoctio: tum igitur patebit quasi radere vmbram planiciem pyramidis expositam, quemadmodum diximus, Aquiloni. Demittente autem sole radios ex η, vmbra intra illam hærebit. quæ si procederet perueniret ad μ. Demittente vero radios sole ex κ, cadet vltra pyramidem vmbra ad ξ. Ex λ autem demissis radiis iacietur vmbra vltra pyramidem ad ο, quæ est longissima: sicut breuissima esset illa, procedens ad μ. Vmbrarum autem ratione exquisita, reperitur δ μ pedum circiter LXXX. itaque intra pyramidem adhæret, quum sit altitudo huius pedum DCCC. Sed δ ξ erit pedum CCCCLVII. δ ο vero, pedum circiter DCC.



δ μ, pedum LXXX δ γ, pedum CCCC. δ ζ, pedum CCCCLVII. δ ι, pedum circiter DCC.

Quæ

VIII.

QVæ figura fuit Anciliorum? An hæc etiam nomen habuerunt ex eo, quod esset ἄγκυλον τὸ σχῆμα secundū Plutarchum? An quod ἐπ' ἀγκώνων gestarentur? An quia ἄνωθεν ὤχετο καὶ ἰκέ-χθη; An quod auerruncandæ pestilentiæ caussa consecrata fecit, ἀκέσεως significatio in nomine est? nam & Castores sunt appellati ἄνακες, conseruatores atq; salutares. Vel in illa lue ἀνακῶς ἐχόντων τῶν ἀνθρώπων, id est, *omnibus solicitis ac perturbatis*, opem tulit afflictæ ciuitati ista consectatio. Atque Castores quoque, qui sunt Διόσκουροι ideo dictos ἄνακας esse aliqui tradiderunt, quod homines τῆς ἀνακῶς ἔχειν, id est, solicitudine de salute ipsorum, sua tutarentur. Et eadem de caussa *reges* ἄνακτας vocatos esse, qui securitatem præstare deberent vitæ & incolumitatem fortunis populorum: An vero hoc est studium præposterum Græcorum ἀνακαλούντων ἐξελληνίζειν τὰ τῶν Λατίνων; Et sunt reuera *ancilia* Latino verbo, scuta circumcisa. vt iurisconsultus *ancile* dixit, solum nimirum incisum, qua aqua manaret. Atque ita Ouidius,

In Numa. *Plut. Thes.* *Dig. nequid in fl publ.* *3. Fast.*

Idq; ancile vocat quod ab omni parte recisum est,
Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.

Fuit autem figura Anciliorum ea secundum Halicarnassеum, quæ peltæ Thracicæ. hæ scilicet erunt lunatæ Amazonidum peltæ, apud Maronem: Plutarchus ait obstitisse sectionem inuolutā, quo minus essent illæ peltæ seu parmæ, orbe vtrimque anciso seu amputato; quam Plutarchus ἐκτομὴν vocat γραμμῆς ἑλικοειδοῦς. Sit orbis tamquam circulus α β γ δ ε ζ, e centro κ. & vtrimq; amputetur inuoluta sectione, ne anguli emineant, spatio β θ γ, & ζ η ε. Repræsentabitur itaque illa figura descripta a Plutarcho, quæ & de antiquis operibus expressa ostenditur, quomodo depicta est.

Æn. 1.

Quidam tamen proposuerũt de priscis pictis effictisque imaginibus, figuræ peltæ Amazoniæ formam talem quandam:

Et Ancilii compressi circuli, quæ linea includit oui figuram.

Θ.

Διὰ τί ἡ τῶν μὲν ἐσθήτων ὀδμὴ κακὴ γίνεται ἐπὰν ὑγρανθῶσιν, ἡ δὲ τῶν ἀνθέων οὐδ' ἡ μία ἐστί τι καλυφθῆται; ἢ ὅτι τὸ ὑγρὸν ἐν τοῖς ἐρίοις ἢ τῷ λίνῳ θερμαινόμενον τῇ ἀναθυμιάσει παρέχει τὴν δυσωδίας αἴσθησιν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἄνθεσι τὴν ἀναθυμίασιν τὴν τῆς ὀδμῆς ποιητικὴν τὸ ὑγρὸν ἐπιχεόμενον ἀμαυρότερον ποιεῖν εἰκός.

IX.

CVr vestium odor, quando illæ humidæ factæ sunt, est malus, & florum tunc odor hebetatur? An humor ille in lanis seu lino calidus factus sua exhalatione ingrati odoris sensum excitat? In floribus autem istam exspirationem boni odoris humore supra illos affuso reddi hebetiorem verisimile est.

Ι.

Τί ποιεῖ πῦρ συμπληγέντων τῶν λίθων, πότερον τῇ τῆς συῤῥάξεως ὁρμῇ ὁ ἀὴρ ἐκπυρούμενος, ἢ σπινθῆρες καιόμενοι τῶν λίθων ἀποθραυσθέντες; πάντως μὲν οὖν ἡ τῆς πείρας ἔλεγχος. ὁ δὲ καταλαβεῖν θελήσας τὸ γινόμενον, καὶ περισκοπῶν τί ποιοῦν καὶ τὰ ὅμοια, νῦν μὲν οὕτως, νῦν δὲ ἑτέρως δοξάσει μὴ, κατὰ τὸν Θεόγνιν, ἐμὴν γνώμην ἐξαπατῶσιν, ἤτοι τὰ φανταζόμενα, ἢ καὶ τὸ τῆς ὄψεώς τε καὶ διανοίας ἀσθενές.

X.

QVid est quod ignẽ ex collisis inter se lapidibus producit? Verum aer impetu collisionis accensus, an vero scintillæ a lapidibus refractæ? Verissimum quod hac in parte est, id omnino experientia comprobabit. Qui tamen hoc quod fieri tum solet, voluerit,

voluerit, & tam animo quam oculis diligenter attenderit, is iam in hac, iam in alia versabitur opinione, nisi vel ea quæ imaginatio apprehendit, vel etiam visus ac mentis debilitas, meum animum, secundum Theognidem, fallant.

ΔΕΚΑΣ Ι.

Α.

Διὰ τί ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁ ἀὴρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψυχρότερος, ἐν δὲ ταῖς συνόδοις ἄνεμοι σφοδρότεροι γίνονται; ἢ ὅτι τὸ τῆς σελήνης φῶς οὐκ ἔστι θερμαντικὸν, ἀλλὰ ψυκτικὸν καὶ ὑγραντικόν; ὅθεν καὶ οἱ κοιμηθέντες ὑπὸ τὴν σελήνην μόλις ἐξανίστανται, οἷον ἔμπληκτοι καὶ ναρκώδεις τὰς αἰσθήσεις γινόμενοι. τὸ δὲ ψυκτικὸν οὐκ ἐννοητέον λέγεσθαι ὑφ' ἡμῶν, οἷον αὐτοῦ τῆς φύσεως οἰκεῖον ὄν· οὐ γὰρ τῆς γε πυρώδους ἢ αἰθερώδους οὐσίας τὸ ψύχειν. ἀλλ' ὡς τῆς σελήνης ἐκ τῶν γειτνιώντων ἀέρος καθάπερ τῆς ἐναντίας ὕλην τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἐφ' ἑαυτὴν ἑλκούσης, καὶ ἀναλούσης μὲν τὸ θερμὸν μᾶλλον, τὸ δὲ ὑγρὸν πάλιν ἀποδιδούσης, δι' οὗ λεγόμενον τὴν ῥεῦσιν καὶ τὰ κρέα ὑπὸ σελήνην σήπεται τάχιον, καὶ τὰ ἐν ταῖς πανσελήνοις τμηθέντα ξύλα, σκωληκόβρωτά τε γίνεται, καὶ πρὸς τὴν τεκτονικὴν ἀποδοκιμάζεται. οἱ δὲ ἐκεῖθι, τῇ ἑβδόμῃ κάλλιστοι. διχοτομουμένης γὰρ τότε τῆς σελήνης, καὶ μετριαζούσης πρός τε τὴν τοῦ θερμοῦ ἐφολκὴν κατὰ συμβεβηκὸς ψύξιν τοῦ ἀέρος, καὶ πρὸς τὴν τῆς διαδιδομένης ὑγρασίας ὑπερβολήν. καὶ ὥσπερ ἐπαινουμένης, ἢ ἀληθέστερον εἰπεῖν, οὐ ψεγομένης καὶ τῆς τετράδος, ὅταν ἡ σελήνη ἐπιφανὴς ἤδη μηνοειδὴς οὖσα τυγχάνῃ. διὸ καὶ λέλεκται. συμπ. γε.

τετράδι κοῦρος ἔλυτο, καὶ οὔποτε παίγνιος ἔσται:

παραδέδοται δὲ ἡ γενέθλιος ἡ τετρὰς τοῦ τε Ἑρμοῦ καὶ τοῦ Ἡρακλέος, διακονικοῖν καὶ ὑπηρετικοῖν γεγονότοιν ἀμφοῖν. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα μυθεύουσι τεχθῆναι τῇ ἑβδόμῃ, ἄνακτα καὶ σοφὸν καὶ θαυμαστὸν κατὰ πάντα. πάντως δὲ αἱ τῆς σελήνης αὐγαὶ ἀκτινοβόλοι καὶ ὀξυπόροι οὐκ εἰσίν, ἀλλ' ἀδρανεῖς τε καὶ μαλακαί, ὅθεν καὶ ὑπὸ ποιητοῦ τινὸς τῶν πάλαι εἴρηται. Procl. in Hesi. ἡμέρ.

—μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. Versus Ionis Plut.

λυμαίνεται δὲ τοῖς καθεύδουσι μᾶλλον ἡ πλησιοσέληνος; ὅτι κατὰ τὸν ὕπνον ἔσω δοκεῖ συναθροίζεσθαι περὶ τὴν καρδίαν τὸ σύμφυτον θερμὸν, ὥστε τὰ ἀπωτέρω μέλη ψύχεσθαι. καθ' αὐτά τε ἀμυδρότερα καὶ ἀσθενέστερα πρὸς τὸ ἀποκρούσασθαι τὰ ἐπιφερόμενα τὴν λώβην. ὥσπερ ἐκ τοὐναντίου διὰ τὴν πλεονάζουσαν θερμότητα καὶ δραστήριον ἐνέργειαν τοῦ χρόνου, τοὺς ὑπὲρ τούτου σωμάτων καθεύδοντας ἐκλύεσθαι συμβαίνει, ἀτονοῦντας μάλιστα τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον. εἴη δ' ἂν καὶ ἰδιότροπόν τι ἐν τοῖς κατὰ τὸ σεληνιακὸν φῶς, ἐπειδὰν πρὸς περίοδον αὐτοῦ καὶ νόσοις τινὰς δειναῖς καταλαμβανομένους ἴσμεν, οὓς σεληνιαζομένους καλοῦσι. περὶ τούτων εἰπεῖν ἄλλοις ἐν τῷ νῦν εἶναι. ὅτι δὲ αἱ σύνοδοι ταραχώδεις εἰσὶ καὶ πολυάνεμοι, τὴν αἰτίαν ἔχει ἂν ἀποδοῦναι περὶ χρόνον ἀστρολόγος ἀνὴρ τὸν τοῦ στίλβοντος, ὃν Ἑρμῆν ἐπονομάζουσιν, ἀστέρα ἀεί πως συνδρομοῦντα τῷ ἡλίῳ, τότε τῇ σελήνῃ ἤτοι συναπτόμενον ἢ ἀπορρέοντα ἢ καὶ ἄμφω συνόντας οἰκειοῦσθαι. ὁ δὲ ἀστὴρ οὗτος ἀνέμων κινητικός.

I.

QVare aer plena luna plerumque frigidior est, & interlunis

temporibus venti vehementiores excitantur? An lumen lunæ frigus & humiditatem, non caliditatem efficere potest? & propterea illi qui sub luna somnũ ceperunt, tamq̃ attoniti, & stupore omnium sensuum correpti, vix exsuscitari possunt. Quum vero dicimus lunam frigefacere, non intelligendum, hoc eius lumini nos tamquam propriæ ipsius naturæ attribuere: ignis enim non frigus efficit: sed quia luna ex appropinquante aere, veluti incensionis materiam, calidum nimirum & humidum ad seipsam attrahit, & caliditate consumta, humiditatem rursum ex se remittit: cuius etiam ob fluxũ celerius carnes, quæ sub luna relictæ fuere, putrescunt: & ligna plena luna secta, vermibus erodũtur, & a fabris reiiciuntur. Partus autẽ qui incidũt in septimam lunam, optimi habentur, quũ eo tẽpore globus huius quasi medius dissectus videatur, & medio modo se habeat, cum ad calidi attractionem, tum refrigerationem, quæ extrinsecus fortuito accedit, aeris, tum excessum humiditatis, quam rursum a se remittit, quamuis laudetur etiam, vel, vt verius dicam, non vituperetur quarta, quum luna aperte iam cornua habet. ideoque traditum est:

Progenitus quarta, nunquam est penitus malus infans.

Atque referunt tempus natale Mercurii & Herculis incidisse in quartã, quũ quidẽ vterq; seruus & minister aliorum fuerit: Apollinem vero tradunt fabulæ septima in lucem editum, regem ac sapientem & in omnibus admirandum. Lunæ autem splendor radios nullos proiicit, nec cito penetrat, sed debilis est & mollis. vnde poeta etiam quispiam veterum dixit,

Matura non fit vua ab illis nigricans.

Potissimum vero dormientibus lumen plenius lunæ graue est. nam in somno calor innatus circum cor intus cumulatur, & ita per se membra remotiora, debiliora, & ad repellendum noxia, infirmiora redduntur. sicuti contra euenit, vt propter nimiam caliditatem & efficacem vim quæ in croco est, eorum qui super plenos huius saccos dormiunt, vires plane resoluantur, ac præcipue cerebri partes langueant. Poterit tamen & in illis quæ ob lunæ fiunt lumen, singularis quædam natura inesse, quum nonnullos secundum huius conuersiones grauibus & atrocibus morbis, quos vocant lunaticos, corripi sciamus. Verum de his in præsentia satis. Quod autem interlunia sint turbulenta & crebros commoueant ventos, eius rei caussam astrologiæ peritus facile reddet, stellam scilicet illam, quem Mercurium appellant, solis fere perpetuum comitem, tunc ad lunam accedentem, aut iterum recedentem, aut etiam cum ea coeuntem consociari. Stella autem hæc ventos concitare putatur.

B

Τίς καὶ ὅπου ἦν ὁ βωμὸς ὃν κερατῶνα καὶ κερατῖνον περισσὸν γράφουσιν; ἢ φανερὸν μὲν ὅτι ἐν Δήλῳ ἦν, καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐκ κεράτων συνήρμοστο; ζη-

τεῖσθε

ποίησιν δ' ἴσως αὐτῆς, δι' ἣν ἄρ' αἰτίαν ἐξ εὐωνύμων ἤγουν ἀριστερῶν ἅπαν αὐτοῦ κατεσκεύασται. ὥσπερ ἱστόρησεν ὁ Πλούταρχος καὶ δόξειεν ἄν τι ἐνθύμημα τῶν τοῦ ἐκεῖνον συνθεμένων γεγονέναι οἰωνιστικόν τι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὁσίου. ἐξ ὀνομάτων· γὰρ τὸ ἀριστερὸν καὶ εὐώνυμον, τὸ βέλτιόν ἐστι καὶ συμφέροντος καὶ χαρίεντος ἐνδείκνυται παρέχει. ὅτι δὲ οἱ πάλαι τὸ τῆς φήμης καὶ τῶν κληδόνων περὶ πλεῖστον ἐποιοῦντο καὶ ἐπετήρουν ἀσφαλῶς, ἄγνωστον σχεδὸν οὐδενί.

II.

QVæ fuit & vbi locorum ara, quam vocarunt Corneam? An certum est, fuisse eam in insula Delo? nec illud quoque dubium, ex cornibus compositam. Sed quæri ab aliquo poterit, qua de caussa tota fuerit constructa ex sinistris cornibus? Quemadmodum hoc Plutarchus memoriæ prodidit. Et venire in mentem alicui posset, eos qui ad eum modum illam composuerunt, auspicium quoddam bonum & religiosum animo suo concepisse. nam sinistrum quum aliquid nominatur, indicat id quod melius est, & conducit atque gratiam affert. Nemo autem omnium ferme ignorat plurimi fecisse veteres omina ac diuinationes, ac obseruasse hæc summopere.

Γ

ΤΙ νοήσαντες ἔφασάν ποτε, τὰ ἑφθὰ μὴ ἐποπτᾶν δεῖν μηδ' ἐφέψειν; συμφανεῖ δὲ τοῦτο καὶ τῷ θρυλουμένῳ ἃ εὔχονται ῥυσθῆναι ἀπὸ ἰατροῦ ἀπείρου, καὶ γυναικὸς κακῆς, καὶ τροφῆς διέφθου. ἢ οὐ μόνον τὸ τῆς ἐφέψεως, καθάπερ εἰρηκέναι τὸν Ἀριστοτέλη ὁ Δειπνοσοφιστὴς λέγει, ἀνάλυσιν ἔχειν δοκεῖ τοῦ βελτίονος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἐποπτήσεως; τελέως οἷον ἀφαναίνει καὶ ἀλίβαντα ποιεῖ τὰ οὕτω σκευαζόμενα. οὐ γὰρ ἀληθές ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ προστεθέν, ξηρότερα τῶν ἑφθῶν τὰ ὀπτὰ εἰ μή τις ἐν τῇ κνίσῃ ἁπλῶς πρακομένον βούλοιτο καλεῖν ἐπειδὴ τοῦ ἔξωθεν ὑγροῦ ἐφέλκονται τὴν ἔμφυτον ὑγρασίαν μαλακώτερά τε καὶ χαυνότερα ποιοῦντες τὰ στερεούμενα τῇ κνίσῃ αὐτῆς. οὕτως τὰ ἑφθὰ καὶ ξηρότερα εἶναι ὁμολογητέον. τοῦ τε δ' οὕτως ἔχειν τεκμήριον ἂν γένοιτο, ὅτι κρεῶν ἐκ τῶν ὑγροτέρων ὑπαρχόντων καὶ τῶν στεατῶδες ἢ πιμελῆς, τὰ δίεφθα εὐδοκιμεῖν εἴωθεν. ἔστι δὲ τὰ ... καὶ ... ἀφαιρεθέντες τοῦ ... εἰς τροφὴν ... ὅθεν καὶ ... οἱ ... εἰς βρῶσιν ἐπιτήδειοι. καὶ ... τῶν πάλαι ποιητῶν, ὀλοκνήμους σκελίδας ... καὶ δίεφθα ...

III.

Va consideratione olim dixerunt, cocta non iterum esse vel assanda vel coquenda? cum quo dictum peruulgatum illud sentit, quo optare homines solent, vt liberentur ab imperi[to m]edico, & mala muliere, ac cibo recocto. An non tantum [re]coctio, sicut Aristotelem tradidisse Dipnosophistes refert, [vide]tur resoluere meliorem partem, verum etiam assatio iterata: hoc modo parata omnia exsiccat & quasi mortua reddit. Nā [veru]m esse nequit, quod Dipnosophistes hoc loco addidit, assa

esse coctis sicciora, nisi quis ea quæ combustione in carbones conuertuntur, assa nominare velit. Quia enim ab humiditate externa humor insitus extrahitur, & facit vt ad huius decessum & priuationem partes rariores & laxiores fiant, omnino cocta esse etiam sicciora fatendum. Hocque ita vt ostendimus se habere, argumento est, quod carnes quædam, quibus plus humiditatis inest, quæque plenæ pingui & adipe sunt, recoctæ gratiores esse soleant. quales sunt bubulæ, & suillæ, & quæcumque membra non ablata cute in cibum parantur. vnde quoque pernæ & petasones semicocti primum, deinde percocti, maxime esui sunt idonei. Et laudauit ex veteribus poetis quidam integra femora quam mollissima, & recocta acrocolia, *quæ sunt pedum extrema*.

IV.

QVare magis quasi ferit sensum calor in summa aqua, & similiter frigus? itaque demergentibus sese in calidam inferius calor remissior, & similiter demergentibus se in frigidam remissius frigus videtur. An quia de calida manifestum est, vaporem existere de feruore, & ideo in summa illa calorem maxime sentiri? De frigida autem haud scio an eodem modo dici possit, quum nullo modo hæc quoque caloris penitus expers sit, etiam cum in summa aqua frigida sentiri potissimum. Esse autem aquæ etiam admistum calorem disseruit Balbus Stoicus copiose in II. de natura Deor. An vero in his quæ retulimus fallitur sensus, & in calidam pariter atq; frigidam demersis, tam calor quam frigus, principio insuetum magisque molestum est & sensum vehementius percellit, commorantibus autem diutius ambo fiunt consuetudine tolerabiliora? Quæ autem initio sæpe ferri nullo modo posse existimantur, tempore & vsu redduntur faciliora. Itaque & in morbis, & paupertate & ceteris ærumnis omnique in miseria cernuntur ii durare, quos nihil omnium illorum malorum, antequam aduenirent, se perpeti posse affirmare audimus.

V.

QVare in calida aqua demerso membro, post vehementiorem fricationem sentitur quiddam frigoris? An foramina in cute, quos Græci *poros* vocant, fricando aperiuntur, & interioris caloris vapor erumpens, subtilitate spirituum discutit circumfusam calidam aquam spissiorem? An quum alliciatur exteriore calido interius & fricando pateliant viæ, qua hoc exeat, ita fortuito fit, idest κατὰ συμβεβηκὸς vt refrigerari illæ partes quodammodo sentiantur? Quemadmodum & ardor membrorum mitigatur, si hæc vino, in quo certe caloris vis inest, madefiant.

ς.

ΔΙὰ τί οἱ παλαιοὶ τῶν ἱδρυμένων θεῶν ἀγάλμασι καὶ μάλιστα τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ τῶν παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἱστάντων ἀποβλεπόντων, ἐργαλεῖα μουσικῆς, οἷον λύραν καὶ κιθάραν προσέθηκαν; ἢ ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἀγαθῶν κοινὸν ἡδύ ἐστι;

θέασι, καὶ οὐδὲν εἶναι ἄμεινον τῆς εὐθυμίας δηλοῦν ἐθέλοντες; τῆς δὲ μουσικῆς εἰλικρινεστάτη καὶ καθαρωτάτη ἡ τέρψις. καὶ ἀκέραιος ὅτι μάλιστα καὶ σπουδῆς ἀξία ἡ ἡδονή. ἢ τοῦτο τοῖς ἀγαλματοποιοῖς οἱ πάλαι θεολόγοι, ἀρχαιότατοι φιλόσοφοι γεγονότες, παρέδωκαν; ἀλληγοροῦντες τὴν ἁρμονίαν καὶ τὸ σύμφωνον καὶ εὔτακτον ἔργον εἶναι θεοῦ, καὶ διδάσκειν διὰ τούτων σπουδάζοντες, καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἑκάστην ψυχὴν τὴν ἐμμέλειάν τε καὶ ἁρμονίαν αὐτῆς τηρῆσαι; ἢ καὶ τὰ φυσικὰ τοῖς συμβόλοις τούτοις κατέδειξαν; ἅπαντα γὰρ ἐμμέτρως καὶ συμφώνως θεωροῦμεν γινόμενα ἐν τῷ κόσμῳ περὶ γενέσεις ἅμα καὶ φθίσεις τῶν καρπῶν τε καὶ ζώων, περί τε μεταβολὰς ὡρῶν διατεταγμένα πρὸς σωτηρίαν γένους ἑκάστου. ὥστε οὐχ οἷόν τε γενέσθαι ἐν εὐαρμοστοτάτῃ λύρᾳ συμμετρίαν ἴσην τῶν λόγων ἐν τοῖς πρὸς ἄλληλα μήκεσι καὶ πάχεσιν· ἢ ἀκριβῶσθαι σώζεσθαι ἁρμονίαν ἐν τῷ ζυγῷ καὶ τοῖς κολλάβοις, ἣ ἐν τῷ παντὶ θεία συμφωνία καὶ ὁμόνοια ἐν συνεχείᾳ συγκεκραμένη, καὶ διαμένουσα ἀεὶ καὶ ἀπαραλλάκτως.

I.

QVare prisci simulacris falsorum deorum, ac potissimum Apollinis & Mercurii, quos fere vbiq; gentium pro diuis coluerunt, instrumenta musica vt lyram & citharam attribuerunt? An voluerunt ostēdere se statuere Deum auctorem esse bonorum omnium, & nullum ex his bonis, animi tranquillitate esse melius aut præstantius? musicæ vero oblectationes maxime sunt syncerae & puræ, & voluptas in primis huius est laudabilis ac omni studio digna. An vero veterum Theologi, qui antiquissimi philosophi fuerunt, tale quiddam statuariis præceperunt? quo significare voluerunt, proprium opus Dei esse harmoniam & concinnitatem ac ordinis conseruationem, & innuere studuerunt, hoc exemplo vnamquamque animam debere etiam sui ipsius concentū & harmoniam diligenter custodire. An illis notis doctrinam quoque de natura explicarunt? Vniuersa enim in hoc mundo tam ortu quam interitu fructuum & animalium omnium, ordine & concinnitate maxime fieri cernimus: Itemque permutationes quatuor anni temporum, hac ratione ordinatæ & constitutæ sunt, ad conseruationem & salutem vniuscuiusque generis. vt etiam tam æqualis conuenientia rationum in productione & celeritate inter sese lyræ maxime concinnæ: aut tam exquisita consensio in iugo, & in clauiculis fidiū, quam qui est in vniuersitatis huius corpore diuinus concentus, concordiaque contemperata continuoque permanens & immutabiliter, seruetur nunquam.

2.

Τίνα οὖν σημεῖα τῶν ἀσπίδων παρὰ τοῖς παλαιοῖς; ἢ τοῦτο περὶ τούτου ὅτι τοῦτο δῆλον καὶ ἐκ τῶν Εὐριπίδου Φοινισσῶν, ἐν αἷς καὶ λέοντος δέρας, καὶ Ἄργος, καὶ γίγας καὶ ἄλλ' ἄττα ἐκτυπωθέντα ἐπὶ τῶν ἡγεμονικῶν ἀσπίδων καταλέγεται. ὁ δ' Ἀμφιάραος [illegible]

οὐ σημεῖ' ἔχων

ὑβρισμέν' ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.

καὶ παρ' Αἰσχύλῳ δὲ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις λοχαγῶν σήματα ἀπαγγέλλεται.

πόντιον τὸ ζῷον Φερνιμ... Athenaeo. Ἰλιάδ. ε. καὶ ἀλόγῳ. Xenoph. ἑλλην. δ.

ὁ δὲ Πλούταρχός φησιν, ὅτι τῆς Ὀδυσσείας ἀσπίδος ἐπίσημον ἦν δελφίς· καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλκιβιάδου ἀσπίδος ἐκ χρυσίου καὶ ἐλέφαντος κατασκευασθείσης ἐπίσημον γεγονέναι ἱστόρηται Ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος. ὅτι δὲ τῶν ἐθνῶν ἴσως κοινὰ σημεῖα, τὰ ἀρχικὰ τοῦ ὀνόματος ἑκάστων γράμματα, ἱστορεῖ που Εὐστάθιος, λέγων ὅτι Λ παράσημον ἔγραφον οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰς τὰς ἀσπίδας, Μεσσήνιοι δὲ πλησιόχωροι αὐτῶν, Μ. χρῆταί τε μάρτυρι Εὐπόλιδι εἰπόντι, ἐξεπλάγην ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἐμφαίνει ὅτι Σ ἦν τὸ τῶν Σικυωνίων σημεῖον. Πλούταρχος δὲ ἐν ἀποφθέγμασί φησι Λάκωνά τινα ἐπιγράψαι καὶ μυῖαν οὕτω μικρὰν ὡς ἐστὶ τὸ ζῷον φύσει. παραδεδώκασι δέ τινες ὅτι τῆς Μαντινείας ἱερᾶς οὔσης Ποσειδῶνος, οἱ Μαντινεῖς εἶχον ἐπίσημον ἐν ταῖς ἀσπίσι τὴν τοῦ Ποσειδῶνος τριόδοντα. ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Ἀριστομένους τοῦ Μεσσηνίου ἀσπίδος ἀνακειμένης ἐν Λεβαδείᾳ, ἐπίσημον ὁ Παυσανίας αὐτοῦ κηλιδεῖν ἐγράψεν, ἀετὸν τὰ πτερὰ ἑκατέρωθεν ἐκπεπτακότα εἰς ἄκραν τὴν ἴτυν. εἰ δὲ Κᾶρές εἰσιν οἱ καταδείξαντες, ὡς Ἡρόδοτός φησιν, ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημεῖα ποιεῖσθαι, ἀπορήσειεν ἄν τις ἴσως, ἵνα τὰ ἡρωϊκὰ σημεῖα ἐγγίγνηται καὶ διεσκευάσθη δή τισι τῶν παρ' Ὁμήρῳ ἡρώων γνωρίσματα, οὐκ ἀπό τινων εἰκόνων γεγονέναι, ἀλλ' ἐκ τῆς ὁπλίσεως καὶ ἁρματηλασίας· ὥσπερ καὶ Πάνδαρος φησί, περὶ Διομήδους,

ἀσπίδι γινώσκων αὐλώπιδί τε τρυφαλείῃ
ἵππους τ' εἰσορόων. ——

ὁ δὲ ποιητὴς τοῦτο καὶ παρασεσημειῶσθαι δοκεῖ αὐτὸς, τῇ ἀσπίδι προσθεὶς αὐτὴν κοίλην οὕτω λαμπρὰν καὶ γεγανωμένην καὶ φαιζομένην συχνοῖς ἀστεροειδέσι φάλοις, ὥστε καὶ πυρὸς φαντασίαν παρέχειν τοῖς προσβλέπουσιν. ὅθεν ὁρμηθέντες τινὲς τῶν γεωμετρικῶν, ὑπέλαβον ἐνταῦθα κατοπτρικήν τινα ἐπίνοιαν ἐνδεδεῖχθαι, ἣν ἐμηχανήσατο ὁ Διομήδης ὥστε τὰς ὄψεις τῶν εἰς αὐτὸν ἐμβλεπόντων ἐκπυροῦσθαι οἷον συμβαίνει πρὸς ἥλιον ἐσταμένοις, ὃ καὶ, καθάπερ λέγεται, μιμησάμενος ὕστερον Ἀνθέμιός τις γείτονα πενιχρόν, οὕτω καταστράπτων ἐξεφόβησεν ὥστε ἐκεῖνον μακράν ποι ἀπ' αὐτοῦ ἐξοικῆσαι. ἱστορεῖται δὲ τοῦτο καὶ ὑπ' Εὐσταθίου εἰς τὴν ε ῥαψῳδίαν. ἱστορεῖ δὲ ὁ Παυσανίας ἐν πρώτῳ τῶν Ἠλιακῶν, ὅτι ἐν Ὀλυμπίᾳ ποτὲ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀσπίδι εἶναι Φόβον ἔχοντα τὴν κεφαλὴν λέοντος· ἐπίθημα δὲ τῇ τοῦ Ἰδομενέως ἀσπίδι ἦν ἀλεκτρυὼν καὶ ἀπολογούμενός φησιν, ὅτι γένος τῷ Ἰδομενεῖ ἀπὸ Ἡλίου τοῦ τῆς Πασιφάης πατρός. Ἡλίου δὲ ἱερόν φασιν εἶναι τὴν ὄρνιθα, καὶ ἀγγέλλειν ἀνιέναι μέλλοντος τοῦ ἡλίου. ὡς ἐν παρενθήκης δὲ μέρει συγκαίρως ἂν οἶμαι ῥηθείη ἐνταυθοῖ καὶ τόδε ὅτι τῶν παλαιῶν τινὲς φιλοτίμως ἐσπουδάκασι περὶ καλλωπισμὸν τῶν ἀσπίδων. καθάπερ οὖν εἴπομεν ὅτι ἡ τοῦ Ἀλκιβιάδου πρότερον ἐκ χρυσίου καὶ ἐλέφαντος κατεσκεύαστο, οὕτω καὶ τὴν Νικίου παραδεδώκασι πορφύρᾳ καὶ χρυσίῳ συμμεμιγμένην διαπεποικίλθαι, ὥσπερ ὁ Πλούταρχος διηγεῖται ἐν τῷ περὶ Δαιμονίου Σωκράτους. καὶ ἔξεστι περὶ τῆς τοῦ Λαμάχου ὑπολαβεῖν, ὅτι προβεβλημένης τε ὕλης καὶ τέχνης ἐξείργαστο ἐκ τῶν Ἀριστοφανείων ὀνομαζομένων. ἐν οἷς φησι· Γοργονωτὸν ἀσπίδος κύκλον, Γοργόνος δηλαδὴ ἐν ἐκείνῃ ἐξεικονισθείσης.

VII.

Qualia signa veteres in suis scutis habuerunt, an habuerunt illi quidem aliqua? Quod sane signa usurpauerint, patet ex Phœnissis

Phœnissis Euripidis, in quibus exuuias leonis, & Argon, & gigantem atque alia nonnulla in scutis ducum expressa fuisse perhibetur. Amphiaraus autem producitur,

non gerens insignia
Arma petulanter, sed modesta sine notis.

Et ab Æschylo, quænam septem ductores ad Thebas signa habuerint, recensetur. Plutarchus etiam scribit, Vlyssis scutum delphini effigie fuisse signatum, & Alcibiadis ex auro & ebore fabrefactum, signum Amoris flectens fulmen præ se tulisse narrant. Quodam loco Eustathius exponit singularum gentium propria signa fuisse literas primas, a quibus vniuscuiusque nomen inciperet, ita Lacedæmones L. pro insigni expressisse, Messenios vero & vicinos eorum, M. Atque vtitur Eupolide teste, qui fecerat atronitum obstupuisse, posteaquam nitens LAMBDA esset intuitus. Xenophon autem ostendit S. Sicyoniorum signum fuisse, & Plutarchus in dictis clarorum virorum, scribit Spartiatam quendam muscam tam exilem quam est per se istud animalculum, appingi curasse. Alii tradiderunt Mantinenses, ideo quod Mantinea Neptuno sacra haberetur, vsurpasse pro signo in suis scutis Neptuni tridentem. atque Pausanias affirmat seipsum adhuc conspexisse in scuto suspenso in Lebadia Aristomenis Messenii insigne aquilæ expandentis vtrinque ad extremum ambitum alas suas. Quod si Cares sint qui in scutis, vt Herodotus dixit, signa facere admiserint, dubitet quispiam, qualia heroica signa extiterint, & placet sane quibusdam heroes apud Homerum se agnouisse, non de quibusdam imaginibus; sed ex armorum genere & curribus. Vnde & Pandarus de Diomede inquit,

Illum cristata galea scutoque notabam
Aspiciensque equos.

Hoc etiam & ipse Poeta videtur innuere, qui scuto addidit galeam capiti impositam tam splendidam & politam, atque crebris stellulis in crista illustrem, vt intuentes existimarent se ignem videre. Quibus moti fuere nonnulli Geometræ, & putarunt speculorum quoddam inuentum Diomedis fabrica indicatum esse, vt visus eorum quæ intuerentur, ita inflammentur, quemadmodum eorum qui aduersus solem se conuertunt, quod, vt proditum est, quidam Anthemius postea studens imitari, vicinum suum hominem improbum & malum, ita splendore tali perstrinxit, vt ille exterritus procul ab eo alium in locum migrarit.

Narratur vero hoc ab Eustathio quoque in commentariis quintæ Rhapsodiæ. Sed Pausanias in primo Heliacorum tradit, fuisse olim in vrbe Olympia scutum Agamemnonis, effigie Timoris leoninum caput habentis insignitum. Idomenei vero scutum, pro insigni gallum habuisse: & rationem addit, quod genus traxerit Idomeneus a Sole patre Pasiphaes. Soli autem sacram

hanc auem esse perhibent, & nuntiare Solem oriturum. Vtq; hoc addã, opportune hæc dici posse hoc in loco arbitror, quod aliqui ex veteribus honoris studio inscutorum ornamentis diligentiam adhibuerint. Quemadmodum ergo diximus Alcibiadem suum ex auro & elephanto exquisite fabricari curasse: ita eum, qui Niciæ fuit, auro immixta purpura variegatum exstitisse prodiderũt, vt Plutarchus refert in Socratis Dæmonio. Et quod Lamachus habuit, nimis tam materia quam artificio elaboratum fuisse, facile colligitur ex Aristophanis cauillis, quum ait: *Gorgone insignem ambitum scuti*: depicta nimirum in illo Gorgone.

VIII.

QVare, quum cupiditas vna pars sit animi, Amantes, quorum Venereæ sunt cupiditates, & auari, qui pecuniç cumulandæ student, diuerso modo affici solent? Nam amantes inepti sunt & leues atque nihili: in auaris grauitas est & honesti illi videntur, & viri boni nominantur. Sunt ne ætates differentiç caussa, quum fere iuuenes amori, & senes augendæ rei operam dare soleant? Nam senex amator, abhorrens & monstrosa res videtur: & iuuenis auarus similiter quasi modum naturæ non seruat; secũdum quem, præter alia, est, vt ait Horatius,

Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.

An tam effi.iendi in his ratio, quam finis discrimina maxima habet? Nam in parienda re cum singulari consideratione, cum prudẽte consilio opus est: & ad dignitatem vel parandam, vel augẽdam tuendamque, (quia tanti, quantum habeas, sis, vt idem Horatius inquit,) vel certe ad necessaria tempora, prospiciente sibi cura humana, ne aliquando in egestate viuendum sit, opes & diuitiæ expetuntur: quo fit vt cum auaricia coniungatur sordida quoque parsimonia. Amantum autem ratio vel nulla est, vel est futilis & incerta atque ridicula. vt illius, *Ego ne illam? quæ illum, quæ me*. Et eius qui drachmam petit mutuam, quam postero die reddat, qua ait restim velle emere, se vt suspendat: & magis demens ille in Cistellaria. sed his imaginibus comœdiæ sunt refertæ. Itaque hoc genus animo est omisso, & suauia in præsentia quæ sunt prima habet, neque consulit in longitudinem, vt ait Terentius Potiri enim volunt amoribus suis & voluptate ea consuetudinis iucunde frui, quæ quoniam non durat neque est continua, eq fit, vt appetitio semper in motu sit & fluctuet. quo in errore perturbationeque animi nihil consilii consistere potest, neq; quicquam veræ constantisq; rationis iniri ac capi. Quod si quando accidit, vt in ætate quoq; iuuenili sit diligentia ac parsimonia, omnino tum abest incitatio cupidinis, neq; amant tales, neque vllis voluptatibus indulgent. Quemadmodum contra, qui his rebus student, negligentes sunt profusiq; & dissoluti. Neq; alienum fuerit in his spectare & constitutionem vtriusq; generis naturalem, &

Eunuch. *Pseud.* *Heaut.*

peramentum humorum. Nam attenti ad rem, diligentes, par-
uati, in corpore plus habēt bilis atræ & pituitæ; voluptatibus
iti & Venerei, plus sanguinis calidi & vapores ardentiores. An
id rectissime dici possit, quod ad cupiditatis prauę vitium at-
eat, esse pariter leues, ineptos, ridiculos ambos? Vbi enim tam
entis iuuenis exemplum propositum cernitur, quam est deliri
is senis in Aulularia? Et profecto Horatiana illa auari pictura
quid deformius fieri nequeat,

- quem neque feruidus æstus
Dimoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum.

nc Tantalum etiam esse poeta ille ait, qui fugientia semper
tet flumina. Exstant autem similes picturæ passim in poetis:
n etiam in odio omnium, & detestabilis maxime est auaritia:
um amor vel misericordiæ veniam inueniat, vel seueritate ca-
ationis coerceatur: Auarum autem neq; admittere monitio-
n, neque miseratione dignum quisquam putat, cui accini so-
potius ab omnibus Plautinum istud,

Quod habes ne habeas, & illud quod nunc non habes, habeas Trinum.
lum.

IX.

Vr humor in vase argenteo circumdato hoc frigidis frige-
scit celerrime & vehementissime, similiterque circumdato
dis, calescit? An, quemadmodum Proclus scripsit, tenue est ar- in Hesiod.
tum atque subtile, neque tam solidum quam aurum, sed vias
bet quos Græci *poros* vocant patentiores. Itaq tam calor quam
gus facile penetrare potest, & ideo inficitur quoq; ac labe quasi
igoris aspergitur. Atque hoc indicio est, esse argentum per se
eque frigidum frigida autem etiam calefacta, magis caleat.
ic constat si vaginæ appingatur argentum, quod more his tē-
ribus fit, ea parte ferramentum labefieri potissimum & ferru-
e corrumpi.

am Hesiodus argenteum seculum adscripsit Saturno, fecitque
olum & iners, quæ ad frigus omnino pertinent. Qui singula
talla quibusdam sideribus propria dicarunt, ii argentum Lu-
assignarit: quam certe neque siccitatis, neque æstus efficientem
constat.

X.

Qua de caussa eorum siderum, quæ errantia vocantur, nomi-
na diebus septenis, singulis singula imposita fuisse creden-
m? Neque Græci, neque Latini veteres illis nominibus dies
inxeruut, sed labefactato demum statu orbis terrarum, & e-
sis confusisque imperiis, hoc fieri cœptum. Putatur autem v-
patum primum esse ab Ægyptiis. Cognitū quidem sic placuit, Lib. 37.
cupidissime arriperetur a gentibus vniuersis. Dion ordinis no-
num duas rationes reddit: vnam distributionis harmonicæ,

secundum σύστημα seu concentum διὰ τεσσάρων, qui est λόγος ἐπίτριτος, seu ratio tertia parte maior, vt quatuor ad tria. Hæc totius Musicæ fontes & vim & integritatem cõtinere existimatur. Isto sane modo nomina siderum eos, quibus assignati sunt, dies comprehendent. Exponantur ordine sidera 1 ♄, 2 ♃, 3 ♂, 4 ☉, 5 ♀, 6 ☿, 7 ☽. Et tribuatur prima dies ♄. Erit igitur ternarium superans ☉, [illegible] huius Saturni diem dies proxime sequens: huncque rursum Lunæ, & mox Martis; & pariter ceteri a priore quarti cuiusque nomen sortientur. Hæc ratio vna est. Altera ista: a primo rursum sidere ducto exordio, dies primus & hora prima illi adscribatur, & numerentur deinceps horæ XXIV. (quod est spatium diurnum & nocturnum, Græci νυχθήμερον appellant) fiet hoc pacto, vt in diem proximum eius sideris nomen incidat, quo dies illa appellari consueuit. Vt numeratis a Saturno horis XXIV. sequitur nouum alterius diei exordium, quod serie conseruata iam a Sole ducendum est. atque ita quadrabunt preclare omnia. Verum in his obstare possit, quod accepimus Ægyptios, quorum doctrinam Plato sequutus putatur, aliter sidera illa disposuisse, & Solem proximum ante Lunam collocasse, & Mercurii ante Veneris stellam. Quapropter si nominatio ista dierum propria est Ægyptiorum, suspicari aliquis possit, vel superstitione, quæ fuit illius nationis infinita, deorum festorum natalibus, aut gestis, aut etiam casibus dies ad illum modum consecratos, vel alia quapiam singulari obseruatione ordinatos fuisse, vel allegorias aliquas ignotas nobis rerum naturalium hac distributione contineri. De quibus plura quærere nihil attinet neque nobis opus est, neque adeo congruit istis dierum notis vti, quod aliæ appellationes supperant cum elegantiores tum euidentiores.

ΔΕΚΑΣ ια.

Α.

ΠΩς εἴρηται ὅτι φιλόθερμον τὸ ψυχρὸν, καὶ φιλόψυχρον τὸ θερμόν; φίλον γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὁμοίου, γλυκὺ δὲ τὸ γλυκὺ μάρπτει, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα ἢ τὸ ἐναντίον καὶ ἁπλῶν φύσεων αἱ τῶν ἐναντίων μίξεις ἀναγκαῖαι εἰσὶν, ἵνα σύνθεσιν φύσις [illegible] ... φίλει τὴν οἰκείαν [illegible] τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, [illegible] καθ' Ἡράκλειτον [illegible] φιλεῖται τὸ ἐναντίον, [illegible] ἵνα μὴ ψυχρωθὲν τὸ πῦρ σβεσθῇ, [illegible] φιλεῖται [illegible] τὸ ὑγρὸν φθειρόμενον ἐπιθυμεῖ καὶ φιλεῖ τὸ ὅμοιον ὑγρὸν, καὶ [illegible]

λέγοιμ᾽ ἂν ὅτι τὰ ἐναντία πολέμια, σημεῖον τὸ φθείρεσθαι καὶ αὔξεσθαι ... ταῦτα διαληφθέντ᾽ ἂν ἔχοι τις ὡς οἶμαι, ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης, ... ὧν μέμνηται ὁ τῶν Νικομαχείων συγγραφεύς.

ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ὅτι ξηρανθῆ πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχειν.
ἐρᾶν δ᾽ ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν. Arist. Eth. 8.

DECVRIA XI.

I.

Quomodo dicitur, frigidum esse calori amicum, & calidum frigori? quum simile id quod ei simile est, amet, & dulce aliud dulce ad se rapiat, & amarum ad amarum deferatur secundum Empedoclem. An contrariorum mistiones in primis & simplicibus naturis fieri necesse est? vt hac ratione aduersarum qualitatum concursu producantur compositæ & secundæ naturæ, ac corpora iam materia vestita, quæ ipsius naturæ est copulatio sacra, & Adrastiæ, vt ita dicam, vinculum quoddam. Vnaquæque igitur qualitas in rebus compositis appetit & amat etiam propriam & cognatā, & eam ob caussam simile alitur simili, quemadmodū cōtraria contrariorū sunt remedia. & sic cōducit & cōfert contrarium, secundum Heracliti sententiam. Quapropter neque corpibus nec animantibus contraria grata sunt, sed tamen ab illis ... eiusmodi, quę deficientia in eis corrigunt & emendant, ... solent. Quare ne ob frigus ignis exstinguatur, oleum aut ... desiderat, & pariter terra arida humorem appetit. ... est in his amicitia. humidum ergo non amat siccum, sed humiditas, quæ iam corruptioni propinqua est, expetit & amplectitur simile in humorem, & repellere enititur noxium. Quod autem contraria sint inimica, signum est quod ipsa inter se destruantur & labefactentur: secundum quæ recte, vt opinor, intelligi & discerni Euripidea ista, quorum meminit auctor Ethicorum Nicomacheorum in VIII. poterunt.

Imbres amat tellus quando illa est arida,
Et appetit squalore sterilis humidum.
Cælum cupit pulcrum tunc imbre turgidum
Terra in sinum descendere.

II.

Quare Medici, quos ab industria secandi aperiendique corpora Anatomicos vocant, quamuis inspiciant & tractent partes interiores, de illis tamen dissentiunt, neque fere quisquam ... [illegible]? Quum tamen sensus nullius in re ob... [illegible]. An fieri potest quod Empirici ... [illegible] Lucul.
... [illegible]

tentur, vtque ea mutatio in diuersis corporibus accedat diuersa, & eadem non eodem modo, ab hoc & illo intuente & versante animaduertantur, atq; considerentur? An etiam ipsæ partes non sunt in omnibus corporibus similes & vniusmodi, & ex eo obseruatur deprehenditurque aliud secanti hoc, aliud istud corpus? An est in his æmulatio etiam dissensionis caussa, vno alterum, exquirendo ea, quæ cum fugerint, studente superare, & gestiente exhibere aliquid singulare, & reperire, quod reprehendat? Quæ affectio omnibus in rebus insita est ingenio humano: eoque ista elatio & cupiditas vehementior est, quo animi sunt excelsiores. Laudis enim ac gloriæ auiditas inexhausta est, neque facile satiari potest, in iis qui quacumque in professione, atteque & scientia principatum obtinere volunt. Atque occupata mens hac cura & anxietate, nihil aliud spectat, neque cogitat, quam vt superior sit. Itaque nonnunquam falsa absurdaque defenduntur, & oppugnātur simplicia ac recta, ne cedere vous alteri, aut hoc ille inferior esse videatur. Idque est, quod ait Socrates in Phædone, non esse philosophi, sed litigiosi. Hi enim, inquit, orta disputatione & cōtrouersia de re quapiam, non curant qualis ea res sit, neque quid disputando explicetur: id vero cupide agunt, vt quæ proposuerūt ipsi, illa præsentibus ita se habere videantur. De quo plura nūc dicenda non sunt, ne tam declamitari propositam materiam, quam problema explicari aliquis putet.

I.

Πῶς δύναται ὁ κοιμώμενος περιπατεῖν; τοῦ ὕπνου ἀδυναμίας καὶ ἀκινησίας καὶ οἱονεὶ δεσμοῦ ὄντος τοῦ αἰσθητικοῦ, κατ' Ἀριστοτέλη, καὶ ἠρεμούσης κατὰ τὸν ὕπνον τῆς ψυχῆς περὶ τὴν σωματικὴν κίνησιν. ὡς δ' αὕτως ζητήσει τις αὖ περὶ τοῦ λαλεῖν τοὺς καθεύδοντας· ἀμφότερα γὰρ οὐχ ἁπλῶς φυσικῆς τινός ἐστιν ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ κατὰ προαίρεσιν ἡ ὁρμὴ γίνεται. ὅτι δὲ καὶ βαδίζουσιν ἔνιοι καθεύδοντες καὶ οὐ ῥήματα μόνον ἄττα προφέρουσιν, ἀλλὰ καὶ λόγους ὅλους διέρχονται, τῇ πείρᾳ ἔγνωσται. ἱστόρηται τι γὰρ Θίων ὅτι Θαρσεὺς στωϊκὸς φιλόσοφος κοιμώμενος περιπατήσαι ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ Περικλέους δοῦλος, ἐπὶ τοῦ τέγους ἄκρου. καὶ ὁ Γαληνός φησιν, αὐτὸν σχεδὸν ὅλον στάδιον διελθεῖν κοιμώμενον καὶ ὄναρ ὁρῶντα, πλείστοι τε ὅσοι τῶν ἐν ὕπνῳ φθεγγομένων καὶ διηγουμένων τι καὶ διαλεγομένων ἀκηκόασιν ἤ, κατὰ τὸν Γαληνόν, φήσομεν οὐ γίνεσθαι ταῦτα ἀπροαιρέτως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕπνοις τὴν ψυχικὴν ὁρμὴν ἐνεργεῖν πως εἰναι ἃ μὲν οὖν αὐτὸς ὁ Γαληνὸς περὶ τούτων διερχόμενος ἐξέθηκεν, ἐκεῖνα ἅπαντα ἐστιν. οὐκ ἀνδρὶ ἐλλογίμου καὶ παιδείᾳ διαφέροντος ἐννοήματά τι καὶ ἑρμηνεύματα εἶναι εἰκός. ἀπορήσει δ' αὖ τις ἴσως ἔτι, διὰ τί οὐκ ἄρα πᾶσι συμβαίνει πάθος τοῦτο ὁμοίως ἐπειδὰν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα ἄγηται ἀναρριχώμενοι τοῖς ὑφορῶνται. καὶ ἔνιοι ἀποκρινόμενοι τοῖς ἐρωτῶσι, καὶ ἀπορρίπτοντες καθ' ὕπνους ἐξαγορεύουσιν ἃ καὶ ὕπνουν. εἴποι δ' αὖ ὁ Γαληνὸς τυχόν, ὅτι οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἐγρηγορόσιν ἅπασιν ὅμοιαι καὶ εἰσιν αἱ ὁρμαί, οὐδὲ παραπλήσιοι αἱ προαιρέσεις ἐκεῖ γὰρ αὐτοῦ ἡ σωματικὴ κρᾶσις καὶ τὰ ψυχικὰ πάθη ἐπιάγει. ἀλλ' ὁρῶ ὅτι γὰρ, ἡ ὁρμὴ, ὁμολογουμένη αὖ τὴν τῆς ἐνεργείας αἰτίαν ἄγνοιαν, καὶ ἀπολείπουσιν ἐξάγει.

Laert. Πύῤῥων
περὶ μυθο
ποιήσεως β.

ἰξωσίαν καὶ ἄδειαν τοῦ σκέψασθαι σπουδαιότερον, καὶ κατιδεῖν ἀκριβέστερον ...ὡς καὶ ... φιλῆς καὶ κεχαθύμιον.

III.

QVo pacto potest quispiam inter dormiendum ambulare? quum in somno pars animæ, cui sensus insunt, omnis facultatis & motus sit expers, & somnus quasi huius partis sit vinculū, secundum Aristotelem: atque dum somnus adest, anima ab omni motu corporis quiescat. Similiter etiam quæri potest, qui fiat ꝙ dormientes loquantur, nam vtrumq; non simpliciter a quadam animali efficacitate oritur, sed accedit vis quædam propositi & appetitionis cuiusdam.

Quod vero quidam dormientes ac non verba aliqua proferāt, sed integras etiam orationes, experiendo cognitum est. Memorię autem proditum est, Theonem Tidorea Stoicum Philosophum dormientem in somno deambulasse, & Periclis seruum in summo tecto idē facere solitum esse Et Galenus inquit seipsum dormiendo prope totum confecisse stadium, ac somnium insuper vidisse. Plurimi autem sunt qui audiuerunt nōnullos in somno loqui aut narrare aliquid aut disputare. An respondebimus cum Galeno, hæc omnia non fieri absq; proposito voluntatis, verum in somnis quoq; animalem impetum videri efficacem esse? Quæ igitur ipse Galenus de his disseruit & exposuit, eiusmodi quidem ...lia sunt, qualia celebris viri & præclare eruditi cogitationes & explicationes esse par est. At nihilo tamen minus in dubium quis vocauerit, quam nam igitur ob caussam non omnes pari modo, ...is affici soleant, quum etiam quosdam supra tecta ædium ascendere, nonnullis interrogantibus responsum dedisse, ac non dicē...a etiam prodidisse cognitum sit. Diceret autem forte Galenus, neque in vigilantibus esse omnibus similes & æquales appetitiones, nec eadem voluntatis proposita. Placet enim illi constitutionem & temperamentum corporis sequi animi affectiones. Attamen nos rectius, vt opinor, fatebimur euidentem huius rei caussam nobis esse cognitam, & relinquemus facultatem & copiam ...rpendendi ista diligentius & inspiciēdi accuratius, quibus hoc ...cere libuerit & gratum fuerit.

IV.

QVid sibi vult? quod dici de morosis & iracundis a nostris hominibus solet, non gerere eos synceras nares: seu esse aliquid ...lestum naribus ipsorum. & Theocritus, *Panos*, ait, εἰδύλλ. α.

Semper acrem propter nares considere bilem.

...n Plautinis, (quorum eruditi tamen M. Plautum esse aucto... ...non censent) tamquam adagium memoratur, *Fames & mo...lem in nasum conciunt.* Sane sentiunt omnes, vbi incipit cō- Amphitr.

moueri ira acerbitateque animus, tunc & trepidare labra & nares inflari. Vnde & in Bacchidibus dicitur, *Sufflatus ille huc venit*, de milite irato. An caussam explicat, iracundiæ & commotionis, vnde morositas non abhorret, origo? Sanguine enim feruente & quasi fumos ebulliente, in molestia atque offensione, fit vt irascantur indignenturque homines. Ex illo autem quasi igne ardente, circum cor, exsistere vaporem & sursum ferri, inque capite implicari, & quærere vias per quas erumpat, consentaneum est. In procliui autem sunt foramina narium, quæ ideo tunc inflantur, vicinæque partes afficiuntur, & accedunt ea quæ iratis morosisque solere diximus. Neq; puto esse, cur in aliis, quare ad hunc ista modum fiant, exquirendis, occupari aliquis debere videatur.

B

ΠΩς τὸ ἐλάχιστον κέκληκεν ὁ Ἀριστοτέλης τὸν λογισμὸν καὶ τὴν διάνοιαν; ὅπου περὶ τῶν σχημάτων λέγων, φησὶ τὸ πρότερον ὑπάρχειν δυνάμει ἐν τῷ ἐφεξῆς, οἷον τρίγωνον ἐν τετραγώνῳ· οὕτω δὲ τὸ διανοητικὸν ἔχειν λοιπὰ πάντα μόρια τῆς ψυχῆς, ἢ καὶ αὐτὰς τὰς ψυχὰς πάσας εἶναι, ὡς φανταστικὴν καὶ αἰσθητικὴν καὶ θρεπτικήν. πῶς οὖν χρηστικώτατος ὢν ὁ λογισμὸς καὶ ἡ διάνοια ἐλάχιστον ἐκλήθη; ἢ ἡ διάνοια χρήματι πολυωνυμοτέρα οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τῇ τοῦ σχήματος αὐξήσει; ὥστε τὸ διανοητικὸν οὐκ ἐμπεριγράφεσθαι τὰ λοιπὰ μόρια. τῇ δὲ προσθήκῃ τούτῳ ἐλαχίστῳ ὄντι, γίνεσθαι τὴν ψυχικὴν οἰκείαν σύστασιν βελτίω καὶ τελειοτέραν. ὅτι πρῶτον τὸ τετράγωνον μιᾷ πλευρᾷ διαφέρει τοῦ τριγώνου, ἕτερον εἶδος ὂν· καὶ πεντάγωνον πάλιν τοῦ τετραγώνου, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως τὰ πολυπλευρότερα ἀεὶ ἐλαχίστῃ δ' αὐτοῦ διανοητικοῦ προσθήκῃ κατὰ ταῦτα γίνεσθαι. ὅτι τῶν ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων σχημάτων τὰ πολυγωνότερα πλευρὰς ἔχειν ἀνάγκη βραχυτέρας.

...ον· τοῦ τετραγώνου ἰσοπλεύρου, τὸ β περιέχον ἴσον συσταθὲν κατὰ τὸ ἔσχατον,
...ὁ δεύτερον τῶν στοιχείων. ἡ δὲ ψυχὴ καθόσον ψυχὴ αὐξάνεσθαι δέχεται οὐδέν. κατ' Α-
ριστοτέλη οὐσία γὰρ ὑπάρχουσα. εἴη δ' ἂν ἔτι ἐλάχιστον τὸ διανοητικόν, ὡς
ἰδιαίτατον τοῦ ἀνθρωπείου εἴδους. καὶ ἥκιστα κοινὸν πολλῶν ζώων ὥσπερ τὸ φαν-
ταστικὸν καὶ αἰσθητικόν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ θρεπτικόν, παρὸν ἐκεῖνο καὶ ἐπὶ τὰ φυτά·
τῷ οἴκοι ἐλάχιστον τὸ μόριον τοῦτο. ἐπειδὴ τῇ ἀξίᾳ μέγιστον καθάπερ Ἰσο-
κράτης ἔγραψε· Δημιουργῆσαι μέγιστον ἐν ἐλαχίστῳ, νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου
σώματι. ἢ ἐλάχιστον ὅτι ἄυλόν ἐστι; πᾶσα γὰρ ψυχὴ εἶναι σώματος ἐστι,
κατ' Ἀριστοτέλη, οὐδὲ ὕλη. ἐπεὶ ἐντελέχεια καὶ μορφή. ἀλλὰ δ' ὅμως ἐστι-
κωῦ ἐνσώματος καὶ σύνολον μᾶλλον ἤπερ ἡ λογιστικὴ καὶ διανοητικὴ δύνα-
μις. ἢ τὸ μόριον τοῦτο ἐλάχιστον φαίνεται παραβαλλόμενον πρὸς τὰ λοιπὰ
ψυχικὰ μόρια, ὥσπερ προσεῖναι ἀνάγκη πάντως;

V.

QVomodo Aristoteles rationem & cogitationem nominauit minimum? Dicit enim eo in loco, vbi de figuris agit, priori facultate inesse illi quæ hanc sequitur, vt triangulum quadrato. Ibi vero vis cogitandi, ibi ait esse reliquas partes animæ vniuersas, vt imaginandi, sentiendi, nutriendi. Quo pacto ergo ratio & cogitatio, quæ capacissima est, minimum dicitur? An cogitatio figuræ plurimum partium similis non est, sed incremento potius ipsius figuræ? Vt cogitatione quidem partes reliquæ non comprehendantur, si tamen hæc, quamuis minima sit, illis addatur, animæ veluti constitutionem fieri meliorem & præstantiorem necesse sit. Hoc modo quadratum vno latere superat triangulum

quum alia forma eius sit, & rursum figuræ quinque angulorum quadratum, & deinceps figuræ plurium laterum semper. Ita autem tamquam minimum adiicietur cogitatio, quando figuras æquabiles & æqualium laterum quæcumque plures angulos habent, breuiora latera nãcisci contingit, vt A triangulo æqualium laterum, B quadratum æquale constitutum, secundum vltimum secundi libri elementorum at ima vero, quatenus anima est, nihil in se inæquale admittit: siquidem per se consistens natura seu essentia est. Fuerit præterea pars illa animæ rationis & cogitationis, minimum quiddam, vt maxime conueniens humanę formę, & minime aliarum animantum communis, quemadmodum imaginandi & sentiendi facultas, & his se latius adhuc extendens ad stirpes quoque, alendi; an minima quidem hæc pars mole est, dignitate vero maxima? sicuti Isocrates Demonico scripsit, maximam in minimo esse mentem præclaram in humano corpore. An minimum dicitur, quia potissimũ omni caret materia? Quælibet enim anima, quamquam non corpus est, secundum Aristotelem, neque materia, (nam agitatio & motio illa perennis, ac forma est,) alia tamen quælibet ad corpus propius pertinet & plus materiæ habet, quam ratiocinandi & intelligẽdi anima. An comparatione ad reliquas partes animæ, quas adesse vniuersas necesse est, hæc pars omnium minima recte dicetur?

VI.

Quæ est vera cognitio seu scientia, & quæ res huic obiecta, quodque iter ad ipsam, secundum Platonem? Quæ disputantur de via quadam & ratione institutionis atq; doctrinæ, qui sunt τρόποι γνωστικοὶ καὶ ἀποδεικτικοὶ μέθοδοι, ea nunc prætereuntes relinquemus, tamquam requirẽtia enarrationem exquisitiorem atq; longiorem: Platonis autem disciplinam ac sectam, quod ad eruditionem liberalium artium & cultum animi attinet, libenter sequor: neque videor animaduertisse ingenii vim maiorem, neq; cognouisse alterius facultatem præstantiorem vel cogitandi vel eloquendi. de quo quidem in præsentia satis.

Quod autem proposuimus tale est. Notitia, quam Græci γνῶσιν vocant, generaliorem habet significationem in disputationibus eruditis quam *Scientia*, id est, ἐπιστήμη, Nam & sensuum, quorum efficacitas sine corporis quasi instrumento nulla est, Notitiam quandam esse constat: sed vera, seu veritatis cognitio, id est, ἡ ὄντως ὄντος γνῶσις, Platoni *Scientia* est: & γνωστὸν res huic obiecta, id est τὸ ὄν. Hanc ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi, secundum Ciceronem, grauissimus auctor & magister, ἰδέας vocat: Cicero formam speciemque est interpretatus. Quam meo quidem futili ac leui iudicio, rectius fecisset discipulus illius Aristoteles, si quædam commode explicando, fulcire & stabilire, quam labefactare conuellendo omnia maluisset. Sed iter cognitionis

Oratore.

seu

eu scientiæ veri, secundum Platonem, tale est, expositum ab ipso in epistola septima: *In omnibus, inquit, rebus, quæ scientia compre-hendi solent, tria sunt, quibus ad scientiam peruenitur. Quartum est ipsa scientia. Quintum res quæ cognoscitur & veritas. Primum, Nomen est. Secundum, Oratio de nomine. Tertium, Imago seu exemplum*, ipse εἴδωλον appellat. Itaque quarto loco ad scientiam perueniri ille vult, quæ complectitur iam rem ipsam & cognitionis finem, quod est verum. Quomodo explicuerit hæc ipse, qui volet poterit considerare: sunt enim in promtu, & locus est indicatus. Sed sumamus exemplum nos, quam ipse aliud, in quo hæc contemplemur. Studium enim illustrandi doctrinam vtilem & bonam, non videtur esse improbandum. Ponatur igitur nomen *Poema* seu *Poesis*, (nihil enim necesse est inter hæc discrimen nunc aliquod facere:) quid significet autem nomen hoc, de origine vocabuli scilicet est exquirendum. Ab eo enim verbo ducitur, in quo faciendi inest significatio, vt opus hoc esse quoddam oporteat. Tale igitur indicetur, oratione est definiendum: vt si dicamus, esse *Poema* sapiente & elegante imitatione aliquid exprimens, artis Musicæ concinna numerorum & versuum descriptione cõpositum: qualia sunt Homerica opera, & Virgiliana, & aliorum plurimorum, forma diuersa, genere eadem. Hæc considerans mens, cognitionem quandam & scientiam poematis acquirit: quæ scictia diuersum quiddã est a poemate, quippe in animo cogitationeque consistens, quum illud opus & exaretur, & cantu voceque expediatur. Mens igitur illo processu cognoscit quid *poema* sit, intuens (id quod quintum facit Plato) verum; quæ est ipsa, perfecta & absoluta species poematis: non huius aut illius auctoris carmina versusve, neq; hos aut illos modos, sed vnam eam speciem, quam diximus, perfectam atque absolutam, pulcritudine eximiam, & bonitate præstantem: quæ non describitur neque cantatur, sed mentis tantum vi ac acie percipitur, quæque sui cognatione quadam ad ipsam mentem propius pertinet, cum cetera longius recedant, neque excellentiam istam vicinitate attingant. Hæc autem omnia de humani ingenii captu, quo diuinitus illud est præditum, & præ ceteris animantibus auctum, intelligenda sunt nam diuina veritas & alia res est, & alia ad hanc iter aperitur. Vt autem quidam dixisse fertur, absque sole esset, reliquorum siderum caussa, perpetuam noctem habituras terras, sic vniuersa exposita viribus naturalibus hominum ad comprehendendum veritatem, præ diuina veritate tenebræ sunt atque caligo: cuius, vt sæpe dictum est, in sola atque vnica ecclesia Christi doctrina explicatur, & traditur ac contingit cognitio atque scientia. *Herac. Plut. περὶ τύχης*

VII.

VTrum absurdum existimandũ sic loqui, vt perhibeatur ἀνάγ

συμβεβηκὸς τ̃ ἄνθρωπον. An dici hoc recte, ostēdi videtur posse hoc modo, καὶ τὸ ἔστι συμβαίνειν, συμβεβηκός ἐστιν ἐκείνῳ ᾧ συμβαίνει. τῷ δὲ Σωκράτει συμβαίνει εἶναι ἀνθρώπῳ· ἐστὶν ἄρα συμβεβηκὸς ἄνθρωπος. An quia non dicitur homo esse, συμβεβηκὸς, sed ὅτι συμβαίνει ἄνθρώπῳ εἶναι, de quodam incidente in tali mentione verba rei conuenienter hoc modo fiunt. Sed rursum περὶ ὅτου κατηγορεῖται, τὸ τί εἶναι, περὶ δὲ αὐτὸ καὶ ἡ οὐσία, καὶ περὶ ὅτου τί συμβαίνει καὶ τὸ συμβεβηκός· τῷ δὲ Σωκράτει συμβαίνει εἶναι ἀνθρώπῳ ἐστί· τὸ ἄρα συμβεβηκὸς οὐσία. An contra dicetur, non semper eodem modo hæc verba vsurpari: ἐστὶ γάρ πῃ καὶ λεκτὸν, vt fiat παραλογισμὸς in multiplici & varia significatione. Rursum autem, τῷ Σωκράτει συμβαίνει εἶναι ἀνθρώπῳ· ἐστὶ δὲ ἄνθρωπος εἶδος· τὸ ἄρα εἶδος συμβεβηκός. Rursum, τὸ ἕν, ἄρτιον καὶ περιττόν· προστιθέμενον γὰρ ἄρτιον περιττὸν ποιεῖ, καὶ περιττὸν ἄρτιον· τὸ δὲ ἄρτιον καὶ περιττὸν, ἀριθμός. τὸ ἓν ἄρα ἀριθμός· ὁ δὲ ἀριθμὸς τὸ ἕν, πολλὰ ἂν εἴη· πολλὰ δὲ ὄν, οὐδὲ ἓν ἔτι ἔσται τὸ ἕν. An sunt hi liberales quidē lusus ingenii, neq; inutiles exercitationes iuuentuti: & est hæc ea quam vulgus secundū Platonem, ἄχρηστον ἀδολεσχίαν vocat, quum ignoret absq; tali tamquam itineris peragratione & erratione, id est, ἄνευ ταύτης διεξόδου καὶ πλάνης, non posse ad intelligentiam veri perueniri: quod Plato ait, ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ νοῦν σχεῖν.

Parmen.

Sed modus tamen adhibendus tenendusque est, ne qui labor vtilitatis caussa suscipitur, is detrimentum afferat. Vt autem præstigiarum isti artifices, in nimio interdum studio mirabilium operum perturbantur & hærent, sic dialectica nonnunquam nimia subtilitate se ipsam euertit. Itaq; hanc traditur Carneadem dixisse, similem esse pisci quem Polypum nominant? nam hunc fibras crescendo auctas ipsum arrodere, & illam facultatis suæ copia atque incremento, labefactare suas quoq; exstructiones. Sed & alius quispiam non inscite comparasse helleboro fertur hanc exilem disputandi tenuitatem. Nam illum in valde minutas particulas contritum suffocare haurientes, & hanc λεπτολογίαν animi intelligentiam extinguere.

Στοβ λόγ. π'.

VIII.

EXistimātur animalia bruta & beluæ, nec nō aues atque pisces posse cōmunicare inter se cogitationes & voluntatē suam. quæ si est verū, an illud verū non est hæc prorsus esse ἄλογα, id est rationis expertia? de quo & Plutarchi disputationes exstant. Nā si in illis est cogitandi quedā vis, i. τὸ διανοητικὸν, erit et τὸ λογιστικὸν, i. quidā rationis vsus. Sed quomodo fieri putandū, vt quid velint significare possint? An sono vocis quodam arbitrabimur indicare? an vero gestu? vel etiam vtroque? id quod maxime credibile videtur. probant hæc non ea modo quæ veteres de elephantis, apibus, formicis, delphinis, aliis compluribus tradidere, sed etiam illa notissima tabula passerum Philostratea: & nobis nuper quidam vir diligens in re familiari, & suorum negotiorum bene gerens, quod

vita Apol.

hominum

ominum genus minime vanum esse solere scimus narrauit, se & ulis mercenariis spectātibus tale quiddam accidisse ante Kal. ān anno Domini X L I I I. Emerat ille prædium quoddam rucum sub vrbe, quod dominorum priorum neglectione ruinom renouaturus, narrabat se ex vrbe in agrum venisse, vt quid eret cognosceret. Eo die h treum vetus demol tūri erant fabri, illius loco nouum reponeretur: sed supra vetus, vt aiebat ille, altis annis ciconiæ constructum nidum habuerant. Habetur tem quasi commercium istarum a ium pro fe x ūoato: nam & cubant pro iis locis, in quibus nidos construxerunt, strenue, & nenata deuorant, & præsentire ruinarum atque ignis pericula eduntur. Ne autem paterfamilias vsum habitationis gratuitæ nccvie. ē ipsis grauetur, vbi primum pullos exclusere, vnum ilrum quasi pro mercede locationis in aream deiicere eas, cern est. Non enim faciunt hoc odio erga sobolem suam; quum φιλοστοργότεται, vsque adeo vt pietatis ab his prouerbium nan sit τὸ ἀντιπελαργεῖν. Hoc igitur ille retulit: quum ego, inquit, ūilnas istas aues retinere cuperem, partem eam horrei, in qua lus erat, postremo dirui iussi: Atque ita in noui horrei extiuonem primam imposui nouū etiam nidum ad similitudinem erius compositum, atque etiam, quemadmodum ego censen, commodiorem illo: inque huic, ægre repulsis parentibus, altuli pullos. Quo facto ratus sequuturas aues sobolem suam, io illas cum clangore magno auolantes. Quumque abfuisdiutius horis duabus, reuertuntur cum ingenti turba popuum volucrium, nam plures simul aduentabant, quantum ponus coniectura consequi, quam L X. atque illæ minacibus geus, & clangore sæuo, primum agmine quodam circumuolare um vacuum, ter quaterque inspectantes, & animaduertentes d accidisset. Re comperta, vidimus illas, inquit, non procul inn pratum quoddam se demittere, atque ibi, nam erat locus in spectu, quasi consilium haberent, ita in orbem constitisse, sique sententias rogatæ dicerent, ita clangores & gestus edeost non multum temporis vno omnes impetu reuertuntur, t ante veterem nidum, sic tunc nouum ambiunt atque collu-ā: rursumque in illud pratum se recipiunt, vbi quum non diu stitissent, auolant ceteræ vniuersæ præter duas, quarum pulli t. quæ mox in nouum nidum se conferunt, quum quidem nina prior aliquantulum cunctante mare, fuisset ingressa. ille tum, quemadmodum exposui narrauit. Sed nos ante ecaudiueramus de anseribus, id quod nūc deinceps referemus. um auena, vt fit in Germania, consitum non procul aberat a o quodam, vt ante oculos esset omnium pagum illum præuntrium. itaque animaduersum est anserum vnum cum pare in aruum illud pastus gratia venire. Quumque hoc quidam

vidisset, abactis anseribus rem domino arui indicat, & monet, vt illud diligentius muniat. Accedunt vna postridie, fiuntque eis obuiam anseres duo illi exeuntes vltro ex aruo reuertentesque ad gregem, satis copiosum. Dumque hi in sæpe instaurandā occupantur, cernunt cum duobus illis, qui paulo ante recesserant ducibus, totum gregem accedere, quasi accersitum ad pabulum cōmune. Audiui & hoc; in mari Baltico piscatores habere pisces quosdam tam liares, quos alant accurate, eosque solere ad retia alios pisces allicere, esseque grauem pœnam constitutam in eum, qui familiarem alterius piscem intercepisset. Sed vt hanc disputatiunculam, quemadmodum orsus fui a ciconiis, ita in his desinentem concludam, addam quod ad auctorem refertur, principem quendam virum, quem in tam leui re nominari non decet. Is non fando se cognouisse, sed ipsum vidisse affirmauit, id quod ante audiisset & fabulam esse credidisset; ciconiam fœminam, quæ adulterum haberet, quoties hunc succubuisset, toties pura aqua corpus abluisse, immersum in stagnum vicinum nido suo, ne odoraretur par, flagitium. Quodam tempore celeritate aduenientis patis a lauacro fuisse exclusam: ita deprehenso adulterio, in sublime subuolasse marem, & concitatissimo impetu se in fœminam intulisse, atque illam rostro transfixisse. Est & hoc Germanicis historiarum scriptis memoriæ proditum, anno Christi M.CCC.LV. magnam multitudinem ciconiarum ad oppidum, cui nomen Crucibergum, conuenisse, quæ aduolarent vndiq; biduo considentes supra tecta oppidi & mœnia. postea visam esse totam illam multitudinem se simul conferre vltra fluuium Wertam in pratum quoddam, ibique consistere, ea specie, quæ est exercitus, quum orbis quidam efficitur ad aliquarum rerum cognitionem. paulo post incitatę aues illæ prorumpentes, ex omni numero tres rostris confixas interemerunt, & iis relictis in prato, auolarunt, quarum deinde cadauera a pueris sublata & in oppidum delata fuerunt. Neque ego tamen assero, eam vim rationis & intelligentiæ, quæ est in homine, esse in ceteris quoque animantibus: si enim est oratio interpres cogitationis atq; mentis, quæ natura orationis facultate caret, eam ne mēte quidem præditam esse existimandum. Sed erit tamen in illis quiddam pro captu ingenii & conditione naturæ singularum simile & quodāmodo par: ac tale quidem, vt sine eo ne humanæ quidem rationis & considerationis facultas explicari exercerique posset. Hanc vim animi Aristoteles *φαντασίαν* appellauit, in qua est imaginum quædam & visorum apparitio; & *μνήμην*, quā est memoria: de quibus plura disserendi hic locus non est.

IX.

QVa de caussa materia, in quam nubes quasi incumbunt, vnde cœlestis arcus eminet, suauem habent odorem, & ex eo

cu

; dictæ fuerunt, vt Plutarchus retulit συμποσιακῶν ι v. cap. 11. I-
quidem ἱερὰς sunt: quod nomen iis scilicet imposuere quę af-
ri & tangi ab arcu cœlesti crederent. Videtur autem alicubi fle-
s ille quasi solo insistere & stirpes tangere, quū neutiquam hoc
cidat. Quapropter nostri homines per iocum simpliciores iu-
nt illo loco scrobē effodere, reperturos enim auream patinam
ertam nummis. Sed odorem suauem de radiis Solis in nubes
plicatis exsistere non est dissentaneum: quemadmodum eius-
n luminis calor accedens propius & humorem matutinum de
bibus exprimens quem *rorem* appellamus, dulcedine quadam
ndit herbas, & facit vt pabulum sit pecudibus gratissimum.

X.

Vr fumus ater, carbones nigri, cinis liuidus? Voco autem ad
trum id quod Græci ζοφῶδες, nigrum μέλαν, liuidum πελιδ-
Hæc facile intelligi possunt, si, quæ res singulæ istæ sint, con-
. Fumus autem est scilicet, vapor de materia humida exsistens.
oque hæc est humidior, eo ille exit densior. Quomodo igitur
er esse potest? quam neque penitus niger, neque omnino lu-
us vt esse videatur. Carbo vero, terra est inflammata, id est, vt
Galenus in disputatione de simplicibus medicamentis, γῆ ἐκ-
ωθεῖσα. Itaque consumtum esse tum necesse est quicquid hu-
lum in solo fuit; vt nihil nisi spissum & siccum relinquatur, id
od nigrum esse oportet. Cinerem autem comminuta materia,
uanto, vt ita loquar, nitidiorem facit vehemens ignis feruor,
id in terreno tunc corpore efficit, quod in aereo fumi vapor:
trraria quidem ratione. nam vt ibi aer densior, sic solum his
uius redditur.

ΠΟΝΟΙΑΣ ΗΤΟΥΝ ΑΛΛΗΓΟΡΙΑΣ,
καὶ ποιητικὰ ζητήματα.

*

DECVRIA XI.

I.

Vr Plato in Phędro introducit Socratem improbantem ste-
dium quęrendi, quid fabulæ Poetarum significet, ac vult po-
vnumquemq; seipsum quam illas excutere? An recte hic qui-
reprehendit stolidam quandam curam & ineptam diligen-
eorum, qui inexplicabilia quoque enarrare conarentur, &
cogerentur absurda absurdis plerumque cumulare? No-
utem nonnullam vtilitatem studium illud afferre poterit,
modo futuris magis eruditis, ab hac copia veterum, sed mul-
iam prudentioribus in consideratione inuentionum, col-
ionum, rationum, complexionum, quibus sapientissimi illi

homines vsi fuerunt, ad doctrinam non vulgi, (hoc enim respuit sapientiam,) sed ingeniosorum. quod posteriores imitati, non solum præcepta morum & arcana Naturæ, sed remedia quoque morborum ambagibus verborum implicuerunt; vt Tarsensis Philo antidotum suam, quæ ait se esse scriptam ξυνιοῖσι. Sed ita se hæc habere, vt dixi, & ab aliis & a me alibi disputatum est. Nũc vero ista quasi παρεμμίχθαι visum, quum statuissemus nos quasdam fabularum poeticarum ἀλληγορίας velle exquirere, quarum prima est Iridos. Quid rei igitur, quidque nomine esse dicemus Iridem? An ipse horum nominum fabricator Homerus ostendit nomine hoc significari interpretem? qui Arnæum a iuuētute vocatum, fuisse ait Irum,

ἰδ. σ'. οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιὼν ὅτε κέν τις ἀνώγοι.

A verbo igitur εἴρειν, quod significationem habet *loquendi*, vt Platoni placet, est ἶρις. sicut ἶρος: itemque Ἑρμῆς quasi εἰρέμης, τὸ εἴρειν μησάμενος, vt sit μήστωρ hic λόγου. An est ἀπὸ τοῦ ἰέναι ductum verumque vocabulum? vt tam ἶρος quam ἶρις sint non modo παρασταται & ἀμφίπολοί τινες, sed etiam ἐκπεμπτοὶ & ἀπεσταλμένοι, cuiusmodi nuntios esse oportet. In quo videtur Homerus quasi innuere τρόπον τινὶ ἐτυμολογικῶς, quum ait, βάσκ' ἴθι ἶρι ταχεῖα. & ποδήνεμος ὠκέα ἶρις. & de Iro, ἀπαγγέλλεσκε κιών. Atque de nomine hactenus. Quæ vero est Iris? Arcus illa quidem cœlestis species coloribus promiscuis illustris, de qua multitudinis numero vsus Homerus has Iridas appellat, ἰλ. λ.

Cratylo.

ἅς τε Κρονίων
ἐν νέφεϊ στήριξε τέρας μερόπων ἀνθρώπων.

Vt autem poetæ Solem, Lunam, sidera εἰδωλοποιοῦντες viros faciunt & mulieres, sic Iris his est virgo Thaumantias, id est Thaumantis filia. nam illius arcus specie nihil admirabilius. Hæc ἀλληγορικῶς rumores spargit, estque eadem cum Ossa, quæ inter Græcos feruet ἰλ. β'. ὀτρύνουσ' ἰέναι Διὸς ἄγγελος. Sæpe enim admirabili & incredibili celeritate, quæ facta sunt huc illuc perferuntur. Quemadmodum Herodotus narrat Calliope, parte ad Platæas victoriæ famam in exercitu Græcorum eo ipso die percrebuisse ad Mycalen. quorum locorum interuallum non est minus trecētis milibus passuum & quinquaginta. Eadem & vis quædam intelligi potest occulta, impellens aut reprimens hominum animos. Quæ diuina illa quidem, sed ita admirabilis est, vt ad Thaumanteam sobolem referendam eam esse poetæ existimarint.

II.

QVid significare veteres voluerunt, quum fecerunt Iouis nutrices duas Iden & Adrastian: Iunonis vnam Eubœam: Apollinis duas Alethian & Corythalian: solius Bacchi plures & sine nominibus nymphas? De Ioue quidem aliter etiam scripsit Pausanias; perhiberi ab Arcadibus nutrices illius fuisse tres nymphas, Thysoam

hysloan, Neden & Hagno. Additur Amaltheæ quoque capræ
ber, cuius lac suxerit infans ille: quemadmodum & Callimachus
cit,

ϲὲ δ᾽ ἐκοίμισεν Ἀδρήστεια
λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ· σὺ δ᾽ ἐθήσαο πίονα μαζὸν
αἰγὸς Ἀμαλθείης.

...eades sane locorum quorumdam in sua regione nomina nym-
...arum illarum mentione celebrare voluisse credibile est. Sed de
...a & Adrastia quæramus. An vero nihil magis conuenit Ioui, si-
...hunc æthera esse placeat, seu potentia diuina ista intelligatur,
...am conspectus vniuersorum; & nihil omnium effugere ani-
...aduersionem ipsius posse? quæ vtraq; significatio in his nomi-
...bus perspicue reperitur. Sed Iunoni, quam ἀνθηδρομώπης aerem
...iunt, id quod & repetitione nominis indicari scribitur in Cra-
...o. huic igitur congruit omnino εὔβοια, quod cœli temperatio
...cunditatis in terra potissimum caussa sit, & hac armenta atque
...ges augeantur atque lætentur.
...pollinis autem est propria veritas. siquidem hic Sol est, omnia
...strans: & κορυθάλλα qui vigor & flos iuuentutis intelligi potest
...stantis virtute & robore. Tales sunt & Κορύβαντες & Κύρητες.
...thenæi autem libro IV. legitur Κορυθάλλα epithetum Dianæ,
...us fanum in Laconica fuerit. Bacchi vero τιθῆναι multæ nym-
...e sunt, neque nominantur: vt cogitetur vinum aqua miscen-
...n esse, neq; bibendum ἄκρατον, id est *merum*. Sed quia illę nym-
...e neq; numero neq; nominibus demonstrantur, non oportet
...si mensuram vnam esse miscendi vinum, neque eandem credi
...am & idoneam esse semper: & relinquitur considerandum v-
...tique, quæ permistio, quibus temporibus, locis, hominibus,
...ne adeo generibus vinorum debeatur. Orphei tamen nomine
...nus exstat in Hippan, quam facit Bacchi nutricem. fortasse
...telligatur bene potos efferri atque exsultare animo atq; in-
...io, secundum hoc:

οἶνος τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ.

... etiam hymno auctor ille Λαυκηθίαν vocat θρέπτειραν εὐστεφάνου Ath. β.
...ου.

III.

QVæ est Εἰλείθυια & Λοχεία Ilithyæ nomen Latini quoque v-
surparunt: μογοστόκον Εἰλείθυιαν, Id est *commouentem dolores*
...ων, Homerus appellat ιλ. π'. Sed ιλ. λ'. Sunt μογοστόκοι Εἰλείθυιαι,
Iunonis, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι. Εἰλείθυιαν & Hesiodus Iunonis
...m esse scripsit, sororem Martis & Iuuentæ. An hoc nomen de
...muni hominum sermone vsurparunt? quo solet dici instante
...u, tempus aduenisse: sicut illo appropinquante, incedere ali-
...m propter tempus, seu propinquam tēpori. Hoc tempus est
τελεσφόρον & περιπλομένων ἐνιαυτῶν Homero, id est momētum

conuersionis annuæ, in quod partus incidit. Iunonem autem γαμήλιον fecerunt poetæ, id est, *Pronubam & Lucinam*, huiusque numine iungi nuptias & produci in lucem fœtus. & illis aëris vitalem vsum contingere: vt huius isto etiam sensu recte perhibeantur filiæ Εἰλείθυιαι, adiuuantes iter prodeuntis in lucem fœtus. Nam aliunde vocabulum hoc ducere, quam de verbo ἐλθεῖν, neque consentaneum, & absurdum est: præsertim quum Εἰλείθυια Pindaro sit Ἐλευθώ, quam adduxisse Apollinem ait placidam & benignam, quum parturiret Euadne Neptuni filia, grauida ex Apolline; Olympiorum 6. Et in Orphei Hymno eadem προθυραία. quo & ipso nomine egressum notari verisimile est. Aliquibus placet Εἰλείθυιαν & Λοχείαν esse eandem, nimirum Dianam, quam Græci Ἄρτεμιν vocarunt & fecerunt Deam Lunarem, siue quod aerem scindere videretur, ἀεροτέμιν, seu quod absolueret & perficeret fœtus, & partus conciliaret habet enim integri significationē τὸ ἀρτεμής. Diana autem παρονομαστικῶς videtur a Dia. Λοχείας quidem significatio & caussa nominis est manifesta. laboris in pariendo scilicet, & puerperæ, quæ est λεχώ. Ad Lunam autem hæc omnia pertinere censuerunt, cuius vis & efficacitas in generando & procreando & temporibus pariendi est perspecta & nota omnibus.

IV.

QVa sententia poetæ Venerem de spuma maris ortam esse tradiderunt, & ex eo Ἀφροδίτην nominarunt, quæ est Ἀφρογενὴς & Ἀφρογένεια Hesiodo, itemque Ἀλιγενής, secundum quæ Ouidius fecit,

Her. 4. *...aliqua & mihi gratia ponto est:*
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui.——

secundum Nasonem clypeo Mineruæ est affixum, & addita noctua? Hæc quidem Medusæ pulcerrimos crines sic deformasse perhibetur, (quod & ipsum scripsit Naso) & ad hostium terrorem prætulisse illos angues. Minerua autem virtutis & sapientiæ seu prudentiæ imago esse vult. hac igitur nulla vis formidinem & metum incutere possit maiorem hostibus. At noctua hoc nimirum indicat, nihil esse tam obscurum, quin Sapientiæ seu Prudentiæ acies penetret sicut Noctuæ visus in tenebris est efficax. Vnde & Latinum nomen factum volucri, quum Græco splēdor & nitor significetur fuisse etiam perhibētur, qui Prudentiam, quæ Græcis φρόνησις est, Mineruæ epitheto appellarent γλαυκώπιδα.

Lib. 4. Met.

11.

Telchinum fabula qualis est, & vnde nomen ductum esse credendum? Ita fabula hæc varie & dissentanea expositione narratur, vt vix vlla alia omnium. Sed omnino videtur hac significata esse officinæ leuitas ac futilitas, atque etiam vanitas & improbitas Græci genus hoc hominum βάναυσον καὶ χειρωνακτικὸν vocant: quorum vocabulorum posterius operæ & laboris quasi principatus cuiusdam manuum significationem habet manifestam: sunt enim hi χειροτέχναι. prius ducunt ἀπὸ τοῦ βαῦνος, ὃ σημαίνει τὴν κάμινον ὅθεν καὶ κρίβανον. vt apud Aristoph. ἀχυρῶσιν ὅλους ἐκ κριβάνου φῶς. Vbi enim hordeum torreretur, id [illegible], κρῖ, ἤγουν κριθὴ, κρίβανον, & mutata litera, κλίβανον appellarunt. Hoc nomen genere neutro comicos protulisse perhibetur: Sed indicatur nihilominus & masculini generis vsus. Sunt qui βαῦνον fieri ἐκ τοῦ βαυνοῦ deducant. additur autē id quo ignis ardor demonstratur: nam αὔειν incendere

ttendere est, vt ὅσ[illegible] ἵνα μὴ πόθεν ἄλλοθεν αὔοι proprie igitur erunt Βαναυσοι ii opifices quibus ad opera sua efficienda igne est opus; vt χαλκεῖς, quos interpretatur Fabius *excusores*. Sed ad fabulam re- *Lib.2.* uertamur. Multi in hac vita quæstus sunt non modo illiberales, sed ex iis etiam rebus, vnde materia vitiis prauisque cupiditatibus suppeditatur. Nam & voluptatum & deliciarum artifices esse aliquos scimus Itaque Telchinas quosdam fabula refert fuisse fabros, & auro, argento, ære excudendo operas dedisse: vnde & tres aliqui illos fecerunt, & nominarunt Chrysum, Argyrum, *Εὐσ. ἰλ. ι.* Chalcum: quosdam qui contaminarent vitam [illegible] honestatem labefactarent, & decus euerterent Quin etiam falcem, qua Saturni pater mutilatus sit, horum opus esse perhibent. Nam officina est multorum quæ scelerate & impie fiunt ministra: imo eorum quoque confectio, quibus hominum vita occulta fraude, vt venenorum, perimitur, huc referri potest. Iam fabula & hoc tradit, mutabilem fuisse Telchinum formam. Et opifices in sua quosque arte esse ingeniosos oportet, vt elaborent varia diuersaque noua; si lucrum facere velint: versutos etiam ac callidos, indicando faciendoque mercibus pretium. Eadem fabula ait Telchinas quosdam neque manus habuisse neque pedes: nimirum ostendens ad Reipub. administrationem domi forisque minime esse idoneam officinam. Tribuit fabula quibusdam manus similes anserum pedibus;) Græci στεγανόποδας & πλατυωνύχους vocant,) quo videri possit alicui, multorum inertiam & pigritiam notatam fuisse. Intelligendum autem est, pertinere ad officinæ abusum & corruptelam ea, quæ probrum habeant: nam ab hac pleraque ad vitæ necessaria munera & cultum conducentia communicantur. Est autem & in ipsis artibus prauitas, vnde κακοτεχνίαι quædam dictæ sunt. Est inanitas quoque, vnde ματαιοτεχνίαι, & vtilibus bonisque rebus multi perperam vtuntur & male. Numerarunt aliqui Telchinas nouem: sed Cœcus nominat Actæum, Megalesium, Ormenon, Lycum, Simonem & Niconem: de quibus duobus & prouerbium fertur. Idem ducit nomen ab Echini *asperitate*, vt sit Τελχὶν, quasi Τελειέχινος, id est, *prorsus erinaceus*. Alii ἀπὸ τοῦ θέλγειν maluerunt ἐτυμολογεῖν, vt fallacia præstigiæque *permulcendi* verbo indicentur. Neq abhorret forma nominis ab *absoluto fine*, id est, ἀπὸ τοῦ τέλος ἔχειν, quæ erit nimirum elaborationis & operis expoliti perfectio.

III.

QVi fuerunt Ἀλάστορες & Παλαμναῖοι veteribus, & vnde facta sunt nomina ista? Antiquitas scilicet, vt alia introduxit infesta atque inimica hominibus numina, Ates, Furiarũ, Bellonæ: sic exigentes pœnas scelerum, quibus se aliqui polluissent, Alastoras & Palamnæos dæmonas quosdam fecit. Et coluit Iouem Παλαμναῖον, Veiouẽ scilicet, vltorem violẽtiæ, & parricidii in primis.

Atque ita appellantur omnes societatem huius vitæ labefactantes, & auctores adiutoresq; eorum, quæ calamitatem perniciemque & interitum afferunt: quales sunt violenti, seditiosi, turbatores pacis ac quietis, quorum consiliis aut manibus cædes fiunt, aut capiti fortunisue alicuius periculum creatur: denique facinora committuntur quæcumque nefaria atque immania. Sic est παλαμναῖος in Electra Ægisthus, suasor & socius cædis Agamemnoniæ: & Hyllus Trachiniis indignam rem putat ignem succendere, quo Herculis corpus conflagraret, & se φονέα γενέσθαι ἢ παλαμναῖον πατρός. παλαμναῖος vero an est ἀπὸ τῆς παλάμης? quo vocabulo & manus & artes malæ significantur. An ἀπὸ τῶν παλαιῶν μιασμάτων, id est, *a veterib. odiosis & impiis delictis*, quorum Deus esset ut dexit Plutarchus retulit. Sed Ἀλάστωρ unde? num ἀπὸ τῆς ἄλης, quæ est *fuga, error, trepidatio*? Et Ἄλαστος, *inuisus atque detestandus*: ut Il. χ'.

ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων.

ἕκτορ μή μοι ἄλαστε συνημοσύνας ἀγόρευε.

Notum autem est in exsilium iis quondam fuisse proficiscẽdum, qui hominem trucidassent. Et Aiax Sophocleus pariter iniquos sibi Græcorum proceres, capitales hostes suos ἀλάστορας vocat. Sed dæmonem illum, quem Orphei hymnus appellat,

Ζῆνα μέγαν πολύπλαγκτον, ἀλάστορα, παμβασιλῆα,

an secundum Plutarchum sic appellatum perhibebimus, ὅτι ἐπέξεισιν ἄλησα μιάσματα, id est, *quod persequatur pœnas exsecrandorum factorum, quorum ille non soleat obliuisci*? An nomen factum est ἀπὸ τῶν ἀλῶν, ut Ceco placet, quas ille interpretatur βλάβας, & putat esse Ἀλάστορας, τὰς ἄλας τηροῦντα, id est, *mala & damna merita non negligentem*: vel τοὺς ἄλαις τείροντα, id est, *his affligentem atque cruciantem*. Est autem ista Orci quoque familia, apud Euripidem iurante Medea

Μὰ τοὺς παρ' Ἅιδῃ νερτέρους Ἀλάστορας.

οὓς οὐκ ἔξεστι λαθεῖν, inquit interpres.

Δ

ΤΙ' βούλεται σημαίνειν ἡ μυθολογουμένη μεταμόρφωσις Κάδμου ἐλθόντος εἰς Ἰλλυριούς; φασὶ γὰρ ὅτι Θήβηθεν ἐκεῖσε ἐλθὼν γεγηρακὼς ἤδη, δράκων ἐγένετο, ἢ ὅτι ἐξ Ἑλληνικῶν καὶ πρᾴων τρόπων αὐτόθι μεταπεσὼν εἰς βίον ἄγριον καὶ θηριώδη, τὴν πρότερον χρηστοήθειάν τε καὶ ἐπιείκειαν ἀλλαξάμενος, καὶ γέγονε σκολιὸς καὶ ὀφιώδης; διαφθαρεὶς δηλονότι ἐν ὁμιλίᾳ τοῦ ἔθνους, ὄντος κακοήθους καὶ ἀναιδοῦς, ἅμα καὶ ἀπανθρώπου καὶ φονικοῦ,

βεβαρβαρωθείς τι παρεγκαίων ἐν βαρβάροις.

ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ Κέκροψ λέγεται ἐξ ὄφεως γεγενῆσθαι ἄνθρωπος, διὰ τὸ ἀφεῖναι αὐτὸν τὸ τῆς φύσεως πανοῦργον καὶ ἄπιστον, ἀναλαβεῖν τρόπους χρηστοὺς καὶ πολιτικούς.

IV.

QVid significari existimandum Cadmi in Illyriam venientis fabulosa mutatione? Aiunt enim illum Thebis in ea loca

iam

iam senecta confectum profectum, in Draconem mutatum esse. An quia mores eius Græci, & mansueti in vitam ibi degenerem & feram deflexerunt, quum exuta priore probitate & æquitate, importunus & instar serpentis factus esset? Corruptus nimirum consuetudine gentis illius malitiosæ & impudentis, *factusque barbarus habitans cum Barbaris.* Ita contra perhibetur, Cecropem hominem ex serpente exstitisse, quod relicta Naturæ prauitate ac perfidia bonos & ciuiles mores induisset:

E.

Τίς ἡ Ποσειδῶνος τρίαινα; ἢ σημαίνει ὅτι ἁλιευτικὸς ὁ φορῶν ταύτην; ἢ τὴν διαφορὰν τῶν ὑδάτων παρατίθησιν, ἅπερ ἐστὶ γλυκέα, οἷα τῶν ποταμῶν. ἁλμυρὰ, οἷα τῆς θαλάσσης· μέσα, οἷα τῶν λιμνῶν;

V.

Quis Neptuni tridens putandus? An significat piscatorem esse, qui eum gestet? An aquarum constituitur differētia, quarum alia est dulcis, vt fluuiorum; alia salsa, qualis est marina; & media, qualis paludum:

ς.

Ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Ἄρης, τίνες, καὶ ὅθεν ὀνομάσθησαν; ὅτι μὲν, κατὰ τοὺς ποιητάς, ὁ μὲν θαλασσοκράτωρ, ὁ δὲ πολέμου κῦρος εἴληχε δῆλον. πότερον δ' ἐστὶν ὁ μὲν Ποσειδῶν, ὡς ὁ Πλάτων, ἐμποδιστικὸς τῆς τῶν ὑγρῶν προελεύσεως; ἢ ὅτι πολλῆς ἐμπειρίας ποριστικὴ ἡ θάλασσα, Πολλειδῶν. ἤγουν πολλὰ εἰδὼς εἴη αὐτόθι; ἢ καὶ ὁ σείων ἐστὶ τὴν γῆν, προσκειμένου τοῦ τε π καὶ τοῦ δ; ὁ δ' Ἄρης, ἄῤῥην καὶ ἀνδρεῖος. ἢ σκληρὸς καὶ ἀμετάστροφος, ὃ δὴ Ἄῤῥατον καλεῖται. οὐ ἐστι τοῦτο ἴσως μὲν ἔτυμον, ἴσως δὲ καὶ οὐκί. ὁ δὲ ἄρης ἀπὸ τοῦ ἄρας εἴρηται, ἀπὸ δίκης τῶν κακῶν ὄντος πᾶσι τοῖς συμφορήσασι, τοῦ πολέμου. ἢ ὅτι πόλεμος ἀναιρετικός ἐστιν. ὁ πολεμικὸς ἄρης ἐκ τῆς ἀναιρέσεως καὶ ἄρσεως ἐκλήθη; καὶ ὡς οὐδένα ἄνδρα ἑκὼν κατὰ τὸν Σοφοκλέους Φιλοκτήτην, Κρατύλῳ. Κλημ. ἐν στρωματεῦ.

αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

ἱστόρηται δὲ, ὅτι οἱ Σκύθαι ξίφος μόνον πήξαντες, ἐπέθυον ὡς Ἄρει· καὶ περὶ Σαυροματῶν ἰδίως παραδίδοται, ὅτι ἀκινάκην ἔσεβον θρησκεύοντες. ὁ δὲ Ποσειδῶν, ὑγρά τις οὐσία νοούμενος οὐδαμόθεν δοκεῖ ἤπερ ἐκ τῆς πόσεως, ἤγουν τοῦ ὑγροῦ, ὀνομασθῆναι ποιητικῶς. εἶναι γὰρ οὐ πότιμον ὕδωρ τὸ θαλάσσιον, ἡ μέντοι συῤῥοὴ ἐκείνη τοῦ ὑγροῦ. καὶ τῶν ποτίμων ὑδάτων συνεκτικὸν αἴτιον ἐνομίσθη, διὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ λοιπὰ ὕδατα ἐκ θαλάσσης οἱονεὶ διηθούμενα. ἀλλὰ καὶ οἱ ὑετοὶ πότιμοι ὄντες, ὥσπερ ἀνάμματα ἐκεῖθεν ἔχειν πιστεύονται. Εὐστάθ. ἰλ. ε.

VI.

Quis est Ποσειδῶν & quis Ἄρης, ac vnde hæc nomina illis imposita arbitrandum? Hunc autem belli principatum obtinere, illum esse maris dominum, secundum Poetas, manifestū est. Verum itaque Ποσειδῶν est, quemadmodum Plato existimat, quod ἐμποδιστικὸς sit, hoc est, *impediat humidorum progressum?* An quia in mari multarum rerum consequimur vsum, πολλειδῶν id est *multa videns* hic esse poterit? An etiam ὁ σείων τὴν γῆν, quod *terram commoueat*, adiectis literis π & δ; ἄρης autem est *ἄῤῥην & virilis*,

aut durus & haud flexibilis, quod ἄῤῥαβον vocatur. An hæ origines consentaneæ forte sunt, & fortasse non sunt? nam ἄρης dicitur ab nomine ἀρᾶς, quoniam bellum apud omnes prudẽtes, sit malum maximo odio dignum. An quia bellum multos e medio aufert, bellicosus ille ἄρης ἐκ τῦ αἰαιρέσεως καὶ ἄρσεως nomen accepit? Etsi hic volens & sciens virum, secundum Sophocleum Philoctetem, malum nullum tollit, sed semper bonos. Narratur autem Scythas tantum ense defixo, huic quasi Marti sacrificare. Ac de Sauromatis pręcipue traditum est, eos Acinacem colere & venerari. Ποσειδῶν vero quum intelligatur natura quędam humida, nulla ex re alia quam πόσεως, id est humore, nomen adeptus videtur. Etiamsi marina aqua non bibatur, confluxus tamen quidam humidi, & cõtinens caussa aquarum quæ bibi solent putatur, quod fluuii & reliquæ aquę veluti per mare percolentur, atque etiam pluuię, quas bibere possumus, inde credantur pendere.

VII.

QVare Vulcanus, qui & Mulciber Græcis ἥφαιστος est, perhibetur claudus natus? & a Ioue in Lemnum insulam præcipitatus de cœlo? Et coniungitur illi Venus atque Aglaia? An Vulcanum fecerunt duplicem poetæ, vnum fabricatorem domiciliorum, quę ceteri dii haberent; qui erit scilicet ętherius, neque claudus, neque in Lemno faber: Alterum quasi terrenum vel etiam aerium: quem ἀλληγορῶν ignem vrentem siue in cœlo seu terra ardeat, longe ab integritate ignis ætherei remotum. Hic deiicitur in terram, & est filius Iunonis. Quia nubibus fulmen concipitur, & inde erumpit emicans. quod in terris materia incensa, vsum ignis demonstrasse hominibus quidam fuere suspicati. Hinc igitur commentum claudicationis natum; quia vt claudi innitũtur in scipione aut bacillo, ita sine ligni, vel quod instar huius sit, nutrimento ignis in terris exstinguitur; in cœlis autem aut sub terra flagrans, nihilominus materiam habet aliquam, qua alitur. In Lemno autem fouetur. Nam ibi fuisse ardentia loca aliquando, traditur, & Lemnios fabros. Nam officinam Vulcani collocarunt in freto Siculo. & insula, cui nomen Vulcania. Quod autem ad coniugium attinet, siue intelligatur illæ fabricæ ætheriæ Vulcanus, seu vis vrentis ignis, consentaneum est Aglaian & Venerem ei coniungi. Nam pulcritudine cœli ornati siderum varia specie, secundum Proclum, nihil esse possit splendidius; neq, luculentius. & est certe hæc summa maximæque aspectabilis venustas. In terra autem quum officinæ præcipua sint opera ea, quæ igne elaborantur, quid recte effici, aut artifici aliisue vtilitatem conciliare possit, sine nitore quodam elegantiæ & quasi illecebra formæ lepidę & veluti arridentis? fuere qui claudicationem Vulcani *ignipotentis*, secũdum Maronem, ad ignis coruscas vibrantesq; & nusquam rectas, sed contortas semper flammas referrent. quæ nec ipsa cõiectura esse futilis omnino videtur.

Εὐςαθ. Ἰλ. α.

Æneid. 8.

In Timæo.

Seruius in 8.

Quare

VIII.

QVare Delphici Apollinis tripodem proprium esse voluerũt, quæ est Latinis cortina? Hoc oraculum in honore maximo & veneratione summa olim fuit apud omnes vbique gentium & locorum: quemadmodum Ennius ipsum de se dicentem Apollinem introduxit Cicerone indicante, eum esse se, *De orat. I.*

Vnde populi & reges omnes consilium expetant,
Suarum rerum incerti: quos ego mea ope ex
Incertis certos compotesque consilii
Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas.

An quia in numeris præcipua vis Trium esse, & quædam arcanæ rationis singularis efficacitas creditur? In primis autem stabile & firmum quiddam hic numerus indicare vult: quia omnium prima figura, quæ τρίγωνος, id est, *triquetra* est, lineis tribus clauditur. Tria igitur aliquid concludunt atque definiunt: & quæcumque progrediantur longius, ea ad tria redigi solent, & ita insistitur: quum in omni figura multorum laterum vis & potestas triquetræ insit. Quod si vltra triquetram retro abire aliquis velit, dissipari id quod compositum perfectumque fuerat, necesse est. Nam vno latere de figura triquetra sublato, nihil nisi indefiniti anguli spatium relinquitur: & altero etiam detracto, solius longitudinis designatio, quæ cogitari magis quam exhiberi potest. Angulum autem solum, quid vetet comprimendo aut diducendo variari? An quia tripus etiam est bacchicus crater, quo vinum miscere olim solebant? ἄπυρος ille quidem τρίπους. Et Apollinis vera esse responsa præ ceteris creditum fuit: vnde & prouerbium natum, vt vera loquẽtes dicantur ἐκ τρίποδος λέγειν. vinum autem & ipsum est ἀληθεύλογον, id est, *in caussa vt veritas proferatur*; secũdum prouerbium quo Theocritus est vsus, *Ath. lib. 2.*

οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται καὶ ἀλάθεια:

& Horatius scribens Lolio, præcipit vt tegat commissum,

- & vino tortus, & ira.

& secundum Callimachi versum, vinum ἔχει χαχρυμμένα φαίνει θυοσόεν. Latini etiam Dionysum, quod vini numen fecerunt Græci, Liberum appellarunt, quod ex animo & libere ea quæ quisq; sentit, bene potus proferat. Ac secundum hæc, Græci nominis originem, etsi fortasse audacius, facere tamen possit aliquis, quod manifeste conuertatur veluti curriculum eorum, qui *potu madide madent*, vt ait Plautus, id est, quod meta, quæ est νύσσα, quasi sub dio sit. Sunt qui Tripodem Delphicum ad tria tempora pertinere putent, de quibus oracula peti & edi solerent, præsens, præteritum & futurum. *Pseudolo.*

IX.

QVid indicari putandum Homerico Oceano, & aurea catena, & duabus incudibus, & certamine ac prælio Deorũ? An

id quod mini me dubium videtur, his fabulis potissimum significata est Mundi quædam forma & partium illius dispositio, & siderum naturæ ac vires? De quibus breuiter disseremus, aliis omnibus, quæ passim memorantur, omissis. Atque Oceanus Homero omnino is est circulus, quem *finitorem* Latini, ὁρίζοντα Græci vocarunt. vnde est hoc factum.

ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
ἕλκων νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

& Ιλ. ι. dicitur, eminuisse ignem ardentem de galea Diomedis similem autumnali sideri, quod lotum oceano splendide exoriretur. Eritque nominis ἔτυμον, ὅτι ὠκέως αὐτῷ γίνεται τὸ ἐπιπτώμενον. Hæc nostra sententia videtur Homericæ consonare: quamuis me non fugiat Oceani aliam significationem exponi ab Aristotele. Illa vero σειρὴ χρυσείη Ιλ. θ', quid aliud sit quam διάκοσμος vniuersi mundi, & coagmentatio atque compactio orbium cœlestium, intra vim ætheriam Iouis, ὃν κράτος ἐστὶ μέγιστον; Quæ nititur illa quidem suis moribus contra, sed nihilominus ita conuertitur quasi deuincta περὶ ῥίον οὐλύμποιο, vt Iouis agitatio & ductus neutiquam impediatur aut retardetur, vtque etiam ipsa tellus circumfusa aquis in aere pendeat. In medio quidem infra hanc, vt sit Τάρταρος

τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Vnde & puncti instar terram obtinere ostenditur. Iam Iuno certe est poetis quasi ὕλη, id est *materia* Mundi, sicut vis gubernans & continens Iupiter. Hæc igitur duobus verticibus quasi affixa hærent, qui sunt nimirum ἄκμονες δύο pedum Iunonis. Non enim deteruntur ἢ κάμνουσιν illi in perpetua cœli conuersione: sicut & Atlas distinens cœlum & solum columnis suis, intelligitur Axis, quem nullum pondus defatiget, sed Dii, id est sidera accurrunt, &
ιλ.ξ'. volunt Iunonem exsoluere; quos Iupiter proiicit viribus eos deficientibus; quo ortus & obitus siderum significari credibile est. I-
ιλ.θ'. dem Iupiter reuocat excurrentem Iunonem & Mineruam. Mineruam autem accipiemus applicationem cœlestium affectionum & fatalium euentuum gubernationem, qua nihil vel sagacius, vel potentius esse possit: sed siderum progressio retorquetur interdum, quum quasi retuadi videtur, & cohiberi significationes, quæ ἀποπληστικὰ a Græcis dicuntur. Sed certamen Deorum quid sibi velle dicemus Ιλ. φ? An non modo Empedoclea contentio, (ipse νεῖκος vocauit) sed contrariæ illæ sunt siderum naturæ vires, significationes, effectus? Atque Mineruæ sidus credo τῶν ἀπλανῶν aliquod accipi quoque posse, quorum potestatem magnam & efficientiam esse præsentem Astrologi censent Ægyptii autem perhibentur duodecim in cœlo signa appellasse Θεοὺς βουλαίους, quasi *consilii principes*; quinq; autem stellas & duo lumina, quos πλανήτας vocāt ῥαβδοφόρους, tamquam *assectas*. Hi igitur congressus sunt inimi-

inimicorum συσχηματισμῶν, vt τὸ κατὰ διάμετρον, qui est siderum e regione contrariorum, & τετραγώνως, quando inter illa latus quadratæ figuræ interiectum medium facit, vt radii ad normam in terræ intimo puncto, quod κέντρον dicitur, coniungantur, quamuis & de ceteris intelligi ille conflictus posse videatur; vt de eo cuius latus est æquale ductæ lineæ e centro circuli, & figuræ angulorum sex descriptę in circulo, & ex eo radii concurrentes angulum efficiunt, quo sesqui maior est ille de interuallo quadrati lateris, itemque de reliquo, qui est τρίγωνος: quando latera interpositi spatii inter sidera describunt figuram triquetram, & concursus radiorum angulum habet maiorem quadrato parte tertia, id est ἐπίτριτον. Eandem autem partem signiferi peragrantes, vniuersos radios miscent, quod tum corpora ipsorum iungantur. At enim aliqui Dii manus nolunt conserere, vt Apollo & Neptunus συσχηματισμοὶ enim, id est, *figura quibus volutis committuntur radii*, ἀναποδισμῷ τῷ, id est, *insistendo & recedendo* sæpe non solent perfici: & ita vitatur congressus, quemadmodum & in diuersas partes extra signiferum declinatione. Postquam vero vel coniuncta siderum corpora, vel consentanea dispositione collocata, significationes effectusue, quæ sunt, vt dictum est, ἀποτελέσματα absoluerunt, non mutantur euentus secundum Euripidis sententiam conuersam a Nalone,

-neque enim licet irrita cuiquam 3. Metam.
Facta Dei fecisse Deo.

Euripides autem in Hippolyto sic.

θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος
οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμίᾳ
τῇ τοῦ θέλοντος·

Et in Seruii commentationibus legitur, eos retardare fata, non penitus tollere. Et alibi ait traditum esse x. annis fata differri posse. Hæc siue ad istum modum de poetę consideratione facta sunt seu non sunt, neq; illiberalem habere meditationem, neq; expositio nostra omnino esse subtilis videtur.

X.

QVid est, *vt de symbolis essemus?* vtrum ἀπὸ συμβολῶν, vt sit hic quasi ἔρανος, & epulæ Hesiodeæ ἐκ κοινοῦ, hoc tantum discrimine, quod hæc publica, illa priuata conuiuia fuerint. Docent autem Grammatici συμβολὴν id esse, quod pro sua parte quisque ad communes dapes confert, vnde ἀσύμβολος, *qui nihil soluit*. vt Phormio, *Tene asymbolum venire lautum atque vnctum e balneis?*

& Epidicus Plauti *Parata iam sunt scapulis symbola.* & Menandri versus refertur in 6. ab Athenæo,

> Μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀχρεώμενος.

& Libro VIII. παραθεὶς τοὺς ἰχθῦς τοῖς τὰς συμβολὰς δεδωκόσι. Lucianus, πρώην οὐκ ἔχοντα αὐτῷ καταβαλεῖν συμβολὴν, τὸ δακτύλιον δέδωκας. & Hermotimo, ἔλαβεν αὐτοῦ ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντα τὴν κύλικα, ὡς ἔχοι συμβολὰς οἶμαι καταβαλεῖν. *reprehenderat ipsum in sinu efferentem vasculum, ut esset unde symbolas conferret.* An non igitur symbola illa dicemus, quasi signa futurorum conuiuarum, & pignora solutionis?

Constat autem σύμβολον significare *notam & signum*, & quam *tesseram* vocarunt. Medea: ξείνοις τε πέμπειν ξύμβολ' οἳ δράσουσί σ' εὖ. hæc erit nota atque tessera hospitalis. Et sunt συμβολα *ea quæ coniectura explicari solent*: vt Pythagorica dicta: & scriptura Ægyptiaca συμβολικὴ, quæ erat & literarum & picturæ variæ; vt in stromateo Clementis VI. legitur. Sunt & in masculino genere vsi nomine; vt Æschylus Prometheo,

> κληδόνας τε δυσκρίτους
> ἐγνώρισ' αὐτοῖς, ἐνοδίους τε συμβόλους.

Qua forma & Plautus in Bacchidibus symbolum & syngraphum dixit in Asinaria & Captiuis.

DECVRIA IV.

I.

Qvo casu positum esse dicendum, *Musæ* in hoc versu,

> *Ab Ioue principium Musæ,-*

An est vocandi casus, compellante poeta numina, quorum opem implorat; vt sit,

> *Ducamus principium, o Musæ, ab Ioue.*

secundum Aratum. ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. vel Theocriti Ptolemæum,

> ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε μοῖσαι.

An est potius genitiuus, quemadmodum videtur Cicero Aratum esse interpretatus,

> *Ab Ioue Musarum primordia.-*

De legib. I. Et secundum hæc:

> *A Ioue principium generis.-*

II.

Helenam Νεμέσεως filiam, qua consideratione ab aliquibus factam putandum? quum plerique sororem geminorum Castorum natam Leda perhibuerint? Exponit autem Athenæus libro 8. versus auctoris carminum Cypriorum, quod opus, fuere qui Homeri esse vellent: sed eos refellit Herodotus Euterpa: quidam Stasinum composuisse illa; quidam alium quempiam Cyprium tradiderunt. Sed quicumque is auctor fuit, versus hos ipsius Athenæus retulit:

τοῖς δὲ μέτα τριτάτην Ἑλένην τίκε θαῦμα βροτοῖσι
τὴν ποτε καλλίκομος Νέμεσις, φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ θεῶν βασιλῆι, τέκεν κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
φεῦγε γὰρ οὐδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητι
πατρὶ Διὶ Κρονίωνι· ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ
καὶ νεμέσει κατὰ γῆν δὲ, καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ
φεῦγε· Ζεὺς δ' ἐδίωκε, λαβεῖν δ' ἐλιλαίετο θυμῷ,
ἄλλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἰχθύι εἰδομένη πόντον πολὺν ἐξορόθυνεν,
ἄλλοτ' ἀν' ὠκεανὸν ποταμὸν καὶ πείρατα γαίης,
ἄλλοτ' ἀν' ἤπειρον πολυβώλακα· γίνετο δ' αἰεὶ
θηρί', ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει, ὄφρα φύγοι νιν.

Ouo autem genitam Helenam scripserunt, quod postquam se in varias diuersarum animantium species vertisset Nemesis, tādem in volucrem mutata a Ioue fuisset compressa. Hoc enarrans Clearchus, eodem Athenæo indicante lib.2. scripsit Helenam, quum educaretur in superiore conclaui ædium, quæ Græci ᾠὰ & ὑπερῷα appellant, in opinionem venisse, quod ouo esset procreata. Sed ad Nemesin reuertamur. An hoc fabula significare vult, Helenam quum nec pudori nec pudicitiæ pepercisset, in reprehensionem omnium iustam incurrisse? Nam & paulo ante expositorum versuum auctor, coniunxit αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Et has simul terras reliquisse Hesiodus ait, ostendens corruptis moribus & penitus deprauata vita, neque pudere quicquam, neque reprehendi improba & mala facinora. Est & νέμεσις ad impietatem & scelera hominum, diuini numinis respectus: vt Catullo,

Ne pœnas Nemesis reposcat a te.
Est grauis Dea. lædere hanc caueto.

Et Proclus Hesiodea explicans celebrari dicit τὴν αἰδῶ vt φύλακα θεῖον, & τὴν νέμεσιν, vt ἄγγελον δίκης. Demonstratur igitur & calamitas secuta raptum Helenæ, tanquam pœna adulterii ac violati hospitii.

III.

QVid est, quod Maro fecit, *noctu syluas & maria quiescere?* quum sæuissimæ tempestates nocturnæ esse soleant. Sic enim ille in IV.

Syluæq; & sæua quierant
Æquora, quum medio voluuntur sidera lapsu.

An quod Seruius de animalibus memorat, aut nihil est, aut nimis curiose exquisitum: neq. poeta semper esse dicit tranquillas noctes, sed tunc illam fuisse, & medium quidem tempus ipsius. Tradunt autem Astrologi plerumque solere tempestatem mutari, medio diei & noctis tempore.

IV.

QVid Atrei & Thyestæ fabula significatum esse credendum?

An historia illa est, fictis narrationibus permista? Atrei enim fuerunt filii Atridæ, vel duo, vel gemini fratres Agamemnon & Menelaus. etsi de his quoque alii aliter; quæ modo exquirenda non sunt. Thyestæ autem fuisse traditur Ægisthus, vnde & Thyestiades hic est ἀδελφιδοῦς. De regno igitur verisimile est, natam inter fratres fuisse contentionem. (Sunt autem arctissime coniunctorum dissensiones atrocissimæ: id quod & Eteoclis ac Polynicis odia conflictusque demonstrant. & hoc nimirum aurei arietis seu agni imagine indicarunt poetæ. Nam priscæ opes fuerunt pecudes, id est, armenta atque greges: & auro nihil pretiosius est.) Regnum igitur Pelopis pulcerrimum & potétissimum Atreo relictum tradito sceptro, secundum Homerum,

πολλῇσιν νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν.

quum vi occupare non posset frater Thyestes, fraude scilicet appetiuit. quod innuitur adulterio coniugis Atrei & furto arietis aurei. Narrant autem disceptantibus de regno fratribus placuisse iudices capi, quibus qui prior exhibuisset ostendissetve mirabile & prodigiosum quippiam, ei regnum vt adiudicaretur. Accidit tum vt in grege Atrei appareret aries cũ vellere aureo. Hoc igitur vt nouum & singulare, quum Atreus esset exhibiturus, cognita re ex Aeropa fratris vxore, cuius erat adulter, Thyestes, illius opera potitus fuit ariete, eoque exhibito adeptus regnum. id tam graui atque iniquo animo tulit Atreus, vt ira atque dolore fureret. Itaque primum vxorem in mare abiectam

ἀφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν,

quemadmodum ait Teucer Sophocleus: fratri autem Thyestæ, simulata recõciliatione gratiæ, filios epulandos apposuit: & postea ipsum quoq; obtruncauit. eam ob rem sol in contrariam partem cursum mutauit, de quo Euripides Oreste, ὅθεν ἔρις τὸ πτερωτὸν ἡλίου μετέβαλεν ἅρμα, τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον οὐρανοῦ προσαρμόζουσα μονόπωλον εἰς ἀῶ, ἑπταπόρου τε δρόμημα Πλειάδος εἰς ὁδὸν ἄλλαν Ζεὺς μεταβάλλει. Huius mutati cursus mentionem fecit Plato in Politico. Sed nos fabulæ quasi iter exsequamur. Hac igitur fuga solis καθ' ὑπερβολὴν scilicet immanitas nefarii facinoris iudicata fuit, quod sol aspicere non posset; id est, quod omnem sæuitiam & crudelitatem superaret, sicut meliorem fœminam solem videre, negat Plautina muliercula, quam fuerit mater sua; sentiens optimam & probatissimam fuisse. Seruius refert Atreum primum prædixisse futuram ἔκλειψιν solis, id est, fore vt sol obscuraretur & effugeret conspectum hominum: cui inuidens frater, re euentu comprobata, ex vrbe, inquit Seruius, discessit. Athenæus, auctore Heracleota Herodoto, tradidit libro VI aureum illum arietem ob quem solis lumen absconditum fuerit, & euersi reges, & tanta commota tragœdia, argenteam phialam seu pateram fuisse, in cuius medio esset sigillum aureoli agni. Quod nimis leue esse & audacter

Sticho.
Æn. I.

audacter confictum videtur, tantas inimicitias & capitalia odia suscepta, & dira facinora facta esse propter pateram. Alii demonstrasse putant, Atreum diuersas atque contrarias esse solis & cœli vias. Quumque ab ortu ad occasum, seu spectantibus Aquilonem a dextra sinistram versus conuertatur cœlum, Solem suo itinere contra niti ab occasu ad ortum, seu a sinistra ad dextram.

V.

QVis erat Περικιόνιος Deus Thebis Bœotiis? An communior hæc est appellatio Liberi, vt ex hymno Orphei intelligi potest, quem sic orditur,

κικλήσκω Βάκχον περικιόνιον.

Tradunt autem fabulæ sic esse Liberum appellatum, quod hedera circum columnam nata implicatus fuerit. Quum enim Semele a Ioue compressa, iam partu edito orasset Iouem, vt cum fulmine accedens se consuesceret, eo impetrato, Regia tota aduentu illius arsit: tunc sua sponte hedera fertur exstitisse & comprehendisse columnam, & infantem texisse, ne ab igne læderetur. alii territa Semela abortu fuisse tradūt eiectum fœtum immaturum: alii, ipsa exstincta, a Ioue ereptum; quos Naso sequutus hæc fecit lib. 3.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioque tener, si credere dignum est,
Insuitur femori, maternaque tempora complet.

Sed de hedera consentiunt, complexam hanc columnas frondibus suis, infantem protexisse. Hinc in Phœnissis Euripides, *Βρόμιον ἔνθα τέκε ματὴρ Διὸς γάμοισι κισσὸς ὃν περιστεφὴς, ἑλικτὸς, εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροισιν ἔρνεσι κατασκιοῖσιν ὀλβίσας, ἐνώτισε.*

Clemens Alexandrinus aliter de hac fabula verba fecit *στρωματεῖ α*: atque columnam illam Dionysiacam significare vult, *τὸ τοῦ θεοῦ ἀνεικόνιστον*, id est, priscos ostendere voluisse, ***nullum Dei simulacrum effingi posse.*** & oraculo quodam memorat,

στῦλος Θηβαίοισι Διώνυσος πολυγηθής.

Quod tamen sic accipi etiam possit, vt numen Liberi id esse dicatur, quo niti fretaque esse debeat ciuitas Thebana, vt Iphigenia Taurica,

στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

Sed Clemens ex Euripidis Antiopa etiam refert versum, quo Liberi manifeste columna indicatur,

κομῶντα κισσῷ στῦλον Εὐίου θεοῦ:

atque addit Clemens; priusquam figuras & habitus certos plane scirent simulacris effingere, tunc priscos, vel, secundum Ennium, cascos, erexisse columnas, & eas ornasse, atque religiose esse veneratos tamquam sedes diuinas. Et exponit versus cuiusdam qui composuit Phoronida, (hunc enim ille titulum fecit poemati,) hos:

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Quinetiam poematos, cui nomen Europia, auctorem narrasse docet fuisse simulacrum Apollinis Delphici, columnam his versibus,

ὄφρα θεῷ δεκάτην, ἀκροθίνιά τε κρεμάσαντες
σταθμῶν ἐκ ζαθέων, καὶ κίονος ὑψηλοῖο.

In prioribus autem versibus nominatur Callithoe, quæ fuerit clauigera, id est æditima Iunonis Argiuæ, & corollis atque fimbriis ornauerit ædem columnatam & amplam illius. dixit enim ille poeta certe περικίονα τὸν περίστυλον. in posterioribus, suspendi vultis, qui pronuntiat decimarum primitias de sacrarum ædium columna. Vt sane ad columnam, quæ pro simulacro esset, haud sciam, an ista detorta potius, quam ex sententia auctorum accommodata esse videantur. Fecit idem hoc Clemens alibi quoque, vt sine caussa, meo quidem iudicio, diuina humanis misceret. Sed ista ad præsentem quæstionem non pertinent. In hymno Orphæi hederæ columnam vinculo suo circumdantis, vnde περικιόνιε nomen factum, significatio indicatur, nodi cuiusdam vniuersitatis rerum. Sic enim ibi,

- ὁ δ' αὐίδραμε δεσμὸς ἁπάντων.

ς.

ΟΤι μὲν Βάκχος ὁ Διόνυσος ἀπὸ τῆς θορυβώδους βακχείας, ὥσπερ ἴακχος ἀπὸ τοῦ ἰάζειν ἢ ἰάχειν, ἐπωνομάσθη, οὐκ ἀπᾴδειν δοκεῖ σοι τῆς ἀληθείας. πόθεν δὲ καὶ διὰ τί Βρόμιος; ἢ ἀπὸ τοῦ βρόμου ὃν τῇ ζέσει ποιεῖ παφλάζων ὁ οἶνος; ἢ διὰ τὰς τῶν μεθυόντων κραυγάς, καθάπερ Ἐριβρεμέτης, οὕτω καὶ Βρόμιος καὶ Ἐρίβρομος; τὸ γὰρ ἐλελεῦ, δῆλον ὅτι ἐνδείκνυσι τὸ ἐκφέρειν τῶν τοῦ δαίμονος ὀργιαστῶν ὁρμαίως καὶ ἀπὸ τῶν ἐνθουσιαστικῶν ἐπιφωνημάτων παρῆκται τὸ τοῦ Εὐίου ὄνομα. ἐκλήθη δὲ καὶ Εἰραφιώτης ἢ ὅτι ἔαρι φαίνεται ὁ οἶνος; οὐκ εἰ καὶ παρ' Εὐβούλῳ, ὡς ὁ Δειπνοσοφιστὴς ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐξέθηκεν, οὐκ εἶναί φησιν ὁ Διόνυσος ἑαυτοῦ τὸν τέταρτον κρατῆρα ἀλλ' ὕβρεως, τὸν δὲ πέμπτον, βοῆς. ἢ παρὰ τὸ ἐρράφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός, κατὰ τὸν μῦθον; Μηρὸς δὲ ἦν, ὥς φασιν, ὄρος Ἰνδικόν, ὅθεν Μηρορραφὴς ὁ Διόνυσος. ἢ ἀπὸ τοῦ εἴρειν, τοῦ λέγειν, ὡς ἀφειδοῦς ὄντος αὐτοῦ τῆς πολυλογίας; ὁ γὰρ οἶνος, ἤγουν ὁ μεθύων

καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον·

ὥσπερ καὶ τὴν Ἐρεσιώνην οὐχ ἧττον οἶμαι αὐτοὺς ὀνομάσαι ἀπὸ τοῦ εἴρειν καὶ λέγειν τοὺς ᾄδοντας καὶ περιφέροντας ἐκείνην παῖδας, ἢ παρὰ τὰ ἔρια. ἀλλὰ διὰ τί Σαβάζιος προσηγορεύθη; ἢ ὅτι τῇ Φρυγίᾳ διαλέκτῳ τοὺς Βάκχους δηλοῦσιν οἱ Σάβοι· ἦσαν δὲ ἔθνος Ἰνδικὸν καὶ Ἀραβικὸν οἱ Σάβαι, οἱ δὲ Σαβοί, Θρακικόν. ὁ δὲ ὡς Ὀρφέως φερόμενος ὕμνος, τὸν Σαβάζιον ποιεῖ Κρόνου υἱόν, φησὶ δὲ εἶναι ἐκεῖνον,

ὃς Βάκχον Διόνυσον, Ἐρίβρομον, Εἰραφιώτην
Μηρῷ ἐγκατέρραψεν –

Διόδωρος δ' ἐν τῇ δ'. Σαβάζιον, [illegible] Διόνυσον τοῦ Διὸς καὶ Περσεφόνης

γεγονέ

γυιάζει φησίν. Ὀρθὸς δ' ἐκλήθη διὰ τὴν ὀρθὴν, τουτέστιν ἀκριβῆ καὶ ἁρμόζουσαν χρῆσιν τοῦ οἴνου, μὴ ἀκράτου ἀλλὰ κεκραμένου. ὁ δὲ Λυαῖος ἢ οὐ μόνον ὁ λύων καὶ σκεδάζων ἐπὶ τὰς μερίμνας καὶ φροντίδας, οὐδὲ λυσιμελὴς τῇ δηλουμένῃ ἀκρατοποσίᾳ καὶ μέθῃ, ὄντων μὲν τοι ἀληθῶν καὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν νόσων λυτικὸς τῇ εὐκράσει καὶ συμμέτρῳ τοῦ οἴνου πόσει· ὅθεν καὶ ἡ Πυθία λέγεται τοῖς αἰτοῦσι, Διόνυσον Ὑγιάτην καλεῖν· καὶ φέρεται χρησμὸς, ἰατρὸν ὀνομάζων τὸν Διόνυσον, ἐν τούτοις. Athen.

Εἴκοσι τὰς περὶ κυνὸς, καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα,
οἴκῳ ἐν σκιερῷ Διονύσῳ χρῆσθαι ἰατρῷ.

Τίς δὲ ὁ Βασσαρεὺς φάτεος; ὁ Βασσαρεὺς; οὕτω γὰρ ὁ Ὀρφικὸς ὕμνος,

Βασσαρεῦ καὶ Βακχεῦ, πολυώνυμε παντοδυνάστα.

Ἢ καὶ τοῦτο πεποιημένον ἀπό τινος τῶν μεθυόντων φωνῆς ἀπηχοῦν ὄνομα εἶναι ἐρῶ. σημαίνει γὰρ τὸ τοῦ βάσσειν καὶ ἀράσσειν ἐρχόμεθα ἐτύμῳ ἐκκειμένῳ παρ' Εὐσταθίῳ. αἱ δὲ Βασσάραι νύμφαι Βακχικαί τινες ἐκλήθησαν. ἅς τι Μιμαλλόνες καὶ αὗται ἑρμηνευθεῖσαι ὡσεὶ ποιαί τινα κραυγὴν τοῦ ὀνόματος ἐνδεικνυμένου, ὥσπερ τὸ τοῦ Τιμιάδος παρὰ τῷ κωμικῷ. Iliad ξ.

Τὸ δὲ Διμάτωρ καὶ τὸ Δευτερογενὴς τεχθέντα μὲν εὖ λέγοντες φήσομεν εἶναι τὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἀλωῶν τῇ τροπῇ ἐκπιεσθέντα οἶνον, καὶ αὖθις ἐν τοῖς πίθοις ἀναζέοντα, ὥστε γενιᾶσθαι πρὸς τὸ πίνειν ἐπιτήδειον καὶ εὔχρηστον. ἢ ὥσπερ γὰρ μὲν ἐν τοῖς βότρυσι καὶ ταῖς σταφυλαῖς φυόμενα μετέπειτα δὲ πάλιν ἐκτρυγηθέντα ἁπλῶς ἔτι ἀναγεννηθέντα τῇ πατήσει καὶ θλίψει, οὕτω δὴ οἶνον εἶναι συναγόμενον; μήποτε δὲ καὶ τὸ Δίμορφον κεκλῆσθαι τὸν Διόνυσον, τὸ αὐτὸ βούλεται σημαίνειν; ὃ καὶ ἀμφοῖν εἶδος ἢ τὰς διπλᾶς ἤγουν διαφόρους τῶν μεθυσκομένων διαθέσεις, ὀργίλων ἢ ἱλαρῶν ὑπαρχόντων; τῶν δὲ οὐκ ἐπισταμένως τὸν οἶνον πινόντων, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτρον κατὰ τὸν Μεγαρικὸν ποιητὴν, ἐπεὶ θηριώδεις εἰσὶν ὁρμαί, τὸν Διόνυσον ταύρῳ καὶ παρδάλει εἰκασθῆναι ὑπονοοῦσ' ἂν ἐξείη. κερατοφόρος δ' ἂν εἴη, οὐδὲν ἴσως μᾶλλον διὰ τὸ τοὺς κρατῆρας κεροειδεῖς πρότερον, ἢ κεκρᾶσθαι τοῦτον ἐκ φύσει κατὰ τοῦ πατρὸς Ἄμμωνα, ὥσπερ διὰ τὸ τοὺς μεθυσθέντας θυμωθέντας γενομένους διατίθεσθαί τι τολμηροτέρως καὶ οἷον ἀπὸ τοῦ κεράτιον ἐκφέρεσθαι. Diod. 4. φασὶ δὲ καὶ περιμαζομένους τοὺς πίνοντας κέρασιν ὑπὸ τοῦ Διονύσου καθοπλίσασθαι. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα. ἀλλὰ Διόνυσος τὸ ὄνομα πόθεν; ἐπεὶ μὲν νῦν τοῦ ὄρους Νύσης ἐν Ἰνδίᾳ κειμένου οὐκ ἄδηλον τὸ παρῆχθαι, τεχθῆναι τ' ἐκεῖ αὐτὸν καὶ φαλεσθῆναι Διὸς υἱόν. ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἴσως οὕτω κεκλῆσθαι τὸν πάρεδρον Διόνυσον ὅτι τὸν Δία ἤγουν τὴν ἡμέραν καὶ τὸ φῶς νύττει τουτέστιν ἐλαύνει· ἐννύχια γὰρ ἦν τὰ τοῦ Διονύσου μυστήρια, αἰνιττόμενα δηλαδὴ τὸ δεῖν τοὺς πίνοντας ἐπικρύπτειν τὸν οἶνον, καὶ μὴ ἐς τὸ ἐμφανὲς τῷ ἀσχήμονι τῆς πλησμονῆς χρῆσθαι· ἐὰν δὲ μὴ φέρειν δύνηταί τις πολὺν οἶνον, εὖ ἔχει καὶ ἀπέχεσθαι τοῦ πιεῖν αὐτὸν ἢ καὶ διὰ τὴν σκοτίαν τοῦ μὴ δεῖν ἐξάγειν τὸν οἶνον καὶ ἀποθέσθαι ὡς εἰς σπήλαιον κρυπτόμενον, διὸ καὶ Οἰκουρὸν φασὶ προσαγορευθῆναι τὸν Διόνυσον. Diod. 5. οὐκ ἀσχήμονες δ' ἂν ἴσως παντελῶς τῇ ἐτυμολογίᾳ ὁ φάσκων ὅτι ὁ Διόνυσος, ἐλευθερώσας τις ἐπὶ τὴν Νύσαν καὶ εὐθυμίαν ἔτι τὸν κατάπληρον ἔνδον καὶ προφανῆ παρεχόμενος, τῶν ὑποπεπωκότων τόν τε νοῦν κουφοτέρων, καὶ τὴν γλῶτταν προπετεστέρων γινομένων. οἱ δὲ λέγοντες ἥλιον εἶναι τοῦτον, φήσαιεν ἂν οἶμαι, Διόνυσον εἶναι τὸν νύττοντα καὶ ἐπιταράττοντα τὸν φαινόμενον Δία, τουτέστι τὴν τῆς ἡμέρας καὶ τοῦ φωτὸς

λαμπαδέστατα. ἐξέθηκαν δ' ἤδη τινὲς ἐτυμολογίαν τοῦ ὀνόματος ἑτέραν, καίτοι τοῦ μύθου γελοιοτέραν, καὶ αὖ τὴν καὶ αὐτὴν κομψοτέραν, ἣν καὶ ὁ Πανοπολίτης Νόννος οὐκ οἶδ' ὅπου γ' εὑρών, εἰς τὰ Διονυσιακὰ ἑαυτοῦ εἰσφρῆσιν ἀδίπως.

κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
ἤϊε χωλαίνων Κρονίδης βεβαρηότι μηρῷ,
Νύσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσίοι χωλὸς ἀκούει.

ἀπ' αὐτῶν δὲ σχεδὸν τῶν τοῦ Διονύσου ἐπικλημάτων καὶ ὀνομάτων ἀναμνησθέντες, τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον καταλείπειν ἀθεώρητον, πῶς οὐκ ἂν μεθυόντων καὶ μαινομένων τοῦ ὄντως γ' οἴοιτ' ἄν τις γεγονέναι πλημμέλημα; οἱ γὰρ πάμπαν ἀρχαῖοι τὸν Διόνυσον Εὐβουλῆα. καὶ τὴν νύκτα δι' ἐκεῖνον, Εὐφρόνην προσεῖπον· ὅτε τὸν πότον ἀγαθῆς βουλῆς σεγίσκοντες καὶ τὴν νύκτα μάλιστα εὐφραίνειν ἡγούμενοι, τὴν οἱονεὶ Διονυσιακῷ φίλτρῳ ἐφηδυσμένην. ἦν δὲ καὶ Μείλιχος Διόνυσος, οὐχ ὁ Βακχεὺς ἀμπελινός, ἀλλ' οἷον συκινὸς ὁ τὸν σύκινον καρπὸν παρασχὼν παρὰ Ναξίοις ὥσπερ ὁ Παυσανίας ἄλλων τε πολλῶν ἱστορηκότων διηγήσατο, τῶν Ναξίων τὰ σῦκα Μείλιχα καλούντων. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ μῆλα καθιέρωται τῷ Διονύσῳ κατὰ τὸ Θεοκρίτειον τοῦτο: Plut. συμπ. ϛ. θ.

μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,

ἴσως ἄν τις ἐπισωρεύων ἓν τῶν ἐπιθέτων καὶ Μήλινον ἐπ' αὐτὸν τὸν πολυώνυμον ποιητικὸν δαίμονα, καλέσειεν.

VI.

Βάκχον, qui est Dionysus, nomen habere ἀπὸ τῆς θορυβώδους βάξεως, *a turbulento sermone*, quemadmodum ἴακχον ἀπὸ τοῦ ἰάχειν, seu ἰάχειν, quod est *resonare*, non a vero abhorrere videtur. At Βρόμιος vnde, & qua de caussa ita appellatur? An ἀπὸ τοῦ βρόμου, qui ob feruorem fit ex vino dulcescenti? An propter ebriorum vociferationes, sicuti Ἐριβρεμέτης *valide tonans*, ita quoque Βρόμιος & Ἐρίβρομος, *valde rugiens*? Nomen enim Ἐλελεῦς indicare amentiam eorũ, qui huius dæmonis orgia celebrabant, non est obscurũ, similiter etiam dictio Εὔιος a numine afflatorum acclamationibus est deducta. Idem quoque Εἰραφιώτης dictus est. An quoniam ἔριν φαίνει id est, *iurgia affert* vinum: etsi apud Eubulum, vt Dipnosophistes 11. libro exposuit, quartum craterem non suum esse Dionysus inquit, sed petulantiæ, & quintum clamoris. An παρὰ τὸ ἐρράφθαι ἐν μηρῷ τοῦ Διός, *quod femori Iouis fuisset insutus*? Erat autem Μηρός, vt aiunt, inde quidam mons, vnde etiam Μηρορραφὴς dictus est Dionysius. An ἀπὸ τοῦ εἴρειν, quod est, *loqui*, quum ad loquacitatem hoc homines incitet: vinum enim, id est ebrius,

Sæpe affert dictum, haud dictum quod rectius esset.

quemadmodum & Εἰρεσιώνην non minus poterit quispiam dicere nominatam esse ἀπὸ τοῦ εἴρειν, seu recitando quippiam a canentibus & circumgestantibus illam pueris, quam παρὰ τὰ ἔρια, *a lanis*. Sed quare Σαβάζιος appellatur? An quod Phrygia dialecto Bacchos interpretentur Σάβους? fuit autem Indica gens Σάβαι. Σάβοι

vero

vero Thracica Et hymnus qui Orpheo ascribitur Σαβάζιον Saturni filium facit, atque dicit eum esse

Qui Bacchum Dionyson Eribromon Iraphiotam,
Insuerit femori.

Diodorus vero in 1 v. Sebazium, nocturnum Dionysum Iouis & Proserpinæ natum esse tradit. ὀρθὸς item, siue rectus, nominabatur ob rectum, id est, exquisitum & conuenientem vini vsum, non ea tantum de caussa quod curas & ærumnas λύει, id est, *soluat ac dissipat*, neque λυσιμελὴς *membra dissoluens*, frequente scilicet meri potu & ebrietate. quamuis & hæc vera esse possunt, sed quia tempestiuo & conuenienti potu vini, morbi dissoluantur. Vnde referunt Pythium quibusdam dixisse, vt vocarent Dionysum sanitatis conseruatorem. Et oraculum fertur in quo Dionysus appellatur Medicus, hoc modo,

Viginti ante canem, tum viginti pariter post,
Vmbrosa sub parte domus medico vtere Baccho.

Quis vero Βασσαρεὺς perhibendus? An Βάσσαρος? Sic enim Orphei hymnus inquit:

Bassare item & Bacche o quem nomina multa celebrant.

An hoc imitatione quadam expressum dicemus, ac sonum edere hoc nomen similem vocibus ebriorum? Non enim probatur origo nominis a βάσσως & ἄρξαι exposita ab Eustathio. Nymphæ autem Bacchicæ quædam dictæ fuere Βασσάραι: erant & μιμαλλόνες etiam ipsæ vociferantes, quum nomine hoc clamor quidam indicetur, quemadmodum & πλωίμης apud Comicum. Διμήτωρ vero & bis editum nunquid recte dicemus, intelligi vinum torcularibus, mutatione ista expressum, atque iterum in doliis efferuescens, quo ad bibendum fiat aptius & vtilius? An prius in racemis ac vuis natum, postea vindemia adhuc imperfectum quodammodo, calcando & premendo, ita demum vinum colligitur? Quod etiam Δίμορφος, id est, *biformis* dicatur Dionysus, id forte eiusdem significationis fuerit: aut quoque ambobus hisce indicantur duplices quasi ebriorum differentiæ, quorum alii iracundi, alii hilares sunt. Quoniam vero impetus illorum qui non scite sed immodice bibunt vinum, secundum Poetam Megarensem, sunt feri & immanes, licet suspicari Dionysum Tauro &Antheræ comparari. Κερασφόρος autem & corniger esse potest forte non magis ob galeam capitis arietini figuram habentem, quam ob cornua exigua patri Ammoni enata, aut etiam propter ebrios, qui si irascuntur, audaciores efficiuntur & ad feriendum quasi cornibus impelluntur. Ceterum & quod Bacchus addat cornua pauperi, nonnullis in prouerbio est. & hæc quidem hactenus. At proprium Dionysus vnde? Non est obscurum quod traditur de monte alicubi in India sito νύσῃ, illum ibi & natum & appellatum fuisse Διὸς filium. Coniicere præterea quis posset hoc nomen obtigisse Dio-

nyso vinolento, quod τὴν δῖαν, id est *diem & lucam*, νύττει, id est *exagitat*. Nam mysteria Dionysi quæ fuerunt nocturna, innuere voluerunt, nimirum debere eos, qui bibunt vinum, occultare potũ, nec pati vt conspicuum fiat impletionis dedecus. quod si multum vini perferre aliquis nequeat, rectum esse, vt ab exhauriendo abstineat. An quoque ob studium reponendi vinum, & condendi, vt ita in occulto inueterescat? ideoque Dionysum etiam Οἰνοκρύπτην cognominari inquiunt. Non aberrauit insuper a vera ferrasse nominis origine, qui dicet Διόνυσον eum esse, qui libro ore præditus sit, τὴν νύσσαν id est, *metam* manifestam & claram exhibens: quoniam eorum qui nimium biberunt animus fit leuior, & lingua incontinentior Sed qui Solem hunc esse perhibuerunt, arbitror voluisse significare Διόνυσον esse τὸν νύττοντα *excitantem* & prælucentem Δίαν, hoc est *diei & lucis splendorem*. Iam nonnulli & aliam vocabuli rationem exposuerũt, tum ridiculam magis, quod ad fabulam attinet, tũ per se facetiorem, quam Panopolites Nõnus, nescio vbi inuentam suis Dionysiacis inseruit, sic canens.

Appellans Dionyson, omne quia crure iumenti
Attollens, Claudus Saturnius incedebat:
Nysen enim Claudum Syri vocitasse feruntur.

Sed omnium fere nominum cognominumque Dionysi mentione facta, pulcerrimum & prudentissimum si considerare omitteremus, quomodo non, ceu temulentis & insanis hoc nobis daretur vitio? Vetustissimi enim Dionysum εὔβουλον, id est, bonum consiliarium, ac Noctem εὐφρόνην, quasi prudentiæ aptam appellarunt, consilio bono potum haudquaquam priuantes, & existimantes noctem inprimis prudentiæ conuenire, quando videlicet exhilararetur philtro Dionysiaco. Erat autem & μειλίχιος Διόνυσος, non viteus Bacchus, sed quasi συκίτης, hoc est, ficulneus, qui ficuum exhiberet fructum, apud Naxios, vt Pausanias ex aliorum relatione commemorat, quia Naxii ficus appellarunt μείλιχα. Et quoniam Dionyso mala quoque cõsecrata fuere, secũdum illud Theocriti,

Ipsa sinu mecum Bacchi sacra mala tulissem.

Melinum quoque hunc multorum nominum deum poeticum hoc etiam epitheton adiiciendo quispiam forte nuncupare poterit.

VII.

QVa consideratione Ægyptii Mercurium duplici effigie consecrarunt? Quarum vna fuisse perhibetur senis, altera propter hunc assistentis iuuenis. Vtrum hoc intelligi voluerunt secundum Synesium eum qui Rempublicam administrare & aliis præesse cum laude debeat, oportere sapientia præditum esse cum viribus coniuncta? nam vtrumque esse imperfectum si altero deficiatur: contra vero superari expugnarique nulla vi posse eum in

quo copulentur robur corporis & animi intelligentia. Quod si dirimantur, vt sit illud iners, & hęc imbecillis, facilem esse oppressionem. nam vt poeta quidam fecit, Opp.ἁλιευτ. 1.

-ἀλκὴ ἀσύμφυλος, ἄφρων.

Similiter & Sphinga, cuius simulacrum solerent vestibulis templorum imponere, placet Synesio signum fuisse, virtutum istarum consociatarum: significante forma beluæ, robur; & hominis, prudentiam. An est hoc belle quidem a Synesio applicatum, pręceptis & monitis ad Reges pertinentibus? non abhorret tamen ab Ægyptiorum sapientia, complecti imagines illas doctrinam pietatis & religionis, & in rebus diuinis tractandis gerendisque diligentiam atque solicitudinem: quum periculosa harum incuria sit, & contemtus pœnam effugere non possit. Denique significare, vt opinor, illi voluerunt, in tota vita pietati & honestati operam dandam esse. ad quod studium incitatur Iuuentus, & efficitur vt constanter in illo versetur, solius senectutis institutione & cohortatione; atque etiam castigatione. Est autē Sphinx ea scilicet, quæ punit audacia & proterua ingenia, coercens imperitos & gloriosos exsultatione inani. Idque ipsum significare existimauerim, expressa simul opere cœlato, rostra Accipitrum, & earum auium quas Ibes vocarunt, & quibus vulgi sententia iudiciumq;, & operatio rerum diuinarum refutaretur. Plutarchus in libello de Iside & Osiride, Sphingas istas indicare putat Ægyptiorum sapientiam occultam, & inuolucris fabularum verborumque ambagibus tectam. Fuisse enim constat illorum pleraque omnia αἰνιγματώδη τε καὶ συμβολικά. His addit Clemens, beluæ figuram Sphingis, notam esse timoris erga Deum: hominis vero, amoris atque caritatis. στρωμ. ε.

VIII.

QVæ fuere Rotæ Ægyptiacæ? quarum mentio fit etiam in Numa Plutarchi. Dionysius cognomento gentili Thrax, professione Grammaticus, in quodam libro de significatione vel declaratione, id est, περὶ ἐμφάσεως, hæc scripsit, referente lib. quinto στρωματέων Alexandrino Clemente: *Nonnulli non modo verbis, sed etiam signis res indicarunt. Verbis, vt auctores praeceptionū quæ Delphica vocantur,* NE QVID NIMIS *&* NOSCE TE IPSVM; *& his similiā. Signis vt Ægyptii Rotam trahendo conuertentes in delubris Deorum, & frondes tradentes venerantibus numen diuinum.* Nam Orpheus Thracius sic ait,

ἔργματα δ' ὅσσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὶ ἔργα μέμηλεν,
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσίν, ἀλλὰ κυκλεῖται
πάντα πέριξ, στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος οὐ θέμις ἐστίν,
ἀλλ' ἔχει ὡς ἦρξαντο δρόμου μέρος ἶσον ἕκαστος.

De frondibus autem Clemens ita: *Aut hi sunt*, inquit, *primi sibi*

indicium, aut intelligere iubens hominum vulgus, frondes quidem virides esse suo tempore solere, & fructus deinde nasci, & diu durare: vita autem humana, breue esse & incertum spatium. fortasse & hoc inquit, vt cognoscant, quemadmodum incensæ frondes ardeant atque conflagrent, ita fretos hac vita, celeriter deficere, & igni præbere pabulum. huc nimirum folia Homerica quadrabunt, ἰλ ζ'. Rotas autem Plutarchus sic explicat; quum nihil in rebus humanis stabile sit & certum, boni consulendum, quicquid in illa perpetua conuersione alicui obueniat, & in optimam partem mutationes vitæ accipiendas esse. Adiungi his recte possint, & illæ cadaueris humani reliquiæ, id est compages ossium corporis mortui; Græci σκέλετον vocant; de quo Plutarchus in dialogo cõuiuii septem Sapientum, hęc, quemadmodum nos conuertimus: *Illa compages ossium corporis humani, qua ab Ægyptiis studiose in cõuiuiis profertur, cum cohortatione, vt quisque meminerit se breui ipsum quoque talem fore: Hæc igitur, etsi ingrata alienaque quasi comessatio est, oportunitatis tamen nonnihil habet, si incitat non ad bibendi voluptatem, sed caritatem amoris mutui, monetque, ne vitam spatio breuem, rerum negotiorumque prauitate & vitiis, faciamus longam.*

Θ.

Τίς καὶ πόθεν Ἀθηνᾶ καὶ Περσεφόνη; τὴν μὲν Ἀθηνᾶν βούλονται εἶναι φρόνησιν θείαν κρατοῦσαν. αὐτὴ γοῦν ἡ Θεονόη, ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐτυμολογήσατο, νόησις θεία οὖσα· καὶ Ἠθονόη ἡ ἐν τῷ ἤθει νόησις ἢ κατὰ τὸν μῦθον, ἀληθὴς ὑπάρχουσα, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς γεννηθεῖσα ἔνοπλος ἀπαρχῆς παρθένος, διελομένου τὴν τοῦ Διὸς κεφαλὴν Ἡφαίστου· ὅθεν καὶ Παλλὰς ἐπεκλήθη. τὸ γὰρ ἢ αὐτὸν ἢ ἄλλο τι μετεωρίζειν, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἐν χερσὶν πάλλειν, φησὶν ὁ Πλάτων, καὶ πάλλεσθαι, καὶ ὀρχεῖν καὶ ὀρχεῖσθαι καλοῦμεν. θεόθεν ἄρα γίνεται ἡ φρόνησις καὶ τὸ φῶς αὐτὴν ἐκφαίνει· οὐδὲν γὰρ τῆς φρονήσεως οὔτε δραστικώτερον οὔτ' ἐπιφανέστερον. ὁ δὲ Ἥφαιστος ἐξ ὀνόματος εὐθὺς κατηγορεῖ ἑαυτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν φῶς φάιστος ὢν κατὰ τὸν Πλάτωνα καὶ τὸ η προσελκυσάμενος.

Cratylo

ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ πολεμική ἐστι. τῇ γὰρ φρονήσει αἱ τῶν πολεμίων ἐφορμήσεις ἀνακρούονται μάλιστα καὶ διὰ τοῦτο τὸν μαινόμενον, καὶ βροτολοιγόν, καὶ μιαιφόνον καὶ τειχεσιπλήτην Ἄρη, νῦν μὲν τῆς μάχης ἐξάγει, νῦν δὲ, καὶ καταβάλλει συρραγεῖσα Ἀθηνᾶ ἡ θήλεια τὸν ἄνδρα. τινὲς δὲ τὸν Δία εἰς νοῦν περιειλήφασι, καὶ τὴν τικτομένην ἐξ αὐτοῦ Ἀθηνᾶν, εἰς τὴν διανοητικὴν καὶ πρακτικὴν φρόνησιν, λαμπροτάτην οὖσαν καὶ ἐνεργεστάτην παρ' ἀνθρώποις, καὶ παρήγαγον τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, τοῦ ὁρᾶν. θεωρητικὴ γὰρ καὶ καθορατικὴ ἡ δύναμις αὕτη. οὐκ ἔχει δὲ χρείαν θηλῆς ἤγουν τροφῆς ὥσπερ τὸ σῶμα ψυχικὴ γ' οὖσα. ἤδη δέ τινες καὶ εἰς θείαν πρόνοιαν ἠλληγόρησαν τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ ἕτεροι, εἰς γῆν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ εἰς αἰθέρα καὶ ἄλλοι ἄλλως, ὡς εἰκάσαι ἐπῆλθεν ἑκάστῳ. εἴη δ' ἂν ἴσως καὶ ἄστυ τινὸς ἐν τούτοις ὑπόνοια. πειστικοῦ ἢ σημαντικοῦ γενέσθαι φροντίζειν καὶ κοινωνησάντων ἀνθρώπων, ἅμα τε συντρέχειν καὶ πράττειν. οὐδὲ τὸ γυναικεῖον φῦλον στερίσκουσα σοφίας καὶ ἀρετῆς, τοῦ Ἄρεος αἰσχροῦ ἀνδρωδῶς καὶ στερρῶς τὰ οἰκεῖα οἰστεῖ φιλοτίμως διατιθεμένου, καὶ αὐτοῦ ἀναιδῶς

ἰλ. ε.

ἰλ. φ.

Εὐς. ἰλ. α.

μετὰ τῆς

τῆς Ἀφροδίτης συμπλεκομένου. ἀποτελεῖ γάρ, φασιν οἱ ἀστρολόγοι, ἡ τῶν ἀ-
στέρων τούτων ἐπικράτεια, πολεμικὰς μὲν φύσεις καὶ θορυβητικάς, μοιχείας δὲ
…ίμα καὶ ἀσέλγειαν παρασπείρει καὶ μαρτυρουμένου τοῦ Ἡλίου γίνεται φανερὸν καὶ
…ημόσιον ἐκδίδει τὸ αἶσχος. καὶ περὶ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς, ἢ, ὥσπερ οἱ πάλαι, Ἀθηναίας,
…αύτη. ἡ δὲ Περσεφόνη, καὶ Φερσεφόνη· Φερσεφάττα τε καὶ Φερρέφαττα, καὶ
Περσέφασσα, ἡ κατὰ τὸν Πλάτωνα Φερρέπαφα. ἡ ἐφαπτομένη καὶ ἐπαφῶσα
…ύναμις φερομένων τῶν πραγμάτων, καὶ συνοῖα τ' ἀκολουθεῖν αὐτοῖς· ἣν σο-
φίαν εἶναι ὑποληψόμεθα. ὠνομάσθη δὲ ἡ Περσεφόνη καὶ Δάειρα κατά τι συν-
…ργητικόν, Δάειρα· ὡς παρ' Ἀπολλωνίῳ γ', Δάειραν μουνογένειαν. ἡ δὲ Δάειρα
…εἴη ἂν εἰ μὴ Δαήμων; ἢ τὸ μὲν Φέρσαι καὶ Θρέψαι τὸ αὐτό; ὅθεν ἐν ταῖς
Φοινίσσαις, Ἀσπιδοφέρμονα φασὶν εἰρῆσθαι τὰ ἐν ἀσπίδι τραφέντα. ὥστε τὴν
…ρέφουσαν τῆς Δήμητρος, ἤγουν γῆς μητρός, κόρην καὶ θυγατέρα, τὴν Φερ-
…σεφάττην καὶ ἀρχαϊκῶς Περσεφάττην εἶναι. τοὺς δὲ ἀρχαίους ταῖς δασείαις
…λιχρότερον ἴσμεν χρησαμένους. τὴν Φερσεφόνην δέ, ἤτοι Περσεφόνην, ὁ
εἰς αὐτὴν γεγραμμένος ὕμνος, καὶ περὶ τὸν Ὀρφέα ἀναφερόμενος, ποιεῖ
…ζωὴν καὶ θάνατον,

—φέρειν γὰρ ἀεί, καὶ πάντα φονεύειν.

…λεῖται δὴ οὕτως, ζωτικήν τε καὶ φθαρτικὴν εἶναι ταύτην τὴν γῆς φύσιν, καὶ μετα-
…βλητικὴν τῶν ὄντων. ἐφ' ὃ καθήκει ἂν καὶ τὸ τοῦ μύθου, τὸ φάσκον· ὅτι ἡ κόρη
ἑξάμηνον ἄνω, καὶ αὖθις ἑξάμηνον κάτω μένουσα διάγει. καὶ συνᾴδει αὖ
…ως τὸ τῆς Φερσεφάσσης ὄνομα· τὸ γὰρ φάσσειν οἱ πάλαι Ἴωνες ἀντὶ τοῦ στρέ- φεσθαι.
…φειν καὶ ῥιπτεῖν ἐχρήσαντο· ὅθεν τὸ παρ' Ἱπποκράτει ἀλλοφάσσοντες, ἤγουν
…εταβάλλοντες τὸ σχῆμα, καὶ οἷον ἀλύοντες, ἀπὸ δ' ἑτέρων δὲ πως ἐστὶ καὶ στρυφνό-
τερα, ἅ τινες ἐπεσημήναντο λέγοντες ὅτι ἐπαινὴ Περσεφόνεια, εἴρηται ὡς πα- Plutarch.
…ραιτητὴ παρ' Ὁμήρῳ, καί ἐστιν αὕτη παραλοχή τις τῶν τεθνεώτων. ὥστε συσκευάσασθαι πῶς δεῖ τῶν
…ώμεθα ἐκ τοῦ Φθείρεσθαι ῥήματος Αἰολικοῦ καὶ τοῦ φόνου καὶ δηλοῦσθαι διὰ τοῦ φθο- ποιημ. ἀκ.
…ρᾶς, τὰ πτώματα τῶν θνησκόντων κατὰ φύσιν, διὰ φόνου δέ, παρασημαίνεσθαι Εὐσταθ. ἰλ. β.
…οὺς τῶν θανάτων βιαίους οἳ καὶ τῷ φάσσειν καὶ φάζειν βούλονται τὸ φονεύειν
…ενδείκνυσθαι. ἀλλὰ περὶ τούτων οἰηθήτω θ' ἕκαστος οἷα γ' ἐθέλει, καὶ κατανοεί-
τω, εἴπερ δοκεῖ. ἱκανὰ γὰρ ἅλις τῶν συνειρημένων, ὥσπερ δρυός.

IX.

QVæ & vnde Ἀθηνᾶ & Περσεφόνη? volunt quidem Ἀθηνᾶν, quę est Minerua, esse prudentiam diuinæ potentiæ hæc erit itaque ipsa θεονόη, quemadmodum Plato rationem vocabuli huius docet, diuina quædam illa intelligentia, & Ἠθονόη, *intelligentia quæ est in cuiusque ingenio.* An illa, secundum fabulam, non vsa vberibus, & armata virgo statim ex capite Iouis est euata, dissecāte caput Iouis Vulcano? vnde & Παλλὰς dicta fuit. Nam vel seipsum, vel aliud aliquid aut a terra, aut in manibus in sublime tollere, πάλλειν, inquit Plato, est, & πάλλεσθαι & saltare. A Deo igitur prudentia oritur, nihil enim prudentia efficacius est vel illustrius. Ἥφαιστος autem ex nomine statim præ se fert & indicat lucem suiipsius precipuam, quum φαῖστος sit secundum Platonem, η adiecto, Minerua vero bellicosa quoq; censetur. Nam bellorum irruptiones potissimum depelluntur prudentia. Quam ob rem Martem

furiosum, homicidam, cruentum, murorum euersorem interdum ex prælio abducit Minerua, aliquando insuper cum illo manus conferens eum prosternit, femina illa quidem virum. Aliqui accipiunt Iouem pro Mente, & Mineruam ex illo genitam pro Prudentia in cogitandis & agendis rebus. quam clarissima illa certe est & efficacissima inter homines, nomenque deducunt ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, quod videndi significationem habet. hæc enim facultas est præuidendi & contemplandi. opus autem illi non est vberibus, id est, alimento, quemadmodum corpori quum sit animi hæc natura.

Iam alii transtulerunt allegoriam de Minerua ad diuinam prouidentiam, nonnulli ad terram: fuere qui ad ætherem, itemq; alii aliter, prout cuique de hoc coniectura quædam in mentem venit. Fortassis quoque de aliquo astro quod significet & efficiat natalem prudentum & intelligentum, atque etiam modestorum hominum, ac mansuetorum, accipi posse suspicabimur, quo neque muliebri sexui omnis virtus ac sapientia detrahatur: quum Mars nimis virilem & duram sobolem quandam producat, & absque omni pudore cum Venere coniungatur. Nam vt Astrologi memorant, principatus harum stellarum significat & efficit naturas bellicosas & turbulentas, ac simul adulteria impudentiamque interserit: quod si Solis testimonium accedat, fit probrum manifestum ac diuulgatur. Atque de nomine Ἀθηνᾶς siue, vt veteres vsi sunt Ἀθηναίας hactenus. Verum Περσεφόνη & Φερσεφόνη ac Φερρέφαττα & Περσέφαττα & Περσέφασσα, ait, secundum Platonem, Φερρέπαφα, est quædam vis ἐφαπτομένη καὶ ἐπαφῶσα τῶν φερομένων, *tractans & capescens negotia, quæ in manibus habentur*, hæcque ipsa prosequens: quam nimirum sapientiam esse statuimus. Fuit etiam Proserpina Δάειρα, & per concisionem Δαῖρα nominata; vt apud Apollinem libro III. Δαῖραν vnigenam. Sed Δάειρα quidnam aliud erit nisi δαήμων; An idem significant φέρειν καὶ τρέφειν? vnde in Phœnissis exponunt ἀντιδιαφερομένα dici *quæ in simul sint educatæ*, vt hac ratione nutriens Cereris, videlicet matris terræ puella & filia sit Φερρέφαττα, & prisca cõsuetudine περσέφαττα. Cõstat autem apud veteres rariorem fuisse vsum aspirationum. Hymnus vero in hanc conscriptus, qui Orpheo tribuitur, φερεφόνην siue περσεφόνην facit vitam & mortem.

Semper enim ferre hanc & tollere cuncta

Atque hic quampiam tam vitalem quam exitiosam inesse vult terræ naturam, omniumque rerum mutationem continentem. Quo respicit etiam quod fabula dicit, puellam illam sex menses supra, ac sex infra remanere. cui nomen quoque Φερσεφάττης congruit. Nam Iones veteres vsurparunt pro *conuertere & proiicere* verbum φάσσειν: vnde apud Hippocratem legitur ἀλλοφάσσοντες, hoc est, commutantes formam & quasi allucinantes. Insuauiora

sunt

unt & immitiora ea, quæ nonnulli attulerunt, & dixerunt, quod valde horribilis Περσεφόνη dicta fuerit, queadmodum apud Homerum detestanda, quodque fit hæc defunctorum comprehēsio, ut nomen componatur ex Æolico verbo φθίρω & φόνος: atq; inficetur per corruptionem morientium lapsus secundū naturam: per cædem autem significentur mortis genera violenta, iidemq; πέρσειν & φαίζειν pro interficere sumūt. Sed de his sentiat vnusquisq; quod voluerit, & excogitet insuper, siquidem videbitur alia quædam. Satis enim eorum, quæ collegimus, veluti quercus.

X.

ESse ne recte & vtiliter factum? quod Proclus scripsit, Platonem quasi inuolucra verborum mathematicorum, veritati rerum iniecisse: quemadmodum hanc fabulis texerint Theologi & Pythagorei notis quibusdam, quæ vocarunt symbola. De Theologis, vt ille nominat, primum videamus. Nunquid autem de his duo potissimum consideranda sunt: vnum, fuerint ne sententiæ de rebus diuinis, fabulis obscurandæ: alterum, si fuerint, an talibus? De priore licet assentiamur iis, qui censent id fieri debuisse, & ipsum Deum vt fieret, voluisse. non enim nunc necesse est, hæc qualia sint exquirere: & constat occultata quædam quasi vmbris fuisse, vt magis eminerent animaduertentibus. Sed de posteriore quid dicemus? An hoc, & impie ad Deum, & ad homines perniciose talium fabularum commenta introducta esse? idque etiam vidisse eos, qui illas ad quandam fructuosam doctrinam accommodari posse docuerunt. Plutarchus enim in libello De Poetarum scriptis, Pertinentes ad naturam rerum ac caussas, & astrologicas explicationes improbat; & esse coactas ait atque detortas: relinquens eas, quæ ad mores pertinent, & has ab ipsis poetis putat esse demonstratas. *Ac philosophi quidem*, inquit, *exemplis vtentes earum rerum, quæ sunt in medio, ita monent & instituunt & castigant, poetæ vero idem faciunt fingentes, & fabulis aliquid enarrantes.* Dionysius autem Halicarn. aliquanto ille quidem verbis mollius refutat ista commenta, sed haud scio an re ipsa vehementius etiam, quam Plutarchus: *Non existimet aliquis*, inquit, *me ignorare, esse quasdam inter fabulas Græcorum vtiles hominib. quū aliæ allegoriis* (quæ verbis diuersam præferentibus significationem, sententiam adumbrant) *Naturæ opera demonstrent, aliæ compositæ sint, vt consolationem in se haberent, qua sustētarentur miseri & afflicti, aliæ ad tollendas perturbationes animorum atq; formidines & minus sanas opiniones sententiasq; hominum expurgādas, aliæ confictæ alterius cuiuspiam vtilitatis gratia. Quamuis autē minus perspicue alio nullo hæc intelligam, tamen ita afficior, vt metu ac sollicitudine ab his vacare nequeam, & existimem fabulas illas cautionē multiplicē habere.* (quomodo n. aliter interpretaremur quod Græce auctor ponit, ἀλλ᾽ εὐλαβῶς διάκειμαι πρὸς αὐτὰς nō reperiebā.)

Τιμαίῳ

Lib. 2.

Addit Dionysius, se libentius admittere Romanorum theologiam, considerantem quod ex Græcorum fabulis boni percipi possit id esse exiguum, neque fructum illius pertinere ad multos, sed eos tantum, qui exquisiuerint atq; perspexerint, quo consilia ista facta sint. Tanta autem sapientia paucos esse præditos arbitratur, quum huius expers vulgus in deteriorem partem tales narrationes accipere soleat vniuersum: & ex duobus deterri ad alterum vtrum, vel male vt sentiant de numine diuino, tanquam infelice & ærumnis oppresso, vel nullo vt fœdo atq; impuro & scelerato facinore se abstineant, quod diuino generi cernant talia tribui. Hæc, inquam, seuere & grauiter reprehendunt commenta Græcarum fabularum: præsertim iis, quæ tanquam vtilia commemorantur, si quis attendat, plane euanescentibus: quæ si quid sunt, non sunt tamen istarum fabularum propria. Rectius enim certe Naturæ & caussarum cognitio petetur aliunde, similiter & exempla tam consolationum, quam monitionum, & alia quæuis, vt illa Timoclea non magni momenti esse videantur, quæ putant posse fabulis perturbationes animorũ sedari: vt Alcmæon furentes doceat, & Phineus cæcos, ferre æquiore animo malum suum. Sed furens, id est, vt ille Poeta ait, νοσῶν τι μανικὸν, & cœcus, si surdus quoque forte sit, quomodo docebitur? Verum ceteris omissis, quum fabulas Poetarum omnes simul repudiare neque consentaneum rationi rectæ, neque mihi animus sit, nunquid hoc tamen non est ferendum? probra & labes tam fœdas diuino numini aspersas, & manifestas contumelias, quas Græci vocant βλασφημίας, esse factas. Vnde accidit, vt non modo audirentur, & actione repræsentarentur flagitia & scelera Deorum immortalium, sed ceremoniis etiam sacrorum ostentarentur, & religione commendarentur, vt Gallorum nefaria mollities atq; insania, & Baccharum Corybantumque furor, & arcana sacra initiorum, (quæ μυστήρια appellarunt: & quidam olim, quamuis ridicule, tamen belle ludens, interpretatus fuit *cauerr as muscu- lorum*.) itemque peruigiliæ in fanis promiscuæ vtriusque sexus: & alia similia portenta, id est, vt Dionysius vocat, τερατεύματα: quorum quasi ius diuinum constituerent fabularum istarum nugatoriæ leges, quæ est nimirum Dionysio τερθρεία μυθική. An verum igitur est? istam Theologiam Græcorum, siue Orphei seu aliorum, Poetarum fabulis illustratam, confirmatam etiam oraculis, prorsus pestilentem esse, & religionem atque pietatem penitus euertere, vt omnino explodenda exterminandaque sit: quodq; ad rem ipsam attinet, talium allegoriarum studium non modo futile & inane, sed etiam eiusmodi esse, vt magnopere lędat, & plurimum afferat detrimenti. Non enim solummodo isti lusus,

Στοβ. λόγ. ρκϛ.

ἀπὸ τῦ τηρεῖν τὰς μύας. αβ. γ.

Perdere rem caram, tempora nostra, solent,

quem-

quemadmodum de omnibus scripsit Naso, sed cogitationes ita excitantur absurdæ & nocentes, & corrumpuntur iudicia, & voluntates detorquentur, denique per profanitatem omne genus peruersitatis in animos illabitur atq; serpit. Saue exercitationis caussa tractari, & hoc genus fortasse non fuerit, neque fructus expers, neque culpandum. Nam & consideratio, quasi acuitur comminiscendo, & augetur orationis facultas explicando, & historiarum recordatione, prudentia instruitur. Optime tamen atq; rectissime fecerit is, qui alias quasuis potius, quam ψευδοθεολόγους fabulas, cum exponere atq; describere, tum enarrare & veluti edisserere voluerit. De his igitur hactenus. Platonem vero, quum suas disputationes verbis ille mathematicis implicuit, non modo non obscurasse eas perhibendum, sed cum illustrasse, tum ornasse. Non enim opera certe illa data est mercenariis & baiulis, sed doctis eruditisque & ingeniosis hominibus: quos nequaquam ignaros disciplinarum mathematicarum esse oportet. Pythagorei autem plane Ægyptiacam rationem sequuti videntur, signa notasq; vsurpando. De quibus plura dicenda nunc esse non putaui; præsertim quum tam multa multorum scripta de illis extent Hoc igitur fine, πρόβλημα istud seu ista quæstio conclusa esto, cum hac quidem non aliena appendice, præter eos, quorum scripta ad nos peruenerint, Palæphatum & Phurnutum, etiam Heracletum quendam & Characa de allegoriis scripsisse. Qui, quemadmodum suspicari licet, ostenderunt quasdam esse παραφραστικὰς ἀλληγορίας, vt quum ἰλ. υ. dicitur, *Trist. 2.* *Εὐστα. ἰλ. υ.*

Αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύρινον πολεμιστήν.

intelligendum enim hoc de ense seu hasta, σχήματι γλυκεῖ Et quasdam ῥητορικὰς, vt ἰλ. λ. ἴσας δ' ὑσμίνη κεφαλὰς ἔχεν. - nam potest accipi istud ὡς εἰδωλοπεποιημένης τῆς ὑσμίνης, quæ erit scilicet Bellona, vt paulo post persona Eridos producitur. Sententia autem est, fuisse exæquatum prælium pari virtute amborum, neutro cedēte exercitu. Φυσικὰς autem & ἠθικὰς atque πολιτικὰς ἀλληγορίας, omnium pœne mentione iactatas esse scimus.

ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΙ, ID EST, DISPVTAtationes de quorundam nominum origine.

*

DECVRIA I.

I.

VNde *Pontifex*? Græcis hic est ἱεροφάντης, vt Dionysio Halicarnasseo: vel ἱερονόμος, vel ἱεροδιδάσκαλος est & ζάχιερους, vt Plutarcho placet, qui Pontificem Max. ἱεροφάντην facit, καὶ τῶν ἱερῶν ἐπίσκοπον. sed omnino erat Pōtificum munus, respectus ad re- *Numa.*

ligionem, & res diuina vtrite fieret, & legitimæ cæremoniæ seruarentur. Ii suis suffragiis quasi caput & principem creabant vnum ex numero suo, quem Pontificem Max. nominabant. *Pontificis* igitur nomen vnde dictum esse existimandum? An a *potentia*? quod hic curet res diuinas, & sit famulus diuinæ potentiæ. An est *Pontifex?* id est exsequutor eorum, quę præstari possunt, vt id faciat quod *facere potis est*, nihil auctore legum huic imponente oneris, quod sustineri nequeat, neque in arduis atque difficilibus, si quid omissum neglectumue sit, calumniose exagitante, id est, ἐπινομεύοντος καὶ συκοφαντοῦντος, vt loquitur Plutarchus. An ista sunt commenta argutiæ? & est omnino *Pontificis* nomen factum a *ponte* & *faciendo*, cuius duplex ratio redditur: vel quod antiquissima & sanctissima sacra in ponte sublicio, qui ligneus erat totus cõficere solerent: vel quia pontis illius quasi sarti tecti præstãdi curatio ipsorum esset, vt sint γεφυροποιοὶ, deriso a quibusdam nomine. Nam horum verborum, id est *pontis* & *faciendi*, duplicatio in isto nomine manifesta est, vt origo dubia non sit, quæcumque sane caussa appellationis esse videatur.

II.

VNde sunt dicti Æmylii? An, vt Plutarcho placet, Numa rex filium vnum ex quatuor Mamercum nominauit; quo nomine & Pythagoræ filius appellaretur: alludenteque rege & celebrante hac voce eloquentiam & suauitatem sermonis Pythagorici, quod est Græcis Αἱμύλιον, familiæ hoc cognomen adiunctum fuit? An hoc commentum Græcum est? Quum Cicero demonstret Pythagoram in Italiam venisse regnante Tarquinio Superbo annis post Numam propemodum ducentis: neque literas Græce scriptura in hoc nomine seruata est. Nunquid igitur Latinæ linguæ appellatione, ista familia sunt *Æmulii*, & visitata mutatione *Æmylii*? sicut econtra *vincilum*, *vinculum*. ab *æmulo* παρωνύμως, quod ζηλωτὴν notat. Fuisse autem Pythagoras traditur Phliunte oriundus, natus in insula Samo. Hippasi enim Phliasii, qui eiectus a Doriensibus in Samum se contulit, filius perhibetur fuisse Euphron, huiusque Mnesarchus pater Pythagoræ, vt sit ab Hippaso Pythagoras quartus, id est pronepos illius, quem dominationem Polycratis fugientem in Italiam esse profectum accepimus. Olympiade ferme LX.

III.

QVæ est origo nominis *Libitinæ*? An inde ducitur vnde *libido*? Nam & *Libentinam* hanc Varro appellat, & Venerem esse vult: Plutarchus in Numa aliquos Proserpinam maluisse scripsit. Huius autem fanum Numa consecrauit, vbi Venus coleretur, vt doceret ciues suos quemadmodum alibi Plutarchus retulit, mortale esse genus omnium, (id est enim φθαρτὸν εἶναι τὸ γεννητὸν) & vnum numen quasi prǽsidere generationi & exitio. atque ideirca t,

φθαρ. γεννητόν.

su.de

fuisse Delphis simulacrum Veneris Ἐπιτυμβίας, quasi *funeream* dicamus, aut *bustorum præsidem*, ad quod solerent afferentes inferias mortuorum manes vocare. Atque in Libitinæ fano instrumenta sepulturæ fuisse proposita idem narrat Plutarchus, vt emerent quibus illis opus esset. sapienter assuefacere volente ciues suos rege Numa, ne detestarentur, auersarenturque illa tamquam exsecranda & fœda, id est ὡς μιασμὸν. An non alienum sit nomen illud nisi syllabæ tempus repugnare videatur, ducere a *libis*? quæ & ipsa ad sepulturas vsurpata fuere. Scripsit autem Athenæus, *liba* placentas fuisse mellitas, addito lacte, & eo quod Græci ἴτρια nominaurunt. Lib. 5.

IV.

VNde *Cocles*? An est ἑτερόφθαλμος, id est, secundum Plautum, *Vnoculus*, quasi O...? An tamquam *carens oculo*, *Caroclus*? An de *Caruto*, *Cocles* est contractus? Quin enim Cocles fuerit Horatius, altero oculo amisso, dictus, nō esse dubium videtur, oculum autem alterū ab Horatio amissum in quodam fuisse prælio scripsit Halicarnasseus. Curculion. Lib. 5.

VI.

QVid est *Tubus*, & vnde nomen factū? An cōstat significari eo nomine quasi fistulas tumidas aquæductuū, de quibus illa rumpit? & ideo Grammatici nomen a *tumore* duci volunt. Sed venire in mentem alicui possit, Græcam esse originem nominis: vt sint *tubi* quasi τύποι. mutata tenui litera in mediam, sicut in *Burro* qui est πυῤῥός. De ductibus autem aquarum, τύποι nomine vsos fuisse Græcos intelligi potest ex iis quæ leguntur in libello Plutarchi De Discernēdo amico ab assentatore: vbi dicit quod assentator multiplex sit ac varius εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τύπον, ὥσπερ τὸ μεταῤῥέον ὕδωρ ἀεὶ ... χρηματίζομενον τοῖς ὑποδεχομένοις. Sed hoc relinquatur in medio. A tubo autem deminutum *tubulus* est proprium idem nomen hominis improbi. & hinc poetæ Tibulli nomen factum geminata litera. Nam de vsitata mutatione & dictum paulo ante, & notissima res est.

VII.

TIς ὁ Κάπηλος, καὶ πόθεν παρῆχθαι τοὔνομα ἢ γνήσιον, τοὺς μὲν Καπήλους εἶναι πραγματευτὰς οἴκοι, ... ἄδηλον καὶ Σωκράτης ... Νικηλεία ... καὶ χαλκὸν καὶ εἰργασμένον χρυσὸν ... λέγει. μάλιστα δ' ἐκαλοῦντο οὕτως ὅσοι ... καὶ ... χρηματίζοντες ... τὸ κέρδαίνειν τοῖς ... τὸ πλεῖον ... διὰ ... τεχνικῶς τε καὶ πανούργως καὶ μετὰ δόλου πολλὰ ... εἰώθασιν· ὅθεν καὶ ἡ ... ἐμπορία διαβάλλεται καὶ ... τὸ ... τοῦ ὀνόματος οἷον ... εἶναί δὲ τὸν Κάπηλον, οἷον Καπυ... Πηλὸν, ... οἶνον ... ἐτυμολογικὴ ... γὰρ δὴ Πηλὸς ὁ οἶνος. καὶ οὐ παρήσει ... τοὺς κεραννύοντας τὸν οἶνον, μὴ ... τὸν οἰνέα. μὴ ποτε ... ἀληθὲς ... ἀπὸ τῆς κάπης, σημαινομένης

Ἰλιαδ. θ. & Ὀδυσσ. δ. διὰ τῆς λέξεως τῆς περὶ ἧς ἐδιδάξαμεν σκοποῦμεν; καί ἐστι κάπη παρ' Ὁμήρῳ ἡ φάτνη, ἐκ τοῦ κάπτειν, δηλονότι τοῦ ἐσθίειν, ὥσπερ ἁπλούστερον ἢ τὸ τὴν φάτνην ἐκ τοῦ φαγεῖν εἶναι, ὥσπερ γὰρ σιγή, σιγηλός, καὶ ἀΐδης, ἀΐδηλος, ὁ ὀλέθριος· οὕτω κάπη, κάπηλος.

VI.

QVisnam ὁ κάπηλος, & vnde vocem hanc deduci existimemus? Nemini quidem obscurum est Καπήλους (quos Caupones Romani dixerunt) esse negotiatores ac venditores. Et Isocrates ad Nicoclem scribens, inquit nonnullos vestimenta & æs, & elaboratum aurum καπηλεύειν, hoc est, vendere. Præcipue vero sic appellati fuere, qui vesca & potabilia veluti quæstum aliquem facientes diuenderent. Quia vero lucrum sibi tamquam finem instituti sui hoc genus hominum propositum habet: propterea *Impostura.* videntur astu quodam ac *dolo malo* multa facere. Ideoque nundinatio huiusmodi odiosa fuit reddita, & quidam consueuerunt malitiam quasi resonare vocem hanc, vt sit κάπηλος quasi κακῶν πηλὸν, ἤτοι τὸν οἶνον, id est, qui vinum deprauet. Sed ludicra hæc est nominis ratio: nequaquam enim πηλὸς vinum est. Et recte monuit olim quispiam, prohibens ne qui vinum temperarent, ex Oeneo Peleum, hoc est, ex vinoso lutosum redderent. Nunquid igitur verius ἀπὸ τῆς κάπης deducemus, qua voce significantur vasa *Cibo destinata.* *ad escam pertinentia*? Et Homero κάπη Præsepe est, nimirum a κάπτειν, quod comedere exponitur, sicut ἐκ τοῦ φαγεῖν simplicius deriuatur φάτνη. Vt enim σιγὴ σιγηλὸς taciturnus & ἀΐδης, ἀΐδηλος, & ἀΐδηλος, lethalis, ita etiam κάπη, κάπηλος, mutuo a se descendere inuicem arbitramur.

Z.

Διὰ τί Γαιήοχος, ὁ Ποσειδῶν; ἢ ἔχων τὴν γῆν, ἢ ὀχούμενος ἐπὶ τῆς γῆς, ἢ καὶ κρατῶν τῆς γῆς; ὅθεν καὶ ἀσφάλιος, καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐτιμᾶτο ταῖς ὀγδόαις τῶν ἡμερῶν. ἡ γὰρ ὀγδοάς, φησὶν ὁ Πλούταρχος, κύβος ἀπ' ἀρτίου πρῶτος οὖσα καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον *Ὀκτώ.* οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ Ποσειδῶνος δυνάμεως, ὃς καὶ Ἐννοσίγαιος καὶ Ἐνοσίχθων, ὁ τῆς γῆς καὶ χθονὸς κινητικός. οἱ γὰρ σεισμοὶ δοκοῦσιν αἰτίαν ἔχειν τὰ πνεύματα ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἐμπίπτοντα τοῖς μυχοῖς τῶν ὑπὸ γῆν κοιλωμάτων.

VII.

QVare Γαιήοχος vocatur Neptunus? An quia τὴν γῆν ἔχει, hoc est, terram continet, aut tamquam ὀχούμενος ἐπὶ τῆς γῆς, qui feratur supra terram, quod in hanc ipsi sit imperium? Hinc etiam Asphalius dictus & ab Atheniensibus cultus fuit per octauas. Est enim octonarius, vt Plutarchus inquit, Cubus parium numerorum primus, & ex duplicato primo quadrato gignitur, cuius proprietati debetur stabilis & immota vis Neptuni. Ennosigæus quoque cognominatur & Enosichthon, quod tellurem commoueat. Huius enim tremores videntur caussas habere flatus ex aquis, quum in abditas terræ cauernas impingunt.

Πόθεν

H.

ΠΟθεν ἀσπὶς τὸ ὅπλον; ἢ ἀπὸ τοῦ ζώου τῆς ἀσπίδος ἐπειδὰν κυκλοτερεῖς χολ σφηκῶν γεγόνασι τὰ πέλαι αἱ ἀσπίδες, ἀναμφίβολον. καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ζ ἐπὶ Θήβας φησὶν,

ἅλω δὲ πολλὴν ἀσπίδος κύκλον λέγω ἔφριξα δινήσαντος. τὸ δ' ἑρπετὸν ἐκεῖνο καθεύδει καὶ ἡλιούμενον κύκλους κατελίσσεται. εἴη δ' ἂν ἑκατέρων ἀπὸ τοῦ α καὶ τοῦ σπίζω, τοῦ ἐκτείνειν· ἐπὶ μὲν ὅπλου νοουμένου τοῦ α στερητικοῦ, ὡς μὴ ἐκτεινομένου εἰς μῆκος τούτου ἀλλὰ συνηγμένου εἰς κύκλον· ἐπὶ δὲ τοῦ ζώου, τοῦ ἐπιτατικοῦ μορίου ὄντος, διὰ τὸ μῆκος τοῦ σώματος, ἢ τὴν ἐπίτασιν καὶ τὸ ὀξὺ τοῦ συριγμοῦ.

ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἴσως οὐκ ἄτοπος ἐνθυμούμενος, εἶναι τὸ τοῦ ζώου ὄνομα πεποιημένον, ὡς τῇ φωνῇ ἐνδεικνύον τὸν τῆς ἀσπίδος συριγμόν.

VIII.

ASπὶς vnde? armatura inquam istbæc. Num ab aspide animali? Neque enim dubium est olim clypeos, qui ἀσπίδες sunt, rotundos fuisse. Æschylus etiam in Tragœdia secunda canit:

Halona grandem (sic orbem clypei voco)
Ipso rotante exhorrui.

Istud vero serpentum genus, quum dormit vel apricatur in orbes conuoluit sese. Vtriusque vero ratione ex α & σπίζω, quod est extendere, hoc vocabulum componitur. Si enim clypeum intellexeris α priuandi significationem habebit, quod hic non protendatur in longum, sed in circulum contrahatur: Sin bestiam α intendendi particula fuerit longitudinem corporis vel intensum & acutum sibilum innuens. Non tamen absurde quispiam suspicetur fortasse, coniectatus animantis nomen esse factitium, atq; sono ipso præ se ferre aspidis quendam sibilum.

Θ.

ΠΟθεν μέλη; οἷον τῶν μερῶν ὅλα ὄντα; καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ σώματι μέλη λέγεται ἐκεῖνα ὅσα περ μέρη ἔχει ἐν αὐτοῖς ἴδια, οἷον κεφαλὴ, καὶ σκέλος, καὶ χεὶρ καὶ ὅλος ὁ βραχίων, καὶ ὁ θώραξ, φησὶν Ἀριστοτέλης. ἴσως ἰσχυρ. ζώων αἱ. δὲ καὶ ὁμοίως ἡ μουσικὴ μέλη ἤτοι ᾄσματα οὕτω κατωνομάσθη, ὡς μέρη ἔχοντα τῆς ἁρμονίας καὶ τῶν συσχημάτων συμφωνα μέρη. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν μελῶν, τὸ μέλπειν, τῷ μέλει δηλονότι ἕπεσθαι.

IX.

MΕλη vnde? an sic dicuntur, quasi μερῶν ὅλα ὄντα, quod nimirum se tamquam tota habeant ad particulas? Et propterea in corpore μέλη nuncupantur, quæcumque membra partes in se peculiares alias continent, vt Caput, Crura, Manus, denique Brachium integrum, & Pectus, vt ait Aristoteles. Forte etiam eadem ratione musica Mele siue cantiones denominatæ fuere, tamquam concentus & modorum partes consonæ. Et rursus hæc Mele τὸ μέλπειν de se pariunt, hoc est canere, τῷ μέλει videlicet ἕπεσθαι, quasi quispiam cantionem sequi dicatur.

I

ΔΙὰ τί ὁ ἀπὸ μεσημβρίας πνέων ἄνεμος ἐπικλήθη Νότος; ἆρ' ὅτι κάθυγρόν τὸ πνεῦμα καὶ ὑετῶδες καὶ νοτίδας ἐπιφέρει; ἢ μᾶλλον ἡ Νοτὶς παρῆκται ἐκ τοῦ Νότου. ὁ δὲ νότος ὠνομάσθη ὁ κάτωθεν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς πνέων, οἱονεὶ νῶτος ὤν κατὰ τὸν Πλούταρχον. τὰ γὰρ τῆς σφαίρας πρὸς μεσημβρίαν ἄντα ὡς ταῖς ἡμετέραις οἰκήσεσιν, ὅπου ὁ ἥλιος οὐδέ ποτε γίνεται ἡμῖν κατὰ κορυφὴν, πάσης ἀποκεκλικότα τυγχάνει.

Πλατωνικῶν ζητημάτων.

X.

QVare Notum appellarunt ventum a Meridie flantem? Vtrum quia ventus est humidissimus, & pluuias, humiditatesque, νοτίδας Graeci vocant, conciliat: an potius Νοτὶς id est, humor, a Noto deductum fuit? Notus vero id nominis fuit sortitus quod ex inferiore & occulto spiret loco, tamquam sit νῶτος, id est, imus quispiam secundum Plutarchum. Nam globi partes ad meridiem secundum nostram habitationem, vbi sol numquam vertici nostro imminet, extremam habent declinationem.

ΔΕΚΑ'Σ Β.

A.

ΠΩς ὀρθογραφεῖται Ἀκαδημία; ἢ ἕως μὲν τῆς παραληγούσης οὐδὲν ἀμφισβητήσιμον; Ἑκαδημίαν γὰρ καὶ Ἀκαδημίαν τὸ προάστειον ἐκάλουν. τὴν παραλήγουσαν δὲ συστέλλουσιν οἱ γράφοντες; ἀλλὰ τῇ ι, δοκοῦσιν ἐξαιρέσει τοῦ ε συστέλλειν αὐτήν. καὶ οὕτω παροξύνειν τοὔνομα, ὡς εἴη καθάπερ Σοφία οὕτω καὶ Ἀκαδημία. ἡ δὲ συστολὴ οὐκ ἀσυνήθης Σελευκίας καὶ Αὐθαδίας, καὶ Εὐσεβίας καὶ τοιούτων ἑτέρων διεσκεμμένων. καὶ δὴ καὶ πεποιηκότος Αἰσχύλου τὸ Μελάγχιμον, ἐκ τοῦ Μελαγχείμου. ἡ δὲ ἔτυμος γραφὴ εἴη ἂν Ἀκαδήμεια, ὡς τὸ Ἀλεξάνδρεια. Ἡράκλεια καὶ τὰ ὅμοια προπαροξυνόμενα. ὅθεν καὶ τὸ παραγωγὸν Ἀκαδημαϊκὸς πρὸ ὑπάρχειν προσετύπου τοῦ Ἀκάδημος, ὃν καὶ Ἑκάδημον ἐκάλεσαν, ἥρωά τινα ἐγχώριον.

DECVRIA II.

I.

QVaenam recta vocis Ἀκαδημίας scriptura? An dubiũ nullum fuerit, quantum penultimam attinet? Ἑκαδημίαν enim & Ἀκαδημίαν suburbium vocarunt. Penultimam vero qui per ι scripsere, vocalis ε detractione ipsam contraxisse videntur, atque ideo penacutum nomen reddidisse non secus ac Σοφία vocabulum, sic etiam Ἀκαδημία, efferentes. Contractio autem haec nõ est parũ visitata, vt in dictionibus Σελευκίας & Αὐθαδίας & Εὐσεβίας, & id genus aliis, si forte reperiantur. Quid? quod Aeschylus fecerit Μελάγχιμον ex μελαγχείμου voce. Sed verius Ἀκαδήμεια scribendũ fuerit, vt Ἀλεξάνδρεια, Ἡράκλεια, & similia, in antepenultimam reiecto tono. Hinc deducitur etiam Ἀκαδημαϊκὸς. prius tamen efformato vocabulo Ἀκάδημος, quod Ἑκάδημος quoque profertur. Sic appellato videlicet heroe quodam regionis illius.

Ει

B.

ENi πῶς ἂν ὀρθοτονοῖτο ; ἢ ἀδιαφορεῖ ἡ χρῆσις, διελοκομένου ... τι δασέως ... ψιλῶς ... δοκεῖ Εὐσταθίῳ ... ἀρχὴ τοῦ ὀνόματος ... ὅταν μὲν διπλοῦν ἔχῃ τὸ ν, ... παράγηται ἐκ τοῦ ἑνός. τὸ δὲ διπλοῦν, ... Αἰολικὴν, ... οἰκεῖα καὶ τὰ ψιλὰ ... ἢ ὅλως ἕνη ... σκέψαιτ' ἂν ἀκριβέστερον ὁ ... καὶ ἀφορμῆς ... ἐπιλαβόμενος ... ἔνη καὶ νέα ἡ τῆς τριακάδος ... συνόδου ἐσχάτη, ... πάλιν ... πληρωθεῖσα ... ἀναγεννωμένη. Vnde Varro hanc *extremam & primam Lunam* vocat. ἕνον enim *vetusti* habet significationem, quod recens aliud excipit. atque ita Theophrastus de ...almorum fructu, ἐπικαταλαμβάνοντος τοῦ νέου τὸν ἕνον.

II.

...Nn quonam spiritu recte insigniri dicemus? an parum interest? quum æque aspere atque tenuiter, vt placet Eustathio, ...tum inueniatur. an vero nominis huius origo asperum quidem ...quirit quum duplici ν non scribitur, & deducitur ab ἑνὸς, id est, ...o. Sed quando νν geminatur Æolicam dialectum constitui pu...mus, cui tenues aspirationes peculiares fuere? An prorsus etiam ... aliud quippiam significat, quam ἕνη, quam vocem considera...rit quispiam accuratius, qui voluerit, vel etiam si cui oblata fu...t huius rei occasio. Est autem ἕνη καὶ νέα dies tricesimus, quo lu... propter coniunctionem vltima censetur, & rursum ab hac pri...fit, quasi finem consequuta & de nouo iterum genita.

III.

VNde *planctus*? An dubium non est quin a verbo *plango*: significari autem eum qui Græcis κοπετὸς ἀπὸ τοῦ κόπτειν, & τυ...ς est, ἀπὸ τοῦ τύπτειν: nam κοπετὸν καὶ θρῆνον γυναικεῖον dixit Hali...nasseus lib. 4. Non igitur propriæ voces sed gestus lugubres in...abuntur hoc vocabulo, quales sunt se ipsos in dolore ferienti... atq. lacerantium. Nam Latinis *plangere* est percutere & pulsa... Cicero *plangores* nominans cum lamentatione hos coniunxit.

IV.

VNde est *iumentum* & quid significat? An esse ὑποζύγιον hoc constat? & hinc manifestum fit appellatum *iumentum*, quasi ...*mentum*, a iugo, id est, ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ, & potius quam veluti *iuuamentum*, ab hominibus iuuandis.

V.

IΟτερον Πρῶρα, καὶ τὸ Ηρωδιανὸν, καλεῖται οἷον Πρῴρα ... ἐν τῷ ... ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ι; ἢ οἶον ... τῷ ... αὐτὸ τοῦ ι. ἀπὸ τοῦ ... βλέπειν. ... ὥστε ... αὐτὴν ... πρόσω ... ἔχει δὲ ... Αἰσχύλον εἰπόντα.

καὶ ... ὄμμασι βλέπουσ' ὁδόν.

... ἄλλοθι τὸ ... Καλλίστρατον, ...

διὰ προσωπτὸν καὶ τὸ εἶδος καλεῖν. ἀπὸ δὲ τῆς Πρώρας, Πρωρεὺς καὶ Πρωράτης ὁ ἐπὶ τῆς πρώρας τῶν ἀνέμων προγνωστικός· καὶ Πρωρατεύειν παρ' Ἀριστοφάνει,

ἐρέτην γενέσθαι πρὶν τὸ γε πηδάλιον ἐπιχειρεῖν, (ἐπιχειρεῖν.)

κἄτ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι, κἄτ' κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ.

V.

VTrum Prora secundum Herodianum vocatur quasi προίερα, quod præcedat quasi & præfixum habeat ι literam? an potius omisso ι, Proram quispiam pronuntiare poterit, quia prorsum prospiciat, & nauis pars anterior exsistat? Nominis itaque ratio erit a verbo προορᾶν, id est, a prospiciendo, quod prorsum vergat inter nauigandum. Sortitur vero hac in parte Æschyli calculum, qui ait: Et prora prorsum intenta tamquam oculis viæ, quemadmodum alibi Parthenopæum vocauit, βλάστημα καλλιπρώρου, quasi germen pulcra facie siue aspectu formoso præditum. A Prora autem est Proreus & Proreta qui in prora ventos prospicit; & Πρωρατεύειν verbum, hoc officio fungi denotans.

ς

ΔΙὰ τί οὐγκία, ἡ οὕτω παρὰ Λατίνοις καλουμένη, ἐγράφη ὑπὸ τῶν ἑλλήνων οὕτω πῶς ∫ο. ἐστὶ δὲ ἡ οὐγκία ὅλον δραχμαὶ ὀκτώ. ἢ ἀρα ἐκ τοῦ ὅλου τὸ δίμοιρον· οὕτως ἐσημειώθη; ἐστὶ δὲ τὸ ὅλον παρὰ Λατίνοις ἄσσις καλούμενος, ιβ. καὶ παρ' Ἕλλησι ὁ ζωδιακὸς κύκλος εἰς τοσαῦτα μέρη διαιρεῖται, ἃ καὶ δωδεκατημόρια λέγεται. πῶς δὲ τοῦ διμοίρου σημεῖον ἐστιν; ἢ ὅτι τὸ δίμοιρον τοῦ τρίτου μέρους ἔλαττον, ἢ τῷ ὃ ἀφῄρηται τὸ τρίτον; ὡς εἶναι καθάπερ β πρὸς γ, ἢ δ πρὸς ς, ἢ η πρὸς ιβ, καὶ ὡσαύτως ἑξῆς. τὸ γὰρ ο σημεῖον παρ' Ἕλλησιν ἐλαττωτικὸν ἢ ἐξουθενωτικόν. τὸ σημεῖον οὖν δηλοῖ, εἶναι τὴν οὐγκίαν ἐλάττω τοῦ ὅλου, ἤγουν τῶν δυώδεκα τῷ τρίτῳ μέρει αὐτῶν, τοῦτο δ' ἐστὶ τέσσαρα, ὥστε λείπεσθαι ὀκτώ. ἢ ἁπλῶς τὴν ἀρχὴν συλλαβὴν τοῖς ο καὶ γ γράμμασι σημαίνοντες, οὕτω τὸ ὄνομα ἐνδείξασθαι ἐβούλοντο;

VI.

VNcia vox Latina vnde dicitur? Græci quodammodo sic pingunt ∫ο, habet vero Drachmas 8. An partes duæ totius hoc modo significantur? Est vero totum apud Latinos assis, 12. & apud Græcos Zodiacus circulus in tot portiones diuiditur, quæ Dodecatemoria, id est, partes duodecimæ vocantur. Sed quare duarum partium hæc nota erat? an quia duæ partes tertia minus existunt, vel quod ab illis auferatur tertia? vt se habeat, quemadmodum 2. ad ∫. 3. aut 4. ad 6. aut 8. ad 12. & sic deinceps. o enim signum apud Græcos diminuendi vel annihilandi erat. Hoc itaque signo, vnciam toto minorem esse, duodecim inquam tertia sui parte, id est quaternario, vt ita desiderentur octo. Aut simpliciter syllabam priorem o & γ literis designantes, hoc vocabuli notare voluerunt. Ceterum quod vnciæ vox tam numisma quam pondus apud Siculos significarit, Pollux auctor est.

Vnde

VII.

Vnde *Mamertini*? Incolæ hi fuere Messanæ in Sicilia. An sunt *Martii*, id est ἄρειοι. vt scripsit Plutarchus Pyrrho, & Festus ompeius ex Alphio quopiam retulit, quod Oscorum lingua ars *Mamers* vocetur. An fieri possit, vt gentile sit *Mamers*, sicut *amers*, & inde factum nomen Mamertinorum? Nam Italicos il-s aduenas fuisse, & in Sicilia consedisse non ambigue traditur. vt Camerini, ita Mamerini oppidi mentio fit. etsi in epitoma ephani Μαμέρτιον legitur.

H.

Ιόθεν ὁ Γέρων; ἢ Ῥέων εἰς Γῆν. ἢ Γεηρὸς ὡς ἂν τὴν ἕξιν ἐξηραμμένος, ὡς ὁ Πλούταρχος. ἢ, ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀπὸ τῶν Γερῶν παρήκτῳ συμπος. γ. γ ονομα ὡς γεραρὰς τῆς ἡλικίας οὔσης· ὥσπερ καὶ πρέσβυται ἐκλήθησαν οἱ ἄ-σιως τὸ, πρέσβα Διὸς θυγάτηρ.

VIII.

Vnde Græcis dicitur ὁ Γέρων? quia εἰς γῆν ῥεῖ, hoc est ad terram ruit, aut γεηρὸς quum sit, habitu nimirum terreo & sicco, vt utarchus autumat? An verius est affirmare, quod a γερῶν, id est onoratiis, descendat hæc appellatio, quoniam honore digna ęs illa sit, quemadmodum etiam πρέσβυται nominati sunt, ve-randi si qui erant, secundum illud: πρέσβα Διὸς θυγάτηρ: Nata uis veneranda.

IX.

Cur *meridies* dictus *dies medius*? Verum duplex verbum? vt Gręcum μεσημβρία, sic est ad suauitatem soni quasi modificatũ, uum *medidies* ingratius videretur, quemadmodum Cicero sen- Ora &idem in Græco nomine cernitur. Nam ἀπὸ τῆς ἡμέρας, cade t simpliciter μεσημερία vnde Theocritus μεσαμέριον dixit, *me-dii diei tempus*. An vero recta & euidens compositio est? quod illo mpore nulla accessio ad lucé amplius fiat, neq; eam quicquam uasi infuscet, quum sol altissimus sit, & ideo *merus*, id est, plenus que syncerus *dies* dicitur. θυλ.

X.

Vnde *bellum*? An ἐκ τοῦ ἐναντίου, quia in eo nihil inest belli, id est pulcri ac venusti? quum deterrima res sit bellum. An a Græ-βάλλειν, a quo & βέλος; quod in bello res armis & telis geratur. n sunt hæc friuola? ac potius nomen contractum est de *duello*, vt ocuit Cicero, sicut *duis*, *bis*, & *diuini*, *bini*. Orat.

DECVRIA III.

I.

Qui sunt *catenati labores*? An duri & vrgentes? an vero con-ferti, vt tamquam annuli catenæ crebri, ita vnus labor alte-rum attrahat? An infesti & coercentes angentes que animos.

Schol. ἔργων Ἡσιόδ. Suidas.

B.

Πόθεν κῶμαι ὠνομάσθησαν; ἢ ἀπὸ χωμάτων περιοικοδομημένων πρὸς οἰκήσεσιν, ἵνα εὐερκεῖς ὦσιν ἐκεῖναι, ἢ διὰ τὸ κοιμᾶσθαι ἐκεῖ, καὶ μὴ ἔξω διατρίβειν;

II.

VNde κῶμαι, vel pagi? vtrum ab aggeribus. (χώματα hi sunt Græcis) quibus ædificia circumdabatur, vt munitiora essent? an a cubando illic & non extra hæc versando?

Γ.

Πόθεν δῆλον; ἢ ἐστὶν ὥσπερ δηὸς καὶ δηότης, ἀπὸ τοῦ δαΐειν τὸ φλέγειν, οἷον δαϊλόν, τουτέστι λαμπρὸν καὶ φανερόν, τοιοῦτο γὰρ τὸ καιόμενον καὶ πυρῶδες. ἢ ἀπὸ τοῦ δὴ παρῆκται, ὅθεν καὶ δῆτα, οὗ χρῆσις ἐν ταῖς βεβαιώσεσι καὶ ἐμφάσεσι τῶν λόγων.

III.

ΔΗλον vnde? Vtrum sicut δηὸς & δηότης a δαίειν verbo, quod flagrare significat, quasi δαϊλόν, id est clarum & manifestum? eiusmodi enim est quod flagrat & ignitū est. an a voce δὴ, vnde & δῆτα deducitur, cuius vsus est in confirmationibus & significationibus orationum perspicuis.

IV.

VNde *cerimonia*? Ab oppido ne *Cere*? vt plurimi tradidere. An a *carendo*, vt intelligatur addictos & intentos sacris, id vnum quod est in manibus, agere oportere. An a *caritate*? nam Græca origo non explicatur, esse has ἀπὸ τῶν ἱερῶν: etsi Latini verbi ista significatio est. sunt enim *ceremoniæ* ritus sacrorū. An verum est, esse *ceremonias* quasi *gerimonias* a *gerendo*? sicut a *gemendo Gemonias* scalas fecerunt: a *querendo querimoniam*: vt indicentur ea quæ in sacris geri ritu solemni deberent.

E.

Πόθεν Πηγή; ἢ ὥσπερ Πηδὴ ἐλέχθη: διὰ τὸ πηδᾶν ἐκεῖ ὕδωρ· ὡς Δημήτηρ Γημήτηρ μεταβολῇ τῶν στοιχείων. ἢ εἰ ἡ Δημήτηρ οὐκ ἔχει ταύτην τὴν ἐναλλαγὴν, ἀλλ' ἐστὶν ἡ δηοῦσα ἤγουν ζητοῦσα καὶ εὑρίσκουσα τὴν τροφὴν τοῖς ζώοις, ὅθεν καὶ Δηὼ προσωνομάσθη. καὶ ἔστιν ἡ Πηγὴ τοῦ ὕδατος πρώτη ἀρχὴ ἤτοι μελαινομένη, ὡς πέφυκε τὸ Πηγὸν ἢ μέλαν· ἢ διὰ πηγνύειν ὄντος τοῦ ῥεύματος καὶ ἀενάου, καὶ οὕτω Πηγὴ ἐκλήθη;

V.

VNde πηγή? an quasi πηδὴ sic vocatur, quod aqua sponte prosiliat, vt & δημήτηρ γημήτηρ, literarum δ & γ in se inuicem transitu. An haudquaquam δημήτηρ huiusmodi mutationem ratam habet sed veluti δηοῦσα dicas, nempe quod illa cibum pro animalibus quærat & inueniat, vnde etiā Δηὼ denominata fuit. Et πηγή, fons, inquam, origo prima est aquæ, siue quia nigrescit vt solet. nam πηγὸν nigrum est, siue, quod solidi & perpetui duxus sit, vt hinc πηγὴ fuerit appellata.

ς.

ΤΟῦ Πελαργοῦ τί ἔτυμον; ἢ ὅτι Πελλὸν ἤτοι μέλαν, καὶ ἀργὸν, τουτέστι λευκόν τι ἔχει τῶν πτερῶν, ἢ ὅτι πελάζει τοῖς ἀνθρώποις, τὰς νοσσιὰς ἱδρυμένος ἐν τοῖς οἰκουμένοις τόποις καὶ τοῖς δώμασι; μή ποτε δ' οἱ Πυθαγόρειοι τὸ νουθετεῖν πελαργᾷν ἐντεῦθεν εἶπον, ἢ ὅτι δικαίας εἶναι καὶ πιστὰς καὶ στοργὰς τὰς νουθετικὰς χρεών; τὸ γὰρ τῶν πελαργῶν γένος δικαιότατον νομίζεται, ὥσπερ τὸ τῶν ἱπποποτάμων ἀδικώτατον. Διὰ τοῦτο ἐν τοῖς βασιλικοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν, κατωτέρω δὲ ἵππον ποτάμιον ἐτύπουν ποτὲ, δηλοῦντες ὅτι ἐν τῇ φύσει καὶ τῷ ἔθει τοῦ βασιλέως καὶ ἄρχοντος, ὑποτέτακται τῷ δικαίῳ ἡ βία, καὶ τῷ ὁσίῳ ἡ ὕβρις, καὶ συνελόντι εἰπεῖν, ἡ κακία τῇ ἀρετῇ.

VI.

VNde verisimile est nomen πελαργοῦ descendere? an a πελλὸν & ἀργὸν, hoc est a nigro & albo, quod eiusmodi pennas habe[a]t? an a πελάζειν, quod hominibus propinquet, dum in habitatis [l]ocis & ædificiis nidos collocat. Numquid etiam Pythagoræi [c]ommonefacere dixerunt πελαργᾷν, quod iustæ, fideles, & ama[b]iles debeant esse monitiones? Ciconiarum namque genus ha[b]etur pro iustissimo, vt Hippopotamorum pro iniquissimo. Id[e]oque in regum sceptris Ciconiam superiore loco, inferiore ve[r]o equum fluuiatilem olim fabricabant, innuentosque quod na[t]ura & consuetudine apud regem siue principem iustitiæ violen[t]ia, & integritati, calumnia, &, vt vno verbo dicam, virtuti mali[t]ia subiecta esse deceat.

VII.

VNde nucis *iuglandis*, & Græce καρύου nomen? Illa quidem Διὸς βάλανος, id est, *Iouis glans* non est. hæ enim castaneæ [s]unt; quod de Theophrasti descriptione manifestum fit. An igi[t]ur *iusta* est *glans*? sicut *iudex*, iuridex seu iustidex. Κάρυον vero, an [s]ecundum Plutarchum & Plinium, est quasi καρυβαρητικὸν, id est, *a* [c]*apitis grauedine*? An potius, quia similitudinem capitis humani quandam habet? quæ est σφαῖρα προμήκης, id est *globus non plane* [r]*otundus, sed porrectus*. συμπ. γ. α. Plin. lib. 23. cap. 8.

VIII.

QVæ origo putanda νίκης, κραιπάλης, ἀμεθύσου; An νίκη est, vt Plutarcho placet, ἡ μὴ εἴκουσα, vt sit ν στερητικὸν, sicut quum di[c]itur, νηλεμὲς, τὸ ἀνελέητον, & νώνυμος ὁ ἀνώνυμος. Mutatur au[t]em & ει diphthongus in ι longum. vt νῆλαον, τὸ εἰλούμενον περὶ τοὺς [π]όδας. ἀμέθυστος vero eidem Plutarcho, est & herba & gemma: ea[m]que vult ideo ambo hæc sic esse dicta, quod ebrietatis remedium [s]int, sed a colore, quod speciem tam herbæ folium, quam gem[m]æ nitor, præ se ferat vini tenuis & mitis. κραιπάλην vero an [p]seudens est, esse τὴν παλλουσαν ἤτοι δονοῦσαν τὸ κάρα, κραιπάλην ἵνα εἴπω. Et Plinius *crapulam* a dolore & vertigine capitis [i]d etiam ait, συμπ. γ. α. συμπ. γ. α. Lib 23. cap. 1

IX.

IN Thæteto legitur σ esse ἄφωνον, & strepitum tantum quendam linguæ veluti sibilantis. Quid igitur illud ἄφωνον? An κενόφωνον est, id est, *expers pleni & integri vocis?* Itaque Grammatici quidam, quum vocalibus adderentur ea, quæ σύμφωνα στοιχεῖα vocant, horumque aliqua perhiberent ut ἄφωνα, aliqua ἡμίφωνα, excipientes σ, hoc appellarunt μονῆρες quod peculiare quiddam & singulare notat. Vitarunt autem hunc sibilum Comici, & in sermone populari Attici: Dorienses autem hanc literam σὰν nominarunt: qua omnia propria Persarum nomina terminari Herodotus scripsit.

Κλειοῖ.

X.

VNde *iusticia, mœsticia, læticia*? Nimirum denominata ista sunt, a *iusto, mœsto, læto*. Sed quæ est denominationis litera, c an t? Et scribendum ne *iusticia*, vt *iudicium, audacia, fallacia, pernicies*: an *iustitia*, sicut *iustitium*, (si est hoc ab iure sistendo,) & *initium*? An consideratur in his literæ repetitio? & venustior est scriptura *iusticiæ* atque similium, quam *iustitiæ*: sicut *amicitia, pudicitiæ* quam *amicitiæ pudicitiæ*: & *stulticia*, quam *stultitiæ*: & *tristicia*, quam *tristitiæ*. *Mollitia* autem & *duritia* & *segnitia*, t potius habebunt, quam c. Nam *iustitiam* esse a iure statuendo, commentum ἐτυμολογικὸν, non veritas originis est.

ΔΕΚΑ'Σ Δ.

Α.

ΠΟθεν τέθριππον καὶ συνωρίδα παρῆχθαι φατέον; ἢ ἔκδηλον τὸ μὲν τέθριππον εἰρῆσθαι ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἵππων; ἐπεὶ γὰρ τέσσαρα, τέτορα εἰρήκασι καὶ ἵπποι τετράοροι ἐλέχθησαν Ὀδυσσ. ν. καὶ τετραορία ἐν β´ Ὀλυμπ. ἔστι δὲ ἅρμα τέθριππον τὸ ἔχον τεσσάρας ὁμοῦ συζευχθέντας ἵππους ὥσπερ συνωρίς, ἡ ἔχουσα δύο. δρόμος γὰρ ἵππων δύο τελείων, συνωρὶς ἐκλήθη, παρὰ τὸ συναείρεσθαι καὶ συνεκφέρεσθαι· ἠγωνίζοντο δὲ καὶ πώλων συνωρίδι καὶ ἀπήνῃ τῇ ἐχούσῃ ἡμιόνους ἀντὶ ἵππων, καθάπερ ἱστόρησεν ὁ Παυσανίας.

Παυ. Ἠλιακ. α

I.

VNde τέθριππον & συνωρίδα deriuari dicendum? An manifestum est τέθριππον a quatuor equis etymon habere, nam τέσσαρες, id est quatuor τέτορες pronuntiabant, & equi τετράοροι, hoc est, quadriiugi dicuntur Odyss. 13 & τετραορία in 2 Olymp. Est vero currus quadriiugus, qui quatuor simul iunctos habet equos, vt συνωρὶς bigæ inquam, quæ duos habent. Cursus enim equorum duorum, iustæ ætatis, vocabatur συνωρὶς a συναείρεσθαι quod simul ferrentur. Certabant etiam pullorum συνωρίδι, & ἀπήνῃ, quam equorum vice muli trahebant, vt narrat Pausanias.

II.

QVis est *Paricida*? Numæ regis prisca lex refertur a Sexto Pompeio

mpeio: *Si quis hominem liberum sciens neci duit, Paricida esto.*
on est hic igitur patris interfector seu patricida, (id est πατροκτό-
-νος quod Plutarchus suspicatus fuit, scribens Romulum πᾶσαν
φονείαν, πατροκτονίαν προσαγορεῦσαι) neque simpliciter homicida,
est qui hominem occidit, sed qui liberum hominem dolo ma-
. Non esse autem inde factum nomen, quod *parem*, id est ci-
m aliquis occiderit, hinc liquet, quia in hoc vocabulo prima
laba longa est, vt Horatio: *Telegoni iuga paricidæ.* Erant & eodē
mpeio teste parici quæstores. Nunquid igitur non sit abhor-
ns opinio, si quis suspicetur priscum hoc nomen significatio-
em habere atrocitatis detestantis cædem, quam scelerate & ne-
rie factam esse, ipso nomine perhibeatur? De quo præterea ni-
l habeo demonstrare: neque scio appellatio ausisne *Para* tale et-
m quippiam indicet, an non indicet. Neque me fugit apud au-
ores linguæ Latinæ hoc nomen significatione πατροκτόνου vsur-
atum reperiri: neque ignoro quam multos crimine isto compre-
endi Iurisconsi. perhibeat. Sed ea nostræ considerationi nihil of-
ciunt.

III.

VNde est οἶνος. & vnde *vinum*? Platoni placet οἴνου nomen du-
ctum esse ἀπὸ τοῦ οἰήσεως, & esse quasi οἰόνουν τὸν οἶνον. Alii ἀπὸ τοῦ
ὀνήσεως maluerunt: quod, si vero modo bibatur vinum, magnope-
e prosit, neque quidquam vsque adeo conseruet & augeat calo-
em naturalem vna cum humoris necessaria copia, quam potus
oni vini vnicuiq; corpori congruens. Quin autem vini sit pro-
rietas quædam caloris & humoris, dubium non est. Conducit
oc ipsum facultati quoq; spirituũ interiorũ, & mētis agitationē
diuuat. Ipse etiam Homerus quasi indicasse hanc originem vi-
etur, παρετυμολογῶν πως τὸν Οἶνον ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, Ιλ. ζ.

-ἔπειτα δὲ καὐτὸς ὀνήσεαι αἴκε πίνῃσθα. Εὔσεα

uerunt qui ab inuentore Oeneo nomen *vino* Græcũ impositum
sse traderent. de quo apud Athenæum Melanippidis quædam le-
guntur, quibus dicitur οἶνον esse ἐπώνυμον Οἰνέως. Sed res enarratur
xpositis verbis ibidem Hecatæi, hoc quodam modo: *Orestheus
Deucalionis filius in Ætoliam venit, vt regno potiretur. Ibi canis par-
u edidit stipitem: hunc defodi ille iussit, & ex eo postea nata fuit Vi-
is cum multis vuis. Quamobrem filium suum Phytion appellauit.
Hic genuit Oeneum, nomine accepto a vitibus. nam veteres Græci
vites vocarunt οἴνας Oenei autem filius fuit Ætolus.* Esse igitur Oi-
ia Hecatæus ostendit ἀπὸ τοῦ οἰνᾶν: quod consentaneum est. Nam
Οἰνεὺς manifestam formam habet nominis aliunde quasi deriua-
i vt Ὀδυσσεύς, Ἀχιλλεύς, Θησεύς, Πηλεύς. Quidam Oeneum appel-
atum esse tradiderunt, quod vini colore cōspiceretur. Qui color
nsignis in ore, nomen fecit οἰνωπίαν. Sed *vinum*, an a *vi* ductum
sse credemus? an arbitrabimur fictas istas ἐτυμολογίας. Gramma

ticis comminiſcentibus, & eſſe antiquum vel priſcum potius nomen tam vini quam οἴνου, externum illud quidem, in hos ſonos deflexum: quum Hebræos, Arabes, Illyrios, quorum ſermo eſſe Aſiaticus putatur, Germanos eodem pene nomine hunc potum appellare conſtet, quo Græcos ac Latinos.

Δ.

Ἄμπελος καὶ βότρυς πῶς εἴρηνται; ἤ ἐστιν ἡ ἄμπελος ἡ ἀναζέουσα τὸ πηλὸν, ἤγουν μέλανα οἶνον; ἢ ἀναπλάζουσα διὰ τὸ τοῦ φυτοῦ τούτου συνεχὲς, καὶ τῶν βοτρύων ἀθρόον. τὸ γὰρ ἄμπελον εἶναι οἷον ἔμπηλον καὶ τὸν οἶνον πηλοῦ ὀνόματι σημαίνεσθαι, καὶ ψευδές ἐστι καὶ οὐδαμῇ χάριεν. Βότρυς δὲ ἢ διὰ τὴν αὔξησιν οὕτως ὠνομάσθη. ἐνδείκνυσι γὰρ ἡ βο συλλαβὴ ὄγκον τινὰ καὶ σύστασιν καὶ ἐπίδοσιν· ὅθεν καὶ τὸ βόσκειν καὶ βοτὰ, καὶ βόες καὶ βοή· ἤδη δέ τινες καὶ πᾶσαν ὀπώραν βότρυς λέγεσθαι παρέδωκαν. ἢ φλυαρῶδές ἐστι τὸ εἰρημένον τῶν ἐτυμολογιῶν; τῆς βοὸς καὶ τῆς βοῆς πεποιημένων ὄντων ὀνομάτων, καὶ τοῦ βόσκειν ἐκεῖθεν παρηγμένου. ἐρρέτω τοίνυν τὸ τῶν βοτρύων ἔτυμον, καὶ λείπεται ἡ ζήτησις ἐπὶ τὴν εὕρεσιν ἑτέροις οἷς ἂν περὶ ταῦτα ἀσχολεῖσθαι εὔκαιρόν τε καὶ φίλον.

IV.

Quomodo ἄμπελος καὶ βότρυς appellatæ fuere? Num quaſi ἀναζέουσα τὸ πηλὸν, ἄμπελος dicta eſt, quia vitis nigrum vinum profert? an tamquam ἀναπλάζουσα, vicinitatis quadam ſignificatione, ob continuitatem huius plantæ, & vuarum congerie. Nam quod ἄμπελος quaſi ἔμπηλος, nonnullis ſonare videatur, eadem luti & vini apud Græcos nomenclatione, æque falſum atque inelegans profecto fuerit. βότρυν, id eſt vuam, ab augendo nominari oſtendit βο ſyllaba, molem quandam, & extenſionem auctionemque ſignificans, vnde βόσκειν etiam & βοτὰ & βόες & βοὴ Græci fecerunt. Iam vero non deſunt qui omnes autumni fructus βότρυς nuncupari prodiderint. An futile eſt hoc quod etymologias eiuſmodi, quas diximus, attinet, quum βοὴ & βόες vocabula ſint ficticia. vnde βόσκειν etiam deriuatur. Apage ergo hoc βοτρύων Etymũ. & relinquatur iſta quæſtio aliis, ſi quibus in hiſce tempus terere opportunum & non ingratum fuerit.

E.

Τέχνη, ἢ κατὰ Πλάτωνά ἐστιν οἷον ἑχονόη; ἢ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ τίκω παρῆκται, ὡς πάχνη; ἢ ἀπὸ τοῦ τεύχω;

VI.

Techne, an ſecundum Platonem eſt, ac ſi ἑχονόη proferas, a mentis habitu? an potius a τίκω, hoc eſt pario, verbi πάχνη ſimilitudine? an etiam a τεύχω fabricandi ſignificatione.

ς.

Ἀνάγκη πόθεν; ἢ, ὥσπερ ὁ Πλάτων Κρατύλῳ, ἐκ τοῦ ἄγκους πεποίηται φησί; γὰρ ἐκεῖνος τὸ αἰτιατικὸν ἀληθεῦσαι, τῇ διὰ τοῦ ἄγκους ἀπορίᾳ πορείᾳ, ὡς κάμπτες καὶ δυσχερὲς ὂν, πόνου τε καὶ λύπης ἐχόμενον, ἐπεὶ αὖ καὶ τὸ Σιμωνίδου,

καὶ μὴ ἀναίνεσθαι χρῆμ' αἰσχρὸν ἔφη.

ὁ δὲ

ἀπὸ τοῦ ἄγχω, ἤγουν μέσως γίνεται ἄγχη, ὡς Γραφὴ, Μονὴ καὶ συνθέσει ἀναγκ-
η καὶ συγκοπὴν ἀνάγκη. ἔτι πως καὶ ἀπὸ τοῦ Χαίνω, Κάγχη ὅθεν τὸ Καγχά-
ζω καὶ Καγχαλῶ. ἔστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, οὐ μόνον τὸ μετὰ βίας γινόμενον, ἀλλὰ καὶ
τὸ κατὰ θείαν τινὰ ἢ φυσικὴν τάξιν ἀμετάβλητον. ἐντεῦθεν καὶ οἱ συνή-
θεις καὶ συγγενεῖς Ἀναγκαῖοι ἐκλήθησαν· καὶ ἀναγκαῖον τὸ αἰδοῖον, ὡς
μόνον τῇ τῶν ζώων γενέσει ἐπιτήδειον· καὶ ἀναγκαῖα, ἅπαντα ὧν ὁ λόγος οὐ
...κ ἄνευ.

VI.

ANάγκη vnde dicitur? An iuxta Platonem in Cratylo ab ἄγκος verbo locum præruptum designante? inquit enim ille ἀναγκαῖον vocari similitudine quadam itineris per loca prærupta, non secus ac si arduum ac difficile esse dicas, & laborem atque molestiam sibi coniunctam habere. Nam secundum Euenum, omnis res coacta molestiam affert. An ab ἄγχω, ἤγουν medium de se parit ἄγχη, exemplo vocum γραφὴ & μονὴ, & compositione, ἀνάγκη fit, per syncopam vero ἀνάγκη. Sic aliquo pacto a χαίνω, κάγχη, vnde καγχάζω & καγχαλῶ deducitur. Est vero ἀναγκαῖον, sicut necessarium, non modo quod violenter fit, sed etiam quod diuino quodam ac naturæ ordine immutabile consistit. Hinc familiares & cognatos Græci ἀναγκαίους, Latini Necessarios appellant. Et pudendum quoque ἀναγκαῖον vocatur, quod vnice ad animalium generationem conducat. Necessaria denique siue ἀναγκαῖα sunt, quæ ita se habent, vt absque iis aliud quippiam fieri nequeat.

VII.

VNde Seruilius cognomen *Ala* inuenit? Vtrum ex eo quod sub *ala*, quæ est, vt Cicero docuit, axilla, pugionem occultatum attulit, quo trucidauit Spurium? An fieri possit, vt alicui illius gentis hoc nomen impositum fuerit a fœtore, qui est alarum in quibusdam vehemens & teter? Vnde & Horatius,

Namque sagacius vnus odoror,
Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis,
Quam canis acer vbi lateat sus.

Eruntque similia huic, Sura, Struma, Pansa. Ex quibus patet, non esse caussam, cur spiritus crassioris nota initio huius nominis præponatur.

VIII.

VTrum *Marcellus* ἀρήϊος est? Quemadmodum auctore Posidonio retulit Plutarchus Marcello. An quo pacto a *Marte* hoc nomen ducatur, minus apparet, & est *Marcellus* diminutum a *marculo*? sicut a *fabula*, *fabella*. Vetera autem nomina Romanorum pleraque facta esse constat a re rustica, & instrumentis ruris, & fructibus agrorum.

IX.

QVi fictis cæsisque hostibus reducebant exercitum Roma-

num, iis triumphus decernebatur. aliis quibusdam, qui vel sine armis bellum confecerant, vel quorum victoria minus erat gloriosa, ouantes vrbem introibant. Quid est autem *ouare*? An non factum ab *oue*? qua rem diuinam tum fieri consueuisse, cædentibus boues iis, qui triumpharunt, scripsit Plutarchus Marcello: Ac potius ab acclamatione militum, vt non absurde Græcorum aliqui εὐιὸν, alii εὐὰν istam celebritatem appellasse videantur.

Dion. Hal. lib. 5.

X.

Plut. Marc.

DIctator vnde? qui fuerit magistratus iste Romæ, notissimum est. Vtrum vero a *dicendo* nomen est ductum; nam non suffragiis populi creabatur, sed vnius cuiuspiam voce dicebatur is, qui illam potestatem haberet. An verius est a *dictando* esse *dictatorem*, vt imperii summum & indefinitum ius significetur? Nam *dictare* est pronuntiare: vt *dictata* puerorum, in quæ non illos inquirere, sed ea simpliciter amplecti oportet. *Edicta* autem, id est διαγράμματα, ab *edicendo* sunt appellata, non a *dictando*.

DECVRIA V.

I.

ARcem constat editiorem proprie locum appellari. Qui loci quoniam accurate muniri solent, an *arx* est ab *arcendo*, quod hostes arceat: An est ex Græca voce expressa *arx* τῆς ἄκρας? vt hoc,

-*celsa sedet Aeolus arce*,

interpretari possit aliquis ἐγκάθηται ὁ Αἴολος ἐν τῷ τῆς ἄκρας ὕψει aut simili quopiam modo, vt, ὑψηλῷ ἐν τῇ ἄκρᾳ θρόνῳ.

II.

VNde *corpus*, & Græca σῶμα καὶ δέμας? Sane Græcarum origo non est obscura? quamuis ii qui Homerum omnium in philosophia sectarum auctorem faciunt, illa peruerterint. Sed est omnino non σῆμα τὸ σῶμα, quemadmodum Plato ad suam doctrinam de animo alludens fecit, sed inde factum vnde σῶος & σῶς, simile ei quod est χῶμα neque cadauer significat proprie illud quidem, vt neque hominis appellatio; nam hoc est πτῶμα & νεκρός. Δέμας autem an non est ἀπὸ τοῦ δεδίσσεσθαι, quod animum deuinciat, sed a verbo δέμω, vnde & δόμος deducitur? sicut γόνος & γένος: vt intelligatur coagmentatio membrorum & quasi exstructio quædam admirabilis & diuini operis, cuius Latinum nomen *corpus*. Hoc vero quid significare & quomodo concinnatum fuisse dicemus? Sane mallem doctiores eruditioresque & prudentiores, vt par erat, sententiam suam prius proferre. Sed quum nullius nos quidem adhuc cognouerimus, liceat quasi allucinando & nugando, tamquam primo loco rogatum aliquid commemorare. An vero *Cor*, quod καρδίαν Græci vocant πυρ esse perhibentes, attulisse quod verisimile ut videbimur? Huius igitur

gitur origo sit reperta. Sed vnde accessio illa, vt *corpus* fieret? ...u picor omnino significare veteres voluisse corpus esse quasi ὄργανον seu instrumentum animi, quod illius agitationi inseruiret, ... iectum sequeretur, & ad nutum præsto esset. Quin autem to... antiquitati vbique gentium & locorum visum sit, animi sedem & principium in corde esse, de eo si quis ambigit, hunc ita esse ...t dicimus quælibet mentio vspiam a veteribus facta cordis, docere poterit. In quo nunc quidem quasi insistendo non erimus verbosiores, præsertim re perspicua atque clara. Erit igitur *corpus* quasi *Cordor*, cordis, id est animi naturale ὄργανον, quod seruiat & famuletur illi, & exsequatur quæ iusserit. mutatis literis quibusdam consuetudine linguæ Latinæ, vt esset mollior pronuntiatio. Nam & *r* ac *s* permutatas fuisse crebertime scimus, & pro litera *r* vsurpatum *s*, Papisii & Valesii, & honos, ac similia ostendunt. *Por* autem vndecumque sane: nam omnia exquirere neque possumus, neque velle debemus, quum veteri etiam verbo aliquid nescire, inter virtutes Grammatici numeretur. *Por* igitur quid est? Plane *puer seruusque & famulus*: vt declarant liquido prisca illa nomina, *Marcipor*, *Quintipor*, *Publipor*, *Caeipor*. Atque crediderim equidem *Leporem* quoque ab agilitatis pedumque velocium quasi famulatu καὶ ἀπὸ τῆς ὑπηρεσίας, appellatum esse potius, quam quod pedum leuitas, id est celeritas in origine nominis insit: quæ si esset, litera *d* flectendo remaneret, vt in *bipede* & similibus. Sed de his sentiat quisque quod volet, comminiscaturque alia, si videatur: nam ego de hac sententia mea, vt ille in Pluto de anu se velle negat, οὐ μεχῶμαι ἔτι.

III.

SVnt ne iidem οἱ κιθαρῳδοὶ καὶ κιθαρισταὶ & αὐλῳδοὶ καὶ αὐληταί; An discrimen ipsis nominibus indicatur? κιθαρῳδοὶ enim sunt, qui proprie a Latinis *fidicines* appellantur, & αὐλῳδοὶ qui *tibicines*. manifestum enim est cantus significatio in his, vt quum ἐπῳδὴν ἐπῳδὴν dixere: & μελῳδοὶ, sunt *qui carmina modulantur*. & ῥαψῳδοὶ & τραγῳδοὶ, & similia plurima. denique ἀοιδή, ᾠδή est. Sed κιθαρισταὶ & αὐληταὶ simpliciter ii dicti fuere, qui citharam increparent, & inflarent tibias. Vnde & φιλοκιθαρισταὶ sunt vocati. *Ath. l. 14.*

IV.

AVri quæ origo, quod ad nomen attinet? An neque ab *aura*, quæ splendorem quasi purus aer notet, nomen illud est datum; neque a nescio quo inuentore *Aurio*, neque a Græco verbo τῆς ὥρας, vt species eximia significetur, neque ab *auertendo*, quod peruertat huius cupiditas animos, sed ab externo verbo *Vr* quo constat *ignem* appellari, vnde fieri potest vt & *Vrus* sit factus igneum autem esse auri nitorem, & soli illud veluti consecrari cõstat. Ab *auro* vero, sine dubio *aurora* deducitur.

V.

VNde *ancilla?* An est *ancula ancilla*, sicut *Drusilla, Camilla, Papilla*, eadem quæ Græcis ἀμφίπολος. Nam in sermone Latino am & an τὸ ἀμφὶ notat, vt *ancile, ambustus*, & apud Ciceronē *anquiro*, apud Plautum *ambadederit* & origo eadem *anclæ* est, vt opinor. Significatur autem *ancillæ* verbo, ministerii sedulitas & labor: & *anclari* atque *anculari* & *ancillari* antiquum verbum, idem est quod *operam dare* & *inseruire*: *exanclo* vero & *exanclor*, *conficio*. quod aliqui temere mutantes in *exantlo* originem non veram produnt linguæ Græcæ. Est autem & Cicero hoc verbo vsus interpretans Sophoclea de Herculis laboribus,

Moreat.

Quæ corpore atque animo exanclata pertuli.

Et Plautus Sticho:

Nolite edepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exanclauit submerum scitissime.

VI.

VNde *seditio?* Vtrum, quum id quod Latinis dissidium, διχοστασία sit Græcis, his a *bando*, illis a *sedendo* vocabulum ducentibus, itidem est *seditio* στάσις? An verior multo Ciceronis ἐτυμολογία, quo ille & ingenio doctrinaque præstantior & Latinæ linguę certior auctor fuit, quæ refertur e libris de Republ. hoc modo: *Eaque dissensio ciuium quod seorsim eunt ad alios seditio dicitur.*

Est enim hæc quasi *seorsim itio*, interposita litera *d*, vt in *redeo*, *redhibeo, prodeo.* Nam verbum *sedeo*, & syllaba prima breuiter enuntiatur, & a Græco manifeste cadit, mutata aspiratione in literam *s*, sicut in *sex, septem, semis.* Neque est eundi in hoc significatio. Itaque *sessum* & *sessio* & *sedile* & *sella* inde facta sunt, aliena a formationis omnia. *Sedes* autem priorem longam an ideo habuit, vt differret a verbo? sicut *rex, regis* longa priore. Et contra *dux ducis* breui, similis differentiæ caussa videntur protulisse.

VII.

VNde *veritas* Latinis, & Græcis ἀλήθεια? *veritatem* quidem esse a *vero*, vt ἀλήθειαν ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς perspicuum est. Numquid autem contorta est ἐτυμολογία ducens *verum* a *vere?* cuius nominis Græcam originem esse constat. ἔαρ enim & ἦρ illi istud anni tempus dixerunt: quam Græci, siue externam vocem vsurparunt, vt videtur, seu fecerunt ἀπὸ τοῦ αἴρειν, vnde αἰώρα & ἐώρα, & hinc ὥρα. Quamuis Platoni placeat ὥραν esse ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν. Et Labeone, referente Plutarcho, ἀπὸ τοῦ σπαργᾶν. Non est autem obscurum, verno tempore propius ad verticis punctum accedente Sole, & spatia dierum noctiumque æqualium augeri, & existitere atque surgere omnia, quæ ad vsum hominum vbique natura proferre solet. ἦρι quoque id dixerunt quod Latini *mane*, qui est alio nomine ὄρθρος, quando surgere, id est *surrigere* se & leuare de quiete animantes consueuere. Possit tamen alicui in mentem ve-

σπαργᾶν.

niſ

nire, esse ἴαρ, cuius cōtractum ἦρ est, ἐκ τοῦ εἶναι. hoc enim est tempus, quo tempore oriri atq; nasci cuncta opportuno fœtu scimus. Est autem finis ille Græcorum nominum aliunde deductorum, vt ὄναρ, etsi hoc quibusdam placet esse ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ ὑπ' ἀρχὴν ὄναρ certe mihi videtur potius esse a verbo ὀνάσθαι, quam quia falsitate somniorum ἀερί(?) ...ον, quemadmodum Grammatici quidam tradiderunt. Nam & sæpenumero grata iucundaq; visa per quietem offeruntur, & plurimi vtiliter his admonētur. Sed hæc relinquamus, & reuertamur ad *veritatem*. An *verum* igitur est *verum*, fixum atque firmum? An *verum* a *vi*, sicut *Vesta* mutatione neutiquam inusitata? non enim est certe sicut *vehemens*, *vecors*, *vegrandis*, in quibus omnibus priuantem & negantem significationem initium habet. Sane verum, vndecumq; ducatur, certum firmumque & stabile esse oportet. ἀληθὴς autem quid? An est euidens origo ἀπὸ τοῦ λήθης καὶ στερητικοῦ α, vt ἀμερὴς, ἀγήρως, ἀφυὴς. vt intelligatur ἀληθὴς esse eum, *qui minime sit obliuiosus*. is erit scilicet memor atq; constans, neq; temere aut inconsiderate quidquam proferet. itaque falsum non dicet, quum sit prudens, secūdum Homerum: apud quem de Nestore ait Minerua:

ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.

Qui mentitur igitur, id est falsum narrat ad alterius detrimētum dolose & fraudulente, is omnino obliuiscitur officii, & plane sui ipsius: quum hominis sit cogitatio veri propria, quæ est mentis & intelligentiæ & rationis vis & facultas; vt hæc maxima sit humanæ naturæ deprauatio & deterrimum vitium atque turpitudo summa; Vnde & *vanitas* est appellata. In omnibus autem quæ perperam fiunt, & virtutis laude carent, cogitationem errare atque falli ac peruerti mentem necesse est. Atque Teutones de omnibus delictis, obliuionis nomine vtuntur, & Pindarus præclare hoc quoque fecit, ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλε καὶ χάρματ' ἀνθρώποισι Προμαθέος αἰδώς· ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτα νέφος, καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδὸν ἔξω φρενῶν. Admirabili elegantissimæ orationis compositione docuit poeta, prudentiæ esse propriam primum verecundiam, deinde copiam virtutis, cui necesse est comitari gaudium rectæ conscientiæ. Contra autem præpostera consilia cogitationesque; & obliuionis (eius nimirum quod deceat atq; fieri oporteat) tenebras inopinatas, & coniecturam omnem effugientes inuadere animos, & detorquere atque depellere de via recta. Ita igitur falluntur, decipiūtur, labuntur, errant omnes delinquentes atque peccantes. in quo genere mendacia sunt prorsus & in primis fœda. Ex his autem manifestum fit, non esse omnia, quibus veritas occultatur mendacia talia, neque mendacem Vlyssem perhibendum, qui

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα,

narrantem ficta quædam, neque alios multa sæpe dissimulando

inuoluentes & tegentes, sed cautos potius atque prouidos, vel sane callidos, & vt veteres dixere, catos ac cordatos. In quo tamen ipso quoque modum seruari, virtutis & sapientiæ præcepta iubent. Istaque alia disputatio offertur, non inculcanda hoc loco. Nunc vero hoc teneamus, quod Theognis docuit, Paruam esse gratiam initio mendacii, & lucrum quod inde fiat, turpe. improbum autem & malum vtrumque: neq; honesti quicquam in malo esse. Sintque semper in animo Menandri versus,

> ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν
> ἐν παντὶ καιρῷ. τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
> εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.

Quos ita in Latiuum conuertimus:

> *Semper quæ vera sunt loqui, res optima est.*
> *Quodcumque tempus incidat. moneo hoc ego.*
> *Pars maxima in quo vita inest tuta & bona.*

VIII.

QVum μεταφορὰ de propria quasi sede in alteram transferat aliquid, quid est μετάληψις, aut quomodo differt hæc ab illa? quam vnum pro altero afferre & assumere, idem videtur. An in doctrina artium necesse est de communibus proprias facere appellationes, vt quæ præcipiuntur & tractantur, liquido & certo explicari possint? Sic & fabrica & quæstus singularum officinarum vocabula habent peculiaria. Vocat igitur Grammaticus μεταφορὰν, *quum aliqua translatione, mutantur*, id est, non communi & nota significatione, sed simili quadam altera & veluti alludente, vsurpantur: vt *stirps* de liberis, *gemma* in vitibus: *aurea anus*, eximia: *ferreus*, prædurus. μετάληψιν vero, *quum est in vocabulo ipso significationis similitudo*, quæ a Græcis ὁμωνυμία dicitur. Itaque hæc in iis, quæ appellationibus adiiciuntur potissimum spectari solet. vt *cæcum antrum, morbus acutus*, ὀξεῖα νόσος. Nam τὸ ὀξὺ celeritatis quoque habet significationem, vnde Vlysses de palo, quem adurens igne acuisset, inquit,

> ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστάς.

Et de insulis, quæ proprie essent ὀξεῖαι, Homerus ὀδυσ. ο.

> ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι.

Hoc considerantes quidam huic figuræ tribuerunt indicium tam caussæ quam effecti. Græcis autem hæc est frequentior, qui docent, de primo ad tertium intelligendo tum procedi medio interposito & notato. Hoc quia neque reperi dictum planius, neque eloqui clarius potui, exemplis est illustrandum. Est igitur *cæcum* expers lucis, & *antrum* obscurum atque tenebricosum: Antrum igitur ita cæcum. sic, *Cæca regens filo vestigia*; Cæci errant & vagantur temere. Et intricata erant itinera labyrinthi, vt in his versantes errarent. Ita ergo errabunda vestigia *cæca* dixit. quæ essent ingressionis incerta & vagæ.

νόλ〈ος〉 ὀξεῖα. τὸ γὰρ ὀξὺ ἐστι καὶ θεῖν ἢ ταχύ· οὕτως ἡ ταχέως ἀναιρεῖ(σα) ν(όσος) ὀξεῖα. ὡσαύτως καὶ ... φωνὴ, ἡ ὀξεῖα. Quintiliani locus li-bro VIII haud scio an non sit integer atque emendatus: sed si est, hoc nimirum ille ait, *Canere* esse μεγάλην λέγειν *dicere*. *Cano* enim est *canto*,

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animaeque, marisque fuissent.

est & dico,

-ipsa canas oro,

vetit enim ut sibylla pronunciet responsa, & non mandet literis descripta foliis. ita *cano* est *dico*: Sic κόρη ἡ γλήνη accipitur ab Eustathio, ut probrum quo imbellis & effœminatus significetur, nam γλήνη, quæ est *oculi acies*, κόρη quoque dicitur, id est *pupilla*) quo & alia de isto torpo memorantur ἰλ. α. Quum hoc eundem quidam fecere τρόπον τῆς μετωνυμίας, quam ὑπαλλαγὴν vocasse Rhetores Cicero ostendit: *Roma* pro *Romanis*,

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

modius frumenti, frumentum cuius mensura *modius* est. ὅστις ἐμῆς χοίνικος ἅπτεται, *Qui dimensum a me accipiet*. & magis insignia hæc *sine Cerere & Libero friget Venus*.

-iam Deus nobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus, iam proximus ardet
Ucalegon.-

id est, inflammata domus, & ædes Ucalegontis. Verumenimuero separari hos tropos fuerit melius: & μετωνυμίαν, ut sint omnia distinctiora appellare proprie hanc *nominum permutationem, quæ re inuenta aut tractata usurpataue ab aliquo, nomen eius, qui inuenit, tractauit, aut usurpauit, ponitur*. Vel, ut apertius eloquar, *Quando res aliqua εἰδωλοποιεῖται, & pro illa persona quædam memoratur*. Ut *Vulcanus* pro igne, *Neptunus* pro mari, *Minerua* pro lanificio, ut Æneidos VIII. De quo repertos apud explicatorem θεογονίας quæ Hesiodo ascribitur, versus Orphei visum est subiicere, quamuis iste hanc figuram μετάληψιν generali quodam nomine appellet; ut rhetores Latini *translationem in iudicio*, quam Græci μετάληψιν. Perhibet autem ille explicator, exstare eos versus in cratere minore huius Poetæ, quem Theologum Græci κατ' ἐξοχὴν nominarunt: tametsi fuerit nean non fuerit ullus isto nomine poeta, dubitatum semper fuisse sciamus. Traditur autem quidam Zophyrus Heracleota composuisse versibus duo opera, κρατῆρα μείζω καὶ ἐλάττω & præscripsisse Orphei nomen. Sed versus iam exponantur.

Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐστι.
Νύμφαι ὕδωρ, πῦρ Ἥφαιστος, σῖτος Δημήτηρ.
ἡ δὲ θάλασσα Ποσειδάων μέγας ἠδ' Ἐνοσίχθων.
καὶ πόλεμος μὲν Ἄρης, εἰρήνη δ' ἐστ' Ἀφροδίτη.

L

οἶνος, τὸν φιλέουσι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὅς τε βροτοῖς εὗρεν λυπῶν θελκτήρια πασῶν,
Ταυρογενὴς Διόνυσος, εὐφροσύνην πόρε πᾶσι
ἡδίστην, πίστησιν ἐπ' εἰλαπίνῃσι παρέστι.
καὶ Θέμις, ἥπερ ἅπασι θέμις δεῖξε τὰ δίκαια.
ἥλιος, ὃν καλέουσιν Ἀπόλλωνα κλυτότοξον,
Φοῖβον ἑκηβελέτην, μάντιν πάντων ἑκάεργον,
ἰητῆρα νόσων Ἀσκληπιὸν, ἐν ᾧδε πάντα.
Ζεὺς δέ τε πάντων ἐστὶ θεὸς πάντων δὲ κρατέστης,
πνεύμασι συνέζων φαινόμενα τε αἰθερίοισι
Ταυτὸ καὶ ἁρμονίην Μουσῶν σύν τε ὄργανα πάντα
Μνημοσύνη πάντων προτέρων πόρεν οὔτ' ἀνέφαινε,
ἀλλὰ χρόνος λήθῃ κατεχώσατο καὶ κατέκρυψε.
τοῦ δὲ τέχναι τε λόγοι τε νόμοι θ' ἕζα τ' ἔργα τέτυκται
πάντα διὰ μνήμην διασώζεται ἀνθρώποισι.

IX.

VNde ἀετὸς, qui & αἰετὸς, τελειότατος πετεηνῶν. Ιλ θ'. & vnde *aquila*, Latina Græci nominis interpretatio? An ἀετὸς est quasi ἀητὸς; nam & ξερὸν τὸ ξηρὸν fecit Homerus συστολῇ: & similiter et νοσερὸν ex eo quod νοσηρὸν, & alia ad eundem modum. Venti autem sunt ἄηται, ἐπιβριθεῖς, id est, *vehementes flatus*. feruntur autem hi cum sonitu & impetu, quod & in illa volucri vsu venit. αἰετὸς quidem adiecta vocali tempore auctus fuit. Nam quod αἰετὸν Eustathius esse tradit ἐκ τοῦ ἐπιτατικοῦ α & ἐτεόν, quod sint certa & vera auguria aquilarum, nimis est anxie exquisitum: etsi quod de auguriis memorat, id priscę superstitioni congruit. & ideo consecrata fuit aquila Ioui, de qua idem Eustath. Ιλ. ω. Athenæum in li. de Dialectis ait versus retulisse poetriæ Byzantiæ, cuius nomen Mœro, quibus dicitur Iouem in insula Creta educatū esse, & huic columbas ambrosiam, aquilam nectar attulisse: ob quod officium superato patre Saturno, ambas volucres in cœlum esse translatas. Versus autem isti pleniores referuntur ab Athenæo libro XI. ἐν δειπνοσοφιστῶν, quos & ascripsimus.

Ζεὺς ἂρ ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας, οὐδ' ἄρα τίς νιν
ἤιδει μακάρων· ὁ δ' ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι.
τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ
ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων·
νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
γαμφηλῆς φορέεσκε ποτὸν Διὶ μητιόεντι.
τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς
ἀθάνατον ποίησε καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσεν.
ὣς δ' αὔτως τρήρωσι Πελειάσιν ὤπασε τιμὴν
αἳ δή τοι θέρεος καὶ χείματος ἄγγελοί εἰσιν.

Latinum vero nomen *aquila*, an non est ab *acuto* volatu, sed ab *aquilo* colore qui est medius intersectus inter album & nigrum, quem

quem postea *fus_um* & *fuluum* dixere, ab aqua ducto nomine, quod Pompeius etiam Festus indicauit. Ab *aquila* autem denominatus videtur ventus *aquilo* stridens & procellosus, qui Græcis est βορέας, παρὰ τὸ βορὰν (?) potius quam ἀπὸ τοῦ βορᾶς τοῦ βρώσεως, quia fine omnes hyeme edaciores.

X.

Vnde ἄρτος, & vnde *panis*? Vtrum est ἄρτος quasi ἀπηρτισμένος, *teres ac rotundus*? respectu veterum ad figuram Mundi secundum Asclepiadem, vt innuitur in Athenæi libro XI. An est ἄρτος ... τέλειος, tamquam nutrimentum *perfectum atque plenum*? ... itaque gentes quædam in sua lingua cibum hominum vocant *panem*. Quemadmodum & versus Alexidos apud Ath. lib. III.

—τοῖς ἄρτοις ὅλας
ἱστᾶσι παγίδας οἱ ταλαίπωροι βροτοί.

... dicunt, varias insidias tendere homines victui. An est ἄρτος τὸ ... τῶν σιτημάτων (?) τροφὴν ἀνθρωπίνην. σιτημα autem *cibus* est Hippocrati, ἐκ τοῦ σιτεῖσθαι. *panem* vero, &, vt veteres, *pane*, an esse a pascendo ductum, credens Varroni, neque aliam quærendam comminiscendamue originem esse arbitrabimur? Apher.

DECVRIA VI.

I.

Fortuna vnde, ἢ πόθεν τύχη? An *fors* & *fortuna* a *ferendo* sunt? Sicut a *ferendo sors*, a *pariendo* seu *parando*, *pars*. ab *arando*, *ars*. ... iam ferre videtur, id est mouere & versare res humanas casus & ... quædam diuina: & ferit aliquid vnde nascatur atq; existat ali... id, ea quæ fors dicitur: & parit seu parat pars totum: & arat ars, id est, explicat, aptat, componit. Nisi quis malit ista patiendi forma demonstrare, ferri casus euentusq & vagari in hominum vita, & ... ea, quæ collocantur ad exspectationem alterius & fructum, & ... & arari quæ diximus. Τύχη autem est ἐκ τοῦ τυχεῖν, quo significatur *contingere*, *accidere*, euenire id quod non elaboratur, neq; constituitur, neque perficitur studio, sapientia, virtute humana: quod eiusmodi, vt omnium rerum processus atque cursus secundus felicitas vel contineatur, vel carere nequeat. Neque iure reprehenditur Græci versus sententia, τύχη τὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ εὐβουλία. ... qua non tollitur consideratio prudentiæ & consiliorum vtilitas, ... additur his quasi ventus secundus, quibus veluti exornatum bene instructum nauigium, prouehantur, vt cursus dirigatur ... finem optatum, & nauis deferatur in portum.

Itaque inter alia insignia, simulacro Fortunæ Græci tribuerunt ... am clauum seu temonem, id est, gubernaculum nauis. Neque ... elligi debent hæc de euentis quæ temere existant, sed de caussa ... entorum nobis ignota neque apparente, quæ est Prouidentiæ ... inæ efficacitas, conatus & industriam hominum deducens ad

iuris & legum & societatis salutaria vincula, & consuetudinis mutuæ suauitatem. Vnde & Alcman poeta antiquus, τὴν Τύχην fecisse perhibetur sororem Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς, filiam Προμηθείας. Et Orphei hymnus celebrat hanc, Εὐβουλῆος αἵματος ἐγγεγαῶσαν. Hac vim Fortunæ, sui contemtum esse vltam in Timotheo Cononis F. accepimus: cui quum exprobraretur fortunæ beneficium, fertur ille gloriose dixisse, se virtutis deinceps opera editurum esse; & ex eo tempore nihil bene processisse omnium quæ institueret atque gereret. At Timoleon præclarissimas res suas, quum Siciliam dominatu grauissimo liberasset, vsque adeo eleuauit, vt consecraret fanum Αὐτοματίας, quam *fortem Fortunam* liceat, vt opinor, interpretari. Et Pytho, quod Cotyn interfecisset, quum esset Athenis in ore & admiratione omnium, Deum esse dixit facinoris illius auctorem, cui commodata esset a se manus, quæ sententia pronuntiatur ab Oreste Euripidis, Electra his verbis:

Plut περὶ τύχης ῥωμαίων.

Plut πολιτικῶν παραγγελ.

Θεὸς μὲν ἡγοῦ πρῶτον Ἠλέκτρα τύχης
ἄρξαι γε τοῦδ' ἐμὲ δ' ὑπηρέτην ἐγὼ
τῆς τε νῦν τε τῆς τύχης δ' ὑπηρέτην.

II.

VNde *cœna*? An est de Græco factum nomen, κοινῆς ὅτι χρωμένας τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς, sicut *pœna* ἀπὸ τῆς ποινῆς. Vsitatum enim fuit atque commune veteribus certum tempus cœnæ quo cibum caperent. An potius Latinæ originis nomen est & significationem habet τῆς συνουσίας, a *coeundo*, id est, conueniendo, vt sit *cœna* coina, sicut *coitus* cœtus: qua forma & ab *habendo* & *ferendo* ductæ sunt *habena* & *frenum*.

Γ.

ΔΕξιὰ καὶ ἀριστερὰ πῶς εἴρηται, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ποῖαι εἶπον τὰ ἀνέμια; ὅτι δεξιὰ μὲν ἀπὸ τοῦ δέξασθαι τῇ φωνῇ δῆλον, ἐπιτηδειότερον γὰρ ὄντος τούτου τοῦ τινος χειρὸς δι' αἰτίας, ἐκ παρὰ τῶν φυσιολόγων μαθητέον.

ἀπὸ δὲ τῆς δεξιᾶς χειρὸς ὅτι, περαιωθήσεται τὰ κατ' αὐτὴν μέρη δεξιά, ὥσπερ τὰ ἐναντία ἀριστερά, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ χειρὸς παντὶ ἦν φανερόν. ἡ δὲ ἀριστερὰ πόθεν; φασὶν ἄρα ὅτι ὠνομάσθη οὕτως αὕτη χεὶρ οὖσα ἀχρειοτέρα, ὥστε τυχεῖν ἐπικλήσεως βελτίονος δι' εὐφημίαν καὶ εὐώνυμα τὰ τοιαῦτα μέρη προσηγορεύθη καθάπερ Εὐμενίδες αἱ Ἐρινύες. Τί δὲ λαιὰ αὖ εἴη; εἶναι μὲν ἀριστερὰ τὰ λαιὰ λέγομεν ἐστὶ δ' ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἀσθενείας σημαινόμενόν τι. ὅπου χρῶνται δή που τῶν ἀριστερῶν λέγοντες ἐν δὲ τῷ κόσμῳ, καὶ τίνες παλαιότεροι εἰς ὅ, τι Πυθαγόρας καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἠκολούθησαν. Δεξιὰ μὲν τὰ τοῦ κόσμου ἀνατολικὰ μέρη, ἀριστερὰ δὲ, τὰ δυτικά. καὶ οὕτω δὴ προσφωνεῖ τῷ Ἡλίῳ Ὀρφεὺς φησί:

δεξιὸς μὲν γενέτωρ ἠοῦς, εὐώνυμος νυκτός·

καθάπερ καὶ Ὅμηρος ἑκατέρωθεν εἰπεῖν, ἂν οὐδὲν μεταστρέψαι οὐδ' ἀλλάζειν αὐτοὺς λέγει,

εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

δὴ εἰ, καθ' ὑπόθεσιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περὶ τῶν οἰωνῶν ἤτοι ὑψόθεν ἐκ τοῦ ...τὸν ἐπιπεμπομένων ὡς ἀπὸ κορυφῆς πρὸς ἀνατολήν, ἢ τοὐναντίον κά- ...ὸ τῆς ἐπὶ τὸ ἀντικεκλιμένων μερῶν πρὸς δύσιν· ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἐμπεδο- ...καθάπερ ἱστορεῖ ὁ Πλούταρχος, ἐποίησε δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὴν θερινὸν τρο- ...ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὴν χειμερινόν. ἕτεροι δέ τινες ὧν τὸ Ἑβραϊκὸν φῦλον, ...φασιν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι τὰ πρὸς μεσημβρίαν μέρη, καὶ ἀριστερὰ τὰ ...βόρρεια. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Λατῖνοι διακρίνουσι τὰ τοῦ κόσμου μέρη. τρι- ...ων εἰς μίαν μοῖραν τὸ μαντεῖον τὰς ὄψεις καὶ τὰ μὲν πρὸς ἕω ἐπιφημι- ...ἀριστερά, τὰ δὲ πρὸς δύσιν, δεξιά. ὥσπερ διηγεῖται ὁ Λίβιος. ἐμοὶ δὲ ...ρ... φυλαξάμενος τὴν Ἐμπεδόκλειον, ὡς ἔοικε, παράδοσιν, καὶ ...τοῖς δὲ τοῖς Ῥωμαίοις τὰ βόρεια μέρη ὡς δεξιὰ παραστησάμενος ἢ πο- ...τὴν ἀριστερὰν ἔσχε καθέδραν ... ἐπ' οἰωνοῖς μαντευόμενος, ...λίπουσα πρὸς ἀλλήλας ὥσπερ ἀντικρὺ τοῖς τοῦ Λιβίου λόγοις) οὐκ εἶναι ...ταύτην ... καὶ κατὰ τὸ ἡμῖν συμβεβηκὸς ἀλλὰ φυσικὰς ἐν τῷ παν- ...διαφοράς, οἱ Πλατωνικοὶ διισχυρίζονται, τῶν κινούντων καὶ κινουμένων καὶ ...ἀπαιτῶν. εἴ τις οὖν δέχοιτο ταῦτα ἀληθῆ λέγεσθαι, ...ἀναγκαίως ἀνάγκη, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν περὶ τῶν ἀνατολικῶν δεξιῶν ...ὡς ... οἱ ἐν ... ἐπεὶ τὴν ... ἰδιότητα ὑφί- ...δὲ τῶν ἀστρολόγων διαλήψεις ἐν τοῖς σχηματισμοῖς, τοιῶσδε. ἐν τοῖς ζῳ- ...λεγομένων τῶν δωδεκατημορίων, κατὰ τὰ προηγούμενα καὶ κατὰ τὰ ἑπό- ...τετραγωνίζον, λόγου ἕνεκα, ἢ τετραγωνίζον ἀστὴρ κατὰ μὲν τὰ προηγούμενα ...σχηματισμὸν ποιεῖ ἀριστερόν, ὁ δὲ κατὰ τὰ ἑπόμενα, δεξιόν· οἷον τὸ τοῦ Κριοῦ δε- ...ὡς πρὸς τὸν Τοξότην τρίγωνον, τὸ δὲ τοῦ Λέοντος ἀριστερὸν καὶ ὡσαύ- ...τρίγωνον δεξιὸν πρὸς τὸν Αἰγόκερωτα, καθάπερ ἀριστερὸν τὸ τοῦ Καρκί- ...κατὰ τὴν ἐτυμολογιῶν ἐκ ταύτης προσήκουσαν· ἴσως ταῦθ' ἂν ἀκριβέστερος περι- ...φανείη ἄν. εἶεν δ' ὅμως ὡς ἐν προσθήκῃ μέρος αὐτά, οἷα οὐδε- ...κατέρα νενομίσθω. ἅπαξ ὅτι καὶ ἀμφοτέρας πραγματείας ταύτης τῆς φι- ...σοφοῦ ἀναμφισβητήτως προσηκούσης.

III.

N de δεξιὰ καὶ ἀριστερά, & quæ mundi loca sic dicuntur? Quod δεξιὰ ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, id est *ab accipiendo* deriuetur, vox ipsa it, nam huic vsui manus hæc idonea est, cuius rei caussa ex cis discenda. Et hoc cuilibet manifestum est, quod a de- manu, partes ad quas ipsa sita est, dextræ cognominentur, vt his opponuntur, sinistræ, ab eius loci manu. Sed vnde, *quo* *ram Græci significant*, ἀριστερᾶς vocabulum? Numquid a- , quia bona voce dignamur ipsam, quum sit manuum inc- , appellationem sortitur meliorem? atque eandem ob caus- partes eædem εὐώνυμα, haud secus ac Furiæ Eumenides nun- ntur. At cur læua? Sinistra quidem læua esse nouimus, conti- ero vox ipsa imbecillitatis quandam significationem, eius- nempe hi illa sunt. Sed in mundo (secundum antiquiores os Pythagoras, Plato atque Aristoteles sequuti sunt) dextræ

illius partes ad ortum, sinistræ ad occasum sunt, atque ita solem affatus Orpheus canit:

Auroræ genitor dexter, noctisque sinister.

Sic & Hector Homericus de auibus, quibus non moueri, nec eas curare ipsemet inquit:

Seu dextram aduolitent, solem auroramq; petentes,
Siue sinistram habeant, loca furua nigrantibus vmbris.

Hæc itaque dici videntur a Poeta de auibus aut desuper e septemtrione tamquam de vertice volantibus ad ortum: aut contra ex inferioribus in austrum inclinatis partibus ad occasum: quoniam & Empedocles referente Plutarcho, dextra constituit, quæ tropicum æstiuum respiciunt, sinistra quæ hybernum. Alii vero, inter quos Hebræa tribus, dextram inquiunt in mundo obtinere, quæ ad meridiem sunt, læuam, quæ ad boream vergunt. Sic vero Latini quoque distinxerunt mundi partes, & augures ad meridiem conuerso vultu, ad ortum sita nominarunt sinistra, & ad occasum dextra, vt Liuius enarrat. Atqui Halicarnasseus Empedoclea, vt apparet, traditione seruata, etiam ab ipsis Romanis aquilonares partes pro dextris habitas in medium afferens, caussam addit, optimam fuisse sedem ac statum augurum qui ortum respiceret; quæ e regione cum Liuii enarratione pugnant.

Quod autem horum locorum non sint institutæ fortuito, sed naturales atque secundum essentiam ipsius vniuersi differentiæ, contendunt Platonici, alioquin essentiis & generibus atque formis vniuersa implere soliti. Itaque si persuasus quispiam hæc ita vere dici receperit: necesse fuerit vt hic doctrinam, quæ orientâ dextras tribuit, sequatur, quum fieri nequeat, vt in pluribus locis naturalis proprietas vna & eadem exsistat. Astrologorum vero commentum in configurationibus eiusmodi est: in Zodiaco dictis dodecatemoriis contra & secundum signorum successionem, quadratum, exempli gratia, aut trinum aspectum stella ad præcedentia sinistrum habet, ad sequentia vero dextrum. Vt Arietis ad Sagittarium trinus aspectus dexter est, Leonis vero sinister: sic quadratus dexter ad Capricornium, vt Cancri sinister est. Sed quum nobis vocabulorum inquisitiones hoc in loco propositę sint, forte de his curiosius agere intempestiuum videbitur. Erunt tamen hæc additamenta eiusmodi, vt quę neutiquam aliena censeri debeant, præsertim quum proculdubio vtraque hæc studia disserendi cupiditati diligentiæque conueniant.

IV.

Vnde perhibendum in sermone Latino *cælum*, & in Græco οὐρανός; (nam ὄλυμπος esto iam ὁλόλαμπος.) An *cælum* est κοῖλον, id est, *conuexum interius*, quod est in circulo cauum? ad nos enim hoc spectat, qui terram incolimus. Vel est *cælum* quasi *cælatum*:

...: quod multis pulcerrimis veluti signis stellatum sit exorna-
,vel quod *celet*, id est comprehendat atque includat vniuer-
el a contraria significatione, quod apertum sit & nequaquam
tur, id est abscondatur: vel quod *celatur* quocumque modo,
t non pateat. Quod primo loco retulimus, ad id quodammo-
alludit, palatum a Græcis οὐρανοῦ nomine appellari. Varro du-
cavo seu *cavo*. Nam eo loci alius alia scriptura probatur. Sed οὐ
s quis? An quod sursum aspicientes illum contemplemur?
madmodum in Cratylo Plato ait; Vt sit hæc εἰς τὰ ἄνω ὁρᾶς ὁ-
α τὰ ἄνω. Id quod fit euidentius animo firmo atque constan-
ecundum poetam Græcum, cuius versus memoratur hic,

ἀσὶ ὄμμασιν πρὸς ὄλυμπον ἀτταρβήτοισι προσώποις.

um perturbatis animis neque compotes mentis defigant,o-
s huini; neque attollere multum audeant: & illa apud Ma-
em,

Mortem orat: tædet cœli conuexa tueri.

est οὐρανός, ὁρῶν τὰ ἄνω. Nam mutari tonum nihil refert Æolica
lecto, præsertim producta tempore prima syllaba. atque ita
elligetur extimus orbis vniuersitatem rerum supra definiens.
An suspicari etiam liceat, esse originem nominis barbaricam, πρὸς ἀλέξανδρον περὶ κόσμου.
t aliorum multorum; quum lucidum & splendens illud cor
fulgore igneo emineat, & ignem splendoremque, & quicquid
stre est, Hebraicus sermo V R nominet. quod & Chaldæi no-
n vsurparunt, & inde deriuari οὐρανὸς facile potuit.

V.

Cόσμος & *mundus* vnde? Sit sane mundus a *muniendo*: vel, si quis hoc mauult, a *mouendo*. Græc. quidem κόσμον duxere a
bo κοσμῶ, quo ordinis instructio ornatusque significatur. Ap-
ret autem ab vtrisq; id nomen factum vniuersitati rerũ; quod
Græcis τὸ καλὸν, quo indicaretur pulcritudo & eximia species
coris, & exquisitæ fabricæ admirabile opus, in quo cuncta ita
posita, collocata, perpolita sunt, vt nihil potuerit melius, ve-
stius, luculentius fieri. Verbum autem κοσμῶ ducunt ἀπὸ τοῦ κο-
ῶ, inserta litera σ, quod verbum notat curam diligentiæ & for-
z quoque studium.

VI.

TErra, & γαῖα seu γῆ vnde? Credatur sane *Terra*, geminata li-
tera r esse ea, quæ ingredientium pedibus *teritur*. γαῖαν au-
m seu γῆν, Græci aiunt esse factam a verbo non magis vsitato γῶ
gnificante, idem quod χωρῶ, & ἥκτω. Quorum vtrumque *telluri*
nuenit, quam placet Grammaticis deriuatam esse a *Terra* ci-
(κατὰ συγκοπὴν) quum illa & sedes habitatioque, & nutrix quasique
ater animalium sit vniuersorum. Et ideo Platoni in Cratylo
agis placet γαῖαν factam esse a verbo significationem habente
enerandi, cuius πλάσις sit apud Homerum γεγάασι.

L 4

Z.

Ἀὴρ πόθεν; ἢ τὰ Πλατωνικὰ ἐν τῷ Κρατύλῳ μᾶλλον ἂν τοῖς ἀρέσκοιτο; ὅτι λέγοιτ' ἂν ὁ ἀὴρ, ὡς ἀεὶ ῥέων, καθάπερ αἰθὴρ ἀεὶ θέων. ἢ καὶ ἀητόῤῥους, ἢ οἷον πνευματόῤῥους. ἢ τὸ ἐτυμολογούμενον ἀπὸ τῆς ἀορασίας, σκοτεινοῦ ὄντος αὐτοῦ; ὅπερ ἰδιαίτερόν ἐστι τῶν νεφελῶν, ἤπερ καθαροῦ ἀέρος. ὁ δέ γε Κρατύλειος αἰθὴρ οὐχ ἧττον ἐμμελῶς ὡς οἶμαι, παράγοιτ' ἂν ἀπὸ τοῦ αἴθειν, διὰ τὸ τῆς πυρώδους αἴγλης φαεινὸν, καὶ δὴ καὶ διὰ τὴν τῶν ἀστέρων φλογώδη λαμπρότητα. ἀγλαὸν ὢν βλάστημα σελασφόρον, ἀστεροφεγγὲς, κατὰ τὸν Ὀρφικὸν ὕμνον.

VII.

AEr vnde? an Platonica in Cratylo magis cuipiam arrident, quod aer, quasi ἀεὶ ῥέων sonet, *a perpetuo fluxu*, vt æther qua-si ἀεὶ θέων, *a cursu perpetuo*, aut etiam vocetur ἀητόῤῥους quasi ventifluum dicas: aut vocis huius ratio sit ἀπὸ τῆς ἀορασίας, quum tenebricosus sit: id quod nebulis quam aeri puro magis conuenit. Sed Craryleus ille æther non minus apte, vt arbitror, deducetur ἀπὸ τοῦ αἴθειν hoc est, *ab ardendo* propter ignei fulgoris claritatem, atque adeo ob stellarum splendorem flammeum:

Germen enim pulcrum est, radians stellisque coruscum,

secundum Orphei hymnum.

H.

Ἡρακλῆς διὰ τί ὠνομάσθη οὕτως; ἢ διὰ τὸ παρὰ τῆς Ἥρας κλέος, κατὰ τοὺς ἑλληνικοὺς μύθους περὶ τοῦ Ἀμφιτρυωνιάδου Ἡρακλέως; ἢ ἁπλούστερον, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως ἀληθέστερον, εἴη ἂν Ἡρακλῆς, ὁ αἰρούμενος κλέος εἰ μὴ ὅτι οὐχ ἑλληνικόν ἐστι τοὔνομα, ἀλλὰ βαρβαρικὸν ἀπ' Αἰγύπτου, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, ὃς
Εὐτέρπη. καὶ τοὺς γονεῖς τούτου τοῦ Ἡρακλέους φησὶν ἐκεῖθεν γεγονέναι ἀπ' Αἰγύπτου φησὶ τὸν δ' Αἰγύπτιον Ἡρακλέα, νομίζεσθαι ἕνα τῶν δώδεκα θεῶν, ἀφ' ὧν εἶναι ἐς Ἄμασιν βασιλεύοντα μυθολογοῦσιν ἔτεα ἑπτακισχίλια καὶ μύρια.

VIII.

HErcules cur Ἡρακλῆς nominatur? An διὰ τὸ παρὰ τῆς Ἥρας κλέος, *quod ob Iunonem celebris sit*, secundum Græcorum fabulas de Hercule Amphitruonis filio? vel simplicius & hoc nomine verius fuerit, vt Ἡρακλῆς ὁ αἰρούμενος κλέος, *hoc est, qui gloriam capit, qui gloria potitur*, appelletur. Num quid haud Græcum nomen est, sed barbarum, nempe Ægyptium, secũdum Herodotum, qui parentes Herculis genus ex Ægypto ducere narrat. Herculem vero Ægyptium haberi pro vno duodecim deorum, a quibus vsque ad Amasin regem, decem & septem millia annorum esse fabulantur.

IX.

CVr Mars *Gradiuus pater* Latinis? An est hic θοῦρος ab exsiliendo, id est *gradiendi* impetu? quod exsilire bellatores soleant, & gradũ inferre præliantes: vel quod hi impigre gradiantur. Vel ἀπὸ τοῦ κραδαίνειν, id est ab *hastæ concussione*, vt ait Seruius. An suspicari etiam liceat, esse *Gradiuum*, quasi *grandem Diuum*?

Πόθεν

I.

ΠΟτερον σῦς ἐκ τοῦ ὗς, ἢ τοῦτο γ' ἐξ ἐκείνου παρεποιήθη; τὸ μὲν σῦς ὅτι Πλάτωνι ἐκ τοῦ σεῦσθαι γεγενῆσθαι δοκεῖ, ἴσμεν κέχρηται δὲ τῷ ῥήματι καὶ κεραύλῳ.
…μαχος, ἐν τῷ, Σεῦαι πλαταγεῦδες. οὐκ ἄπως ὑπολάβοι δ' ἄν τις οὐ …ῶς λίαν τεκμηράμενος, εἶναι τὸ σῦς ἐκ τοῦ ὗς τῆς δασείας εἰς τὸ σῖγμα με…τατεθείσης. τὸ δὲ ὗς ἔχειν δοκεῖ σημασίαν πληθυνούσης ὑγρότητος· τοιαῦται …γὰρ ὕεια κρέα, καὶ τὸ ἄλειφαρ καὶ ἡ πιμελή. ὅτι δὲ ἡ σημασία τοιαύτη τίς ἐστι, …λοῖ τὸ ὕσαι καὶ ὕδωρ. εἶναι μὲν τὸ θήλειαν τὴν ὗν, καὶ ἄρρενα τὸν σῦν, παν…τάπασι ψευδές. οἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν γλῶσσαν λογιώτατοι καὶ τὴν ὗν …τὸν ὗν φράζοντες εἰρήκασι.

X.

VTrum Sus ab ὗς, aut hoc ab illo factum est? Sus quidem quod Platoni a σεῦσθαι ortum putetur, quod *concitate currere* expo…eris, notum est. Vſurpat autem hanc vocem & Callimachus, …um canit, σεῦαι πλαταγεῦδες. Aut vero ſuſpicabitur quiſpiam, …on male coniecturam faciens, quod Sus ἐκ τοῦ ὗς fiat, aſpiratione …S mutata. Videtur autem τὸ ὗς habere exuberantis humoris ſi…gnificationem. Carnes enim ſuillæ humidæ ſunt, nec non adeps …pinguedo. Eſſe vero eiuſmodi ſignificationem quandam, o…endit τὸ ὕσαι & ὕδωρ, quorum hoc aquam illud pluere eſt. Sed no…ri femellam, quum ὗν dixerimus, & marem quum σῦν id pror…s falſum eſt. Periti ſſimi enim Græcæ linguæ vtrumque, & τὴν … & τὸν ὗν eſſerentes, dixere.

XI.

PAgi an ſunt, vt Seruius quoque tradidit, ἀπὸ τῶν πηγῶν? quod ad fontes conuenirent aliqui, de quorum communi vſu *Pagani* …cti. An colliculi ſignificantur iſta appellatione? qui Græcis πάγοι …nt; loca ruſticis congregationibus opportuna.

DE

QUÆSITIS PER EPISTOLAM LIBRI. III.

ALDI. MANVTII PAVLLI. F. ALDI. N.

De Reatina vrbe, agroque, Sabinaque gente.

AD M. ANTONIVM AMVLIVM CARDINALEM

SÆpe audio de parente meo, cum dicat ſe tibi debere pluri…mum, non eo tantum nomine, quod ad exornandam, augen…amque virtutem, quam deformauit magna ex parte, atque im-

minuit temporum iniquitas, assidue tetus incumbas; verum etiam, quod ipsum præcipua quadam humanitate sis complexus, officiisque quotidie, quibus potes, (potes autem plurimis) ita tuearis, vt sibi maximum in patrocinio tuo præsidium, atq; ornamentum esse cõstitutum intelligat. &, quoniam tua in illum merita ad me quoq; pertinent; fouet enim simul, atq; alit & patris industriam, & studia mea benignitas tua: ideo decreui ex iis studiis quæ a te suscitari video, si quos fructus percipiam, eos ad te, tamquam tibi debitos, mittere: qui si neq; vberes, neq; suam assecuti maturitatem videbuntur; peto a te, ne mihi vitio vertas, neve hoc meum præproperum officium condemnes, verum nimia quadam indicandæ tibi singularis obseruantiæ nostræ cupiditate excuses. nihil exiguum videri potest cum optima voluntate coniunctum: &, quam ætas mihi nunc facultatem negat, dies afferet, vt spero: labori enim, & operæ nõ parcam, vt in tuis laudibus prædicandis, quod onus præsentes ingenii mei vires non ferrẽt, aliquando mihi satisfaciam. Interim ad te mitto Reatinæ vrbis, agrique, Sabinæq; gentis descriptionem, quæ ideo collegi, vt quoniam, creatus eius Ciuitatis Episcopus, ad curam tui muneris aliquando accedere cogitares, quod Reatini omnes, eximia tuarum virtutum fama cõmoti, vehementer exoptant, ad summum tuum in illam Ciuitatem studium, si fieri posset, aliquid adderes; cum eã & vetustate, & multis rebus admodum insignem cognosceres. Ac primum de Sabinorum regione sic *Strabo* Geographiæ lib. 5. Ανήκουσι πρὸς τὰ Απέννινα ὄρη, τὰ πλησιάζοντα τῷ Αδρίᾳ πρότεροι μὲν Ομβρικοί, μετὰ δὲ τούτους Σαβῖνοι, τελευταῖοι δ' οἱ τὴν Λατίνην ἔχοντες. & paulo post. Η Σαβίνη μεταξὺ τῆς Λατίνης κεῖται, καὶ τῆς Ομβρικῆς, ἐκτείνεται δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς τὰ Σαμνιτικὰ ὄρη, καὶ μᾶλλον συνάπτει τοῖς Απεννίνοις τοῖς κατὰ Ουεστίνους τε, καὶ Πελίγνους, καὶ Μάρσους & infra Σαβῖνοι στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν καὶ χιλίων σταδίων ἀπὸ τοῦ Τιβέριος, καὶ Νωμέντου πολίχνης, μέχρι Ουεστίνων. πόλεις δ' ἔχουσιν ὀλίγας, καὶ τεταπεινωμένας, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, Αμίτερνον, καὶ Ρεάτε, ᾧ πλησιάζει κώμη Ιντεροκρέα, καὶ τὰ ἐν Κωτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Σαβίνων δ' εἰσὶ καὶ οἱ Φόρουλοι, πέτρα πρὸς ἀπόστασιν μᾶλλον, ἢ κατοικίαν, εὐφυής. Κύρεις δὲ νῦν μὲν κωμίον ἐστίν. ἦν δὲ πόλις ἐπίσημος, ἐξ ἧς ὥρμηντο οἱ τῆς Ρώμης βασιλεύσαντες, Τίτος Τάτιος, καὶ Νουμᾶς Πομπίλιος. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κυρίτας ὀνομάζουσιν οἱ δημηγοροῦντες τοὺς Ρωμαίους. Τρήβουλά τε καὶ Ηρητὸν, καὶ ἄλλαι κατοικίαι τοιαῦται κῶμαι μᾶλλον, ἢ πόλεις, ἐξετάζοιντ' ἄν. ἅπασα δ' αὐτῶν ἡ γῆ διαφερόντως ἐλαιόφυτός ἐστι, καὶ ἀμπελόφυτος, βάλανόν τε ἐκφέρει πολλήν, σπουδαία δὲ καὶ βοσκήμασι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ δὴ τῶν ἡμιόνων γένος τῶν Ρεατίνων διωνόμασται θαυμαστῶς. ἐστὶ δὲ καὶ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι, καὶ αὐτόχθονες. τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοί τε καὶ Σαυνῖται. τὴν δ' ἀρχαιότητα τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἀφ' ἧς ἀντέσχον μέχρι πρὸς τὸν παρόντα χρόνον. φησὶ δ' ὁ συγγραφεὺς Φάβιος, Ρωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου κατέστη-

σαν

... κύριον. ἵερον ἡ δὲ αὐτῶν, ὅτι Σαλαρία ὁδὸς, οὐ πολλὴ ἐστι, εἰς τὴν καὶ ἡ ... συμπίπτει, κατὰ Ἠρητὸν, τῆς Σαβίνης κώμην, ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως ... ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ πύλης δεξαμένη τῆς Κολλίνης. Interócrea vero, cuius Strabone mētio fit, oppidum fuit, nō longe a Reate, vt ex Antonini Itinerario cognoſcitur: licet in omnibus libris impreſſis, etiam in illo quem proauus meus, Andreas Aſulanus, edidit mendoſe legatur, *Inter ocrio*. Virgilius quoque, cuius verſus apponam, lib. 7. nominat Amiternum, Heretum, Mutueſcas, Nomentum, Caſperiam, Forulos, Roſeam agrum, Velinum lacum, Tetricum, Seuerum mōtes, flumen Himellam, quo loco & vetuſtatē gentis indicat.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens,
Per Latium, poſtquam in partem data Roma Sabinis
Vna ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites,
Ereti manus omnis, oliuiferaque Mutueſca,
Qui Nomentum vrbem, qui Roſea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum,
Caſperiamq; colunt, Foruloſque & flumen Himellæ.

Probitatis vero fama ita Sabini homines floruere, vt eis omnia tuto cōmitti poſſe viderentur. itaq; Cicero in quadam ad Trebonium epiſtola ita ſcripſit: *Oratorem meum Sabino tuo cōmendaui. Natio me hominis impulit, vt ei recte putarem, niſi forte, candidatorum licentia hic quoq; vſus hoc ſubito cognomen arripuit. etſi modeſtus eius vultus, ſermoq; conſtans habere quiddam a Curibus videbatur.* Nimirum & Virgilius ad integritatem ſpectauit, cum dixit lib. 8. *Curibuſq; ſeueris*. Et Stat. Silu. lib. 4. *Curibuſq; vetuſtis*. Et Horatius rigidos Sabinos. Ouidius *tetricas Sabinas* vocauit, & alio loco inculptas: quod eſt indicium pudicitiæ. coluntur enim eæ, quæ placere cupiunt. qua de re ſic Horatius Epodon ode 2.

Quod ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos,
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor Apuli. Et Iuuenalis Sat.
——*Sanctos licet horrida mores*
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.

Item Martialis lib. I.

Caſta nec antiquis cedens Læuina Sabinis,
Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro, &c.

Quid religio? vbi culta diligentius? de quo Plinius: *Sabini, inquit, vt quidā exiſtimauere, a religione & cultu deorum, Semni appellati, Velinos accolūt lacus, roſidis collibus: Nar amnis exhaurit illos ſulfureis aquis, Tiberim ex his petēs replet, a mōte Fiſcello labēs, iuxta Vacunæ nemora, & Reate in eoſdem conditus.* reſpiciens ad illud Virgilii lib. 7.

—— audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontesque Velini.

In quo illud Ennii Virgilius est imitatus; VI. Annalium, apud Priscianum lib. X. *Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas.*

Plinius autem, cum dixit, *Quidam existimant auctore* Varronem videtur indicare: quod ex Festo cognoscitur. quamquam originē nominis alio retulit Porcius Cato, vt ait Dionysius Halicarnasseus lib. 2. in quo hæc sunt: *Scripsit Cato Sabinorum gentem esse nominatam a Sabino, filio Sangi, dei gentilis, qui & Pistius dictus est.* Liuius autem Sabinis optimam disciplinam tribuit: ait enim de Numa: *Suopte ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica, ac tristi veterum* Sabinorum: *quo genere nullum quondam incorruptius fuit.* Ad hanc laudem accessit militiæ gloria. itaque Virgilius de Italia sic, lib. 2. Geor.

Hæc genus acre virum, Marsos, pubemq; Sabellam
Extulit——

Cicero etiam in oratione pro Ligario: *Sabini*, inquit, *fortissimi viri Cæsari probatissimi, totusque ager Sabinus, flos Italiæ, robur Reip.* Et a Liuio acerrima Sabinorum cum Romanis bella, varia fortuna, exponuntur. Nunc de Reatina vrbe: quam ab Herculis comite conditam esse, opinio fuit: & Suetonius in Vespasiano, *Mediocritatem*, ait, *pristinam neque dissimulauit vmquam, ac frequenter etiam præ se tulit. quin & conantes quosdam originem Flauii generis ad conditores Reatinos, comitemque Herculis, cuius monumentum exstat via Salaria, referre, irrisit vltro.* id confirmat vetus inscriptio, quæ est in templo D. Mariæ, Reate

LOC.
CVLTORVM HERCVLIS RESP. SVB. QVADRIGA IN. FR. P. XXX. IN. AGRO. P. XXV.
HVIC LOCO
Q. OCTAVIVS. COMMVN. T. FVNDILIVS. QVARTIO
IN. FR. P. XIV. IN. AGRO. P. XXV.
DONAVERVNT

Et hi versus, qui sunt in eiusdem vrbis foro.

SANCTE
DE DECVMA. VICTOR. TIBEI. LVCIVS. MVNIVS. DONVM
MORIBVS ANTIQVEIS. PRO. VSVRA HOC. DARE. SESE
VISVM. ANIMO. SVO. PERFECIT. TVA PACE ROGANS TE
COGENDEI. DISSOLVENDEI. TV. VT FACILIA FAXSEIS

PER-

PERFICIAS. DECVMAM. VT. FACIAT. VERAE. RATIONIS
PROQVE. HOC. ACQVE. ALIIS. DONIS. DES. DIGNA. MERENTI

Hunc autem deum Martianus libro secundo Nuptiarum appellat Sancum his verbis: *Ex duodecima Sancus tantummodo advocatur*. Lactantius vero lib. 1. cap 15. *Priuatim*, inquit, *singuli populi, gentis, aut vrbis conditores, seu viri fortitudine insignes erant, seu fœminæ castitate mirabiles, summa veneratione coluerunt; vt Ægyptii Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrium, Pœni Vranum, Latini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quirinum, Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi.* Et Festus: *Proteruiam fit sacrificium quod est prosiciendi gratia, Herculi, aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.* De eodem sic Ouidius lib. 6. Fast.

Quærebam, nonas Sancto, Fidione referrem,
An tibi, Semi pater: tunc mihi Sanctus ait:
Cuicumque ex istis dederis, ego numen habebo:
Nomina terna fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali constituere iugo.

Et Varro de sermone Latino lib. 4. *Ælius Gallus, Dium Fidium, dicebat, Dionis filium, vt Græci Διόσκουρον Castorem: & putabant hunc esse Sanctum a Sabina lingua, & Herculem ab Græca.* Et Propertius eum pro Hercule agnoscit, cum ait:

Sancte pater, salue, cui iam fauet aspera Iuno.

Et Silius lib. 8.

Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant
Auctorem gentis: pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Et Plutarchus in Caussis in Sancti templo statuam ait ex aere positam C. Cæciliæ, coniugis vnius ex Tarquinii liberis Et Dionysius lib. 4. eius iurisiurandi, quod inter Tarquinios, & Sabinos factum est, monumentum ait Romæ positum in templo Iouis Fidii, quem Romani Sanctum vocabant. D. Augustinus alio nomine appellat, si modo locus mendo vacat. ait enim lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 19. *Sabini regem suum primum Xanthum, vel, vt aliqui appellant, Xanthium, retulerunt in Deos.*

De eodem mentio in lapide, qui est in domo Gabrielis.

PATRI REATINO. SACR.
OB. HONOREM. AVGVSTOR.
VI. VIRI. AVGVST
T. BETVINVS. FELIX
L. LICINIVS. SVCCESSVS

:POMPONIVS. MODERATVS
ET. TIVS. MODERATVS
: : : :VS. HERMEROS
: : : ;VS. ACHORISTVS
L. D. D. D

Nomē suum Reatina vrbs videtur sumsisse a Rhea Dea, id est Cybele; cui etiam dicatam fuisse, ostendit Silius lib. 8. in illo versu:

——— Magnæq; Reate dicatum
Cœlicolum matri.

Rheam vero Cybelem fuisse, & scriptor antiquus Cornutus & Suidas perspicue demonstrant.

Nobilitatur & Vespasiano imperatore vrbs Reate, in qua nat⁹ est: Ait enim Suetonius: *Natus est in Sabinis, vltra Reate, vico modico, cui nomen est Phalacrine, 15 Kal. Dec. vesperi.* Et infra: *Cutilias, ac Reatina rura, vbi æstiuare quotannis solebat, petiit. hic exstinctus est 9. Kal. Iulii, annum agens ætatis sexagesimum, ac nonum, superq; mensem, ac diem septimum.*

Accedunt lapidum antiquorum testimonia.

Ad D. Petri.

C. CARANTIO
VOLTINIA
VERECVNDO
VIENNAE. VETERANO
CHO. VII. PR. DEDVCTO. AB. DIVO. VESP. REATE. TI. CARANTIO. PHOEBO. ET. CARANTIAE
SPAENFIENI. LIB. POSTERIQ. SVIS
IN. AGRO. P. VI. IN. F. P. V.

Et ad D. Mauri.

DIS. M.
C. COMINIO. C
VETERANO. MI
PR. MARTIALIS. MI
DEDVCTVS. REATE. A. DIVO
VESPASIANO. VIX. A
C. COMINIVS. C
SECVNDINVS. PATRI. BENEMEREN.
C. COMINIA. C. L. F. C

Item in ædibus Petri Syluerii.

DIS. MANIBVS
C. IVLIO. C. F.
LONGINO
DOMO. VOLTINIA
PHILIPPIS. MACEDONIA. VETERANVS. LEG.
VIII.

VIII. AVG. DEDVCTVS. AB. DIVO. AVGVSTO VESPASINO. QVIRIN

REATE

SE. VIVO. FECIT

SIBI

ET. IVLIAE. C. LIBERT. HELPIDI. CONIVGI SVAE. ET. C. IVLIO. C. LIBERT. FELICI. ET POSTERISQ. SVIS. FEC ET C. IVLIO. C. L. DECAMBRO. ET. IVLIAE C. L. VENERIAE. ET. C. IVLIO. C. L. PROSDOXO

Neq; solum Vespasiano imperatore, sed Numa etiam Pompilio, qui, Curibus accersitus, Romæ secūdus regnauit, iure Sabini gloriantur: de quo Virgilius lib. 6.

——Primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum——

Varro autem de sermone Lat. lib. 4 *Quarta*, inquit, *regionis Palatium, quod palantes cum Euandro venerunt; aut quod Palatini, qui & Aborigines, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt.* cuius rei apud Dionysium quoque Halicarnasseum libro 1. mentio fit. Solinus vero, *Palatium*, inquit, *nemo dubitauit, quin Arcades habeant auctores: a quibus primum Palāteum oppidum constitutum; quod aliquandiu Aborigines habitauerunt, & propter incommodum vicinæ paludis, quam præterfluens Tiberis fecerat, profecti Reate, postmodum reliquerunt.*

Reatina ciuitas in media fere Italia sita est. qua de re Plinius lib. 3. cap. 12 *In agro*, inquit, *Reatino Cutiliæ lacum, in quo fluctuet insula, Italiæ vmbilicum esse*, M. Varro tradit. Et Solinus capit. 7. *Vmbilicum, vt Varro tradit, in agro Reatino habet Italia.* qua in sententia videtur Virgilius fuisse, cum ait lib. 7.

Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles. densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris, medioq; fragosus
Dat sonitum saxis, & toto vertice torrens.

Nunc agri Reatini admiranda persequamur. Varro libro 4. de sermone Latin. *A fontibus, & fluminibus, & ceteris aquis, dei, vt Tiberinus a Tiberi, & ab lacu Velino Velinia, & nymphæ Commotiæ a lacum Cutiliensem, a commotu, quod ibi insula in aqua commouetur.* Plinius libr. 3. capit. 12 *In agro Reatino Cutiliæ lacum, in quo fluctuet insula, Italiæ vmbilicum esse, M. Varro tradit.* Et libro secundo, cap. 94 *Quædam terræ ad ingressus tremunt, sicut in*

Gabiensi agro, non procul vrbe Roma, iugera ferme ducenta equitantium cursu; similiter in Reatino. Et eodem libro, capite sequenti: *Quaedam insulae semper fluctuant, sicut in agro Caecubo, & eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi in Vadimonis lacu, & ad Cutilias aquas opaca sylua, quae numquam die ac nocte eodem loco visitur.* Et ibidem, cap. 103. *In Ciconum flumine, & in Piceno, lacu Velino lignum deiectum, lapideo cortice obducitur.* Ibidem paulo post: *In exitu paludis Reatinae saxum crescit.* Et ibidem: *In Reatino fons Neminiae appellatus, alio atque alio loco exoriens, annonae mutationem significans.* Et lib. 31. cap. 2. Cicero inquit, *in Admirandis posuit, Reatinos tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.* quem Ciceronis locum cum significaret Isidorus, Etymologiarum lib. 13. cap. 13. haec ait: *Reatinis paludibus iumentorum vngulas indurari dicunt.* Cutiliis aquis remedium tribuit Plinius lib. 21. capit. 2. ad medicinam stomachi neruorum, vniuersi denique corporis, his verbis: *Cutiliae, in Sabinis gelidissima, suctu quodam corpora inuadunt, vt prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, neruis, vniuerso corpori.* Et eodem libro, capit. 6. *Bituminata, aut nitrosa, qualis Cutilia, vtilis est bibendo, atque purgationibus.* Et Celsus lib. 4. capit. 5. *Consistere in frigidis, medicatisque fontibus, quales Cutiliarum, Symbruinarumque sunt, salutare est.* Quo in loco male quidam, Succutiliarum; cum de Symbruinis mentio sit apud Tacitum lib. 11. & 14. Et Vitruuius lib. 8. c. 3. *Est*, inquit, *aqua frigida genus nitrosum, vti Pinnae, Vestinae Cutiliis, aliisque locis simil. bus, quod potionibus depurgat, per aluumque transeundo etiam strumarum minuit tumores.* Dionysius autem Halicarnasseus illustrem, ac nobilem vrbem appellat Cutiliam libr. 1. quo loco & de lacu, & de insula mobili mentionem facit his verbis: ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου Κοτυλία πόλις ἐπιφανὴς, πρὸς ὄρει κειμένη, ἧς ἐστιν οὐ πόρρω λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάμετρον αὐθιγενοῦς πλήρης νάματος ἀπεῤῥέοντος ἀεὶ, βαθεῖα, ὡς λέγεται, ἄβυσσος. ταύτην ἔχουσάν τι θειοπρεπὲς, ἱερὰν τῆς Νίκης οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσι, καὶ περιείρξαντες κύκλῳ στέμμασι, τοῦ μηδένα τῷ νάματι πελάζειν, ἄβατον φυλάττουσιν, ὅτι μὴ κατὰ ἔτος δή τισιν ἡμέραις ἐν αἷς ἱερὰ θύουσιν, ἃ νόμος ἐπιβαίνοντες τῆς ἐν αὐτῇ νησῖδος οἷς ὅσιον. ἡ δὲ νῆσος ἐστὶ μὲν ὅσον πεντήκοντα ποδῶν τὴν διάμετρον, ὑπερανεστηκυῖα δὲ τοῦ νάματος οὐ πλεῖον ἢ ποδιαῖον ὕψος· αὐτόματος δ' ἐστὶ καὶ περιενήχεται πανταχῇ, δινοῦντος αὐτὴν ἄλλοτε κατ' ἄλλους τόπους τοῦ πνεύματος. χλόη δὲ τις ἐν αὐτῇ φύεται βουτόμῳ προσεμφερὴς, καὶ θάμνοι τινὲς οὐ μεγάλοι, κρεῖττον λόγου τοῖς ἀπείροις ὧν ἡ φύσις δρᾷ, καὶ θαυμάτων οὐδενὸς δεύτερον. Idem lib. 2. sic: Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τοῖς Σαβίνοις τεθῆναί φησιν ἐπὶ Σάβου τοῦ Σάγκου, δαίμονος ἐπιχωρίου· τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων Πίστιον καλεῖσθαι Δία· πρώτην δ' αὐτῶν οἴκησιν ἀποφαίνει γενέσθαι κώμην τινὰ καλουμένην Τεστρίναν, ἀγχοῦ πόλεως Ἀμιτέρνης κειμένην· ἐξ ἧς ὁρμηθέντας τότε Σαβίνους εἰς τὴν Ῥεατίνην ἐμβαλεῖν Ἀβοριγίνων ἅμα κατοικούντων, καὶ πόλιν αὐτῶν τὴν ἐπιφανεστάτην Κοτυλίαν πολέμῳ χειρωσαμένους κατασχεῖν. ἐκ δὲ τῆς

Ῥεατίνης

...ρεατίνης ἀποικίας ἀποστείλαντες ἄλλας τε πόλεις κτίσαντες πολλάς. ἐν αἷς οἰ-
κοῦσιν ἀτείχιστοι, καὶ δή, καὶ τὰς περιβοήτους ... Κυρεῖς. χώραν δὲ κατασχεῖν τῶν μ...
... ἀπέχουσαν ἀμφιλαὲς ... καὶ διακοσίους σταδίους,
... Διακοσίοις, μῆκος δὲ αὐτῇ εἶναί φησιν
... μεῖον χιλίων σταδίων. Macrobius etiam Saturnaliorum libr. 1.
Pelasgi, inquit, vt Varro memorat, *cum sedibus suis pulsi, diuersas
terras petissent, confluxerunt plerique Dodonam, & incerti, quibus ad-
hærerent locis, eiusmodi accepere responsum:*

Στίχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν
Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται
Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην, ἐκπέμψατε Φοίβῳ
Καὶ κεφαλὰς Ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Acceptaque sorte, cum Latium post errores plurimos appulissent,
a lacu Cutiliensi enatam insulam deprehenderunt. amplissimus
enim cespes, siue ille continens limus, seu paludis fuit, coacta cō-
page, virgultis & arboribus in siluæ licentiam comtus, iactanti-
bus per omne mare fluctibus vagabatur, vt fides ex hoc etiam De-
lo facta sit, quæ celsa mōtibus, vasta campis, tamen per maria mi-
grabat. Hoc igitur miraculo deprehenso, has ibi sedes prædictas
sibi didicerunt; vastatisque Cutiliensibus incolis, occupauere re-
gionem, decima prędæ, secundum responsum, Apollini consecra-
ta, erectis Diti sacello, & Saturno ara: cuius festum Saturnalia no-
minauerunt.

Liuius Cutilias inter Reate & Amiternum constituit, libro 26.
Cælius, inquit, *Romam euntem ab Hereto deuertisse eo Hannibalem
tradit; iterque eius ab Reate, Cutiliusque, & ab Amiterno orditur: ex
Campania in Samnium. inde in Pelignos peruenisse.*

Agri quoque amœnitas ita celebrata est apud veteres, vt eam
Thessalicis tempe comparauerint. itaque Cicero dixit ad Atti-
cum epist. 15. lib. 4. *Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, vt agerem
causam contra Interamnates apud consulem, & decem legatos, quod
lacus Velinus, a Man. Curio emissus, interciso monte, in Nar defluit;
ex quo est illa siccata, & humida, tamen modice Rosia. vixi cum A-
xio: qui etiam me ad Septem aquas duxit.* Eadem de re sic Varro de
re rust. lib. 3. cap. 2. *Comitiis ædiliciis cum sole caldo ego, atque Axi-
us senator tribulis suffragium tulissemus, & candidato, cui studeba-
mus, vellemus esse præsto, cum domum rediret, Axius mihi, Dum di-
ribuntur,* inquit, *suffragia, vis potius villæ publicæ vtamur vmbra,
quam priuati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis? Opinor,
inquam, non solum, quod dicitur, Malum consilium consultori esse
pessimum, sed etiam, Bonum consilium, qui consulit & qui consulitur,
bonum habendum. itaque imus, venimus in villam.* ibi Ap. *Clau-
dium augurem sedentem inuenimus in subsellio, vt consuli, si quid v-
sus poposcisset, esset præsto. sedebat ad sinistram eius Cornelius Meru-
la consulari familia ortus & Fircellius Pauo Reatinus, ad dexteram*

Minucius Pica, & M. Catronius Passer. (sic enim lego, non, *Petronius*, ex antiquo lapide, qui est Romæ ad aquam Virgin. in hortis olim Car. Vall. cuius in extrema epistola sequitur exemplum) *ad quem cum accessissemus, Axius Appio, subridens, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, vbi sedes inter aues? Ille, Ego, inquit, te praesertim, cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti, paucis ante diebus in Villa Reatina, ad lacum Velini euntis, de controuersiis Interamnatium, & Reatinorum cognituro. sed non hæc, inquit, villa, quamquam ædificarint maiores nostri, frugalior, & melior est, quam tua illa perpolita in Reatino?* Et Tacitus in primo Annalium ait: *Nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes: quippe in adiacentia erupturum.* Addam & Virgilii testimonium de lacu Velino, is enim sic lib. 7.

Qui Nomentum vrbem, qui Rosea rura Velini.

Quo loco Seruius, Velinus, *inquit*, lacus est circa Reate, iuxta agrum, qui Roselanus vocatur. Varro tamen dicit, lacum hunc a quodam consule in Naran, vel Naren fluuium (nam vtrumq; dicitur) esse diffusum: post quod tanta est ea loca secuta fertilitas, vt etiam perticæ longitudinem altitudo superarit herbarum: quin etiam, quantum per diem demtum esset tantum per noctes crescebat: quod Virgilius ad suam prouinciam transtulit, dicens:

Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Quem locum explicans idem Seruius, Vbertas, *inquit*, fuit in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus, vt longam perticam magnitudo superaret herbarum. Columella lib. 8. c. 16. *Velinus lacus lupos, auratasque habet.* In eodem lacu dixit Plinius *lib. 2. cap.* 62 nullo non die apparere arcus. *Et libr* 31 *capit.* 2. in Velino lacu potantes calculo sanari. De fertilitate, etsi iam recitata Seruii verba non obscure indicant, subiungere tamen placuit, quæ scripta sunt apud Plinium *lib.* 17. *cap* 4. Cæsar Vopiscus, cum caussam apud censores ageret, campos Roseæ dixit Italiæ sumen esse, in quibus perticas, pridie relictas, gramen operiret. Quæ verba sumsit Plinius a Varrone, *qui lib.* 1 *de re rust.* Cæsar ait, Vopiscus, ædilicius caussam cum ageret apud censores, campos Roseæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie nõ appareret, propter herbam. Festus, Rosea, *inquit*, in campo Reatino campus appellatur, quod in eo arua rore humida semper seruntur. Eandem Sabini agri amœnitatem notat Horatius Carm. lib. 1. Od. 9. his versibus:

Vides, vt alta stet niue candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
Syluæ laborantes, geluque
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Large reponens: atque benignius

Depromo

Deprome quadrimum Sabina
O Taliarche merum dyota.

m Od. 17. eiusdem libri:

Velox amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus, & igneam
Defendit æstatem capellis
Vsque meis, pluuiosque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latentes, & thyma deuiæ
Olentis vxores mariti,
Nec virides metuunt colubros:
Nec Martiales hædiliæ lupos
Vtcumque dulci, Tyndari, fistula
Valles, & Vsticæ cubantis
Leuia personuere saxa.
Dii me tuentur: Diis pietas mea,
Et Musa cordi est. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle Caniculæ
Vitabis æstus, & fide Teia
Dices laborantes in vno
Penelopen, vitreamque Circen.
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub vmbra, nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia, nec metues proteruum
Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes iniciat manus,
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem.

eodem libro Od. 20. ad Mæcenatem:

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis-

m Carm. lib. 2. Od. 18.

-nihil supra
Deos lacesso, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.

m Carm. lib. 3 Od. 13.

O fons Blandusiæ splendidior vitro,
Dulci digne mero, non sine floribus
Cras donaberis hædo,
Cui frons turgida cornibus

Primis & Venerem, & prælia destinat
Frustra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine riuos
Lasciui soboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis, vnde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

De cochleis Reatinis sic Varro de re rust. *lib. 3. cap. 14* Genera cochlearum sunt plura, vt minutæ albulæ, quę afferuntur e Reatino & maximæ quæ de Illyrico apportantur, & mediocres, quæ ex Africa afferuntur.

Hæc vero de asinis Reatinis mirabilia. Apud Varronem *de re rust. lib. 2. cap. 6.* Murrius, Ego, *inquit*, de asinis potissimum dicam, quod sum Reatinus, vbi optimi, & maximi fiunt, e quo seminio ego hic procuraui pullos, & ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur, asinorum gregem qui facere vult bonum, primum videndum, vt mares fœminasque bona ætate sumat, vtique, vt quam diutissime fructum ferre possint firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono, ex iis locis, vnde optimi exeunt: quod faciunt Peloponnenses, cum potissimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro Reatino. Et *eodem libro cap. 8.* Qui non habent eum asinum, quem supposuerunt equę & asinum admissariũ habere volunt, de asinis, quēq; amplissimũ & formosissimũ, quē habere possunt, eligunt, quiq; seminio natus sit bono, Arcadico, vt antiq; dicebãt; vt nos experti sum', Reatino: vbi tricenis ac quadragenis millibus H-S admissarii aliquot venierunt. Idem Sexagesi, apud Nonium: An, si equam emisses quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses *equimenti?* Strabo lib. 5.

τῶ ἡμιόνων γένος τῶ Ρεατίνων διαφόρως θαυμαστῶς.

Et, quoniam erant in Italia coloniæ, municipia, præfecturæ, liberæ ciuitates, neque erat omnium eadem administratio, sciendum est, Reate præfecturam fuisse. porro, quia præfecturarum duo genera, *vt ait Festus*; Reate præfectura fuit ex illo genere, in quas ibant præfecti, a prætore vrbano Roma missi. hinc illud Ciceronis in Catilinam, oratione tertia: *Ex præfectura Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera vtor assidue in reipub. præsidio, cum gladiis miseram.* Eiusdem præfecturæ mentio *lib. 2. de nat. deor.* Hæc autem præfectura ius ferendi suffragii habebat teste Valerio *l. 8. lib. 1* Suffragii ferendi ius Sabinis datum. Item

Valerius, *lib. 1. cap. 8.* de Castoribus visis bello Latino, & Persico, P. Vatinium nominat, Reatinæ præfecturæ virum. Hæc de Reatinis tuis: quæ tibi, licet humilia videri possint, (maiora enim postulat dignitas tua) non tamen parum grata fore confidimus. nam in tuis maximis virtutibus maxime tamen elucet humanitas. Romę ∞ D L X I V. Kal. Sext.

. Romæ,

in hortis olim Car. Vall. ad aquam Virg.

Q. CAETRONIVS Q. F. PVB

PASSER

MIL. COH. IV. PR. ANNIS XVIII. MISSVS. DVOBVS. GEMINIS

SIBI ET

MASVRIAE. M. F. MARCELLAE. VIXI. QVOD. VOLVI. SEMPER. BENE. PAVPER. HONESTE: FRAVDAVI. NVLLVM. QVOD. IVVAT. OSSA MEA

IN. F. P XI. S. IN. AGR. P. XIIIS.

II. De aquis, in vrbem Romam olim influentibus,

AD IO. MORONVM. CARDINALEM.

SI, quæ antiquorum monumenta sparsim apud scriptores scripta leguntur, Ioannes Morone, Cardinalis amplissime, in vnum collecta ob oculos posita essent: non est dubitandum, maiorem, quam nunc habemus, Antiquitati nos honorem habituros. Vel aquæductuũ cura, quam Romanis cara, quam in honore fuit? Feci igitur libens, vt Aquas, in Vrbem Romam olim influentes, describerem: in quo cum mihi ipsi placeam, qui de studiosis bene merendi auitam consuetudinem imiter, est sane, cur alio nomine mihi magis placeam: quod Tibi, tanto viro, cuius tanta in nos merita existunt, vt omnem spem gratiæ referendæ abiicere sim coactus, aliqua tamen ex parte gratum faciam. Tu me hilari illo fronte, quo semel es complexus, hilariter accipe. meque in tuorum, Tibique addictorum numero, primum locum obtinere ne sueris. enitar quidem certe, vt me non indignum tanto honore iudices.

Ab Vrbe condita per annos C D X L I. contenti fuerunt Romani vsu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. postea in Vrbem influxere aquæ, Appia, Anio vetus, Marcia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina, quæ eadem vocatur Augusta, Claudia, Anio nouus. APPIA, a censore Appio Claudio Cæco, anno vrbis CDXLII, in Vrbem inducta, in agro Luculliano concipiebatur, via Prænestina, inter milliarium sextum, & octauum, diuerticulo sinistrorsus passuum DCCXXC Ductus eius

habuit longitudinem a capite vsque ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam passuum vndecim millium c x c; subterraneo riuo passuum vndecim millium c x x x; substructione. & supra terram opere arcuato, proxime ad portam Capenam, passuum L X. ANIO VETVS concipiebatur supra Tibur vigesimo milliario. Ductus eius habuit longitudinem passuum x L I I. millium; riuo subterraneo passuum x L I I I. millium CCXCVII; substructione supra terram passuum D C C I I Distribui cœptus est vetus Anio vico Publicii ad portam Trigeminam, qui locus Salinæ appellabatur, post annos XL. quam Appia perducta est, anno ab vrbe condita CDXXCIX. Man. Curius Dentatus censor, anno vrbis CDXXCI. Anienis, qui postea Vetus dictus est, aquam in Vrbem perducendam ex manubiis de Pyrrho captis curauit. post annum nonum ex S.C. duumuiri creati aquæ perducendæ, Curius idem, & Fuluius Flaccus. perduxit Flaccus, Curio mortuo intra quinctum diẽ, quam erat duumuir creatus Hæc aqua, & Anienis quoque Noui, minus permanebat limpida nam sumebatur ex flumine, ac sæpe etiam sereno turbabatur; quoniam Anio, quamuis purissimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, auferebat aliquid, quo turbaretur, prius quam deueniret in riuos. sed Anio Vetus, cum plerumque libra esset inferior, incommodum intra se tenebat Nouus autem Anio vitiabat ceteras aquas: nam, cum editissimus veniret, & in primis abundans, aliquando defectioni aliarum succurrebat inquinabat igitur alias aquas maximeque Claudiam. sed Nerua imperator aquas omnes discernendas curauit: effecitque, vt Anio Vetus, quia minus salubris, in hortorum rigationem, & in ipsius vrbis sordidiora exiret ministeria. Anienis quoque Noui vitia exclusit omisso enim flumine, repeti ex lacu, qui est super villam Neronianam Sublacensem, vbi limpidissima est, iussit. nam, cum oriretur Anio supra Trebam augustam, seu quia per saxosos montes decurreret, paucis circa ipsum oppidis obiacentibus cultis, seu quia lacus altitudine, in quo excipiebatur, velut depuraretur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidissimus simul ac splendidissimus perueniebat. Anno ab Vrbe condita DCIX. cum Appiæ, Aniensque ductus, vetustate quassati, priuatorum etiam fraudibus interciperentur; datum est a senatu M. Titio prætori negotium eorum ductuum reficiendorum, & vindicandorum: & quoniam incrementum vrbis exigere videbatur ampliorem aquę modum, eidẽ mandatum, vt curaret, quatenus alias aquas posset, in vrbem perduceret, & ampliores ductus faceret, reip. caussa a tertio milliario opera fabrorum duxit. cui ab auctore MARCIAE nomen fuit. perducta est anno vrbis DCXIII. in Capitolium, atq; etiam in colles Cælium, & Auentinum. sed, postea quam Nero imperator Claudiam opere arcuato assumsit, exceptam vsq; ad templum diui Claudii

perduxit, vt inde distribueretur; Marcia, & Iulia, quæ ipsa quoque in eos colles perducta fuerat, non ampliatæ, sed amissæ sunt. Nerua imperator, qa, quoties Claudia casu aliquo deficeret, fiebat, vt celeberrimi colles sitirent, plures aquas, in primisque Marciam iis restituit, eamque ampliore opere a Cœlio in Auentinum vsq; perduxit. Huius aquæ splendor a capite integer, nihil aut minimum pluuia inquinabatur, si putei exstructi obiecti essent. sed, cũ Nouus Anio editissimus veniret, & in primis abundans aliarum aquarum defectioni aliquando succurreret; imperitia aquariorũ, deducentium in alienos eum specus, frequentius, quam explemẽto opus erat, etiam sufficientes aquas inquinabat, maxime Claudiam; quæ, per multa millia passuum proprio perducta riuo, Romę demum cum Aniene permixta, perdebat proprietatem, adeoque obuenientibus non succurrebat, vt pleræque aquæ accerserentur per imprudentiam, non vti dignum erat aquis partiẽtium Marciam, ita vt ipsa, splẽdore & frigore gratissima, balneis, ac fullonicis, & relatu quoq; fœdis seruiret ministeriis. omnes ergo discerni placuit, tum singulas ita ordinari, vt in primis Marcia potui tota seruiret, & deinceps reliquæ, secundum suam quęq; qualitatem, aptis vsibus assignarentur. Concipiebatur Marcia via Valeria, ad milliarium XXXIII atque sub Nerone principe primũ strata ad milliarium XXXIIX. finita substructionibus, pæne statim stagnino colore præuiridi. Ductus eius habebat longitudinem a capite ad vrbem passuum LX. millium DCC. & semis, primum riuo subterraneo, deinde opere supra terram, tum opere arcuato, mox substructione, postremo rursus opere arcuato. De hac aqua Plinius *lib* 31. *cap.* 3. a Frontino in eius auctore dissentiens, hæc tradit: Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma præconio Vrbis, Marcia est, inter reliqua deum munera Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Auseia, fons autem ipse Piconia. Oritur in vltimis montibus Pælignorum: transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubie petens mox, specu mersa, in Tiburtinã se aperit, IX. mill pass. fornicib. structis perducta. Primus eam in Vrbẽ ducere auspicatus est Ancus Marcius, vnus e regibus, postea Q. Marcius Rex in pretura: rursusq; restituit M. Agrippa. Idẽ & Virg. adduxit ab octaui lapidis diuerticulo II. mill. pass. Prænestina via, iuxta est Herculaneus riuus; quẽ refugiẽs, Virginis nomen obtinuit. Horũ omnium cõparatione, differẽtia supradicta deprehẽditur; cum, quantũ Virgo tactu, tantum præstet Marcia haustu. quamq̃ vtriusq; iampridẽ Vrbi periit voluptas; ambitione, auaritiaq; in villas ac suburbana detorquẽtib. publicam salutẽ. Idẽ *lib.* 36. *c.* 15 Q Marcius Rex, inqt, iussus a senatu aquarũ Appiæ, Anienis, Tepulæ ductus reficere, nouam a nomine suo appellatã cuniculis per mõtes actis intra præturę suę tẽpus adduxit. De hac aqua mentionẽ inuenimus in sequentib. inscriptionibus antiquis, quas hic placuit subscribere.

Romæ, in Porta Esquilina, nunc D. Laurentii.

IMP. CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XII.
TRIBVNIC. POTESTAT. XIX. IMP. XIV.
RIVOS. AQVARVM. OMNIVM. REFECIT

IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONIVS. PIVS. FELIX. AVG. PARTH. MAXIM
BRIT. MAXIMVS. PONTIFEX. MAXIMVS
AQVAM. MARCIAM. VARIIS. CASIBVS. IMPEDITAM. PVRGATO. FONTE. EXCISIS. ET. PERFORATIS
MONTIBVS. RESTITVTA. FORMA. ADQVISITO. ETIAM. FONTE. NOVO. ANTONIANO
IN. SACRAM. VRBEM. SVAM. PERDVCENDAM. CVRAVIT

IMP. TITVS. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONTIF. MAX
TRIBVNICIAE. POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS. VII. DESIG. IIX
RIVOM. AQVAE. MARCIAE. VETVSTATE. DILAPSVM. REFECIT
ET. AQVAM. QVAE. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT

Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credidere, in Cœlium collem, Auentinum, & Capitolium a censoribus Cæpione, & Longina perducta, anno vrbis DCXXVII. Huius aquæ fontes nulli fuere: venis quibusdam constabat, quæ interceptæ sunt in Iulia: itaque caput eius obseruabatur a piscina Iuliæ concipiebatur viá Latina, ad milliarium XI. inde riuo suo in vrbē perducta, Iuliæ post mixta. nā Agrippa anno vrbis DCCXIX. ad milliarium XII via Latina, alterius aquæ proprias vires collegit, & Tepulæ riuum intercepit: acquisitæque ab inuentore nomen IVLIAE est datum; ita tamen diuisa erogatione, vt maneret Tepulæ appellatio. Ductus Iuliæ efficiebat longitudinem passuum XV. millium DCXXVI. opere supra terram, substructione, opere arcuato. Idem Agrippa, annis XIII. post Iuliam deductam, VIRGINEM, in agro quoque Lucullano collectam, Romam perduxit. dies, quo primum in vrbem responderit, V. iduum Iun. inuenitur Virgo appellata, quod quærentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstrauit; quas secuti, qui foderant, ingentem aquæ modum inuenerunt ædicula fonti apposita hanc virginem pictura ostendit. Aliter Plinius *lib. 31. cap. 3.* Agrippa, *inquit*, Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo II. millium passuum, Prænestina via. iuxta est Herculaneus riuus; quem refugiens, Virginis nomen obtinuit. Aquarum duarum, Virginis, & Marciæ, comparatione, differentia deprehenditur; cum, quantum Virgo tactu, tantum præstet Marcia haustu. Idem *lib. 36. cap. 15.* Agrippa in ædilitate sua, adiecta Virgine aqua, ceteris corriuatis, atque emendatis, lacus DCC. fecit, præterea salientes CV, castella CXXX, complura etiam cultu magnifica. operibus is signa CCC, ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore CD. eaque omnia annuo spatio. Concipiebatur autem Virgo via Collatia, ad milliarium octauum, palustribus locis, Signino circumiecto continendarum scaturiginum caussa. Adiuuabatur ex compluribus aliis acquisitionibus: ideo mensura eius ad caput inueniri non potuit. Veniebat per longitudinem passuum IV. milliū CV; riuo subterraneo passuū XI. milliū DCCCLXV; supra terram passuum ∞ CCXL; substructione riuorum locis compluribus pass. DXL; opere arcuato pass. DCC. acquisitionū ductus riui subterranei efficiunt passus ∞ CDV. Arcus Virginis initium habuere sub hortis Lucullanis: finiebantur in campo Martio, secundum frōtem septorum. Aquam Virginem in hac inscriptione, quæ est in ædibus Colotianis, nominatam videmus.

Et in duabus præterea, ad Trinitatis ædem, in hortis.

I.

VIRG

TI. CAESAR. AVG. PONTIF. MAXIM TRIB. POT. XXXVIII. COS. V. IMP VIII

F. CCXG

Et. 2.

VIRG

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR AVG. GERMANICVS. TRIBVNIC. POTESTAT. IV. COS. III. IMP. VIII. P. P. I. P. CCXL

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX MAXIM. TRIB. POTEST. V. IMP. XV. P. P. COS. DESIG. IV ARCVS. DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS. DISTVRBATOS. PER. C. CAESAREM. A. FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT

Alsietinam cur perduxerit Augustus, non satis intelligitur, nullius gratiæ, immo & parum salubrem, & nusquam in vsus populi fluentem. nisi forte, cum opus naumachiæ aggrederetur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit: & quod naumachiæ cœperat superesse, hortis subiacentibus, & priuatorum vsibus ad irrigandum concessit. Concipiebatur ex Lacu Alsietino, via Claudia, milliario XIV. Ductus eius efficiebat longitudinem passuum XXII. millium LXXII. opere arcuato passuum CCCLXIIX. Idem Augustus in supplementum aquæ Marciæ, quoties siccitates agerent, auxilio aliam aquam, quę vocatur Augusta ab inuentore, eiusdem bonitatis opere subterraneo vsque ad Marciæ riuum perduxit. Post hos Caligula, cum parum & publicis vsibus, & priuatis voluptatibus septem ductus aquarum sufficere viderentur, anno vrbis DCCXC. duos ductus incoauit: quod opus Claudius magnificentissime consummauit, dedicauitq; anno vrbis DCCC. VI Kal. Aug. alteri nomen, quæ ex fontibus Cæruleo & Curtio perducebatur, Claudiæ datum. hæc bonitate proxima Marciæ. altera, quoniā duæ Anienis aquæ in Vrbem fluere cœperant, vt facilius appellationibus dignoscerentur, Anionouus vocari cœpit. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Vicit, *inquit*, antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis incoati a C. Cæsare, & peracti a Claudio. quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem. vt in omnes Vrbis partes leuarentur, influxere Curtius, atque Cæruleus fontes. erogata in id opus H-S ter millies. Et Suetonius in Claudio: *Opera magna potius, quam necessaria, multa perfecit, sed vel præcipue aquæductum, a Caio incoatum.* Idem paulo post: *Claudiæ aquæ gelidos, & vberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio, & Albudino nomen est, simulque riuum Anienis Noui lapideo opere in Vrbem perduxit, diuisitque in plurimos & ornatissimos lacus.* Concipiebatur Claudia via Sublacensi, ad milliarium XXXIIX. ex fontibus duobus amplissimis, & speciosis, Cæruleo, qui a similitudine appellatus est, & Curtio. accipiebat & eum fontem, qui vocabatur *Albudinus*, tantæ bonitatis, vt Marciæ quoque adiutorio, quoties opus esset, ita sufficeret, vt adiectione sui nihil ex qualitate eius mutaret. Claudiæ ductus longitudinem habebat passuum XLVI millium, riuo subterraneo, opere supra terram, opere arcuato, substructione riuorum, opere arcuato. De aqua Claudia testimonium præbent hæ tres inscriptiones.

Romæ, in Porta Næuia; nunc Maiore.

TI. CLAVD. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIF. MAXIM
TRIBVNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIAE
AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CAERVLEVS. ET. CVRTIVS
(A MILLIARIO. XXXXV
ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM
(PERDVCENDAS. CVRAVIT

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVGVST. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS
(III. DESIG. IV. P. P
AQVAS. CVRTIAM. ET. CAERVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POST-
(EA. INTERMISSAS. DILAPSASQVE. PER. ANNOS. NOVEM. SVA. IM-
PENSA. VRBI. RESTITVIT.

IMP. T. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVGVSTVS. PONTIFEX. MAXIMVS
(TRIBVNIC
POTESTATE. X. IMPERATOR. XVII. PATER. PATRIAE. CENSOR. COS. VIII
AQVAS. CVRTIAM. ET. CAERVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA
A. DIVO. VESPASINO. PATRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE
(AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSAE. ESSENT. NOVA. FORMA
(REDVCENDAS. SVA. IMPENSA. CVRAVIT

Castellarius aquæ Claudiæ nominatur in sequenti inscriptione.

D. M

CLEMENTI. CAESARVM. N. SERVO. CASTELLA-RIO. AQVAE. CLAVDIAE. FECIT. CLAVDIA. SAB-BATHIS. ET. SIBI. ET. SVIS

In arcu quoque ex Tiburtino, Aquæ Claudiæ ductui subiecto, sequentes literæ leguntur:

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA COS.
C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN. MARTIAL
EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVERVNT. IDEMQVE. PROBAVERVNT

Anio nouus Sublacensi via, ad milliarium LXII. in suo riuo excipiebatur ex flumine: quod cum terras cultas circum se haberet soli pinguis & inde ripas solutiores, etiam sine pluuiarum iniuria limosum, & turbulentum fluebat: ideoq; a faucibus ductus interposita est piscina limaria, vbi inter amnem & specum consisteret, & liquaretur aqua. sic quoque, quoties imbres superuenirent, turbida perueniebat in Vrbem. Ductus Anienis Noui efficiebat passuum LIIX. millium DCC. riuo subterraneo, opere supra terram substructionibus opere arcuato, substructione, opere arcuato. hi sunt arcus altissimi, subleuati in quibusdam locis CIX. pedum. Aquæ duæ in omnem partem vrbis attollebantur: ex reliquis aliæ maiore, aliæ leuiore pressura cogebantur. Altissimus erat Anio Nouus, proxima Claudia: tertium locum tenebat Iulia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quæ capite etiam Claudiæ libram æquabat, sextum Anio Vetus, septimum Virgo, octauum Appia: quæ, cum ex vrbano agro perducerentur, non in eam altitudinem perduci potuerunt. omnium humillima Alsietina fuit, quæ Transtiberinæ regioni, & maxime subiacentibus locis seruiebat. Apud antiquos omnis aqua in publicos vsus erogabatur: legeque cautum ita fuit ne quis priuatus aliam duceret, quam quæ ex lacu abundaret: quã posteri caducam vocarunt: & hæc ipsa non in alium vsum, quam in balnearum, aut fullonicorum dabatur: eratque vectigalis statuta merces, quæ in publicum penderetur. aliquid & in domos principum dabatur, concedentibus reliquis. Ius dandæ, vendendæue aquæ censorum fuit, quoties in rep. erant, cum non erant, ædilium curulium. Tutela singularum aquarum locabatur: eorumque operum probandorum cura fuit penes consules: aliquãdo, & ædiles, interdum etiam censores. postea tota res ad curatores transiit: primusque curator ab Augusto nominatus Messalla Coruinus. Nerua imperante gessit eam curam Sex. Iulius Frontinus, vir consularis, qui scripsit in eo munere libros duos de A-

...ui, vnde nos hæc sumsimus, adhibito studio, vt, quæ ille fusius, ...nos, quam breuissime fieri potuit, exponeremus. Eos libros a no... ...bis innumeris fere locis ex ingenio emendatos, propediem emit... ...temus. Quantopere autem curæ fuerit, ne quis violare ductus, a... ...quamue non concessam deriuare auderet, cum ex multis appare... ...e potest, tum ex hoc, quod Circus Maximus, ne diebus quidem ...udorum Circensium, nisi ædilium, aut censorum permissu, irri... ...abatur: quod durasse etiam, postquam res ad curatores translata ...ab Augusto, scripsit Atteius Capito. Agri vero, qui aqua publica ...ontra legem essent irrigati, publicabantur, mancipia etiam, sic... ...t ea, quæ aduersus legem fecisse dicebantur. In iisdem legibus ...dictum est ita: Ne quis aquam oletato dolo malo, vbi publice ...lit: si quis oletarit, H-S x. millium multa esto. Oletato, videtur ...sse, olidam facito. Ius impetratæ aquæ neque heredem, neque ...ntorem, neque vllum nouum dominum apud veteres sequeba... ...r. balneis, quę publice lauarent, priuilegium antiquitus conce... ...ebatur, vt semel data aqua perpetuo maneret. postea omnis aquæ ...um possessore instauratum est beneficium. Familiæ duæ erant, ...æ aquis operam præberent, vna publica, Cæsaris altera. publi... antiquior, quam Augustus, ab Agrippa sibi relictā, publicauit, ...omines circiter CCXL. Cæsaris familiæ numerus, CDLX; quam ...audius, cum aquas in Vrbem perduceret, constituit. Vtraque ...milia in aliquot ministeriorum species diducebatur, villicos, ...stellarios, curatores, silicarios, tectores, aliosque opifices. Com... ...oda publicæ familiæ ex ærario dabantur. quod impendium ex... ...erabatur vectigalium reditu ad ius aquarum pertinentium. ea ...nstabant ex hortis, ædificiisue, quæ fuere circa ductus, aut ca... ...la, aut munera, aut lacus. quem reditum prope H-S CCL. milli... ..., [illegible] ac vagum, deinde in Domitiani loculos versum, iu... ...ia Neruæ populo restituit. Frontini sedulitas ad certā regulam ...egit; vt constaret, quæ ad hoc vectigal loca pertinerent. Cæsa... ...familia ex fisco accipiebat commoda: vnde & plumbum, & o... ...es impensæ, ad ductus, & castella, & lacus pertinentes, eroga... ...tur. Tutela ductuum in primis necessaria. corrūpuntur enim ... vetustate, aut impotentia possessorum, aut vi tempestatū, aut ...pa male facti operis: quod sæpius accidit in recētibus. fere aut ...tate, aut vi tempestatum partes ductuum laborant, quæ ar... ...tionibus sustinentur, aut montium lateribus applicatę sunt, & ...ecuationibus, eæque per flumen traiiciuntur. minus iniuriæ ...iacent subterranea, nec gelicidiis, nec caloribus exposita. Vitiā ...eiusmodi aut talia sunt, vt, non interpellato cursu, subuenia... ...eis, aut emendari, nisi auersa non possunt, sicut ea quæ in ipso ...eo fieri necesse est. Hæc duplici ex causa nascuntur, aut limo ...elecēte, qui interdū in crustā durescit, iterq; aquæ coarctat: aut ...tectorio corrumpitur, vnde fiunt manationes, quib. necesse est

latera riuorum, & substructiones vitiari. Pilæ quoque ipsæ, topho exstructæ, sub tam magno onere labuntur. Refici, quæ circa alueos sunt riuorum, æstate non debent; ne aquæ intermittatur vsus, tẽpore, quo præcipuæ desideratur; sed vere, vel autumno, & maxima cum festinatione; ita vt, ante præparatis omnibus, quam paucissimis diebus riui cessent. neminem fugit, per singulos ductus hoc esse faciendum; ne, si plures pariter auertantur, desit aqua ciuitati. Ea, quæ non interpellato aquæ cursu effici debent, maxime structura constant; quam suis temporibus, & fidelem fieri oportet. Idoneum structuræ tempus est a Kal. Apr. in Kal. Nou. ita vt optimum sit intermittere eam partem æstatis, quæ nimiis caloribus incandescit: quia temperamento cœli opus est, vt ex humore commode structura combibat, & in vnitate corroboretur. Non minus autem sol acrior, quam gelatio, præcipit materiam: neque vllum opus diligentiorem poscit curam, quam quod aquæ obstaturum est. Fides itaque eius per singula secundum legem, notam omnibus, sed a paucis obseruatam, exigenda est. Illud nulli dubiũ esse crediderim, proximos ductus, id est, qui a sexto millario, lapide quadrato, consistunt, maxime custodiendos: quoniam & amplissimi operis sunt, & plures aquas singuli sustinent: quos si necesse fuerit interrumpere, maior pars aquarum vrbem Romam destituet. Remedia tamen sunt, vt his difficultatibus incoatus alueus excitetur ad libram deficientis; alueus vero plumbatis canalibus per spatium interrupti ductus rursus contineatur. Plerumq; autẽ vitia oriuntur ex impotentia possessorum: qui plurimis modis riuos violant. Primum enim spatia, quæ circa ductus aquarum ex S. C. vacare debent, aut ædificiis, aut arboribus occupant: (arbores magis nocent; quarum radicibus & concamerationes, & latera soluuntur) deinde vicinales vias, agrestesque per ipsas formas dirigunt: nouissime aditus ad tutelam præcludunt: quæ omnia S. C. prouisa sunt. Plinius *lib. 16. cap. 42.* arbores indicat, quibus ad aquarum ductus vtebantur. Pinus, ait, picea, alni ad aquarum ductus in tubos cauantur; obrutæ terra, plurimis durant annis. Adiiciam illud ex eodem, vt veterum Romanorum magnificentia cognoscatur. Si quis, inquit, *lib. 36. cap. 15.* diligentius æstimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, euripis, hortis suburbanis, villis, spatioque aduenientis exstructos arcus, montes perfossos, conualles æquatas; fatebitur, nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. P. Victor aquas XXIV. in Vrbem influentes, his nominibus appellat, Appiam, Marciam, Virginẽ, Claudiam, Herculeam, siue Herculaneam, Tepulam, Damnatam, Traianam, Amniam, siue Anniam, Alsiam, vel Halsietinam, vel Halsientinam, quæ & Augusta dicta Cæruleam, Iuliam, Algentianam, Ciminam, Sabatinam, Aureliam, Septimianam, Seuerianam, Antonianam, Alexandrinam,

drinam, Anienem Nouum, Anienem Veterem, Albudinam, Crabiam.

III.

De ratione interkalandi.

AD ALEXANDRVM FARNESIVM CARDINALEM.

DE Ratione interkalandi cum multi scripserint, Farnesi amplissime, quid tamen obstat, cur non aliquid nos quoque in medium afferamus? nam, quia satis hæc est obscura notitia, & quod in obscuritate non facile vitatur error; ideo nobis placuit operam in hoc genere diligenter ponere, vt ea, quæ dispersa, nec admodum, vt res indicat, aperta, apud veteres leguntur, collecta a nobis, & patefacta, si modo tantum industria proficere potuimus, impertiretur iis, quos rerum antiquarum sciētia delectat. Quod eo libentius factum a nobis est, quo Tibi ostenderem, Patris mei me iudicium secutum, Te obseruare, ac in eorum loco ponere, in quorum clientela summum mihi præsidium esse constitutum intelligo. Verum, vt initium nostræ narrationis paulo altius repetamus: triplici anno Romanos diuersis tēporibus vsos esse, sciēdum est: primo primi reg. s Romuli, altero Numæ, tertio C. Cæsaris, qui perpetuam dictaturam obtinuit. sed Romulus, bellorum peritior, quam astrorum, incerto vsus est anno; qui dies CCCLX. in duodecim mensibus complexus, vt Licinius Macer, Fenestella, Plutarchus credidere, vel CCCIV. in decem mensibus, vt Iunio Gracchano, Fuluio, Varroni, Suetonio, Censorino, Macrobio, Solino, placuit, quibus ego assentior, neque cum Lunæ rationibus congrueret, vt annos Græcorum, qui dies habuit CCCLIV. quem secutus est Numa; neque cum solis cursu, vt Ægyptiorum annus, quos C. Cæsar postea imitatus, annum ex ...eous CCCLXV. & quadrante constituit. Ouidium quidem ... 3. Fastorum posuisse annum Romuli cum Lunæ decimo ... terminatum, valde miror. nam, si ita fuisset; cur Numa curam ... ad Lunæ cursum dirigendi postea suscepisset? Macrobio igitur potius in hac re, quam Ouidio, credendum: cum præsertim ...auerit idem Ouidius in eo, quia Numam a Pythagora doctum ...eodem l bro tradit: in quo Macrobius vidit acutius, qui dixit ...am ante Pythagoram fuisse: quod Liuius quoque sensit, & ...eo falsam aliorum opinionem coarguit. Inscitia Romuli ne...itatem attulit interkalādi. nam, cum eius annus, vt dixi, neque ...n sole, neque cum Luna conueniret; non numquam vsu venie..., vt frigus ann. æstiuis mensibus, & contra, calor hyemalibus ...deret. quod vitium ita corrigebant. tantum dierum sine nul...mensis nomine patiebantur elabi, quantum ad id anni tempus ...duceret, quo cœli habitus instanti mensi aptus inueniret. Hoc

Macrobius, qui Macri etiam Licinii ad comprobandam Romuli interkalationem testimonio vtitur. Post Romulum Numa, vel ingenio, vel doctrina præstantior, fluctuantem annum ita constituit, vt singulos Lunæ cursus singulis mensibus imitaretur: & quia Lunæ annuus circuitus perficitur diebus CCCLIV. ideo suum annum, vt Lunæ cursibus responderet, totidem dierum effecit: sed idem mox, studio impparis numeri, diem vnum addidit, vt ex impari numero & annus constaret, & singuli etiam menses, excepto Februario, quo mense diis Manibus iusta solui voluit: itaque dierum numerum inferis, paremque numerum conuenire iudicauit. vno igitur die annum Græcorum annus Numæ superabat. ideo cum alternis annis modo dies viginti duos, modo viginti tres, qui sunt annis octo dies nonaginta, inter diem vigesimum tertium, & vigesimum quartum Februarii Numa interkalaret, vt vndecim illos dies, & quadrantem, quibus annuo Solis cursu annuus Lunæ cursus inferior est, reprehenderet, ratio non congruebat. nam eius interkalatio Græcorum quidem instituto, qui & ipsi octauo quoque anno dies interkalabant nonaginta, respondebat: sed vnus ille dies in anno additus efficiebat, vt octo annis octo dies abundarent, & Solis cursum præterirent: hoc vitium, non satis constat, verum ab ipso Numa an ab aliis postea emendatum sit. Macrobius videtur auctor esse, ab aliis cognitum, & emendatum. Ego Numæ potius hoc tribuerim, cum præsertim & annos XLIII regnauerit, vt errorem suum spatio temporis facile potuisset intelligere, & in eo genere obseruationis, qui iam annum ad Lunæ rationem ordinasset, versatissimus esset. Emendatio fuit hæc, vt tertio quoque octennio interkalarentur dies tantum sexaginta sex, non, vt duobus superioribus octenniis, nonaginta. ita redibat annus, qui XXIV annorum spatio diebus XXIV. excurrerat, ad solis mensuram definitam detractis de ordinaria octo annorum interkalatione, quæ erat, vt ostendimus, dierum nonaginta, XXIV diebus. De interkalari vero mense, quem alternis annis modo dierum viginti duorum, modo viginti trium a Numa interpositum iam diximus, significat Cicero in oratione pro Quinctio, cum ait: *Prid. Kal. interkalares* quo loco vigesimum tertium Februarii diem, qui proximus antecedit primum interkalaris mensis diem, significari non dubito. nam, qui dies sequebantur idus Februarii signabantur nomine Kalendarum interkalarium, si modo annus erat interkalaris: (alternis enim annis, non singulis, fiebat interkalatio) ipsi vero dies interkalares sic appellabantur: primus, Kalendæ interkalares: alter, quarto nonas interkalares: (nam quatuor nonarum, non sex nonæ in mensibus erant interkalaribus, vt minor esset Kalendarum numerus, quam reliquorum dierum: quod in ordinariis quoque mensib. seruatum est) tertius, tertio nonas interkalares: & sic deinceps vsque ad mensis interkalaris idus, id est, ad diem interkalarem decimam tertiam. deinde vero singuli

diebus

diebus nominabantur Kalendæ Martiæ. nam primus dies post idus interkalares, dicebatur, si dies viginti duo interkalabantur, XV. Kal. Martias, subductis in hac ratione quinque postremis Februarii diebus, qui sequebantur post interkalares, eodemq; modo reliqui dies interkalares, & quinq. prædicti dies Februarii, a Kalendis Martiis nomen accipiebant, deminuto numero vsq; ad Kalendas Martias. sin autem dies viginti tres interkalabantur; tunc primus dies post idus interkalares dicebatur, XVI. Kal. Martias: alter, XV. tertius, XIV. & sic deinceps. Fiebat autem, vt dixi, alternis annis hæc interkalatio, non post vltimum Februarii diem, sed post vigesimum tertium, id est, post Terminalia, vt omnino Martius mensis post Februarium sequeretur, vetere religionis more, sicuti Macrobius existimat. Verum hæc postea ratio, *vt Cicero docet li. 2. de leg. & Macrobius libr. 1. Satu.* parum diligenter a Sacerdotibus obseruata, (horum enim erat interkalandi cura) vel quia prorsus omnem superstitione aliqua interkalationē omitterent; vel quia dies interdum aliquot, vt publicanis, aliisue gratificarentur, adderent, maiorem perturbationis occasionem præbuit. arbitratu autem suo pōtifices, præter institutum Numæ, interkalare cōsueuisse, satis plane docent epistolæ Ciceronis, secunda *lib. 7. ad Marium, & ad Atticum tres, nona, decima tertia, & vltima, lib. 5 & epistola Cælii nona li.* 8. vt Macrobii, Censorini, aliorum testimonia prætermittam. Hanc igitur inconstantiām C. Cæsar tertium cō-ul, pro iure, & officio suo, quia pontifex max. erat, sustulit, ad-litis ad annum Numæ decem diebus, & quadrante, qui quatuor annis diem vnum facit: itaque necessaria fuit quadriennio noque vnius diei, ex quatuor quadrantibus confecti interkala-io, quæ hodie quoque obseruatur, vt Solis cursus æquaretur. is ies post XXIV. Februarii diem, qui sexto Kalēdas vocatur, ex an-quo interkalandi more interpositus bissexto Kalendas dictus t. quo anno dies XXIX. in eo mēse numerātur. Sed, vt annus cum olis cursu inciperet qui vsque eo progressus erat Sacerdotum vel curia vel fraude vt æquinoctium, quod esse debebat, ad Græ-im, Ægyptiamque rationem, quam Cæsar spectabat, die Mar-XXV. vel XXVI. (nam die XXV. Martii notant æquinoctium olumella, Plinius, & marmorea duo Kalendaria) incideret in em Maii XVII. (*vt ex epistola 15. lib. 10. ad Atticum intelligitur*) terkalauit Cæsar dies LXV. nam in Dione, qui dies LXVII. & in ensorino, qui LXIIX. nominat, opinor esse mendum. recte e-m ratio quadrat, si legatur LXV. nam ad dies CCCLV. qui erat nus Numæ, additis a sacerdotum collegio primum diebus or-nariis interkalaribus XXIII. vt ait Censorinus, deinde a Cæsa-extra ordinem diebus LXV. qui dispertiti sunt duobus mēsibus terkalaribus inter Nouēbrem, & Decēbrem, fiunt in anno dies XLIII. quo numero dierum affirmat Macrobius fuisse vltimū

N a

illum confusionis annum, quem Cæsar ad Solis cursum redegit. Suetonius dies illos, qui biennio quoque XXII. aut XXIII. a pontificibus interkalabantur, mensem interkalarium vocat, cuius verba, quia pertinent ad ea, quæ diximus, comprobanda, recitabimus. Fastos, *inquit*, Cæsar correxit, iampridem vitio pontificum per interkalandi licentiam adeo turbatos, vt neq; messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent, annumque ad cursum Solis accommodauit, vt CCCLXV. dierum esset, &, interkalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno interkalaretur; quo autem magis in posterum ex Kalend. Ian. nobis temporum ratio cõgrueret, inter Nouembrem, & Decembrem mensem interiecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc constituebantur, quindecim mensium cum interkalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Sublatum a Cæsare mensem interkalarium Suetonius dicit: quia redacto ad cursum Solis anno, nihil deinde opus fuit interkalatione illa vel XXII. dierum priore biennio, vel XXIII. posteriore: quæ mensis interkalarius vocabatur, licet dierum numero mensem non æquaret. Eandem historiam Plutarchus literis mandauit:

Οὐ μόνον, inquit, ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν περιόδοις, ὥστε τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν, οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλόγιστοι ἦσαν, οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης, καὶ προῃσθημένου μηδενὸς τὸν ἐμβόλιμον, προσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται, μικρὰν καὶ διατείνουσαν οὐ πόρρω βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Καῖσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔμιξεν ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένην μᾶλλον ἐπανόρθωσιν, ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι, δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν. Quibus hæc Latine respondent: *Non modo in antiquissimis temporibus vtebantur ambitu mensium Romani ita constituto, vt & sacrificia, & festi dies, paulatim suo loco moti, in contraria temporibus tempora delaberentur, verum etiam Solis cursum, qui tunc erat, alii quidem prorsus ignorabant, soli vero sacerdotes, occasione cognita, ex improuiso, & præsentiente nemine, mensem interponebant, interkalarem appellantes, quem Numa rex primus interposuisse dicitur, neque magnum, neque diu duraturum remedium nactus anni perturbati. Cæsar autem optimis philosophis, & Mathematicis quæstione proposita, propriam quandam, ac certiorem ex rationibus iam examinatis correctionem ostendit, qua Romani adhuc vtentes, in culpam inæqualitatis minus, quam alii, videntur incidere.* Quo igitur anno Cæsar annum correxit, eo anno dies illi omnes Nouembris mensis, qui Kalendarum Decembrium nomine signari solebant, appellari cœpti sunt, omissi

Decem-

Decembris mentione, Kalendarum interkalarium priorum nomine; hoc modo: quartus decimus Nouembris dies dicebatur; XVII. Kal interkalares priores: & sic deinceps, vsque ad vltimum Nouembris diem, qui vocabatur, II. Kal interkalares priores, qui est dies in epistola ad Ligarium, libr. 6. fam. a Cicerone nominatus. Quo loco vir doctus legit. V. Kal. non. vt in omnibus veteribus libris, quos quidem ego viderim, II Kal. Sed ego satis habeo, quid mihi placeat ostendere, & probare, suum quisque iudicium sequatur. Vbi vero prioris interkalaris mensis dies primus erat appellandus, sic dicebant, Kalendæ interkalares priores; vbi secũdus, sexto nonas interkalares priores; vbi tertius, quinto nonas interkalares priores; vbi quartus, quarto nonas interkalares priores; vbi quinctus, tertio nonas interkalares priores, vbi sextus, pridie nonas interkalares priores; vbi septimus, nonis interkalaribus prioribus. Eadẽ erat in idibus ratio. post idus autẽ, qui primus sequebatur dies, i.e. decim⁹ sextus, is vocabatur XIX. Kal. interkalares posteriores. Sic deincepsvsq; ad extremũ eiusdẽ mensis diẽ, q̃ vocabatur II Kal. interkalares posteriores. Prim⁹ vero dies secũdi mẽsis interkalaris, in quo erãt dies XX XIz. Kal. interkalares posteriores; secundus, sexto nonas interkalares posteriores; & deinceps reliqua. Itemque in idibus. sextus decimus vero dies dicebatur, XIIX Kal. Decembris: & sic deinceps. Nunc triplicem Romanorum annum, Romuli, Numæ, & Cæsaris, ostendamus.

Annus Romuli, dierum CCCIV.

Martius mensis dies habet	XXXI,
Aprilis	XXX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXX,
September	XXX,
October	XXXI,
Nouember	XXX,
December	XXX.

Numæ annus dierum CCCLV.

Ianuarius dies habet	XXIX,
Februarius	XXIIX,
Martius	XXXI,
Aprilis	XXIX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXIX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXIX,
September	XXIX
October	XXXI

Nouember	XXIX.
December	XXIX,

Cæsaris annus; dierum CCCLXV.

Ianuarius	XXXI,
Februarius	XXIIX,
Martius	XXXI,
Aprilis	XXX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXXI,
September	XXX,
October	XXXI,
Nouember	XXX,
December	XXXI.

Scrupulus ille remanet, quo modo Cæsar interkalationē fecerit dierum LXV. quod videri potest non omnino necessarium: quia, si retrahendum erat æquinoctium a die XVII. Maii, in quem diem incidit primo belli ciuilis anno, ad diem XXV. Martii; satis erat interponere dies LII. Respondetur id, quod non modo verisimile, sed etiam necessarium videtur: quemadmodum ante primū belli ciuilis annum mutatus erat æquinoctii dies transductusque a die XXV. Martii ad diem XVII. Maii, pontificum culpa, qui suo arbitratu, vt dixi, interkalationibus vterentur; sic a primo belli ciuilis anno, quo C. Marcellus, & L. Lentulus consulatum gessere, ad quartum, quo Cæsar tertium consul fuit, eadem culpa protrusum esse æquinoctium dies tredecim vltra diem XVII. Maii.

IV.

De Accumbendi, & Comedendi ratione.

AD NICOLAVM GÆTANVM SERMONETANVM CARDINALEM.

CVm de *Accumbendi & Comedendi* ratione varie a multis disputatum sit, non iniucundam rem me facturum putaui, si & ipse quædam a me obseruata in lucem proferrem, Antiquitatis iuuandæ gratia, in quo Patrem, Auumque meum cum sequar, par est, eorum me quoque æs alienum soluere. quod autem maius, q̄ Auum ex eo loco, cui familia Tua ius dicit, auitoque imperio preest originem ducere? Quodq; maius est, Patrem meum Tu semper in tuis numerasti, singularemq; illi beneuolentiam ostēdisti. Quæ cum ad me filium pertineant, nolui committere, nostram obseruantiam, quam Tibi singularem debet Familia nostra, tacitam præterire: sed eam posteris testatam relinquere volui. Et, cum nunc maiora non possim, hoc saltem vel exiguo signo contentus animum pro te accipias, rogo.

Accumbendi in lecto, aut sedendi in sella varius mos fuit apud Romanos

Romanos? Priscis temporibus, cum frugalitas, & modestia vigeret, sedebant, non accumbebant viri pariter,& mulieres. Post cum oribus,vt fit,succedente luxu,paulatimq; ad mollitiem moribus inclinantibus,accumbere viri cœperunt,mulieres in sedendi cõsuetudine,pudoris gratia diu permansere.Id ego ex illo Virgilii versu primum conieci,

Perpetuis soliti patres considere mensis.

Quo loco Seruius, *Maiores*, inquit, *nostri sedentes epulabantur.* Quem morem habuerunt a Laconibus, & Cretensibus, vt Varro docet in libris de vita Populi Romani:in quibus dixit,*quid a quaque traxerit gente.*Isidorus etiam Hispalensis Etym.lib. 20. cap.11. *Apud veteres*,inquit,*non erat vsus Accumbendi,vnde & Considere dicebantur*: postea,vt Varro ait de vita populi Romani, viri discũbere cœperũt, mulieres sedere: quia turpis visus est in muliere accubitus.Accessit Valerii Maximi testimonium.*Fœminæ*,ait,lib 2. *cum viris cubantibus cœnitabãt. quæ consuetudo ex hominum contactu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno, & Minerua in sellas ad cœnam inuitabãtur. Quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in Capitolio,quam in suis domibus,seruat: videlicet,quia magis ad rem pertinet,dearũ,quam mulierum,disciplinam contineri.* Postrema Valerii verba mulieres etiam,cõtagione morum deprauatas,vna cum viris accumbere cœpisse,tantum in Capitolino Iouis epulo,antiquitatis gratia,sedere solitas,aperte demonstrant.Huc pertinet illud Ciceronis,ep.1.ad Att.lib.5. *Discubuimus omnes,præter illam*, Et Ouid.in quadam Elegia:

Ibis ,vt accumbas: clam mihi tange pedem.

Plinius *lib.9 c 35* Lolliam Paullinã,Caii Principis matronam, accubuisse ostendit.Sessio igitur vernacula fuit mansitq;cum frugalitate,& pudore aliquamdiu,id est,vt ego arbitror, vsq; ad Asiam deuictam, Græciamq; cognitam nam ex eo tempore ciuitas, æterni belli metu,victo iam Hannibale liberata, diuitiisque aucta,peregrinos mores libenter adsciuit, & ab antiqua continentia ad luxuriam,nequitiemq; deflexit.vnde Horatius:

Græcia victa suum victorem cœpit.

Græcis enim primum manauit Accubitus: quem Populus Romanus,semel acceptum,in magnis copiis perpetuo retinuit.Sed, Accubitus index est dissolutæ lætitiæ,& iucunditatis cuiusdam, viro graui parum dignæ. Sic sessio seuerior, & a voluptate remotior.Propterea Cato ille Vticensis,quo nemo patriam dilexit magis,post exortum ciuile bellum,mœrore animi affectus,sedẽs,non cubãs,semper cœnauit:quod a Plutarcho scriptum legimus. Fortasse eodem modo Græci,posteaquam & ipsis,fastidita veteri e patrimonia, contemtaq; verecundiæ norma,delicate, & molliter viuere placuit,morem cubandi in cœna a barbaris acceperunt nam Syphacem Numidæ Regem cubãtem cœnasse,& cũ eo Scipionem

Hasdrubalem in eo loco, testatur Liuius *libr.* 8. Nec dubito, quin Virgilius rationem habuerit barbaræ consuetudinis, cùm de Didone scripsit:

Cum venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Et mox, de Ænea:

Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

Veteribus in more fuit, quater vt in die cibum sumerent. prima erat matutina Ientatio, quam Prandiculum prisci appellauerant; mox Prandium; tum Cena; postremo Comessatio. nam Merēdam, quæ a cibo meridiano nomen sumsit, cum Prandio eandem apud veteres fuisse, monet Festus. quamquam eam post Prandiū & post Meridiem collocat Nonius. Sed hæc facile, habita ratione tēporum, controuersia dirimitur. vt priscis temporibus Merenda pro prandio fuerit, prandii nomine, & vsu nondum inducto; deinde vero, vt luxus, & nequitia serpit, cum a Merenda ad Cenam, id est a meridie ad vesperam, vnde Vespernam (*vt ait Plautus apud Festum*) Cenam dixere, ieiunitas nimium longa videretur, Prandii vsus, in Merendæ locum, & horam successerit. Merēda vero post eam horam, vnde nomen sumserat, id est. post meridiem, producta sit, qui hodieq; mos retinetur. Item non quater modo, sed quinquies quotidie cibum capi solitum esse, cōstabit. Certe multo ante Festi ætatem, qui tamen de suorum temporum consuetudine non loquitur, & Prandium, & Merendam in vsu fuisse, ex Plauto intelligitur. quamquam homines, eleganter, & liberaliter educatos, nō modo quinquies, sed nec quater, ac nec ter quidem, comedisse, numquam crediderit. quod & Suetonius videtur comprobare. notat enim hoc non vt generale, & apud omnes vsitatum, sed vt extraordinarium quiddam, & Vitellio cum paucis commune, quod epulas trifariam semper, interdum quadrifariam, in Ientacula, Prandia, Cenas, Comessationesque dispertiuerit. Sed Celsus ne prandium quidem, vt ordinarium videtur, agnoscere. Ait enim lib. 4. *Tamen facilius fert adolescens, quam puer, & vno cibo, quam prandio quoque assuetus.* Et lib. 1 cap. 3. *Hyeme si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum, sine carne, sine potione sumere. æstate vero, & potione, & cibo corpus sæpius eget: ideo prandere quoque commodum est.* Cena igitur præcipua fuit, & in ea largius vescebantur; conuiuasque, quos paulo lautius vellent excipere, ad cenam, non ad prandium inuitabant. hinc sæpe apud Ciceronem in epistolis ad Papirium mentio Cenarum, nūquam Prandii. quamquam, *vt dixi*, Prandia quoque in vsu fuere, quibus etiam, vt apud Macrobium scriptum est, lex Didia sumtum definiuit. sed, prandendi morem puerorum magis, quam adolescentum fuisse, & æstate potius, quam hyeme, Celsi verba proxime recitata, demonstrant. Id quidem constat, cum hora nona cenaretur

tur, quod ex eo versu satis intelligitur,

Incipit exstructos frangere nona thoros,

locum Prandio vix fuisse. mane enim, paulo post somnum, quis puteti nec de tertia, aut quarta, aut quinta hora crediderim. non enim stomacho tantum spatii ad concoquendum relinqueretur, vt cœnæ vacare posset: cum a prandio ad cœnam hodie quidem horas nouem, aut minimum octo videamus interponi. Itaque, paucos admodum pransos esse, (de ingenuis, & nobilibus loquor) aut, si quis pranderet, exiguo cibo contentum fuisse, ratio docet. prandere autem solitos existimo pueros, qui famem non ferunt; opifices, seruos, viatores, quorum vires labore fractas, atq; imminutas refici, & augeri cibo necesse est. Hora cœnæ cum semper fuerit, vt exemplis perspicuum est, diei nona, longe distat a more nostro: nam, cum apud veteres ex duodenis horis æque dies omnes, noctesque constarent, æstiuis diurnis longioribus, nocturnis breuioribus, hyemalibus vero contra: quis non videt, cenas olim hyeme diurnas fuisse, quæ nobis nocturnæ sunt; ceteris autem anni partibus omnino longius a vespera, quam nostras, abfuisse? Eduliorum dissimilitudo apud eos fuit: in quo luctum a nobis in iactura factum. nam garum illud, quo nullæ vmquam exquisitæ epulæ caruerunt, præterea muriam, halec, tyrotarichum, & huiusce generis multa, nec turpe est ignorare, nec infructuosum. Sumatur exemplum a garo, vt ex hoc vno de reliquis coniectura fiat. venisse gari congium aureis quindenis, auctor est Plinius. Congium autem libras decem capit. Ergo singulæ libræ aureo cum dimidio venierunt. quid hodie tanti est? quamquam nos quidem gulæ libenter indulgemus, nec iacere patimur eduliorum pretia: veruntamen, quod garo comparetur, nihil video: sicut nec in Mullo, quem Romæ TRIGLIA, Venetiis BARBONE appellant, hodie quisquam, vt opinor, ita insanierit, vt emendum putet, Asinii Celeris, viri consularis, exemplo, octo millibus numum, qui sunt, nummo nostro, aurei CCXI. nec magnitudo pondus excusat. nam binas ponderis libras raro admodum, *vt Plinius asserit*, mullus exsuperat.

Vinis quoq; eos plurimum tribuisse, præter alios, Plinius quoque testatur, *lib. 14. cap. 6.*

V.

De Conuiuio tempestiuo, seu intempestiuo,

AD. IO. FRANCISCVM. COMENDONVM CARDINALEM.

QVi vel in emendandis, vel in explanandis Antiquorum scriptis versantur, præclare operam suam ponere mihi videntur. Quam multa enim in iis reperiuntur, quorum vel intelligentia

non ita

non ita facilis, vel deprauata lectio lectores remoratur? Vidi ego plurimos non inertes viros aliquando in quibusdam hęsitare, quę si emendentur, vel explanentur, non solum eorum facilem cognitionem reddunt, sed &, vt ad vlteriora progrediantur, homines inuitant. Sed, quid ego hæc ad Te? Cuius ea est eruditio, vt admirationem conciliet. qui tantum iudicio excellis, quantum dignitate præstas. cui maiora quoque deberi, nemo bonus est, qui non & fateatur, & cupiat. Ego certe, virtutis amore incensus, obseruantiam Tibi summam debeo. quod a Patre, dum viueret, mihi traditum, quantum in me erit, omnibus ingenii viribus enitar, vt præstem.

Cœnarum antiquissima Romanis consuetudo fuit, a propinquis, vt arbitror, deducta Sabinis, quorum & in victu, & in omni vita seuerior, quam ceterarum gentium, disciplina fuit. parce comedebant, cibo simplici, nullo, præter famem, condimento. postea, rerum copia bellis parta, peregrinitate paulatim priscos mores immutante, parsimonia transiit in luxum. inde cœna lautior, & ab hora vigesima prima, quę tum nona semper diei erat, in noctem producta conuiuia, ne parum opportuna, contraq; morem maiorum esse viderentur, tempestiua dicta, vocabulo rē excusante. mansitq; nomen in consuetudine corrupta. nam, quod ex veterum monumentis liceat colligere, multa liberius inter epulas & dicebantur, & fiebant, quæ graues, & boni viri non probarent. ideo videtur Cicero de tempestiuis conuiuiis ita loqui, tamquā in iis turpitudinem aliquam agnoscat. cuius rei perspicuo documentum afferunt illa verba pro Murena: *Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit; neque in solitudine, neq; in conuiuio moderato, atque honesto. tempestiui conuiuii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio* Et subiungit. *Nullum turpe conuiuium ostenditur*; plane significans, non interfuisse Murenam tempestiuo conuiuio: vt in eo saltasse, quod in moderato, honestoque conuiuio nō liceret, dici posset. Nec sine probro dicitur illud pro Archia: *Quantum alii tribuūt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumsero?* Non laudat Cato ille senior tempestiua conuiuia, cum ait: *Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector*: sed vsitata ostendit, iisque se delectari non propter epulas, sed propter cœtum amicorum, sermonisq; delectationem: quasi alii non easdem ob caussas tempestiuis conuiuiis interessent. epulari enim ei propositum est, vt ne hac quidem voluptate, quę epulari accubatione percipitur, carere senectutem significet, cum eo tamen, vt eligat id, quod in ea voluptate honestum est, sermonis videlicet fructum, & iucunditatem; reliqua iuuenibus concedat. Quid, quę ad Atticum lib. 9 scribuntur, an reprehensione carent? *Audio*, inquit, *bonis viris hanc cunctationem nostram non probari, multaque*

multa quę

multaque in me & seuere in conuiuiis tempestiuis quidem disputari. Et ad eundem, in eodem libro. *viris bonis me non nimis excuso. quas enim eos cœnas & facere, & obire scripsisti, ad me Sextus? quam lautas, quam tempestiuas?* reprehenduntur cœnæ, quia lautæ, quia tempestiuæ: contra verbi significationem vsitatam: sed ad vituperandum ita multa cōcurrunt exempla, vt assentiri cogar in eo, quod non placet. Quid enim dicam ad illud Taciti lib. 11. *Claudius domum regressus, & tempestiuis epulis delenitus, vbi vino incaluit, ire iubet, nunciarique miseræ, dicendam ad caussam postera die adesset.* Equidem de modicis epulis loqui Tacitum non arbitror, cū subiungat, Vbi vino incaluit. Eoque minus dubitare licet, quia libro 18 seueritatem, & tempestiua conuiuia vt contraria constituit. *Discubuerat*, inquit, *Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Virginio. Legati, tribunique ex moribus imperatorum seueritatem æmulantur, vel tempestiuis conuiuiis gaudent. perinde miles intentus, aut licentior.* Hæc de tempestiuo conuiuio, pro re scilicet contra verbum: nunc, an aliquid pro verbo dici possit, sic, vt cum re consentiat, consideremus. Primum nemo dubitat, quin, cum interpretamur, sententiæ nostræ ad antiquorum exemplarium testimonia sint accommodandæ, quo posito, locus ille pro Murena, a nobis reċtratus, nihil, quod a propria verbi natura discrepet, habebit. quatuor enim veteres libri, tres Masseiani, vnus, quem patri meo singulari doctrina vir, omniumque quos in vita nouerim, humanissimus, Gulielmus Sirletus Cardinalis dono dedit, habent, *Intempestiui conuiuii*, non *Tempestiui*. ita fiet, vt res cum verbo congruat. nam ibi de turpi conuiuio, cuius comes esset extrema saltatio, sermone fieri satis constat. Accedit Suetonius, cuius hæc sunt in Caligula: *Absentem senatum, populumq; grauissimo obiurgauit edicto, quod, Cæsare præliante, & tantis discriminibus obiecto, intempestiua conuiuia circum & theatra, & amœnos secessus celebrarent.* Nec tempestiua, sed intempestiua conuiuia Curtius appellat, lib. 5. *Intempestiua*, inquit, *conuiuia, & perpotandi, peruigilandique insana dulcedo, ludique & greges pellicum, omnia in externum lapsa sunt morem.* Idem paulo post: *Igitur cum intempestiuis cōuiuiis dies pariter noctesque consumerent, satietatem epularum ludis interpolabant.* Hæc a tempestiuis conuiuiis intempestiua distinguunt, turpia scilicet ab honestis. Nec de luxuria, atque immoderatis epulis, sed de temperato conuiuio, locutus est Apuleius Apologia prima. cum dixit: *Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an tempestiuum conuiuium?* Cur igitur, cum intempestiuum conuiuium sæpe nominetur, tempestiuū ad eius rei significationem, quæ suū nomen habet, vsurpari credam? Dicatur id, quod licet, tempestiuū; quod cōtra, intēpestiuū: Latine, & proprie loquemur. quod si lectum est in peruulgatis libris: abesse mēdū nūq̄ putabo. nisi si de Latina lingua ita sentimus, vt eodē interdū verbo, cōtraria cōprehēdat.

Nam, quod ad locum de Senectute pertinet: in deteriorem partem accipi necesse non est: cum dicat Cato, *non se tantum conuiuiis temporis sui interesse, verum etiam suos æquales,* & illos ipsos, quibuscum loquebatur, Scipionem, & Lælium, viros eos, quibus grauitate, temperantia, & integritate æquari fortasse nonnulli, præferri certe nemo posset. Hæc pro nostro ingenio: lector eruditus perpendat, ac iudicet.

VI.

De Metonis anno.

AD GVILIELMVM SIRLETTVM CARDINALEM.

DEcet cum parentibus liberos idem sentire, & idem velle. itaque cum in aliis rebus Patris iudicium plurimi semper feci, tum nihil facio libentius, quam vt eius in amicitiis colendis consuetudinem imiter. Quis autem nescit, quanto Tu semper ornamento nobis fueris? Quo fit, vt, cum Tibi pares referre non possim grates, ingratitudinis vitium, vt apud Te subeam, interdum dubitem, quo nihil peius odi. Verum, cum te sciam humanitatis in primis laude excellere, eumque esse, qui homines, non ex beneficii accepti relatione, (sæpe enim contingit, vt quis oneri succũbat virium imbecillitate) sed ex animi gratitudine iudices: nihil mihi dubitandum est, quin Tu in tua illa vetere erga nos beneuolentia perseueres. Ego contra, Tuum me esse profiteor, & in Te colendo cedere tuorum nemini. Interim hoc quidquid est, in tuo nomine apparere volui. Vt exstaret aliquod in Te obseruantiæ meæ signum. Quod si hilari fronte, vt soles, acceperis, animos mihi addes ad maiora conanda, & ad meum de Te iudicium præstantiore forsan aliquo munere posteris ostendendum.

De Metonis Anno scriptor antiquissimus *Theophrastus* ἐν τῷ περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων, sic inquit: Διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγένηνται κατὰ τόπους τινὰς ἀστρόνομοι· οἷον Ματρικέτας ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ τοῦ Λεπετύμνου, καὶ Κλεόστρατος ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἴδης, καὶ Φαεινὸς Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ Λυκαβηττοῦ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε· παρ' οὗ Μέτων ἀκούσας, τὴν τῶν ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐνιαυτῶν συνέταξε. ἦν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος, καὶ ἄλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἠστρολόγησαν. Latine sic: *Quapropter & optimi locis quibusdam Astronomi exstitere, quemadmodum Methymnæ Matricetas in Lepetymno genitus, neque non & in Tenedo insula Cleostratus ab Ida profectus. quin & Phaenus Athenis e monte Lycambete, qui brumam solstitiumque præuidit. Auditor huius discipulusque Meton fuit Atheniensis, qui Annum vndeuiginti annorum spatio præfinitum complexus est. & quidem Phaenus Atheniensium ciuitate donatus, Meton vero eiusdem vrbis indigena & popularis. Sunt & alii, qui in Astrologia eodem se modo exercuere.* Diodorus etiam Siculus paulo fusius his verbis quæ habet libro 12. ἐν δὲ Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δὲ ἐν

ἀστρολο-

ἀστρολογίᾳ ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις σκιροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης· ἐν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα τὴν ἀποκατάστασιν ποιεῖται, καθάπερ ἐνιαυτοῦ τινος μεγάλου τὸν ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει· διὸ καί τινες αὐτὸν Μέτωνος ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι. δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐν τῇ προρρήσει καὶ προγραφῇ ταύτῃ θαυμαστῶς ἐπιτετευχέναι· τὰ γὰρ ἄστρα τήν τε κίνησιν καὶ τὰς ἐπισημασίας ποιεῖται συμφώνως τῇ γραφῇ· διὸ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οὐ διαψεύδονται τῆς ἀληθείας. quæ Latina recitabo, vt Græce nescientibus, consulatur: *Athenis Meton Pausania filius, astrologia clarus, spatium illud undeuiginti annorum demonstrauit, quod Græci* ἐννεακαιδεκαετηρίδα *initio facto die decima tertia eius mensis, qui* σκιροφοριῶν *Athenis nominatur: in his autem, quos diximus, annis in eundem astra statum reuertuntur, ac veluti magni cuiusdam anni conuersionem capiunt: quo circa nonnulli Metonis annum appellarunt. videtur autem hic vir in eo, quod prædixit, & præscripsit, mirabiliter veritatem attigisse. nam, vt ille scripsit, ita & motum, & significationes astra faciunt. quare Græcorum plurimi, ad ætatem vsque nostram vndeuiginti annorum obseruatione vsi, non errarunt.* Idem videtur significasse lib. 2 cum ait: Λέγεται δὲ καὶ τὸν θεὸν δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾶν εἰς τὴν νῆσον. ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις ἐπὶ τέλος ἄγονται· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Μέτωνος μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. hoc est: *Apollinem narrant undeuiginti annorum spatio, quibus astrorum conuersiones ad finem perducuntur, ad insulam occurrere: propterea tempus vndeuiginti annorum a Græcis Magnum annum vocari.* Sic Diodorus. *Aratus* etiam, ἐν τοῖς Φαινομένοις, συναείδονται ἤδη, Ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. Quo loco Theon interpres. Μέτων, ait, ἦν γένος Ἀθηναῖος ἀστρονόμος, ὃς ἀκριβῶς ἐξεθήκατο [illegible] ἐνιαυτόν, ὡς περὶ τούτου [illegible] μεγάλου, περὶ οὗ [illegible] ἡ [illegible] συνόδος γίνονται ἐπ' ἀπωλείᾳ τοῦ παντός. οἱ δὲ [illegible] Μέτωνα ἀστρονόμον [illegible] ἐν ταῖς πόλεσιν [illegible] περὶ τὰς τοῦ ἡλίου [illegible] τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδων. Est etiam, non cum peruulgatus *Achilles*. quem prudentissimum Iulius Firmicus appellat, valde quidem, (quod ex eius recondita doctrina cognoscitur) antiquus. Is in libro cui titulus, τῶν Ἀράτου φαινομένων περὶ εἰσαγωγὴν ἐκ τῶν Ἀχιλλέως περὶ τοῦ παντός, vbi agit περὶ ἡλίου, scriptum ita reliquit. Λέγεται [illegible] ἀπὸ [illegible] ἐπὶ ζῴδιον [illegible] ἐν ἡμέραις [illegible], καὶ [illegible] ἀπὸ δὲ σημείου ἐπὶ σημεῖον [illegible] ἐν [illegible] ἐννεακαιδεκαετηρίδι [illegible] γὰρ [illegible] Εὐδόξου, [illegible] ἔτεσιν, ἧς [illegible] Κάλλιππος· καὶ τὸν δὲ Μέτωνα [illegible] Ταύτῃ [illegible] Ἄρατος φησὶ γὰρ συναείδονται ἤδη Ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. Nominatur & ab interprete alio, cuius nomen non exstat, item a Ptolomæo libro 3. cap. 2. magnæ constructionis, & in mensibus Ægyptiis. & ab Aristophane, & eius interprete in Auibus.

Ælianus autem de varia historia lib. 10. Μέτων ὁ Λεύκων ἀστρόλογος ἀνέστησε στήλας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν, ὡς ἔλεγεν, εὗρεν, καὶ ἔφασκεν αὐτὸν, ὡς ἔλεγεν ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν. Item lib 13. ait, cum calamitatem prouidisse, quam Athenienses in Sicilia, aduersus Lacedæmonios pugnantes, pertulerunt, stultitiamque simulasse, ne cum iis nauigare cogeretur. *Suidas* quoque sic: ἐνιαυτὸς Μέτωνος ἡ ἐννεακαιδεκαετηρίς. Μέτων γὰρ ὁ μαθηματικὸς περίοδον ἐκθεὶς χρόνου, ἐνιαυτῶν ιθ. Legimus etiam apud Tzetzem lib. 12. de varia historia hos versus:

ὁ Μέτων Ἀθηναῖος ἦν υἱὸς τοῦ Παυσανίου,
ἦν ἐν ὀλυμπιάδι τῇ ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ
ἄριστος ἀστρόλογος ἦ πλὴν ὑπὲρ τοὺς πάντας
πάντων προφῆτας, ὡς λέγουσι, τῶν ἄλλων ἀστρολόγων,
περὶ ἁπάντων ἔγραψεν ὡς ψευδοῦντων κἀντεῦθεν.
τὰς ἐννεακαιδεκαετηρίδας τε, καὶ τι, καὶ ἄλλα.

Hæc de Metonis anno scriptores Græci. Accedunt Latinorum testimonia: primum Vitruuii lib. 9. c. 7. in quo tamen corrupte Melo legitur; deinde Columellæ in præfatione, qui eius prouidentiam in astrorum ventorumque motibus laudat & eiusdem lib. 9 c. 14. in quo sunt hæc: *Sequor Eudoxi, & Metonis, antiquorumque fastos astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis*, tum Plinii hor. 18. c. 31. etsi mendose legitur, *Ion*, pro *Meton*, vt est in antiquo libro; postremo Censorini in libello de die natali (quem librum a nobis emendatum propediem emittamus) qui, quo loco maiores annos colligit: Sunt, inquit magni anni complures, vt Metonicus quem Meton Atheniensis ex annis vndeviginti constituit; isq. *ἐννεακαιδεκαετηρὶς* appellatur, & intercalatur septies: in eoq, anno sunt dierum sex millia, & CDXL. Cic. quoque ad Att. lib 12 ep. 3. *Quando*, inquit, *iste Metonis annus veniet?*

Verum, cuius obseruationis inuentorem Theophrastus, Diodorus, Ælianus, Censorinus Metonem faciūt; quod ita creditum, & Tzetzes indicat; eam Numæ Pompilio, qui multis ante Metonem annis Romæ regnauit, non ignotam fuisse video. quod ex his Liuii verbis conicio: *Omnium primum, ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum: quem, quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalariis mensibus dispensando ita dispensauit, ut vigesimo anno ad metam eandem Solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis dies congruerent.* Animaduertit igitur Meton, (vt vberius de eius anno loquamur) vigesimo quoque anno nouilunium eodem cuiusque mensis die incidere, cum per annos xix superiores variis semper eiusque mensis diebus incidisset: exempli gratia: Si Luna Kalendis Ian. cum Sole coierit, quod nouilunium vocatur, vigesimo post anno eodem die coibit &, quod de Ianuario posui, de reliquis mensibus idem sentiendum. nam per

annos

annos XIX. numquam eo die neque Ianuarii, neque reliquorum mensium incidit nouilunium, quo semel antea inciderat aut Ianuario, aut reliquis mensibus: sed annis XIX. incurrit in totidem varios dies cuiusque mensis. Illud est notandum, singulis horum XIX annorum mensibus nouilunium præcurrere modo vndecim, modo duodecim dies. exempli gratia: Si primo Ianuarii die nouilunium incidit, anno sequenti incidet die XXII. aut XXI. eiusdem mensis: anno tertio vndecim itẽ dies citius: item anno quarto eodem interuallo. Præcurrere autem nouilunium dixi eodem mense singulis annis, quia omnium mensium dies, ad hanc quidem rationem nouilunii quod attinet, in seipsos reuoluuntur. ita præcurrit nouilunium a primo Ianuarii die ad XXI. vel XXII. tum ad XI. vel X. mox ad primum eiusdem mensis diem. Quod autẽ Censorinus de Metonis anno septies interkalato dixit, id neque Græca, neque Romana ratio pati videtur. nam, cũ apud Græcos quarto quoq; anno, id est vltimo cuiusq; olympiadis, & extrema anni parte interkaletur: fit, vt in Metonis anno, id est, in annis vnde viginti, non septies, sed modo quater, modo quinquies interkaletur: quater quidẽ, si Metonis annus incipiat a primo olympiadis anno: nam hoc modo non attingit vltimum annum, id est, quartũ, quinctæ olympiadis, quo interkalatur in extremo: quinquies autem, si incipiat vel a secundo, vel a tertio, vel a quarto olympiadis anno. nam si incipit a secundo, vltimus eius annus, id est, vndevigesimus erit quartus quinctæ olympiadis: ita quinctam interkalationem assequetur: quia quarto cuiusq olympiadis anno interkalatur: quod si a tertio, vndeuigesimus numerabitur primus olympiadis sextæ: si a quarto: secundus eiusdem olympiadis. qua vtraq; ratione Metonis annus quinquies interkalatur, quia quinque olympiadum postremos annos, quibus interkalari diximus, cõplectitur. non potuit igitur Censorinus certum, & immutabilem interkalationum numerum in Metonis anno definire: cum modo quinquies, modo quater interkaletur, vt iam ostẽdimus. Age, cogitauerit Censorinus de Romano anno, quem C. Cæsar instituit: ne sic quidem procedet. nam quarto quoq; anno, collectis quatuor quadrantibus, hoc est, horis XXIV. interkalatur, vt expleatur annus dierũ numero CCCLXVI. ita sequũtur plane totidẽ interkalationes, quot apud Græcos in Metonis anno: si quidẽ ita quarto quoque anno apud nos, vt apud illos, interkalatur, dissimili tamẽ ratione: nam nostra vnius modo diei interkalatio est: illi vero in olympiade impari, vna, tertia, quincta, septima, noua, vnũ interkalant mensem; in pari, secunda, quarta, sexta, octaua, decima, duos. [illegible] mihi occurrit illud, fortasse Censorinum, Interkalatur septies [illegible] de, pro, interkalantur septem menses: quia in sequentibus exemplis, cũ Philolai, Callippi, Democriti, Hipparchi magnos annos persequitur, de interkalatis mensibus aperte loquitur. sic ita

aliquamdiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur: sed ingenuos ex his procreatos. Quem locum ita interpretor. Affirmauerat Claudius imperator, nolle se quemquam in senatum legere, nisi antiquo more: postea tantum abest, vt antiquam consuetudinem seruauerit, vt etiam recentiorem, quæ aliquid amplius cõcedebat, neglexerit. Antiquus mos hic fuerat, ne senator esse posset, qui abauum suum ciuem Romanum nominare nõ posset: vt quam longissime a seruili sorde, & fæce distaret: per hos enim quasi gradus, ad ingenuitatem adscensus olim dabatur.

Libertus, ciuis erat, sed publico nullo, nisi apparitoris, aut coactoris fungebatur munere. apparitores autem erant scribæ, præcones, interpretes, accensi, lictores, viatores, statores. hęc enim veteres munera. *vt Ciceronis ad fratrem epistola declarat,* libertis deferebant, excepto tamen scriptu: postea vero scribæ quoq; liberti fuere. In quatuor autem vrbanis tribubus, quas rusticis ignobiliores fuisse Plinius docet, suffragium libertos tulisse constat. Libertinus, liberti filius, eodem iure.

Ingenuus, libertini filius, liberti nepos, iure meliore: fert enim suffragium in tribu rustica, magistratus tamen non capit, neque senatorii, neque equestris est ordinis, sed tertii, id est, de plebe. huius generis erant olim scribæ. exemplum habemus Cn. Flauii scribæ, libertino patre nati, quem creatum ædilem curulem nobilitas ægerrime tulit. *Liuius, Plinius, Gellius, alii.*

Ingenuus, ingenui filius, libertini nepos, liberti pronepos, meliore, quam pater, iure. eques enim Romanus esse potest, sed aditum incuriam non habet. quod e Suetonii verbis elicitur: qui senatorium ordinem tribui solitũ a veteribus ostendit. non ciuium Romanorum pronepotibus, verum abnepotibus.

Ingenuus, ingenui filius, & nepos, libertini pronepos, liberti abnepos, meliore, quam pater, & auus, iure: in senatum enim legi potest, & honores, magistratusque capere. Est igitur hic ingenuus postremo collocatus, ciuis Romani abnepos: & ex hoc genere lecturum se senatores, ex antiquo instituto Claudius affirmauerat: sed ita sententiam mutauit, vt ne pronepotem quidem, aut nepotem, sed filium ciuis Romani senatorem legerit, cuius pater aliquando seruitutem seruierat. mox agnouit culpam & vitari eam a se credidit, si is, quem lecturus erat, ab equite Romano prius adoptatus esset. ita videbatur, cum legeret equitis Romani filium adoptiuum, legere ciuis Romani abnepotem. nam eques, vt ostẽdi iam, non poterat esse, qui pronepos ciuis Romani non esset. ita filius equitis, abnepos erat ciuis Romani. sed, quoniam pater adoptiuus, & naturalis, non idem sunt; veritus Claudius, ne lectionem illam suam, aliquis, vt inusitatam, reprehenderet, quod maliciosa fraus in quæsito per adoptionem equestris ordinis patre cerneretur, alia quadam ratione suum factum excusare conatus est.

est. dixit enim, se Appii Cœci censoris exemplo, senatorem legisse libertini filium: ignarus non eosdem ætate Appii Cœci, qui erant ætate sua, libertinos fuisse nam Appii temporibus, & deinceps aliquandiu, libertinus dicebatur liberti filius: postea vero, quasi via breuiore, ad ingenuitatem patefacta libertinus appellatus est, qui antea libertus vocabatur, id est, is, qui seruitutem aliquando seruierat, & manumissus libertatem adeptus erat. ita veteris libertini filius a seruitute longius, quam noui libertini filius, aberat: cum ille auum liberum nominare posset, hic non posset. Quod autem subiunxit Suetonius. libertinos olim dictos, non ipsos, qui manumitterētur, sed ingenuos ex his procreatos: contraria loqui videtur: quia, si erant ingenui, qua ratione libertini dicebantur? Verum in eo rationem habuit eius temporis, quo ipse hæc literis mandabat. quasi diceret: Libertini tunc vocabantur, qui hodie sunt ingenui, ex manumissis procreati. Quem morem idem Suetonius confirmat in Augusto. *Valerius*, inquit, *Messalla tradit, neminem vnquam libertinorum adhibitum ab eo cœna, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem.* Inter libertinos nominat Menam, quem libertum fuisse Pompeii Magni notum est. Idem in vita Otacilii rhetoris, vocat eum *libertinum, quem seruisse*m *dixerat*. Et in vita Seruii Nicanoris, Satyram fecit, in qua libertinum se ostendit Atis in Satyræ versibus, qui subiunguntur, libertum se nominat. Et Valerius Max. *lib. 6. cap 2* Ælium Manam libertini filium appellat, eundemque paulo post redolere paternam seruitutē. Varro lib. 7 *Alii nomina habent ab opidis, ii aut non habent, aut non, vt debent, habent. plerique libertini a municipio manumissi.* Libertinos appellat manumissos. Quinctilianus etiam lib 5. cap. 10. *Qui seruus*, inquit, *est, si manumittatur, libertinus, non itidem addictus.* Idem libr. 7. cap. 3 *Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus, recepta libertate, est ingenuus.* Martialis lib. 5. infra ingenuam statim libertinam ponit, infra libertinam vero ancillam:

Ingenuam malo; sed, si tamen illa negetur,
Libertina mi bis proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco sed vincet vtramque,
Indole si nobis hæc erit ingenua.

Nec obscure de libertis Cicero loquitur epist. 1. lib. 2. ad Att cum *An libertinus, atque etiam seruus seruiamus? nam seruus conditione proxime sunt liberti, nihil interest medium.* Ad hanc & posteriorum iuris consulti consuetudinem respexere, ingenuum sic definientes: Ingenuus est, qui statim, vt natus est liber est. Sic enim ingenuitas datur ei, qui liberto natus sit

illum confusionis annum, quem Cæsar ad Solis cursum redegit: Suetonius dies illos, qui biennio quoque XXII. aut XXIII. a pontificibus interkalabantur, mensem interkalarium vocat, cuius verba, quia pertinent ad ea, quæ diximus, comprobanda, recitabimus. Fastos, *inquit*, Cæsar correxit, iampridem vitio pontificum per interkalandi licentiam adeo turbatos, vt neq; messium feriç æstati, neque vindemiarum autumno competerent; annumque ad cursum Solis accommodauit, vt CCCLXV. dierum esset, &, interkalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno interkalaretur; quo autem magis in posterum ex Kalend. Ian. nobis temporum ratio congrueret; inter Nouembrem, & Decembrem mensem interiecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc constituebantur, quindecim mensium cum interkalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Sublatum a Cæsare mensem interkalarium Suetonius dicit: quia redacto ad cursum Solis anno, nihil deinde opus fuit interkalatione illa vel XXII. dierum priore biennio, vel XXIII. posteriore: quæ mensis interkalarius vocabatur, licet dierum numero mensem non æquaret. Eandem historiam Plutarchus literis mandauit:

Οὐ μόνον, inquit, ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν περιόδοις, ὥστε τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακήν, οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλόγιστοι ἦσαν. οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης, καὶ προῃσθημένου μηδενὸς τὸν ἐμβόλιμον, προσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται μικρὰν καὶ διατείνουσαν οὐ πόρρω βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Καῖσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔμιξεν ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένην ἐπανόρθωσιν: ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι, δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν. Quibus hæc Latine respondent. *Non modo in antiquissimis temporibus vtebantur ambitu mensium Romani ad annum ita constituto, vt & sacrificia, & festi dies, paulatim suo loco moti, in contraria temporibus tempora delaberentur, uerum etiam Solis cursum, qui tunc erat, alii quidem prorsus ignorabant, soli vero sacerdotes, occasione cognita, ex improuiso, & præsentiente nemine, mensem interponebant, interkalarem appellantes, quem Numa rex primus interposuisse dicitur, neque is magnum, neque diuturnum remedium uitio anni perturbati. Cæsar autem optimis Philosophis, & Mathematicis quæstione proposita, propriam quandam, ac certiorem ex rationibus iam examinatis correctionem ostendit, qua Romani adhuc utentes, in culpam inæqualitatis minus, quam alii, videntur incidere.* Quo igitur anno Cæsar annum correxit, eo anno dies illi omnes Nouembris mensis, qui Kalendarum Decembrium nomine signari solebant, appellari cœpti sunt, omnia Decem-

Decembris mentione, Kalendarum interkalarium priorum nomine; hoc modo: quartus decimus Nouembris dies dicebatur; X VII. Kal interkalares priores: & sic deinceps, vsque ad vltimum Nouembris diem, qui vocabatur, I I. Kal interkalares priores, qui est dies in epistola ad Ligarium, libr. 6. fam. a Cicerone nominatus. Quo loco vir doctus legit, V. Kal. non. vt in omnibus veteribus libris, quos quidem ego viderim, I I Kal. Sed ego satis habeo, quid mihi placeat ostendere, & probare, suum quisque iudicium sequatur. Vbi vero prioris interkalaris mensis dies primus erat appellandus, sic dicebant, Kalendæ interkalares priores; vbi secũdus, sexto nonas interkalares priores; vbi tertius, quinto nonas interkalares priores; vbi quartus, quarto nonas interkalares priores; vbi quinctus, tertio nonas interkalares priores, vbi sextus, pridie nonas interkalares priores; vbi septimus, nonis interkalaribus prioribus. Eadẽ erat in idibus ratio. post idus autẽ, qui primus sequebatur dies, i. e. decim⁹ sextus, is vocabatur XIX. Kal. interkalares posteriores. Sic deinceps vsq; ad extremũ eiusdẽ mensis diẽ, q vocabatur II Kal. interkalares posteriores. Prim⁹ vero dies secũdi mẽsis interkalaris, in quo erãt dies XX XIz. Kal. interkalares posteriores; secundus, sexto nonas interkalares posteriores; & deinceps reliqua. Itemque in idibus. sextus decimus vero dies dicebatur, X IIX Kal. Decembris: & sic deinceps. Nunc triplicem Romanorum annum, Romuli, Numæ, & Cæsaris, ostendamus.

Annus Romuli, dierum CCCIV.

Martius mensis dies habet	XXXI,
Aprilis	XXX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXX,
September	XXX,
October	XXXI,
Nouember	XXX,
December	XXX.

Numæ annus dierum CCCLV.

Ianuarius dies habet	XXIX,
Februarius	XXIIX,
Martius	XXXI,
Aprilis	XXIX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXIX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXIX,
September	XXIX
October	XXXI

Nouember	XXIX,
December	XXIX,

Cæsaris annus; dierum CCCLXV.

Ianuarius	XXXI,
Februarius	XXIIX,
Martius	XXXI,
Aprilis	XXX,
Maius	XXXI,
Iunius	XXX,
Quinctilis	XXXI,
Sextilis	XXXI,
September	XXX,
October	XXXI,
Nouember	XXX,
December	XXXI.

Scrupulus ille remanet, quo modo Cæsar interkalationē fecerit dierum LXV. quod videri potest non omnino necessarium: quia, si retrahendum erat æquinoctium a die XVII. Maii, in quem diem incidit primo belli ciuilis anno, ad diem XXV. Martii; satis erat interponere dies LII. Respondetur id, quod non modo verisimile, sed etiam necessarium videtur: quemadmodum ante primũ belli ciuilis annum mutatus erat æquinoctii dies transductusque a die XXV. Martii ad diem XVII. Maii, pontificum culpa, qui suo arbitratu, vt dixi, interkalationibus vterentur; sic a primo belli ciuilis anno, quo C. Marcellus, & L. Lentulus consulatum gessere, ad quartum, quo Cæsar tertium consul fuit, eadem culpa protrusum esse æquinoctium dies tredecim vltra diem XVII. Maii.

IV.

De Accumbendi, & Comedendi ratione.

AD NICOLAVM GÆTANVM SERMONETANVM CARDINALEM.

CVm de *Accumbendi* & *Comedendi* ratione varie a multis disputatum sit, non iniucundam rem me facturum putaui, si & ipse quædam a me obseruata in lucem proferrem, Antiquitatis iuuandæ gratia, in quo Patrem, Auumque meum cum sequar, par est, eorum me quoque æs alienum soluere. quod autem maius, q̃ Auum ex eo loco, cui familia Tua ius dicit, auitoque imperio præest originem ducere? Quodq; maius est, Patrem meum Tu semper in tuis numerasti, singularemq; illi beneuolentiam ostēdisti. Quæ cum ad me filium pertineant, nolui committere, nostram obseruantiam, quam Tibi singularem debet Familia nostra, tacitam præterire: sed eam posteris testatam relinquere volui. Et, cum nunc maiora non possim, hoc saltem vel exiguo signo contentus animum pro re accipias, rogo.

Accumbendi in lecto, aut sedendi in sella varius mos fuit apud Romanos

Romanos Priscis temporibus, cum frugalitas, & modestia vigeret, sedebant, non accumbebant viri pariter, & mulieres. Post cum moribus, vt fit, succedente luxu, paulatimq; ad mollitiem moribus inclinantibus, accumbere viri cœperunt, mulieres in sedendi cõsuetudine, pudoris gratia, diu permansere. Id ego ex illo Virgilii versu primum conieci,

Perpetuis soliti patres considere mensis.

Quo loco Seruius, *Maiores*, inquit, *nostri sedentes epulabantur.* quem morem habuerunt a Laconibus, & Cretensibus, vt Varro docet in libris de vita Populi Romani: in quibus dixit, *quid a quaque traxerit gente.* Isidorus etiam Hispalensis Etym. lib. 20. cap. 11. *Apud veteres*, inquit, *non erat vsus Accumbendi, vnde & Considere dicebantur:* postea, vt Varro ait de vita populi Romani, viri discũbere cœperũt, mulieres sedere: quia turpis visus est in muliere accubitus. Accessit Valerii Maximi testimonium. *Fœminæ*, ait, lib. 2. *cum viris cubantibus cœnitabãt. quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno, & Minerua in sellas ad cœnam inuitabãtur. Quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in Capitolio, quam in suis domibus, seruat: videlicet, quia magis ad rem pertinet, dearũ, quam mulierum, disciplinam contineri.* Postrema Valerii verba mulieres etiam, cõtagione morum deprauatas, vna cum viris accumbere cœpisse, tantum in Capitolino Iouis epulo, antiquitatis gratia, sedere solitas, aperte demonstrant. Huc pertinet illud Ciceronis, ep. 1. ad Att. lib. 5. *Discubuimus omnes, præter illam*, Et Ouid. in quadam Elegia:

Ibis, vt accumbas: clam mihi tange pedem.

Et Plinius *lib. 9 c. 35* Lolliam Paullinã, Caii Principis matronam, accubuisse ostendit. Sessio igitur vernacula fuit mansitq; cum frugalitate, & pudore aliquamdiu, id est, vt ego arbitror, vsq; ad Asiam deuictam, Græciamq; cognitam. nam ex eo tempore ciuitas, externi belli metu, victo iam Hannibale liberata, diuitiisque aucta, peregrinos mores libenter adsciuit, & ab antiqua continentia ad luxuriam, nequitiemq; deflexit. vnde Horatius:

Græcia victa suum victorem cœpit.

A Græcis enim primum manauit Accubitus: quem Populus Romanus, semel acceptum, in magnis copiis perpetuo retinuit. Sed, et Accubitus index est dissolutæ lætitiæ, & iucunditatis cuiusdam viro graui parum dignæ. Sic sessio seuerior, & a voluptate remotior. Propterea Cato ille Vticensis, quo nemo patriam dilexit magis, post exortum ciuile bellum, mœrore animi affectus, sedẽs, non cubãs, semper cœnauit: quod a Plutarcho scriptum legimus. Fortasse eodem modo Græci, posteaquam & ipsis, fastidita vetere parsimonia, contemtaq; verecundiæ norma, delicate, & molliter viuere placuit, morem cubandi in cœna a barbaris acceperunt. nam Syphacem Numidæ Regem cubãtem cœnasse, & cũ eo Scipionem

& Hasdrubalem in eo loco, testatur Liuius *libr.* 8. Nec dubito, quin Virgilius rationem habuerit barbaræ consuetudinis, cum de Didone scripsit:

Cum venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Et mox, de Ænea:

Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

Veteribus in more fuit, quater vt in die cibum sumerent. prima erat matutina ientatio, quam Prandiculum prisci appellauerant; mox Prandium; tum Cena. postremo Comessatio. nam Merēdam, quæ a cibo meridiano nomen sumsit, cum Prandio eandem apud veteres fuisse, monet Festus. quamquam eam post Prandiū & post Meridiem collocat Nonius. Sed hæc facile, habita ratione tēporum, controuersia dirimitur. vt priscis temporibus Merenda pro prandio fuerit, prandii nomine, in vsu nondum inducto; deinde vero, vt luxus, & nequitia serpit. cum a Merenda ad Cenam, id est a meridie ad vesperam, vnde Vespernam (*vt ait Plautus apud Festum*) Cenam dixere, ieiunitas nimium longa videretur, Prandii vsus, in Merendæ locum, & horam successerit. Merēda vero post eam horam, vnde nomen sumserat, idest. post meridiem, producta sit, qui hodieq; mos retinetur. Item non quatter modo, sed quinquies quotidie cibum capi solitum esse, cōstabit. Certe multo ante Festi ætatem, qui tamen de suorum temporum consuetudine non loquitur, & Prandium, & Merendam in vsu fuisse, ex Plauto intelligitur. quamquam homines, eleganter, & liberaliter educatos, nō modo quinquies, sed nec quater, ac nec ter quidem, comedisse, numquam crediderit. quod & Suetonius videtur comprobare. notat enim hoc non vt generale, & apud omnes vsitatum, sed vt extraordinarium quiddam, & Vitellio cum paucis commune, quod epulas trifariam semper, interdum quadrifariam, in Ientacula, Prandia, Cenas, Comessationesque dispertiuerit. Sed Celsus ne prandium quidem, vt ordinarium videtur, agnoscere. Ait enim lib. 4. *Tamen facilius fert adolescens, quam puer, & vno cibo, quam prandio quoque assuetus.* Et lib. 1. cap. 3. *Hyeme si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum, sine carne, sine potione sumere. æstate vero, & potione, & cibo corpus faciius egestidro prandere quoque commodum est.* Cena igitur præcipua fuit, & in ea largius vescebantur; conuiuasque, quos paulo lautius vellent excipere, ad cenam, non ad prandium inuitabant. hinc sæpe apud Ciceronem in epistolis ad Papirium mentio Cenarum, nūquam Prandii. quamquam, *vt dixi*, Prandia quoque in vsu fuere, quibus etiam, vt apud Macrobium scriptum est, lex Didia sumtum definiuit. sed, prandendi morem puerorum magis, quam adolescentum fuisse. & æstate potius, quam hyeme, Celsi verba proxime recitata, demonstrant. Id quidem constat, cum hora nona cenare-

tur

tur, quod ex eo versu satis intelligitur,

Incipit exstructos frangere nona thoros,

locum Prandio vix fuisse. mane enim, paulo post somnum, quis prandet? nec de tertia, aut quarta, aut quinta hora crediderim. non enim stomacho tantum spatii ad concoquendum relinqueretur, vt cœnæ vacare posset: cum a prandio ad cœnam hodie quidem horas nouem, aut minimum octo videamus interponi. Itaque, paucos admodum pransos esse, (de ingenuis, & nobilibus loquor) aut, si quis pranderet, exiguo cibo contentum fuisse, ratio docet. prandere autem solitos existimo pueros, qui famem non ferunt; opifices, seruos, viatores, quorum vires labore fractas, atq; imminutas refici, & augeri cibo necesse est. Hora cœnæ cum semper fuerit, vt exemplis perspicuum est, diei nona, longe distat a more nostro: nam, cum apud veteres ex duodenis horis æque dies omnes, noctesque constarent, æstiuis diurnis longioribus, nocturnis breuioribus, hyemalibus vero contra: quis non videt, cenas olim hyeme diurnas fuisse, quæ nobis nocturnæ sunt; ceteris autem anni partibus omnino longius a vespera, quam nostras, abfuisse? Eduliorum dissimilitudo apud eos fuit: in quo lucrum a nobis in iactura factum. nam garum illud, quo nullæ vmquam exquisitæ epulæ caruerunt, præterea muriam, halec, tyrotarichum, & huiusce generis multa, nec turpe est ignorare, nec infructuosum. Sumatur exemplum a garo, vt ex hoc vno de reliquis coniectura fiat. venisse gari congium aureis quindenis, auctor est Plinius. Congium autem libras decem capit. Ergo singulæ libræ aureo cum dimidio venierunt. quid hodie tanti est? quamquam nos quidem gulæ libenter indulgemus, nec iacere patimur eduliorum pretia: veruntamen, quod garo comparetur, nihil video: sicut nec in Mullo, quem Romæ TRIGLIA, Venetiis BARBONE appellant, hodie quisquam, vt opinor, ita insanierit, vt emendum putet, Asinii Celeris, viri consularis, exemplo, octo millibus numum, qui sunt, nummo nostro, aurei CCXI.. nec magnitudo pondus excusat. nam binas ponderis libras raro admodum, *vt Plinius asserit*, mullus exsuperat.

Vinis quoq; eos plurimum tribuisse, præter alios, Plinius quoque testatur, *lib. 14. cap. 6.*

V.

De Conuiuio tempestiuo, seu intempestiuo,

AD. IO. FRANCISCVM. COMENDONVM CARDINALEM.

QVi vel in emendandis, vel in explanandis Antiquorum scriptis versantur, præclare operam suam ponere mihi videtur. Quam multa enim in iis reperiuntur, quorum vel intelligentia

non ita

non ita facilis, vel deprauata lectio lectores remoratur? Vidi ego plurimos non inertes viros aliquando in quibusdam hęsitare, quę si emendentur, vel explanentur, non solum eorum facilem cognitionem reddunt, sed &, vt ad vlteriora progrediantur, homines inuitant. Sed, quid ego hæc ad Te? Cuius ea est eruditio, vt admirationem conciliet. qui tantum iudicio excelis, quantum dignitate præstas. cui maiora quoque deberi, nemo bonus est, qui non & fateatur, & cupiat. Ego certe, virtutis amore incensus, obseruantiam Tibi summam debeo. quod a Patre, dum viueret, mihi traditum, quantum in me erit, omnibus ingenii viribus enitar, vt præstem.

Cœnarum antiquissima Romanis consuetudo fuit, a propinquis, vt arbitror, deducta Sabinis, quorum & in victu, & in omni vita seuerior, quam ceterarum gentium, disciplina fuit. parce comedebant, cibo simplici, nullo, præter famem, condimento. postea, rerum copia bellis parta, peregrinitate paulatim priscos mores immutante, parsimonia transiit in luxum. inde cœna lautior, & ab hora vigesima prima, quę tum nona semper diei erat, in noctem producta conuiuia, ne parum opportuna, contraq; morem maiorum esse viderentur, tempestiua dicta, vocabulo rē excusante. mansitq; nomen in consuetudine corrupta. nam, quod ex veterum monumentis liceat colligere, multa liberius inter epulas & dicebantur, & fiebant, quæ graues, & boni viri non probarent. ideo videtur Cicero de tempestiuis conuiuiis ita loqui, tamquā in iis turpitudinem aliquam agnoscat. cuius rei perspicue documentum afferunt illa verba pro Murena: *Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit; neque in solitudine, neq; in conuiuio moderato, atque honesto. tempestiui conuiuii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio* Et subiungit. *Nullum turpe conuiuium ostenditur*; plane significans, non interfuisse Murenam tempestiuo conuiuio: vt in eo saltasse, quod in moderato, honestoque conuiuio nō liceret, dici posset. Nec sine probro dicitur illud pro Archia: *Quantum alii tribuūt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aliæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumsero?* Non laudat Cato ille senior tempestiua conuiuia, cum ait: *Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector*: sed vsitata ostendit, iisque se delectari non propter epulas, sed propter cœtum amicorum, sermonisq; delectationem: quasi alii non easdem ob caussas tempestiuis conuiuiis interessent. epulari enim ei propositum est, vt ne hac quidem voluptate, quę epulari accubatione percipitur, carere senectutem significet, cum eo tamen, vt eligat id, quod in ea voluptate honestum est, sermonis videlicet fructum, & iucunditatem; reliqua iuuenibus concedat. Quid, quę ad Atticum lib. 9 scribuntur, an reprehensione carent? *Audio*, inquit, *bonis viris hanc cunctationem nostram non probari, multa que*

multaque in me & sessere in conuiuiis tempestiuis quidem disputari. Et ad eundem, in eodem libro. *virus bonis me non nimis excuso. quae enim eos coenas & facere, & obire scripsit, ad me Sextus? quam lautas? quam tempestiuas?* Reprehenduntur coenæ, quia lautæ, quia tempestiuæ: contra verbi significationem vsitatam: sed ad vituperandum ita multa cõcurrunt exempla, vt assentiri cogar in eo, quod non placet. Quid enim dicam ad illud Taciti lib. 11. *Claudius domum regressus, & tempestiuis epulis delenitus, vbi vino incaluit, ire iubet, nuntiarique misera, dicendam ad caussam postera die adesset.* Equidem de modicis epulis loqui Tacitum non arbitror, cũ subiungat, Vbi vino incaluit. Eoque minus dubitare licet, quia libro 18. seueritatem, & tempestiua conuiuia vt contraria constituit. *Distribuerat*, inquit, *Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Virginio. Legati, tribunique ex moribus imperatorum seueritatem æmulantur, vel tempestiuis conuiuiis gaudent. perinde miles intentus, aut licentior.* Hæc de tempestiuo conuiuio, pro re scilicet contra verbum: nunc, an aliquid pro verbo dici possit, sic, vt cum re consentiat, consideremus. Primum nemo dubitat, quin, cum interpretamur, sententiæ nostræ ad antiquorum exemplarium testimonia sint accommodandæ, quo posito, locus ille pro Murena, a nobis recitatus, nihil, quod a propria verbi natura discrepet, habebit. quatuor enim veteres libri, tres Massciani, vnus, quem patri meo singulari doctrina vir, omniumque quos in vita nouerim, humanissimus, Gulielmus Sirlettus Cardinalis dono dedit, habent, *Intempestiui conuiuii*, non *Tempestiui*. ita fiet, vt res cum verbo congruat. nam ibi de turpi conuiuio, cuius comes esset extrema saltatio, sermonẽ fieri satis constat. Accedit Suetonius, cuius hæc sunt in Caligula: *Absentem senatum, populumq; grauissimo obiurgauit edicto, quod, Cæsare præliante, & tantis discriminibus obiecto, intempestiua conuiuia circum & theatra, & amœnos secessus celebrarent.* Nec tempestiua, sed intempestiua conuiuia Curtius appellat, lib. *Intempestiua*, inquit, *conuiuia, & perpotandi, peruigilandique insana dulcedo, ludique & greges pellicum, omnia in externum lapsa morem.* Idem paulo post: *Igitur cum intempestiuis cõuiuiis dies pariter noctesque consumerent, satietatem epularum ludis interpolabant.* Hæc a tempestiuis conuiuiis intempestiua distinguunt, turpia scilicet ab honestis. Nec de luxuria, atque immoderatis epulis, sed de temperato conuiuio, locutus est Apuleius Apologia prima. cum dixit: *Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an tempestiuum conuiuium?* Cur igitur, cum intempestiuum conuiuium sæpe nominetur, tempestiuũ ad eius rei significationem, quæ suũ nomen habet, vsurpari credam? Dicatur id, quod licet, tempestiuũ; quod cõtra, intẽpestiuũ: Latine, & proprie loquemur. quod si legitur in peruulgatis libris: abesse mẽdũ non putabo. nisi si de Latina lingua ita sentimus, vt eodẽ interdũ verbo cõtraria cõprehẽdat.

Nam, quod ad locum de Senectute pertinet: in deteriorem partem accipi necesse non est: cum dicat Cato, *non se tantum conuiuiis tempestiuis interesse, verum etiam suos æquales*, & illos ipsos, quibuscum loquebatur, Scipionem, & Lælium, viros eos, quibus grauitate, temperantia, & integritate æquari fortasse nonnulli, præferri certe nemo posset. Hæc pro nostro ingenio: lector eruditus perpendat, ac iudicet.

VI.

De Metonis anno.

AD GVILIELMVM SIRLETTVM CARDINALEM.

DEcet cum parentibus liberos idem sentire, & idem velle. itaque cum in aliis rebus Patris iudicium plurimi semper feci, tum nihil facio libentius, quam vt eius in amicitiis colendis consuetudinem imiter. Quis autem nescit, quanto Tu semper ornamento nobis fueris? Quo fit, vt, cum Tibi pares referre non possim grates, ingratitudinis vitium, vt apud Te subeam, interdum dubitem, quo nihil peius odi. Verum, cum te sciam humanitatis in primis laude excellere, eumque esse, qui homines, non ex beneficii accepti relatione, (sæpe enim contingit, vt quis oneri succũbat virium imbecillitate) sed ex animi gratitudine iudices: nihil mihi dubitandum est, quin Tu in tua illa vetere erga nos beneuolentia perseueres. Ego contra, Tuum me esse profiteor, & in Te colendo cedere tuorum nemini. Interim hoc quidquid est, in tuo nomine apparere volui. Vt exstaret aliquod in Te obseruantiæ meæ signum. Quod si hilari fronte, vt soles, acceperis, animos mihi addes ad maiora conanda, & ad meum de Te iudicium præstantiore forsan aliquo munere posteris ostendendum.

De Metonis Anno scriptor antiquissimus *Theophrastus* ἐν τῷ περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων, sic inquit: Διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγόνασι κατὰ τόπους τινὰς ἀστρονόμοι· οἷον Ματρικέτας ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ τοῦ Λεπετύμνου, καὶ Κλεόστρατος ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἴδης, καὶ Φαεινὸς Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ Λυκαβηττοῦ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε· παρ' οὗ Μέτων ἀκούσας, τὸν τῶν ἑνὸς δέοντα εἴκοσι ἐνιαυτῶν συνέταξε. ἦν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς, μέτοικος Ἀθήνησιν· ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος, καὶ ἄλλοι δὲ οὕτω τὸν τρόπον ἠστρολόγησαν. Latine sic: *Quapropter & optimi locis quibusdam Astronomi exstitere; quemadmodum Methymnæ Matricetas in Lepetymno genitus, neque non & in Tenedo insula Cleostratus ab Ida profectus. quin & Phaenus Athenis e monte Lycambete, qui brumam solstitiumque præuidit. Auditor huius discipulusque Meton fuit Atheniensis, qui Annum vndeuiginti annorum spatio præfinitum complexus est. & quidem Phaenus Atheniensium ciuitate donatus, Meton vero eiusdem vrbis indigena & popularis. Sunt & alii, qui in Astrologia eodem se modo exercuere.* Diodorus etiam Siculus paulo fusius his verbis, quæ sunt libro 12. ἐν δὲ Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱὸς, δεδοξασμένος δὲ ἐν

ἀστρο-

ἀστρολογίᾳ. ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις σκιροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης· ἐν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα τὴν ἀποκατάστασιν ποιεῖται, καθάπερ ἐνιαυτοῦ τινὸς μεγάλου τὸν ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει· διὸ καί τινες αὐτὸν Μέτωνος ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι. δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐν τῇ προρρήσει καὶ προγραφῇ ταύτῃ θαυμαστῶς ἐπιτετευχέναι· τὰ γὰρ ἄστρα τήν τε κίνησιν καὶ τὰς ἐπισημασίας ποιεῖται συμφώνως τῇ γραφῇ· διὸ μέχρι τοῦ νῦν καθ' ἡμᾶς χρόνου οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οὐ διαψεύδονται τῆς ἀληθείας. quæ Latina recitabo, vt Græce nescientibus, consulatur: *Athenis Meton Pausaniæ filius, astrologia clarus, spatium illud vndeuiginti annorum demonstrauit, quod Græci* ἐννεακαιδεκαετηρίδα *initio facto die decima tertia eius mensis, qui* σκιροφοριὼν *Athenis nominatur: in his autem, quos diximus, annis in eundem astra statum reuertuntur, ac veluti magni cuiusdam anni conuersionem capiunt: quo circa nonnulli Metonis annum appellarunt. videtur autem hic vir in eo, quod prædixit, & præscripsit, mirabiliter veritatem attigisse. nam, vt ille scripsit, ita & motum, & significationes astra faciunt. quare Græcorum plurimi, ad ætatem vsque nostram vndeuiginti annorum obseruatione vsi, non errarunt.* Idem videtur significasse lib. 2 cum ait: Λέγεται δὲ καὶ τὸν θεὸν δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾶν εἰς τὴν νῆσον, ἐν οἷς αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις ἐπὶ τέλος ἄγονται· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Μέτωνος μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. hoc est: *Apollinem narrant vndeuiginti annorum spatio, quibus astrorum conuersiones ad finem perducuntur, ad insulam occurrere: propterea tempus vndeuiginti annorum a Græcis Magnum annum vocari.* Sic Diodorus. *Aratus* etiam, ἐν τοῖς Φαινομένοις, συναείδονται ἤδη, Ἐννέα καὶ δέκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. Quo loco Theon interpres. Μέτων, ait. ὡς γὰρ ὁ παλαιὸς ἀστρονόμος, ὃς ἀκριβῶς ἐξηριθμήσατο ἐπὶ μικρὸν ἐνιαυτὸν, ὡς πρὸς σύγκρισιν τοῦ μεγάλου, περὶ οὗ ποιοῦσιν εἰρημένοι ἦρχαι ὅταν συνόδος γίνηται ἐπ' ἀπωλείᾳ τοῦ παντός. οἱ δὲ κατὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι, ἐν πίναξιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν περὶ τῆς τοῦ ἡλίου περιφορᾶς τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος. Est etiam, nondum peruulgatus *Achilles*, quem prudentissimum Iulius Firmicus appellat, valde quidem, (quod ex eius recondita doctrina cognoscitur) antiquus. Is in libro, cui titulus, τῶν Ἀράτου φαινομένων περὶ εἰσαγωγὴν ἐκ τῶν Ἀχιλλέως περὶ τοῦ παντὸς, vbi agit περὶ ἡλίου, scriptum ita reliquit: Λέγεται ἐνιαυτὸς ἡ ἀπὸ ζῳδίου ἐπὶ ζῴδιον ἀποκατάστασις αὐτοῦ ἐν ἡμέραις τξε, καὶ τεταρτημορίῳ· ἀπὸ δὲ σημείου ἐπὶ σημεῖον καθίσταται ἐν ὀκταετηρίδι ... χρόνον ἐν τῇ συγκρίσει Ἐρατοσθένης γὰρ ἀντιγράφει αὐτῷ δεικνὺς ὡς οὐκ ἐκβάλλει, καὶ ἡ λέγει, ... ἣν ἐποίησε Κάλλιππος καὶ ὁ Μέτων, ἐννεακαιδεκαετηρίδες. Ταύτῃ κατακολουθήσας Ἄρατός φησι γὰρ συναείδονται ἤδη Ἐννέα καὶ δέκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. Nominatur & ab interprete alio, cuius nomen non exstat, item a Ptolemæo libro 3. cap. 2. magnæ constructionis, & in mensibus Ægyptiis: & ab Aristophane, & eius interprete in Auibus.

Ælianus autem de varia historia lib. 10. Μέτων ὁ Λευκονοεὺς ἀστρολόγος ἀνέστησε στήλας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸν μέγαν ἐνιαυτόν, ὡς ἔλεγεν, εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτόν, ὡς ἔλεγεν, ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν. Item lib. 13. ait, eum calamitatem prouidisse, quam Athenienses in Sicilia, aduersus Lacedæmonios pugnantes, pertulerunt, stultitiamque simulasse, ne cum iis nauigare cogeretur. *Suidas* quoque sic: ἐνιαυτὸς Μέτωνος ἡ ἐννεακαιδεκαετηρίς. Μέτων γὰρ ὁ μαθηματικὸς περίοδον ἐκθεὶς χρόνου, ἐνιαυσίων ιθ. Legimus etiam apud Tzetzem lib. 12. de varia historia hos versus:

ὁ Μέτων Ἀθηναῖος ἦν υἱὸς τοῦ Παυσανίου,
ἦν ἐν ὀλυμπιάδι τῇ ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ
ἄριστος ἀστρολόγος τε πλὴν ὑπὲρ τοὺς πάντας
πάντων προφήτης, ὡς λέγουσι, τῶν ἄλλων ἀστρολόγων,
περὶ ἁπάντων ἔγραψεν ὡς ψαύοντι καὶ φθόνου.
τὰς ἐννεακαιδεκαετηρίδας τε, καὶ τὰ ἄλλα.

Hæc de Metonis anno scriptores Græci. Accedunt Latinorum testimonia: primum Vitruuii lib. 9. c. 7. in quo tamen corrupte Melo legitur; deinde Columellæ in præfatione, qui eius prouidentiam in astrorum ventorumque motibus laudat & eiusdem lib. 9. c. 14. in quo sunt hæc: *Sequor Eudoxi, & Metonis, antiquorumque fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis*, tum Plinii libr. 18. c. 31. etsi mendose legitur, *Ion*, pro *Meton*, vt est in antiquo libro; postremo Censorini in libello de die natali (quem librum a nobis emendatum propediem emittamus) qui, quo loco maiores annos colligit: Sunt, inquit magni anni complures, vt Metonicus quem Meton Atheniensis ex annis vndeviginti constituit; idcirco ἐννεακαιδεκαετηρὶς appellatur; & intercalatur septies: in eoque anno sunt dierum sex millia, & CDXL. Cic. quoque ad Att. lib. 12. ep. 3. *Quando*, inquit, *iste Metonis annus veniet?*

Verum, cuius obseruationis inuentorem Theophrastus, Diodorus, Ælianus, Censorinus Metonem faciunt; quod ita creditum, & Tzetzes indicat; eam Numæ Pompilio, qui multis ante Metonem annis Romæ regnauit, non ignotam fuisse video. quod ex his Liuii verbis conficio: *Omnium primum, ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum: quem, quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, ut vigesimo anno ad metam eandem Solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis dies congruerent.* Animaduertit igitur Meton, (vt vberius decennis anno sequentur) vigesimo quoque anno nouilunium eodem cuiusque mensis die incidere, cum per annos XIX. superiores variis semper cuiusque mensis diebus incidisset. exempli gratia: Si Luna Kalendis Ian. cum Sole coierit, quod nouilunium vocatur, vigesimo post anno eodem die coibit. &, quod de Ianuario posui, de reliquis mensibus idem sentiendum. nam per

annos

annos XIX. numquam eo die neque Ianuarii, neque reliquorum mensium incidit nouilunium, quo semel antea inciderat aut Ianuario, aut reliquis mensibus: sed annis XIX. incurrit in totidem varios dies cuiusque mensis. Illud est notandum, singulis horum XIX annorum mensibus nouilunium præcurrere modo vndecim, modo duodecim dies. exempli gratia: Si primo Ianuarii die nouilunium incidit, anno sequenti incidet die XXII. aut XXI. eiusdem mensis: anno tertio vndecim itẽ dies citius: item anno quarto eodem interuallo. Præcurrere autem nouilunium dixi eodem mense singulis annis, quia omnium mensium dies, ad hanc quidem rationem nouilunii quod attinet, in seipsos reuoluuntur. ita præcurrit nouilunium a primo Ianuarii die ad XXI. vel XXII. tum ad XI. vel X. mox ad primum eiusdem mensis diem. Quod autẽ Censorinus de Metonis anno septies interkalato dixit, id neque Græca, neq; Romana ratio pati videtur. nam, cũ apud Græcos quarto quoq; anno, id est vltimo cuiusq; olympiadis, & extrema anni parte interkaletur: fit, vt in Metonis anno, id est, in annis vndeviginti, non septies, sed modo quater, modo quinquies interkaletur: quater quidẽ, si Metonis annus incipiat a primo olympiadis anno: nam hoc modo non attingit vltimum annum, id est, quartũ, quinctæ olympiadis, quo interkalatur in extremo: quinquies autem, si incipiat vel a secundo, vel a tertio, vel a quarto olympiadis anno. nam, si incipit a secundo, vltimus eius annus, id est, vndevigesimus erit quartus quinctæ olympiadis: ita quinctam interkalationem assequetur: quia quarto cuiusq olympiadis anno interkalatur ꝙ si a tertio, vndeuigesimus numerabitur primus olympiadis sextæ si a quarto: secundus eiusdem olympiadis. qua vtraq; ratione Metonis annus quinquies interkalatur, quia quinque olympiadum postremos annos, quibus interkalari diximus, cõplectitur non potuit igitur Censorinus certum, & immutabilem interkalationum numerum in Metonis anno definire: cum modo quinquies, modo quater interkaletur, vt iam ostẽdimus. Age, cogitauerit Censorinus de Romano anno, quem C. Cæsar instituit: ne sic quidem procedet. nam quarto quoq; anno, collectis quatuor quadrantibus, hoc est, horis XXIV. interkalatur, vt expleatur annus dierũ numero CCCLXVI. ita sequũr plane totidẽ interkalationes, quot apud Græcos in Metonis anno: si qdẽ ita quarto quoque anno apud nos, vt apud illos, interkalatur, dissimili tamẽ ratione: nam nostra vnius modo diei interkalatio est: illi vero in olympiade impari, vna, tertia, quincta, septima, nona, vnũ interkalant mensem; in pari, secunda, quarta, sexta, octaua, decima, duos. Hic mihi occurrit illud, fortasse Censorinum, interkalatur septies dixisse, pro, interkalantur septem menses: quia in sequentibus exemplis, cũ Philolai, Callippi, Democriti, Hipparchi magnos annos persequitur, de interkalatis mensibus aperte loquitur. sit ita,

veruntamen non semper in anno Metonis mēses septem, sed modo sex, modo septem, modo octo interkalabuntur. sex, cum annus Metonis incipiet ab olympiadis imparis anno primo, & claudetur quinctæ item imparis tertio, id est citra interkalationem, quæ fit anno quarto. Septem vero menses interkalantur, cum incipit a secundo, tertio, quarto, item imparis olympiadis: quoniam, ab his omnibus annis incipiens, attingit quartum annum quinctæ olympiadis, in qua, vt omnibus imparibus, vnus interkalatur mensis. Quod si Metonis annum incipere velimus ab olympiade pari, distinguendi sunt anni. nam, si á primo incipiet, claudetur item tertio paris olympiadis, id est citra interkalationem. secundo autem initium faciens, quartum comprehendet paris olympiadis; item, si vel a tertio, vel a quarto incipiet. ita menses octo interkalabuntur nam cum in olympiade pari menses duo, in duo, in impari vnus interkaletur: necesse est, v[illegible]ibus olympiadibus paribus menses sex, in imparibus duabus duo interkalentur: qui sunt omnino octo. quis porro non videt, si Metonis annus a secundo, tertio, quarto anno paris olympiadis incipiat, necessario sequi, vt quinque olympiadum, trium parium, duarum impariũ, interkalationem comprehendat? In dierum quoque numero vel ipsius Censorini, vel, quod libentius crediderim, librarii mendum est. nam in anno lunari Metonis dies sunt non sex millia C D X L. sed sex millia D C C X X V I. quod si de solari, non de lunari, anno intellexerit Meto: dies erunt 6940. constat autem lunaris annus ex 354. diebus, solaris ex 365, & quadrante. sed de lunari Metonem intellexisse, ideo credendum, quia Græci omnes, præter Arcades, & Acarnanes, annum diebus C C C L I V. computabant: Metonem autem in Græcia natum, Athenis Theophrastus, Diodorus Censorinus, & Tzetzes, Spartæ Ælianus dixit, nemo apud Arcades, qui tribus, aut apud Acarnanes, qui sex mēsibus annum suum explicabant: vt apud Macrobium scriptum est.

De Libertis, Libertinis, & Ingenuis,

AD FRANCISCVM ALCIATVM CARDINALEM.

CVm omnes artes, eæ quidem, quæ sunt homine libero dignæ hoc habent, vt erga eos, qui ipsis in artibus cum laude versantur, amorem quendam concilient: tum vero præcipuum hoc esse videtur literarum munus, eoque magis, si moribus & probitate scientia commendatur. porro cum hæc ipsa, quæ a libris & studio petitur, multiplex admodum cognitio sit: est enim multis distincta partibus, multasque, tamquam in classes dispertita: in vniuersa tamen literarum doctrina elucet in primis ea, quæ ab humanitate nomen sibi adsciuit: quam cum coluerint multi, qui Iuris cognitione præstitere, Andreas ille Alciatus in primis numerandus

randus est. Cuius tu vestigia secutus, id doctrinæ tuæ specimē dedisti, quod a singulari viro sperare possemus. Verum parce, hæc ego, verecundeque commemoro, quia scribo ad Te, cuius me pudor, & optimis institutis ad moderationem directa natura ab hoc sermonis genere deterret. Hæc ego nunc tacita prætereo: quia tecumquasi loquor satis mihi sit, exstare in hac epistola paucis quidem verbis expressam, sed exstare tamen quoquo modo significationem quādam iudicii de re mei. nam, quod ad eam obseruantiam pertinet, eam ego officiis potius, quam verbis, testatam apud Te ipsum vt relinquam, operam dabo. & inter officia, peto a te, vt locum habere sinas obseruantiam ipsam: vt, si re non potero, quod a fortuna pendet, studio tamen ac voluntate, quæ sunt in me ipso posita, satisfaciam. Interim hæc, cum a grauioribus curis respirare Tibi licebit, legas, mei memor.

Libertus, & Libertinus interdum differunt, interdum idē sunt. vtrumque patet, si tempora distinguantur. nam priscis temporib. id est, ante Appium Cœcum censorem, & aliquando post Liberti vocabantur, qui manumissi fuerant; Libertini autem, ex his nati. Ciceronis vero ætate, & ante aliquanto, & post, liberti, & libertini iidem dicti, id est, qui manumissi fuerant, quamdiu autem libertini vocabantur ii, qui ex libertis nati erant; tunc ingenuitas incipiebat in libertinorum filiis, nepotibus eorum, qui aliquando seruitutem seruierant. sed, vbi libertinorum nomen ad ipsos libertos transiit; tunc ingenui erant, non libertini, vt antea, sed libertis nati. ex quo emergit, habita duarum ætatum ratione, duplex libertini, duplex item ingenui definitio: libertini sic. *Libertinus est liberti filius.* Quæ definitio in superiorem ætatem conuenit. item: *Libertinus est, qui manumissione libertatem consequitur.* Quæ definitio ad posteriorem ætatem pertinet. Duplex libertini definitio, duplicem ingenui definitionem parit. nam, si vna tantum esset libertini definitio, vnam similiter ingenui definitionem oporteret esse. Prior hæc: *Ingenuus est, qui libertinum patrem habuit.* Quæ definitio priorem sequitur libertini definitionem. Posterior: *Ingenuus est, qui ex liberto natus est.* Quæ definitio ad posteriorem accedit libertini definitionem. Primum igitur ex libertinis, qui numquam seruierant, ingenui nascebantur, deinde ex libertinis, id est libertis, qui aliquando seruierant. quam definitionem vnus indicat maxime Suetonii locus: nec ab eo discrepare video, quæ notaui diligenter, aliorum exempla. *Latum clauum*, inquit de Claudio, *quamuis initio affirmasset, non lecturum se senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit. sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset.* ac si quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cœcum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit; ignarus, temporibus Appii, & deinceps

aliquamdiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur: sed ingenuos ex his procreatos. Quem locum ita interpretor. Affirmauerat Claudius imperator, nolle se quemquam in senatum legere, nisi antiquo more: postea tantum abest, vt antiquam consuetudinem seruauerit, vt etiam recentiorem, quæ aliquid amplius cõcedebat, neglexerit. Antiquus mos hic fuerat, ne senator esse posset, qui abauum suum ciuem Romanum nominare nõ posset: vt quam longissime a seruili sorde, & fæce distaret: per hos enim quasi gradus, ad ingenuitatem adscensus olim dabatur.

Libertus, ciuis erat, sed publico nullo, nisi apparitoris, aut coactoris fungebatur munere. apparitores autem erant scribæ, præcones, interpretes, accensi, lictores, viatores, statores. hęc enim veteres munera. *vt Ciceronis ad fratrem epistola declarat,* libertis deferebant, excepto tamen scriptu: postea vero scribæ quoq; liberti fuere In quatuor autem vrbanis tribubus, quas rusticis ignobiliores fuisse Plinius docet. suffragium libertos tulisse constat. Libertinus, liberti filius, eodem iure.

Ingenuus, libertini filius, liberti nepos, iure meliore: fert enim suffragium in tribu rustica, magistratus tamen non capit, neque senatorii, neque equestris est ordinis, sed tertii, id est, de plebe. huius generis erant olim scribæ. exemplum habemus Cn. Flauii scribæ, libertino patre nati, quem creatum ædilem curulem nobilitas ægerrime tulit. *Liuius, Plinius, Gellius, alii.*

Ingenuus, ingenui filius, libertini nepos, liberti pronepos, meliore, quam pater, iure. eques enim Romanus esse potest, sed adi- tum in curiam non habet. quod e Suetonii verbis elicitur: qui senatorium ordinem tribui solitũ a veteribus ostendit. non ciuium Romanorum pronepotibus, verum abnepotibus.

Ingenuus, ingenui filius, & nepos, libertini pronepos, liberti abnepos, meliore, quam pater, & auus, iure: in senatum enim legi potest, & honores, magistratusque capere. Est igitur hic ingenuus postremo collocatus, ciuis Romani abnepos: & ex hoc genere lecturum se senatores, ex antiquo instituto Claudius affirmauerat: sed ita sententiam mutauit, vt ne pronepotem quidem, aut nepotem, sed filium ciuis Romani senatorem legerit, cuius pater aliquando seruitutem seruierat. mox agnouit culpam & vitari eam a se credidit, si is, quem lecturus erat, ab equite Romano prius adoptatus esset. ita videbatur, cum legeret equitis Romani filium adoptiuum, legere ciuis Romani abnepotem. nam eques, vt ostẽdi iam, non poterat esse, qui pronepos ciuis Romani non esset. ita filius equitis, abnepos erat ciuis Romani. sed, quoniam pater adoptiuus, & naturalis, non idem sunt; veritus Claudius, ne lectionem illam suam, aliquis, vt inusitatam, reprehenderet, quod malitiosa fraus in quæsito per adoptionem equestris ordinis patre cerneretur, alia quadam ratione suum factum excusare conatus

est:

est. dixit enim, se Appii Cœci censoris exemplo, senatorem legisse libertini filium: ignarus non eosdem ætate Appii Cœci, qui erant ætate sua, libertinos fuisse nam Appii temporibus, & deinceps aliquandiu, libertinus dicebatur liberti filius: postea vero, quasi via breuiore, ad ingenuitatem patefacta libertinus appellatus est, qui antea libertus vocabatur, id est, is, qui seruitutem aliquando seruierat, & manumissus libertatem adeptus erat. ita veteris libertini filius a seruitute longius, quam noui libertini filius, aberat: cum ille auum liberum nominare posset, hic non posset. Quod autem subiunxit Suetonius. libertinos olim dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos: contraria loqui videtur: quia, si erant ingenui, qua ratione libertini dicebantur? Verum in eo rationem habuit eius temporis, quo ipse hæc literis mandabat. quasi diceret: Libertini tunc vocabantur, qui hodie sunt ingenui, ex manumissis procreati. Quem morem idem Suetonius confirmat in Augusto. *Valerius*, inquit, *Messalla tradit, neminem vnquam libertinorum adhibitum ab eo cœna, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem*. Inter libertinos nominat Menam, quem libertum fuisse Pompeii Magni notum est. Idem in vita Otacilii rhetoris, vocat eum *libertinum, quem seruisse iam dixerat*. Et in vita Seruii Nicanoris, Satyram fecit, in qua libertinum se ostendit Atis in Satyræ versibus qui subiunguntur, libertum se nominat. Et Valerius Max. *lib. 6. cap 2* Ælium Manciam libertini filium appellat, eundemque paulo post redolere ait paternam seruitutē. Varro lib. 7 *Alii nomina habent ab opidis, alii aut non habent, aut non, vt debent, habent. plerique libertini a municipio manumissi*. Libertinos appellat manumissos. Quinctilianus etiam lib 5. cap. 10. *Qui seruus*, inquit, *est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem addictus*. Idem libr. 7. cap. 3 *Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus, recepta libertate, est ingenuus*. Et Martialis lib. 5. infra ingenuam statim libertinam ponit, infra libertinam vero ancillam:

Ingenuam malo; sed, si tamen illa negetur,
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco sed vincet vtramque,
Indole si nobis hæc erit ingenua.

Nec obscure de libertis Cicero loquitur epist 1. lib. 2. ad Att cum ait. *An libertinus, atque etiam seruus seruiamus? nam serui conditione proxime sunt liberti, nihil interest medium*. Ad hanc & posteriores iuris consulti consuetudinem respexere, ingenuum sic definientes: Ingenuus est, qui statim, vt natus est liber est. Sic enim ingenuitas datur ei, qui liberto natus sit

VIII

De Bonorum diuisione.

AD PETRVM. DONATVM. CÆSIVM CARDINALEM.

IN Literarum studio quam multa iucunda occurrant, quorum lectione mirifice animus pascitur, Petre Donate Cæsi præclare nosti. Sed nihil magis nos afficit, quam earum rerum cōtemplatio, quibus quotidie vtimur, quorumq; adiumento, homines nos esse, facile dignoscimus. Nam, hoc, animus noster ad ea se erigit, earumque rerum cognitionem consequitur, quæ ad bene, beateque viuendum nobis duces sunt. Hinc fit, vt ego, quod in studiis temporis cōsumere mihi datur, libenter in similium indagatione erogem. Hæc autem quę nunc edo, Tibi dicare volui, obseruātiæ meæ signum: vt, quando tuæ humanitati respondere nunc tēporis alio modo non conceditur, eius immemor interim Tibi non videar.

Bonorum tria genera, externa, corporis, & animi, nominat Aristoteles Ethic. lib. 5. & Polit. *lib* 7. & Cicero naturæ, studio, & fortunæ tribuit Fam. *lib. 5. ep. 3.* Et lib. 2. de Orat. *Crassus*, inquit, *in orationis suæ principio dixit: quæ natura, aut fortuna darentur hominibus, in iis rebus se vinci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent, in iis rebus se pati non posse vinci.* Et lib. 3. *Genera rerum expetendarum tria, corporis, animi, externarumq; rerum.* Interdum tamen idem Cicero naturæ, & fortunæ bona confundere videtur: nam post ea verba, quæ recitauimus, ex libr. 2. de Orat. subiungit hæc: *Qui laudabit quempiam, intelliget exponēda sibi esse fortunæ bona. ea sunt generis, fortunæ, propinquorū, amicorū, opū, valetudinis, formæ, viriū, ingenii, ceterarūq; rerū, quæ sunt, aut corporis aut extranea.* Quo loco bona corporis, q̄ naturę sunt, & extranea, quæ fortunæ, pariter ad fortunam retulit. Et infra, in eodem libro: *Genus, forma, vires opes, diuitiæ, ceteraque, quæ fortuna det, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem, quæ deberi vni virtuti putatur: sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum vsu ac moderatione maxime cernitur, tractanda, etiam in laudationibus hæc sunt naturæ, & fortunæ bona.* Isocrates etiam in oratione, quæ inscribitur Νικοκλῆς, cum dixisset, ἄξιον τοὺς φιλοσοφοῦντας ὅσοι ... ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν ... subiūxit: Οἱ μὲν γὰρ τύχῃ καὶ μὴ γνώμῃ, συμφέροντες ... οἱ δὲ πρὸς τὸ πεφυκέναι, καὶ διεγνωκότες ὅτι μέγιστόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἀρετὴ, δῆλον ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταύτῃ ... διαμένουσι.

Sunt autem Naturæ, valetudo, forma, vires, ingenium, memoria; Fortunæ, pecunia, & opes; Studii, doctrina, eloquentia, iudicium: probitas quę neq; fortuna dat, neq; natura quamquam aptos ad hæc natura gignit. Generis nobilitas propinquitates, amicitiæ

quæ

quæ Cicero, vt ostendimus, fortunæ tribuit, mihi videntur inter extranea potius esse numeranda. quamquam & fortuna ad extraneas res pertinet: sed extranearum, siue externarum rerũ nomen (vtroq; enim modo appellat Cicero) latius patet, quam fortunæ. nam nobilitas, a parẽtibus, aut maioribus relicta, externa res est, nec tamen fortunæ. Verior igitur, atq; perfectior hæc bonorũ diuisio: externa corporis, & animi: q̃, fortunæ, corporis & animi.

IX.

De Auspiciis

AD FERDINANDVM MEDICEM CARDINALEM.

CVm multa in Antiquorum scriptis obscura reperiantur, quęque illustratione egeant: nihil tamẽ difficilius, quam totam auspiciorum rationem reperiri vix posse arbitror. Nihil enim docti viri de ea re scripsere. vt in re tam difficili, tãq; ardua, quid homines opinari debeant, sæpe ignorent. Factum igitur a me est, vt quædam in hoc genere collecta ederem, fortasse non iniucunda. Magnum hoc fateor: sed tamen magna aggressis (etiamsi non, ꝙ cupiunt, assequantur) aliqua saltem ex parte laus debetur. Hæc autem Tibi, Ferdinande, potissimum dicare volui, quod, cum magni illius Cosmi filius sis, qui liberales disciplinas vetere maiorum exemplo magnis præmiis, dum vixit, ad antiquam dignitatem reuocauit, Paternæ quoque laudis imitator egregius ab omnibus iudiceris.

Cum aliæ veterum auspiciorum partes, amissis iniuria temporum auguralibus libris, aut prorsus incognitæ nobis, aut obscuræ admodum sunt: tum illa perdifficilis, & a nemine ad hanc diem, quod quidem ego legerim, satis explicata scientia est; vtrum ad solos augures auspicia plane omnia, an ad augures quędam, ad magistratus alia, proprio quodam & separato iure pertinerẽt. Augurum & magistratuum auspicia multis modis diuersa. Primum, augures auspicabantur, vt ex quibusdam signis vel probarent aliquid, vel vetarent: magistratus, si comitiis auspicabantur, nunquam non vetabant: aliis rebus, pro signorum ratione, item vt augures, aut vetabant, aut probabant. Deinde augures nuntiationem solam habebant, sine spectione: magistratus vtramque. Tertio loco, augures necessario adhibebantur: magistratus, nisi cum vellent, non auspicabantur. Quarto, augures obnuntiabant vel institutis comitiis, vel habitis iam, vel futuris: magistratus futuris tantum. Quinto, augures obnuntiabant, cum auspicati essent: magistratus, & post auspicium, & ante. Sexto, tres augures interdum, vt in ferenda lege curiata, quandoque vnus, vt in comitiis magistratuum, auspicio vtebatur: magistratus autem vel vnus, qui de cœlo seruaret, impedire legũ comitia poterat, Singula

probemus. Primum hoc fuit, augures obseruasse quædam signa, ex quibus aut probandam rem esse, aut vetandam interpretarentur id nemo vocabit in dubium. quis enim ignorat, aues quasdam boni ominis, aduersi alias fuisse? dextra auspicia contraria, sinistra prospera? hęc scientia non more tantum, quasi tradita per manus ab ipso primum accepta Romulo, qui vrbem auspicato condidit, sed libris etiam continebatur: de quibus *ep. 9. & 2. lib. 3. item lib. 2. de leg. lib. 1. de Diuin.* & apud Festum fit mentio. Potestatem eorum in vtramque partem, sanciendi, vetandi, planissime *lib. 2. de leg.* Cicero expressit. Magistratus vero ceteris quidem in rebus, vt Cicero *li. 2. de Diu.* ostēdit, signa obseruabāt, ex quibus aut prohiberēt, aut pbarēt: contra iis autē, vel si nulla instructi sciētia essent, nulla signorū obseruatione, solo auspicio vetabant, siue aliquid cōtrariū vidissent, siue nō vidissent. Itaq; in oratione pro domo, *Negās,* inquit, *augures fas esse agi cū populo, cū de cœlo seruatur. Ipsa igitur actio, non ea, quæ agentes vidissent, impediendi vim habebat. Hoc si cui videtur incredibile, loca inspiciat, atque consideret, in quibus hoc auspicii genus nominatur.* Equidem illa Ciceronis verba Phil. 2. *Confecto negotio, bonus augur, Alio die,* inquit. *O impudentiam singularem. quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de cœlo seruasse dixisti, neque hodie dicis.* Hæc, inquam, ego sic interpretor. Cum tu, quibus augures signis adducuntur, vt, Alio die, dicant, ex iis nullum videris, senseris, audieris; cur obnuntias? nam si, quod consul potuisti, de cœlo seruasses: haberes, quo confugeres, obnuntiare enim potuisses, si nihil vidisses, sensisses, audisses. Verum, de cœlo te seruasse, neq; dixisti, neq; hodie dicis. Quid igitur, dicet aliquis, obnuntiabat magistratus? Hoc ipsum se de cœlo seruasse: vt in oratione pro Sextio: *Victa est reip. caussa, & victa non auspiciis, non intercessione, non suffragiis, sed vi, manu, ferro.* nam, si obnuntiasset Fabricio is tribunus pl. qui seruasse de cœlo diceret: accepisset resp. plagam, sed eam, quam acceptam gemere posset. Ergo tribunus pl. non aliquo aduerso signo, sed eo ipso obnuntiabat cum se de cœlo seruasse diceret. Namq;, quod in eadem oratione, non ita multo post, sequitur de Sextio tribuno pl. *Cum reipub. caussam suscepisset, cumque auspiciis religionique parens, obnuntiaret quod senserat:* id exaggerandi gratia oratorie dictum puto: vt augeretur scelus eorum, qui Sextium tribunum pl. non modo simpliciter obnuntiantem, id est, se de cœlo seruasse dicentem, quod cum fieret, agi cum populo nefas erat; sed obnuntiantem id, quod senserat, propemodum occiderant. Huc illud pertinet quod obiicit Vatinio Tullius: *Num quem post vrbem conditam scis tribunum pl. egisse cum plebe, cum constaret seruatum esse de cœlo?* Signa non appellat: ipsum per se, seruare de cœlo, tribunitias actiones impedire demonstrat. Hanc opinionem Dio *libro 39.* vel maxime confirmat.

nat. *Cum e cœlo,* inquit, *atque ex aliis quibusdam publica diuinatio fieret: ea, quæ e cœlo, maximam vim habebat, sic, vt cetera, quidem auspicia, quæ multa erant, per singulas actiones, illud autem semel tantum quocumq; die fieret* Hoc igitur huius auspicii maxime proprium erat, illud præterea, quod in aliis rebus omnibus vel permittebat quædam fieri, & fiebant, nullo amplius auspicio per singulas res adducto, vel prohibebat, & reiiciebat aliquid; populi vero suffragationes omnino vetabat, eratq; semper ad ipsas prodigium, siue faustum omen esset, siue triste. Quoniam igitur multi, vel legum lationes, vel magistratuum creationes, quæ ad populum deferrentur, impedire cupientes, prænuntiabant, vt eo die de cœlo seruaturi: propterea veritus Clodius, ne, si Ciceronem accusasset, dilationem, & moram iudicio nonnulli facerent, legem tulit, nequis magistratus, per quos dies populum aliqua de re suffragia ferre oporteret, de cœlo seruaret. Quid apertius? nonne magistratum, qui de cœlo seruat, vt populi comitia prohibeat, a signis non pendere demonstrat? Vt omittam duorum locorum testimonia, quorum altero satis certo, ex oratione pro domo, altero non admodum dubio, ex Phil. 2 iam sum vsus. Ac mihi quidem huius tantæ potestatis, cunctis magistratibus attributæ, caussam quærenti, admirabilis plane veterum Romanorum sapientia videri solet: qui cum populi leuitatem, inscitiamque nossent, inutiles quandoque reip. leges iubētis: in auguribus autem, varia signa obseruantibus, præsidii minus, quam in magistratibus, positum viderent; auspicia de cœlo, vt præsenti remedio subitis malis occurreretur, nullis obligata signis, libero impediendi iure, magistratibus dederunt. Exemplis non egemus. seruauit sæpe consul Bibulus de cœlo, vt Cæsaris, collegæ sui, legibus obsisteret. seruauit autem vt consul, non vt augur. nam, si quis augurem fuisse dixerit, opponam Ciceronis testimonium: qui scripsit ad Caniniũ, ipsius Bibuli quæstorem, Bibulum ad se literas misisse de auguratu filii sui. Ex quo patet, augurem patrem non fuisse. nam duobus eiusdem gentis mandari sacerdotium illud non licuit quod apud Dionem *lib.* 39. scriptum est. Exstat eiusdem impedimenti significatio *in epist. 16. lib. 2. ad Att. De rege Alexandrino, placuisse sibi, aliquando confici: Bibulus de cœlo nec ne seruasset, nec ne, sibi quærē (?) non fuisse.* *Et ad eundem epist. 3 lib. 4. Proscripsit, se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum.* Qua proscriptione, comitia ædilitia fieri non posse, ostendebat: cum agi cum populo non posset eo die, quo de cœlo seruaretur. Propterea, ne hoc auspiciorum genere impedirentur ea comitia, quæ creandis magistratibus haberentur, leges latæ sunt: de quibus Cicero Phi. 2. *Quisquam ne diuinare potest quid vitii in auspiciis futurū sit, nisi qui de cœlo seruare constituit? quod neque licet comitiis per leges. & si qui seruauit*

non, habitis comitiis, sed prius, quam habeantur, debet nuntiare. Porro, quia tribuni pl. legibus interdum neglectis, comitia impedire cupientes, de cœlo seruabant, vt *epist. 3 lib. 4. ad Attic. Sextius, & Milo, & ad eundem ep. 16. eiusdem libri, Q. Scæuola:* ideo consules, *vt lib. 13. Gellius docet,* in edicto, quo significabant, quis comitiis centuriatis dies futurus esset, hoc addebant ex vetere forma perpetua: ne quis magistratus minor de cœlo seruasse vellet. Cum igitur, qui de cœlo seruabat, comitia impediret; locum illum Ciceronis *epist. 30. lib. 7. Ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus centuriata habuit:* non puto sic intelligendum, vt arbitremur Cæsarem seruasse de cœlo: (ipse enim sua comitia impediisset: & contra leges fecisset, quæ seruari de cœlo comitiis vetabant) sed auspicabatur Cæsar per augures: quod erat in more positum: vel auspicabatur ipsemet, vt augur. nam eo sacerdotio præditus erat. Itaque Cicero *epist. 68 lib. 13.* vocat eum collegam suum. Alterum, ad ostendendam dissimilitudinem, illud erat: augures nuntiationem sine spectione habuisse, magistratus vtrumque. id Varro significat obscure, Cicero clarissime. Varro sic *lib 5 de ling. Lat. In auspiciis distributum est, qui habeant spectionem, qui non habeant.* Non enim opinor hoc significari: augures alios habuisse spectionem, alios non habuisse: sed potius, auspicia sic inter augures & magistratus fuisse distributa. vt spectionem magistratus haberēt, augures non haberent. Dubitationem omnem tollit Cicero *in Phil. 2.* nam, cum Cæsar consul ostendisset, velle se, prius quam ad bellum Parthicum proficisceretur, Dolabellam consulem surrogare; Antoniusque eius collega, & idem augur, iratus Dolabellæ, eo se sacerdotio præditum esse dixisset, vt comitia auspiciis vel impedire, vel vitiare posset: *Incredibilem,* ait Cicero, *stupiditatem hominis cognoscite. Quid enim? isthuc, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses, & consul esses, minus facere potuisses? Vide, ne etiam facilius. nos enim nuntiationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus etiam spectionem.* Quibus verbis communem augurum & magistratuum nuntiationem, propriam fuisse magistratuum spectionem, aperte demonstrat. in quo maiorem habeo fidem Ciceroni, præsertim auguri, quam Festo; qui, cum Cicero nuntiationem auguribus det, spectionem adimat, ipse cōtra adimit nuntiationem, spectionem tribuit: si modo locus ille mendo vacat. Apertius etiam Varro in Rhetoricis, a Nonio appellatus *Eo die,* inquit, *cis Tiberim redeundum est: quod de cœlo auspicari ius sit nemini, præter magistratum.* Non enim dubito, quin, auspicari de cœlo, siue seruare de cœlo, & spectionem habere, idem sit. Nec de auguribus Cicero, sed de magistratibus illud prodidit *lib. 2 de Diuin. De cœlo seruare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario: ille renuntiat.* Hoc enim dicit. Olim qui auspicabantur, de cœlo seruabant. nunc auspicantur

tur

tur per pullarium: in vrbe scilicet: nam extra vrbem proconsules, aut proprætores auspicari solere, infra negat: & subiungit caussam: *Quia auspicia non habent*: id est, quibus auspicari non licet. non enim eam potestatem a populo acceperunt, quam accipiunt ii, quibus magistratum populus mandat. quo referuntur illa verba: *Deiotarus auspiciis semper vtebatur: nos, nisi dum a populo auspicia accepta habemus, quam multum iis vtimur?* At supra diximus, impediisse semper, qui de cœlo seruaret. Diximus, sed in comitiis populi: ex auctoritate Dionis. nam in aliis rebus obseruari solere signa, quibus aut prosperum auspicium fieret, aut aduersum, concessimus. propterea, dum comitia magistratuum haberētur, non licuisse de cœlo seruare, ostendit Cicero *in Phil. 2.* Cum igitur dixit loco supra recitato: *Nunc imperant pullario*: ille renunciat: manere quidem seruandi de cœlo morem significat, sed per pullarium: & intelligendum, præterquam comitiis: in quibus cur vteretur pullario, vel pullos obseruante, vel alia signa, cum semper in comitiis, quæcumq; signa essent impediret? Rursus aduersari videtur Varro, cum dixit: *Auspicari de cœlo ius est nemini, præter magistratum.* Cicero autem auspicari pullarium ait. Pullarius auspicari proprie non dicitur, sed adhiberi in auspicium ab eo, qui auspicatur, id est a magistratu. Ita magistratus auspicatur de cœlo comitiis ipse, ceteris rebus per pullarium: cur enim aliena vel scientia, vel opera vteretur in iis rebus, quas omnino, quibuscumque signis, ipso tātum auspicio sciret impediri? Quod si quis magistratum pullario semper vsum esse contendat, saltem vt species quædam veteris auspicii retineretur: cum hoc, quando solam rationem sequimur, caremus exemplis, non valde pugnabimus: modo stet illud, quod satis probatum putamus, seruare de cœlo, comitiis impedimentum semper fuisse, aliis rebus non itē: quod plane Dio narrat: idq; non augurum, sed magistratuum, fuisse: quod ex Varrone cognouimus: qui dixit: *Auspicari de cœlo ius est nemini, præter magistratum.* Cum quo Cicero consentit, solis magistratibus spectionem tribuens *oratione 2. in Antonium.* Quod si quis, de cœlo seruatum esse aliis quoque rebus, præter quam comitiis, aliquo scire cupiat argumento: legat illud *lib. 2. de Diuin. Auspicia, quibus vtimur, siue tripudio, siue de cœlo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. Q. Fabi, te volo mihi in auspicio fuisse. Volo, respōdet: audiui. Hic apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. peritum autem esse necesse est eum, qui silentium quid sit, intelligat. id enim silentium dicimus in auspicio, quod omni vitio caret. Hoc intelligere, perfecti auguris est. Illi autem, qui in auspicium adhibetur, cum ita imperauit is, qui auspicatur: dicito, si silentium esse videtur: nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, silentium esse, videri.* Quibus verbis Cicero genus illud auspiciorum describit, quod, seruare de cœlo, vocabatur: cum dicat: *Nec suspi-*

tit. Mox de tripudio sequitur: *Dicito si pascuntur aues.* Cum igitur pullarius interroganti magistratui respondeat, silentium, esse videri: videlicet ostendit auspicium vitio carere; itaque rem, auspicio commissam, posse fieri. quod referri ad comitia nullo pacto potest: quæ, seruante de cœlo magistratu, ita semper impediebantur, quasi silentium nunquam esset, id est, quasi aduersa signa semper essent. Ergo non comitiis tantũ de cœlo seruabatur. Tertio loco posuimus: augures necessario adhibitos esse: quod vtrũq; satis constat. quis enim nescit, neque magistratuum comitia, neque legum haberi potuisse, nisi augures adessent, & probarent? quod perspicue docet Cicero *lib. 2 de leg. & ad Atticum Epist. vlt. lib. 4.* Augures tres in ferenda lege curiata adesse oportere demonstrat. Magistratus autem seruare de cœlo nulla res cogebat: sed, vbi comitiis impedimento esse cupiebant, tunc de cœlo seruabant: Obiici potest: nonne consulem, comitia consularia cum habere vellet, auspicari necesse erat? Negari non potest: sed tunc de cœlo nõ seruabat: quod, ostendimus iam, comitiis magistratuum non licuisse; ne scilicet impedirentur: verum auspicabatur per augures, aut ipsemet, si augur esset, altero auspicii genere, id est tripudio: qui dabat operam pullarius augure spectante. duo enim auspicii genera *li. 2. de Diuin.* Cicero nominat, seruare de cœlo, & tripudio vti. nam auium volatus, aut cãtus, necessaria non sunt: non enim sunt in nostra potestate: sed, si incidunt, ex iis quoque auspicium capitur, si non incidunt, auspicium tamen peragitur tripudio necessario. Eiusdẽ generis fulmina, vel tonitrua sunt: quæ cum audiebantur, irrita comitia erant. Quarta inter augurũ, & magistratuũ auspicia dissimilitudo fuit: augures non obnũtiasse futuris tantum comitiis, verum etiam institutis, aut iam habitis; magistratus futuris tantum. De auguribus Cicero sic *li. 2. de leg.* Quid maius est, quam posse a summis imperiis, & summis potestatibus comitiatus, & concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quam rem susceptam dirimi, vnus si augur, Alio die, dixerit? quid magnificentius, quam posse decernere. vt magistratu se abdicent consules? Hæc ad comitia vel instituta, vel iam habita, pertinent: quod sequitur, ad futura. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? Eiusdem generis exempla non desunt. Magistratus autem obnuntiare solitos esse, priusquam comitia haberentur, plane docet Cicero Phil 2. *Quisquam ne,* inquit, *diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo seruare constituit?* quod neque licet comitiis per leges: &, si quis seruauit, non, habitis comitiis, sed prius, quam habeantur, debet nuntiare. Idem intelligitur ex *epist 3. lib. 4. Ad Att.* Quintum erat, de diuerso obnuntiãdi tempore nam, cum augures obnuntiarent e signis: obnuntiationem auspicio posteriorem esse, satis constat. magistratibus autem

tem

tem semper impedientibus, obseruatio signorum necessaria non erat. ita enim obnuntiabant, quasi aduersa signa semper essent. propterea liberum illis fuit, non modo post auspicium, sed ante etiam obnuntiare: quasi diuinarent, vitii aliquid in auspiciis futurum. hoc ne mirum videatur, Cicerone teste comprobetur. *Quisquam ne*, ait in Phil. 2. *diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo seruare constituit?* Item *lib.* 39. ostendit. *Dio.* Προεπηγγέλλον, inquit, ὡς καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μαντευσόμενοι. id est, *Prænuntiabant, vt de cœlo die illa seruaturi.* Vbi legisse videtur interpres, parum intellecta re μαντευσόμενοι: vertit enim: *De cœlo se seruasse, obnuntiare solebant.* Eodem illud pertinet *epi.* 3. *lib.* 4. *ad Att. Proscripsit, se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum.* Proscriptio enim illa, obnuntiatio quædam est. Obnuntiatum etiam a magistratibus post auspicia, legimus in oratione pro Sextio duobus locis: vt alia omittantur exempla. Postremum fuit, augures, cum lex curiata ferretur, adesse tres oportuisse: *id ex epist. vlt. lib.* 4. *ad Att.* plane liquet; comitia vero magistratuum cum haberentur, satis vnum fuisse: quod Cicero *lib.* 2 *de leg.* ostẽdit, his verbis: *Quid grauius, quam rem susceptam dirimi, vnus si augur, Alio die, dixerit?* Magistratum vnum de cœlo seruantem impedire comitia potuisse, ex iis, quæ supra diximus, patere satis arbitramur. Quocirca magistratuũ, aut augurum auspicia, quod initio proposueram, differunt inter se plurimum.

X.

De Ptolemæis, Ægypti regibus.

AD ANTONIVM CARAFFAM CARDINALEM.

ET Familiæ tuæ dignitas, Antoni Caraffa, & vero, quam Tibi obseruantiam præstitit Pater meus, postulare videntur, vt in Te colendo Patris iudicium sequar. quod cum libenter faciam, Patris exemplo commotus; libentius tamen id mea sponte facere profiteor. tuarum nempe virtutum fama impulsus, iampridem Te obseruo. Hæc igitur ad Te mitto, quæ me Tibi de facie ignotum commendent. Quæ si tibi non displicuisse sentiam, satis amplum laborum meorum fructum me retulisse existimabo.

Ægypti regnum floruit olim omnibus copiis, donec ab Augusto, deuictis Cleopatra, & Antonio, in prouinciæ formam redactum est. in eorum ordine, qui regnarũt, veteres dissentiunt. Strabo Ptolemæum Auletem, patrem Cleopatræ, qui nominatur *in Ciceronis epistolis ad Lentulum*, regnasse nonum putat, Appianus vndecimum: Eusebius eum non nominat, sed ante Cleopatram Dionysium quendam regem appellat: de quo quid sentiam, infra suo loco ostendam. nũc Ægypti reges, qui omnes Ptolemæi, a rege

primo, vocati sunt, enumeremus, & primum e Strabonis, deinde ex Eusebii sententia. tum, in quo mihi vterque (pace dixerim antiquitatis) errasse videatur, breuiter exponam.

Ordo Ptolemaeorum, e Strabone.

1. Ptolemæus Soter, lagi filius, vel. vt Pausanias lib. 1. significat, Philippi, Alexandri Magni patris, vnus ex Alexandri ducibus Persico bello, Ægypti regnum occupauit. eo mortuo, regnauit eius filius Philadelphus.
2. Philadelphus,
3. Euergetes,
4. Philopator,
5. Epiphanes,
6. Philometor,
7. Euergetes secundus, siue Physcon, qui Cyrenis regnarat, Philometoris frater.
8. Lathurus,
9. Auletes,

Ordo Ptolemaeorum, ex Eusebio.

1. Ptolemæus Lagi filius,
2. Philadelphus,
3. Euergetes,
4. Philopator,
5. Epiphanes,
6. Philometor,
7. Euergetes,
8. Physcon, siue Soter,
9. Alexander,
10. Ptolemæus, a matre eiectus,
11. Dionysius,
12. Cleopatra.

Ego plures, non modo quam Strabo, grauis in primis auctor, qui vnum Lathurum ab Euergete secũdo ad Auletem interponit, sed etiam quam Eusebius, Ægypti reges inuenio: de quibus singulis agam planissime, allato veterum testimonio, ne coniecturam inanem videar secutus. Primum Ordiar ab Euergete secundo, cui septimum Strabo Athenæus, & Eusebius locum tribuunt. Hic igitur cum Cyrenis regnasset, fratre mortuo, quem Philometorem Strabo, Eusebiusque appellant, & regnum Ægypti, & vxorem Cleopatram, sororem ipsius, fratris antea vxorem accepit. Iustini verba sunt hæc lib 38. *Mortuo rege Ptolemao, ei, qui Cyrenis regnabat, Ptolemao per legatos regnum, & vxor Cleopatra regina, soror ipsius, defertur.* & epitome Liuiana libr. 52. *Ptolemaus* (de Philometore sermo est) *in caput grauiter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, exspirauit: atque in locum eius frater minor Ptolemaus, qui Cyrenis regnabat, successit.*

Hic

Hic autem in eadem epitome Euergetes cognominatur, *libro 59.* & Euergetem in Ægypto septimum regnasse, confirmat Athenæus *lib. 4 & 12.* Quo anno perierit, nemo plane docet: sed videtur & post quam Seleucus, Demetrii filius, Syriæ rex, a matre necatus est, & antequam ipsa venenum bibere ab altero eius filio Grypo cogeretur. nam inter hæc duo parricidia eum obiisse, perspicue videtur *libro 39.* Iustinus ostendere, cum ait: *Inter has regni Syriæ parricidiales discordias moritur rex Ægypti Ptolemæus.* Porro Seleucus, Grypi frater, interfectus a matre videtur, quo anno consul Q. Metellus Baleares deuicit id est, anno DCXXX. idque clare demonstrat *epitome libr. 60.* Spatium autem illud a Seleuci nece ad matrem exstinctam, quod in bello contra Alexandrum, Syriæ regem, Grypus, vt paternum regnum recuperaret, consumsit, biennio minus fuisse, verisimile non est. Ex quo sequitur, vt anno vrbis perierit Euergetes DCXXXII. aut DCXXXIII. quo posito, quærendum est, qui post eum vsque ad Cleopatram reginam, Auletis filiam, & quot quisque annos in Ægypto regnauerit. Euergetes duos habuit ex legitima vxore filios, Straboni, vt suspicor, ignotos, Ptolemæum, & Alexandrum, quos in Ægypto matris iudicio regnare voluit; tertium Apionem ex pellice, cui Cyrenarum regnum testamento reliquit: qui sine filiis, herede relicto populo Romano, decessit. Ptolemæus, natu maior, inuita matre, quæ minorem filium præferebat, summa populi voluntate rex Ægypti creatus est. Sed aliquot post annis, multitudine in eum a matre concitata, regno pulsus in Cyprum abiit. rex, frater eius Alexander, substituitur: quem postea, odio matris ab eo interfectæ, populus in exsilium egit, reuocato patre Ptolemæo Habemus igitur duos post Euergetem Ægypti reges: quorum historiam satis plane *libro 39.* Iustinus persequitur. reliqua consideratio est, quot annos vterque regnauerit. in quo vtemur Eusebio teste. is Ptolemæum, quem Physconem falso putat, cum sit Physconis filius, regnasse annos XVII. Alexandrum eius fratrem X. rursus eundem Ptolemæum IIX qui sunt omnino XXXV. ab eo anno quo periit Euergetes. ita Ptolemæum hunc, Euergetis filium, periisse constabit anno vrbis DCLXIIX cum pater perierit, vt ostendimus, anno DCXXXIII. Successit Ptolemæo Alexander, beneficio Sullæ dictatoris: quod ex Appiano *lib. 1. de bel. ci.* plane cognoscitur hic Alexandri filius cum ab Appiano vocetur, patrem eius fuisse crediderim Alexandrum illum, Physconis filium, qui regnauit annos X. Sed eum, ob insolentiam, XIX. regni die populus necauit. id factum constat anno DCLXXI. quo anno Sulla dictaturam inuasit. ita videtur per bienniũ in Ægypto nemo regnasse, id est, ab anno DCLXIIX quo Ptolemæum Physconis filium obiisse demonstratum est, ad annum DCLXXI. quo Sulla dictator Alexandri filium substituit. Post hunc quis regnauerit, explorate nemo tra-

didit. ego tertium Alexandrum puto, filium eius, aut fratrē, quem a populo interfectum proxime diximus. nec dubito, quin sit is, quem regno eiectum Suetonius in Iulio declarat his verbis: Tentauit per partem tribunorum, vt sibi Ægyptus prouincia plebiscito daretur, nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium, atq; amicum a senatu appellatum, expulerant, resq; improbabatur. Hoc Cæsar ædilis cū tētauerit; q perspicue Suetonius declarat: ædilitatem autē Cotta, & Torquato cos gesserit, de quo quidem Romanæ peritus historiæ nemo dubitat: facile colligitur, vel iisdem consulibus, vel anno certe superiore, qui fuit post vrbem conditam D C X X C V I I. hunc Alexandrum esse pulsum. ita videbitur regnasse annos X V I. ab eo scilicet anno, quo Sulla, rerum potitus, primo dictaturæ anno, Alexandrum illum, cuius facta mentio est, regnare voluit. Ac, ne quis miretur, cur ego hunc Alexandrinorum regem, cuius nomen Suetonius omittit, Alexandrum appellem; recitabo Ciceronis verba, quibus & Alexandri nomen cognoui, & hoc amplius, periisse eum exulē post ædilitatem Cæsaris, id est, post Cottam, & Torquatum consules, herede relicto Ægypti regni, ex quo pulsus erat, populo Romano. Ciceronis verba sunt hęc in Agraria I. *Dicent decemuiri, id quod & dicitur a multis, & sæpe dictum est, post eosdem consules regis Alexandrini testamento regnum illud populi Romani esse factum.* Consules quorum hic nomina omittuntur, sine dubio sunt Cotta & Torquatus. nā, quę ibi proxima sequuntur verba, Cæsarem describunt, qui de administranda Alexandria, quod iam Suetonio teste probauim⁹, ędilis apertissime pugnauerat: quod factum esse constat Cotta, & Torquato cos. Quo in loco, cum Alexandriam, Ægyptumq; nominauerit, subiungi non placet, Regis Alexandrini. de quo enim, nisi de ipsius Alexandriæ rege, sermo est? ac malim, vt libere dicam, & hic, & in agraria I Regis Alexandri potius, quam Alexandrini. Sequitur enim hic proxime: (vt argumento vtar firmiore) *Video qui testamentum factum esse confirmet, auctoritatem senatus exstare hereditatis aditæ sentio, tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent.* Quod si & post Cottæ, ac Torquati consulatum, vt Agraria I. demonstrat, Ægypti regnum populo Romano legauit Alexander, & id factum ante se consulem Cicero in ea oratione, quam in Rullum consul habuit, aperte significat: *perierit Alexander, necesse est, L. Cæsare, C. Figulo cos. qui annus post Cottam & Torquatum, ante Ciceronem, & Antonium consules interiectus est.* Alexandro mortuo, successit is, de quo ibidem Cicero illa dicit: *Eum qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes fere video conuenire.* Qui quidem videri potest Auletes non esse: cum dicat Cicero hæc: *Eum regio genere non esse, inter omnes fere video conue-*

nire.

nire. contra quam de Aulete scripsit in oratione pro domo: *Cuius* inquit, *cum patre, auo, maioribus societas populo Romano iuncta est,* quod etiam cõprobat in ea pro Sextio, his verbis: *Rex Ptolemaus, qui, si nondum erat ipse a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius regis,* qui iam erat a senatu honorem illum consecutus, erat eodem genere, iisdemque maioribus. eadem vetustate societatis; denique erat rex: si nondum socius, at non hostis; pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno, atq; auito regali otio, perfruebatur. Ego tamen, Auletem eum esse non dubito. non enim moueor, quod diuerse de eodem sit Cicero locutus. Oratorium hoc est, aliud alio tempore sentire, si caussa postulet. quod Pedianus *in oratione pro Cornelio,* cum Cicero non idẽ, quod in ea de haruspicum responsis, dixisset, notauit his verbis: *Oratoria calliditatis est, vt, cum opus sit, eisdem rebus ab vtraque parte, vel a contrariis vtantur.* In Agraria oratione Alexandrini regni possessionem omnibus modis vocari in dubium oportuit, quo maior decemuirorum, quos Rulli lex creabat, de Ægypto diuidenda, aut certe regi vendenda, spes ostenderetur. itaque tum de Alexandri regis testamento iniecit: tum, genere eum regio non esse, qui eo tempore regnabat, astute subiunxit. In oratione autẽ pro domo, vt Clodii leges infamarentur, duorũ Ptolemæorum fratrum, alterius Ægypti, alterius Cypri regis, cuius regnum Clodius sua lege publicarat, antiqua nobilitas, & hereditaria regnorum possessio fuit ostendenda. Adiuuat hanc opinionem, nisi fallor, Plinii locus *lib. 33. c. 10.* in quo hæc sunt: *Ptolemæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum sua pecunia tolerauisse, mille conuiuas, totidem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis, saginasse.* Quem egõ Auletẽ fuisse Ptolemæũ facile crediderim. nam eo beneficio Pompeius eũ, pulsum postea ab Ægyptiis, Romæ hospitem suum esse voluit, &, vt restitueretur, enixe operam dedit. quorum alterum ex Dione, alterum e Strabone cognoscitur. quo anno autẽ Cicero Agrarias orationes habuit eo liberius de Aulete potuit detrahere, quod is nõdũ socius, & amicus populi Romani appellatus erat. quẽ honorem quadriennio post, emtũ a Cæsare cõsule sex talentorũ millibus, obtinuit: ꝙ in Suetonio legimus: & Cæsar ipse *lib. 3. de bel. ciu.* in suo priore cõsulatu societatẽ cum Aulete factã demonstrat. Atq; hæc plane caussa fuit, cur societatem, & amicitiam populi Romani Ptolemæus tanta mercede sibi parandam putauerit, quod vereretur, ne sibi testamento regis Alexandri populus Romanus Ægyptum adimeret, qui præsertim non esse regio genere crederetur. quamquam in orationibus pro domo, & Sextio, vbi Societas a Romanis cum eius patre, auo, maioribus iũcta nominatur, plane vt filius agnoscitur Ægyptii regis nõ Alexandri, qui, herede relicto populo Romano, exsul obiit, sed Ptolemæi Physconis filii, quẽ bis regnasse diximus. nam

si aliquo ex tribus Alexādris nominatis patre natus esset, nomen ei fuisset Alexandro potius, quam Ptolomæo, vt patrem nomine referret: cum & duo superiores Alexandri a patre nomen accepissent. certe vltimus Alexander, qui regni heredem instituit populum Romanum, numquam regno filium priuasset, neq; fratrem, neque patruum, id est filium vel secundi, vel primi Alexandri. Hic igitur Auletes est, Cleopatræ pater: qui successit Alexādro vltimo, ei, cui & Lathuro, vt & Strabo eum vocat, cognomen fuit, vel potius, vt ego arbitror, *Lamyro*, a facetiis videlicet. nam Græci, quem nos dicacem, & facetum, λαμυρὸν vocant. quæ si videtur infirma opinio, muniatur auctoritate Plutarchi, qui dicacitatem quibusdam regibus caussam cognominis attulisse, vt Antigono, & Ptolemæo, quorum hic Lamyrus, ille Doso dictus est, in Coriolani vita scripsit. minus mendose in *Plinio*, *libro 6. capite 30.* sed mendose tamen legitur, Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum, regem Ægypti, ignium fuit vsus ignotus. pro, Lamyrum. Auletem periisse Ser. Sulpicio M. Marcello cos. annis XLIIII. post obitum tertii Alexandri, quem L. Cæsare, C. Figulo cos. obiisse ostendimus, indicat M. Cœlii ad Ciceronem epistola, *Inuideo*.

Equidem in eo quoque mihi videor *Eusebii* diligentiam posse requirere, quod inter Philometorem, & Physconem, regem ponit Euergetem. Physconemque putat Euergetis esse filium: cum Philometori statim fratrem eius Physconem successisse, satis ex Strabone, Iustino, *epitome Liuiana, & Valerio Max. constet*. Ex quo patet, Strabonem in eo melius, quam Eusebium, sensisse, quod Euergetem, & Physconem eundem facit. nam Physcon ἀπὸ τῆς φύσκης, id est, a ventre obeso, dictus est: ideoque Romanis legatis, ad eum adeuntibus, ridiculum fuisse, Iustinus prodidit. Euergetes autem, quo nomine beneficentia significatur, non liberi populi iudicio, sed adulantium obsequio, aut eius crudelitatis metu nominatus. itaque scribit Athenæus *libro 12.* cum ipse Euergetes dici vellet, cacoergetem, id est maleficum a populo vocatum. fuit enim tyrannorum omnium crudelissimus, quippe qui non modo vrbem Alexandriam cædibus exinauerit, sed duos etiam ipsius filios necarit, quorum alterum in membra concisum ad matrem inter epulas, die natalis eius, afferri iussit. Nec in Physconis cognomine Athenæus a Strabone dissentit: cum Euergetem ita lato fuisse ventre ostendit, vt propterea talari veste, quę corporis deformitatem obtegeret, vteretur. Quid, quod post Ptolemæum a matre eiectum non plures, quam duos, Ægypti reges idem Eusebius facit, Dionysium, & Cleopatram? exclusis duobus Alexandris, illo, cui Sulla dictator Ægypti regnum tradidit, quem regnasse XIX. tantum dies iam diximus; & eo, quem *in agraria* II. Cicero nominat. Addo illud, quod is Dionysius, quem ante Cleopatram regem constituit, si Auletes est, eius filius omittitur, qui Magnum

Pompe-

Pompeium necari iussit. sin Auletis filius, Auletes ipse præteritur. Peccat in eo quoque, quod istum Dionysium annos XXX. regnare vult, nec locum relinquit Alexandro, quem Suetonius, & Agrariæ orationes exsulem fuisse Cotta & Torquato cos. demonstrant. Illa vero turpis in supputatione temporum negligentia, quod annos XXX quos regnare Dionysium putat, ab eo anno, qui Sullæ dictaturam proximus antecessit, ad Cleopatram enumerat: quos esse XXXV. quis iam ignorat? siquidem Cleopatra regnũ a Cæsare II. dictatore accepit: qui fuit annus vrbis DCCVI. cum Sulla dictaturam inierit anno DCLXXI. Alius igitur Ptolemæorum instituendus est ordo; cum neque Strabonis, nec Eusebii sententiæ acquiescere possimus; nec inter ipsos quidem conueniat: quo magis ab vtroque dissentire nobis licet. Incipiamus a Philometoris fratre Euergete, vel Physcone; quem regnasse in Ægypto septimũ, Philometore fratre mortuo, inter Strabonem, Athenæum, Eusebium video conuenire. Appianus etiam in Syriaco Ptolemęum sextum appellat eum, cui successisse Euergetem fratrem non dubie coniiciet, qui epitomen Liuianam triũ librorum, XLV. XLVII. LII. diligenter inspexerit.

VII. Ptolemæus Euergetes Physcon, frater Philometoris. *epitome Liuiana lib. 47. & 51. Iustinus lib. 38. Strabo lib. vltimo, Athenæus lib. 4 & 12.*

VIII. Ptolemæus, Physconis maior filius, quo pulsu fratrem eius minorem Alexandrum mater substituit, *ex Iustini libro 39*

IX. Alexander. Physconis minor filius ex eodem. Ptolemæus idem. qui antea regnauerat. Physconis filius, ex eodem, & Eusebio: quãquam Eusebius eum non recte Physconem vocat.

X. Alexander. Alexandri filius, eius, quem Physconis minorem filium fuisse diximus. qui, accepto a dictatore Sulla regno, intra XIX. dies a populo cæsus est. *Appianus lib. 1. bel. ciuil.*

XI. Alexander alius, proximi superioris filius, aut fortasse frater, qui periit, vt ostendimus, L. Cæsare, C. Figulo cos. quod ex Agrariis orationibus, prima, secunda, cognouimus.

XII. Ptolemæus Auletes, Pompeii Magni amicus; quem ab Alexandrinis exactum Gabinius, Syrię procõsul, restituit, testis multorum historia.

XIII. Ptolemæus vltimus, Auletis filius, cuius iussu Pompeius Magnus occisus est, nota historia.

XIV. Cleopatra, qua deuicta Ægyptum in prouinciæ formam Augustus redegit.

Appianus autem, cum vndecimum Ægypti regem Auletem in Sy-

riaco libro, & in Parthico nominat; regem, opinor, non numerat Alexandrum illum, qui XIX. dumtaxat dies regnauit. nam Ptolemæus, Physconis filius, etsi bis regnauit, vnum tamen, quia vnus est, inter Ægyptios reges locum obtinet, qua ratione Appiani defenditur opinio. At Pausanias lib I. octauum Ptolemæum, qui in Ægypto regnauit, Philometorem vocat, & eum esse putat, quem mater regno expulit, minore filio Alexandro substituto: vt propterea, Philometor sit dictus, quia matri minime carus. in quo vel ipse, vel Strabo falli videtur. nam, Philometori Euergetē fratrem successisse, & Strabo confirmat. Euergetis vero, qui & Physcon vocatus, filii fuere illi duo, quorum maiorem a matre pulsum diximus, minore substituto. quod si Philometor ante fratrem Euergetem regnauit: videtur omnino nō octauum locum, sed sextum inter Ægypti reges habere. nec is esse, quem odio mater habuit, sed eius patruus, & fortasse Philometoris cognomē accepisse, non ab odio matris in illum, significatione nomini contraria, sed ab eius amore erga matrem. aut igitur Philometor fuit Euergetis frater, sextus Ægypti rex, vt Strabo sensit; aut Euergetis filius, octauus Ægypti rex, vt scriptum est apud Pausaniam.

I.

De Epistolis.

AD M. ANTONIVM MVRETVM,

amicorum κορυφαῖον.

FErreus omnino sit, qui Te non amet, mi Murete amabilem multis de caussis, sed præcipue ob insignem quandam, & Tuam prorsus in amicitia humanitatem. Ego quidem, Te mihi non amandum solum, sed colendum, proposui: Te, vt alterum parentem obseruandum statui. nam, cum Tu me præcipuum habeas, nihilque tantum esse iam ostenderis, quod non pro me Te libentissime facturum cōfidere possim, præcipuam quandam Tibi me præstare obseruantiam, par est. Pergamus in amore. in quo etsi alter alterum superare conetur, victoria tamen, qualiscumque sit, vtrique nostrum grata futura est. Noli quærere, quam sæpe de Te cogitem, quam Te in ore habeam, quam Tui & absentis est, & præsentis esset, iucunda commemoratio. Interim fruamur literarum bono, quæ absentes, præsentes nos efficiunt & , vt me scias id præcipue optare, nihilque mihi tanti esse; affirmo Tibi, in quo vel sine iureiurando potes mihi fidem adhibere, nulla me ex re pari lætitia, ac ex tuarum literarum lectione, affectum iri.

Epistolarum omnium quæ materia sit quæque nos hortentur sæpe, interdum etiam impellant ad scribendum caussæ, diu sæpe ac per attente cogitaui. artem enim quasi quandam, quæ viam

ad inuentionem patefaceret, inuenire cupiebam. Atque in hoc meditandi studio cum occurrissent plurima, eaque admodum diuersa; tandem aliquando inspecta rei cuiusq; natura, atque vi, ad duo quædam capita referri posse omnia visum est: quorum alterum Græce ἠθικὸν, alterum πραγματικὸν, vocatur; nos morale, & negotiale possumus appellare. omnium enim epistolarum argumẽta vel a negotio, vel ab officio, tamquam a duobus fontibus, deducuntur. Negotiales; quo res in statu sit, siue nostra, siue aliena, siue priuata, siue publica significant. nec, si quæ sunt, in quibus aliqua de re disputatur, ab hoc genere disiũgo. nostrum enim negotium videtur esse, si vltro scribimus; aliorum, si rogati. quamquam disputationes remouet ab Epistola scriptor egregius Demetrius, at non Latini. nam Varro quæstiones multas Epistolis explicauit, vt Gellius, & Carisius docent: & Valgius Rufus, vt idem Carisius ostendit, scripsit de rebus per epistolam quæsitis. qua nos quoque Inscriptione delectati sumus. Morales officium potius quam negotium continent, quod genus late patet. hinc enim emergunt, quæcumque aut humanitatis, aut beneuolentiæ, aut alicuius omnino virtutis aliquam significationem habent; vt commendatitiæ, consolatoriæ, lætitiam, aut dolorem indicantes, admonentes, hortantes, quærentes, obiurgantes, gratias agentes, &, vt summatim complectar, quæ materiam a negotio non sumunt. Tertium quoddam genus, ex vtroq; mistum, reperiri, non negauerim, sed hoc vt æqualiter ex vtroque constet, id est vt eæ caussæ, quæ ad scribendum adduxere, graues æque sint, nec morales negotialibus aut negotiales moralibus vincantur, perquam raro solet euenire. quod si morale, aut negotiale in epistola mista excellet; (quod autem, vt ea scriberetur, vehementius impulit, id dico excellere) quis dubitet, quin, quę res in ea plus habet ponderis, eadem ei nomen tribuat? Non enim in assignando genere vel partes numerandæ sunt, vel longitudinis habenda ratio est: possunt esse plures morales partes, quam negotiales, aut si pauciores sint, vel vna esse longior, quam negotiales omnes: nec tamen ad morale genus epistola pertinebit. quo enim (vt iam dixi) præcipue adducimur ad scribendum, id siue multis, siue paucis verbis exponatur, epistolas facit aut negotiales, aut morales. At morales quidem in simplici plerumq; versantur argumento; suisq; quasi finibus contentæ negotialẽ materiam nõ attingũt: negotiales cõtra, non quia necesse sit, sed quia deceat, morale sæpe aliquid assumunt. Possum probare exẽplis, possum auctoritate eorũ, qui de epistolis præcepta tradiderunt: sed ipsa quoq; in promtu ratio est. quis enim, cũ scribit, quod vel sua, vel eius, ad quem scribit, intersit, aliquam rei perficiendæ cupiditatem non exponit? quis ad ea, quæ restant, curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut. cõfecto negotio nõ lætatur, aut, desperato, non dolet? quę interdum grati animi, humanitatis

quidem semper signa sunt. Moueor etiam non leuiter auctoritate Demetrii, scriptoris accurati in primis, & docti: Πλεῖστον, ait, ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. Exempla vero Ciceronis ad Lentulum scriptæ epistolæ suppeditant. negotiales enim omnes fere sunt: & his tamen morales. Cicero sententias libenter admiscet, nimirum officii caussa; vt, in patriam opera, ac virtute Lentuli reuocatus, tanti beneficii memoriam, & remunerandi studium declaret. fortasse etiam, vt ingenio valebat, ad officium artem adhibuit. nam, quia morales inprimis ad conciliandam beneuolentiam idoneę sententię sunt; iccirco, futurum intelligens, vt negotialem primæ epistolæ partem, id est, narrationem, Lentulus non admodum libenter legeret, quippe quæ aduersa pene omnia, & inclinatam rem ostenderet; eam molestiam morali principio leniendam putauit ad leniendum autem, si cetera deficiant, ipsa tamen amoris, & grati animi significatio multum valet, & grata voluntas societate quadam eiusdem doloris ostenditur. dolor autem Ciceronis, in Lentuli caussa susceptus, quod singulari quodã studio valde tamen non proficiat, cum ex ipsa sententia, & ex toto orationis ambitu, tum vero maxime ex primis verbis, vnde oritur sentẽtia, colligitur: *Ego omni officio, ac potius pietate.* nam & in, *Ego*, vis est; & augetur in, *Omni officio*; & cumulatur demum correctione proxima, *Ac potius pietate*. officium enim amoris expers esse potest, & communiter in omnes conuenit: nomen autem Pietatis quiddam etiam grauius, quam amor, significat: itaque non communiter in omnes, sed proprie conuenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes; quorum caritas ꝓxime accedit ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: postremo, erga optime meritos; quos diligere vt propinquos, & colere parẽtum fere loco, æquum est. quæ singula eodẽ, quo proposuimus, ordine probemus. Ac pietas quidem in deos multis cognoscitur exẽplis: quorum pauca recitabo. *de Nat. Deor. lib. 1. Pietas, sanctitas, religio pure, & caste tribuenda sunt deorum numini.* Et *infra, ibidem: Pietas est iustitia aduersus Deos.* Et *lib. 3. de Fin. Nec vero pietas aduersus Deos, nec quanta iis gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest.* Et pro domo: *Nec est vlla erga Deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio.* Et libr. 2. Off. *Pietas & sanctitas Deos placatos efficiet* Et in Topicis: *Æquitas tripartita dicitur esse, vna ad superos Deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia, aut æquitas nominatur. Quæ vero ad patriam, parentes, propinquos etiam, licet non bene meritos, pertinent, hæc sunt.* Lib. 2. de Inuent. *Pietas est, quæ erga patriam, aut alios sanguine coniunctos, officium conseruare moneat.* Pro Flacco: *Nimia pietas, & summus amor in patriam.* De Somnio Scip. *Iustitiam cole, & pietatem: quæ cum sit*

magna

magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est. Et in Bruto: *Vtinam C. Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præstare voluisset.* Pro Cœlio: *Pietas in parentes, indulgentia in liberos.* Pro Plancio: *O nitto illi, vt viuat cum suis, primum cum parente: nam pietas fundamentum est omnium virtutum.* Et Acad. libro 2. *Admodum adolescentes cum fratre, pari pietate, & industria præditæ, paternas inimicitias est persecutus.* Et ad Att. ep. 3. lib. 6. Cum bellum esse in Syria magnum putetur; videatur ne pietatis esse meæ fratrem relinquere. Pro Quinctio: Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius sit necesse est. Et ad Thoranium, ep. 20 lib. 6. Hic tui omnes valent, summaque pietate te desiderant. Atque hæc vno loco omnia, in oratione pro Plancio comprehenduntur. Pietas enim definitur, grata voluntas in parentes, in patriam, in deos, in amicos: eaque tribus modis laudatur, vt virtus, vt virtus maxima, vt virtutum reliquarum omnium mater. Exẽplum pietatis etiam parẽtum in filios vnum Ciceronis afferam ex ep. 39. libr. 13. Domo sibi carendum propter matrem, plenam pietatis. Alterum Catulli:

Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.

Deorum in homines.

Statius in Sylu.

Vera Deum pietas.

Extremum restat de pietate in bene meritos. quo ex genere est illud *ep. 1. lib 1. Fam. Ego omni officio, ac potius pietate erga te.* & ibidem *ep. 9. Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ*: quibus intellexi te perspicere meam in te pi[...]tem: quid enim dicam, beneuolentiam? cum illud ipsum gra[...]um, & sanctissimum nomen Pietatis leuius mihi meritis [...]e tuis esse videatur. Et in eadem, in extremo: *Sunt enim te, [...]eritorum tuorum erga me, meaq; in te pietatis.* Cur autẽ, cũ id, ꝙ dijs, hominibusq; debemus propriè Pietatis nomine totũ exprimatur, nõ eodẽ nomine erga Lentulũ Cicero vteretur, quẽ in vtraq; post reditũ orationę non modo parentem, verum etiam Deum suæ salutis, vitæ, fortunæ, memoriæ, nominisque vocat? sic in epistola ad Curionem *lib.* 2. cum Milonem commendat, bis nomen Pietatis vsurpat; quod, eo adnitente, patriam recupauerit. Et alibi sæpe. Quod autem in primis quatuor verbis epistolæ 1 ad Lent. *Ego omni officio, ac,* vocales cõcurrere passus est; in eo etiam moralis virtus elucet. Laborare enim videtur, quod amantissimi hominis est, de re potius, quam de verbis Itaque hanc indiligentiam non solum a reprehensione vindicat, verum etiam cum aliqua laude coniungit in Oratore: *Habet, inquit, ille tamquam hiatus, concursu vocalium, quasi molle quiddam, quod indicet nõ ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis, laborantis.* Et in eodem libro, infra: *Nemo est*

tam rusticus, qui vocales nolis coniungere. in quo quidam etiā Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerit: etsi idem magister eius Isocrates, at non Thucydides, ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato. Demosthenes tamen magna ex parte concursionem vocalium, ut vitiosam, fugit. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere vocales conceditur. Hæc ille: qui tamen paullo post, non debere admodum crebro vocales vocalibus occurrere, indicat, his verbis: *Hoc idem nostri sæpius non tulissent, quod Græci laudare etiam solent.* Gellius & in Poetis hoc probat *lib. 7. cap. 20.* aitque suauius esse in Virgilio, Vicina Veseuo Ora iugo, quam, Vicina Veseuo Nola iugo: & apud Catullum, Ebriosa acino ebriosioris.

Dictum est de generibus epistolarum: quibus demōstratis, duplex occurrit animaduersio, primum, quæ vtrique sint aptæ generi sententiæ; deinde, quibusnam sententiæ verbis enuntientur. Ac licet, nisi fallor, simul vtrumque complecti, & ita definire: *Epistola consuetudinem fere quotidiani sermonis debet imitari.* nam, si quod inter longe remotos nequaquam vox & lingua præstare potest, id bono literarum consequimur, vt iis de rebus, quæ vel nostra, vel amicorum intersint, communicemus: profecto nihil aliud, quam imago quædam sermonis, videtur epistola. Idem sensit Artemon ille, qui descripsit epistolas Aristotelis: quem dixisse Demetrius ait, oportere eodem stylo & dialogum scribi, & epistolas: esse enim epistolam dialogi partem. Sententias tamen interdum grauiores, quam dialogus, & maiorem elegantiam admittit epistola; non modo, quia studio curaq; maiore scribimus, quam loquimur, verum etiam, quia, cum ad principes viros, aut etiam ad ciuitates, literas mittimus, quod interdum euenire solet, habenda omnino videtur personarum ratio; & in eo paullum se tollat epistola, non modo licet verum etiam necesse est. quales enim putemus fuisse epistolas illas, quibus viri eloquentes, & docti, atque ipse in primis Aristoteles Alexandrum Magnum, incensum cupiditate verissimæ gloriæ, cohortabatur ad decus? Iam vero, quæ leguntur Demosthenis ad Philippum, habere eas quiddam amplum, longeque distare a communi sermone, negari non potest. Nec desunt Ciceronis in hoc genere nonnullæ, vt illa ad Lucceium *lib. 5. Fam.* de sui consulatus historia separatim componēda; & illa ad Dolabellam *lib. 9.* qua ei de sublata columna, & iis, qui eam Cæsari mortuo, tamquam deo, in foro erexerant, supplicio affectis, gratulatur. in illa vero ad Lentulum, quæ incipit, *Periucunda*, partes multæ sunt in quibus aliquanto maior vel verborū copia, vel sententiarum splendor apparet, quam dialogi ratio, & natura postulet. Age, quid in ea dialogo simile reperitur, in qua M. Brutus Ciceronem accusat, quod suppliciter nimis, ac demisse, ad Octauium scripsisset? Verum hoc, quidquid est licentiæ, prudentia

dentia moderatur. tempus, personarum dignitas, res ipsa, quousque progredi liceat, ostendit. Proprie vero & simplici argumēto, & simplici stylo contentæ sunt epistolę. Recte, & festiue Cicero ad Pætum: *Quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo: epistolas vero quotidianis verbis texere solemus.* Idem tamen, qui hoc præcipit, non vsquequaque seruat suam regulam: indulget enim ingenio nonnumquam, & epistolas concinnat, atque ornat verbis aliquanto illustrioribus, quam quæ populo familiaria, & communi sermone tritæ sunt. Sed hoc eiusmodi est, vt, immodice, ac temere si fiat, fastidium pariat, & in reprehensionem incurrat; sin modice, & loco, delectet sine satietate, & laudem assequatur. Decet igitur idem, & dedecet, pro vtentis ingenio; quod aliis quoq; rebus cōtingit. Hac virtute vel solus inter Latinos, vt mihi quidem videtur, vel certe maxime omnium Cicero excelluit. Demosthenem quidem ita vicit, vt comparatio nulla sit: Quod Quinctilianus quoque vidit. Breuitas laudatur in epistolis: iure quidem. breui enim sermone magis capimur, quam producto: verum in omni re modus est & peccat eodem fere modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Præclare Gregorius Nazianzenus, qui vtroque vitio laborant, eos iaculantibus comparat, ita mittentibus telum, vt vel supra scopum, vel infra feratur. vtrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi committendum non puto, quando de epistolis agitur, vt fraudentur studiosi pulcerrima ipsius Gregorii, viri eloquentissimi, epistola, nondum edita: in qua prudenter, & ingeniose, quæ ad hoc ipsum scribēdi genus attinent, omnia persequitur, sic, vt ne Demetrius quidem ille, quem supra appellauimus, vel plura, vel meliora tradiderit.

Γρηγόριος Νικοβούλῳ.

Τῶν γραφόντων ἐπιστολὰς (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αἰτεῖς,) οἱ μὲν, μακρότερα γράφουσιν, ἢ τὸ εἰκός. οἱ δὲ, καὶ λίαν ἐνδεέστερα. καὶ ἀμφότεροι τοῦ μέτρου διαμαρτάνουσιν, ὥσπερ τοῦ σκοποῦ οἱ τοξεύοντες οὔτε εἴσω πέμπουσιν, οὔτε ὑπὲρ πέμπουσι. τὸ γὰρ ἀποτυχεῖν ἴσον κἂν ἀπὸ τῶν ἐναντίων γένηται. ἔστι δὲ μέτρον ἐπιστολῶν ἡ χρεία: καὶ οὔτε μακρότερα γραπτέον, οὗ μὴ πολλὰ τὰ πράγματα. οὔτε μικρολογητέον, ἔνθα πολλὰ. τί γὰρ; ἢ τῇ περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν. ἢ παιδικοῖς πήχεσι, καὶ οὕτως ἀτελῆ γράφειν, ὡς μηδὲ γράφειν. ἀλλὰ μιμεῖσθαι τῶν σκιῶν τὰς μεσημβρινὰς ἢ τῶν κέντρων τὰς κατὰ πρόσωπον ἀπαντώσας ὧν συνιζάνει τὰ μήκη. καὶ παραφαίνεται μᾶλλον ἢ φαίνεται, τὰ ἄκρα τινὶ γνωριζόμενα καὶ ἵν' οὕτως εἴποιμι καιρίως εἰκασμάτων εἰκάσματα. δεῖ ἀμφοτέρων φυγεῖν τὴν ἀμετρίαν τοῦ μέτρου καταστοχάζεσθαι. Περὶ μὲν τῆς συντομίας, ταῦτα γινώσκω. Περὶ δὲ σαφηνείας, ἐκεῖνο γνώριμον ὅτι χρὴ φεύγειν τὸ λογοειδὲς ὅσον ἐνδέχεται. μᾶλλον δὲ εἰς τὸ λαλικώτερον ἀποκλίνειν, καὶ ἵν' εἴπω συντόμως, αὕτη τῶν ἐπιστολῶν ἀρίστη, καὶ

τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐξ ἐπιστολῆς, τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δὲ ἄγαν μακραὶ καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι, οὐ μὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ γένοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ τοῦ Πλάτωνος πολλά, καὶ ἡ Θουκυδίδου. καὶ τῇ συντάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον. γελοῖον γὰρ περιοδεύειν ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν. τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σῦκα σῦκα λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν. εἰδέναι δὲ χρή, ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ. Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοί, φησιν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν. εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μέν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος, καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις, καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς. κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵ τε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφόν· διότι δημοτικόν τί ἐστιν ἡ παροιμία καὶ κοινόν. ὁ δὲ γνωμολογῶν καὶ προτρεπόμενος, οὐ δι' ἐπιστολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῆς. Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικῶς. οἷον διδάξαι βουλόμενος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς, φησίν. Οἱ γὰρ θεοὶ ἐν ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι περὶ ἀμφοτέραις. καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτῷ ἐπιστολικόν, καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή. ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσαν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξηρμέναι πως· στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου, ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη μέντοι καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος. καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. Καὶ περὶ ἐπιστολῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

Quæ sic versa sunt.

Epistolarum character cum exilitate indigeat, & de ipso dicemus. Artemo igitur, qui Aristotelis epistolas collegit, ac in lucem protulit, eodem modo dialogum & epistolas oportere scribere asserit: eo quod epistola fere tamquam altera dialogi pars, non tamen omnis esse videatur. Nihilo secius opus est epistolam magis, quam dialogum, exornare. nam hic, inconsiderate ac improuide facientem imitatur; illa vero scribitur, & quodam modo dono mittitur. Quis enim, ad amicam literas dans, eo dicendi genere vtatur, quo Aristoteles ad Antipatrum, de quodam sene extorre scribens, vtitur? dum inquit: Si hic autem ad omnia abiit exsulia, adeo vt in patriam vllo pacto reduci, reuocariq; non possit; perspicuũ est, neminem ad inferos descendere volentib. inuidere. Nam, qui ita sermocinatur, demõstranti potius, q̃ loquenti, similis esse videtur: & solutiones tantopere exiles sunt, vt epistolis nequaquam congruant. Solutio etenim in scriptione est res perobscura. Et illud saue, ꝙ ad imitandũ pertinet, non est tã scriptionis, quam

quam certaminis, proprium, ac peculiare, veluti in Euthydemo: Quis nam ille erat, o Socrates, qui cum heri in Lycio disputabas? frequens profecto turba circumstabat. Et paullulum procedens, infert: At mihi peregrinus videbatur. deinde, cũ quo disputabas, quisnam erat? Omnis enim eiusmodi elocutio & imitatio, histrionem magis, quam epistolas scribentem, decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epistola, quemadmodum & dialogus nam quilibet imaginem sui prope ipsius animi, scribit epistolam. Et ex alio quidem dicendi genere, licet etiam scribentis morem, seu ingenii indolẽ omnino cognoscere, sed ex nullo alio magis & melius, quam ex epistola. Magnitudo autem epistolę veluti & elocutio, contrahatur Nam, quæ sunt nimis longæ, & ad hæc per locutionem tumidiores efficiuntur: quæ profecto reuera epistolę non sunt, at opera potius, epistolæ inscriptionem, Saluere, habentia. quemadmodũ Platonis, & Thucydidis plurima. Verũ cõstructione nimirũ magis dissoluatur. Nam per periodos ire, tamquã non epistolam, sed iudicium scribẽtem, supra quam dici possit, ridiculum est; & non solum ridiculũ, sed & amicitiæ nequaquam conueniens. In scribendis enim epistolis, illud, quod in prouerbio dicitur, Ficus ficus, sectari, ac comminisci oportet. Insuper scire itidem opus est, quod non solum elocutio, verum ẽt res quędã sunt epistolarum proprię. Itaq; Aristoteles id, quod epistolis conuenit, earumque proprium est, vt videtur maxime consecutus esse. non enim inquit, Hoc tibi scribo; eo quod epistolæ non congrueret. nam, si quispiam sophismata, & de natura disputationes, epistola complecteretur, scriberet quidem, sed epistolam nequaquam. In epistola enim quæ breuis, & de re simplici narratio esse debet, & simplicibus nominibus cõfici, comitas quædam requiritur, atque festiuitas. Pulcritudo autem ipsius est, amica benignitas: ac, si frequentia in ea fuerint prouerbia, hoc plane scitum, cum sit cõmune, & vulgo satisfaciat, solum insit epistolæ. Qui vero sententias & cohortationes scribit, nõ per epistolam, sed per artificium & machinationem loquẽti similis admodum videtur. Aristoteles sane & demonstrationibus in modum ferme epistolæ vtitur. sicut cum vult docere; similiter magnis & paruis ciuitatibus benefaciẽdum esse, inquit: Dii vtriq; in ambabus æquales sunt. igitur, quando deæ gratię ęquales sunt, & apud ambas tibi residebunt, ambas beneficio oportet afficere. Etenim, quod ab ipso demonstratum est, & demonstratio ipsa, epistolarum est propria. Et quoniam ad ciuitates aliquando, interdum ad reges scribimus, eiusmodi epistolæ sint etiam aliquo modo parum eleuatæ Considerenda item est persona, cui scribitur, vt eleuata sit epistola, si opus est. non tamen pro epistola volumen scribatur: quemadmodum Aristotelis ad Alexandrum epistolę & ad Dionis familiares Platonis epistola. Vniuersæ autem ex his duobus characteribus per elocutionem

tis. Mox de tripudio sequitur: *Dicito si pascuntur aues*. Cum igitur pullarius interroganti magistratui respondeat, silentium esse videri: videlicet ostendit auspicium vitio carere; itaque rem, auspicio commissam, posse fieri. quod referri ad comitia nullo pacto potest: quæ, seruante de cœlo magistratu, ita semper impediebantur, quasi silentium nunquam esset, id est, quasi aduersa signa semper essent. Ergo non comitiis tantū de cœlo seruabatur. Tertio loco posuimus: augures necessario adhibitos esse: quod vtrūq; satis constat. quis enim nescit, neque magistratuum comitia, neque legum haberi potuisse, nisi augures adessent, & probarent? quod perspicue docet Cicero *lib. 2 de leg. & ad Atticum Epist. vlt. lib. 4.* Augures tres in ferenda lege curiata adesse oportere demonstrat. Magistratus autem seruare de cœlo nulla res cogebat: sed, vbi comitiis impedimento esse cupiebant, tunc de cœlo seruabant: Obiici potest: nonne consulem, comitia consularia cum habere vellet, auspicari necesse erat? Negari non potest: sed tunc de cœlo nō seruabat: quod, ostendimus iam, comitiis magistratuum non licuisse; ne scilicet impedirentur: verum auspicabatur per augures, aut ipsemet, si augur esset, altero auspicii genere, id est tripudio: qui dabat operam pullarius augure spectante. duo enim auspicii genera *li. 2. de Diuin.* Cicero nominat, seruare de cœlo, & tripudio vti. nam auium volatus, aut cātus, necessaria non sunt: non enim sunt in nostra potestate: sed, si incidunt, ex iis quoque auspicium capitur, si non incidunt, auspicium tamen peragitur tripudio necessario. Eiusdē generis fulmina, vel tonitrua sunt: quæ cum audiebantur, irrita comitia erant. Quarta inter augurū, & magistratuū auspicia dissimilitudo fuit: augures non obnūtiasse futuris tantum comitiis, verum etiam institutis, aut iam habitis; magistratus futuris tantum. De auguribus Cicero sic *li. 2. de leg.* Quid maius est, quam posse a summis imperiis, & summis potestatibus comitiatus, & concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quam rem susceptam dirimi, si vnus augur, Alio die, dixerit? quid magnificentius, quam posse decernere, vt magistratu se abdicent consules? Hæc ad comitia vel instituta, vel iam habita, pertinent: quod sequitur, ad futura. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? Eiusdem generis exempla non desunt. Magistratus autem obnuntiare solitos esse, priusquam comitia haberentur, plane docet Cicero Phil 2 *Quisquam ne*, inquit, *diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo seruare constituit?* quod neque licet comitiis per leges: &, si quis seruauit, non, habitis comitiis, sed prius, quam habeantur, debet nuntiare. Idem intelligitur ex *epist 3. lib. 4. Ad Att.* Quintum erat, de diuerso obnuntiādi tempore nam, cum augures obnuntiarent e signis: obnuntiationem auspicio posteriorem esse, satis constat. magistratibus au

tem

tem semper impedientibus, obseruatio signorum necessaria non erat. ita enim obnuntiabant, quasi aduersa signa semper essent. propterea liberum illis fuit, non modo post auspicium, sed ante etiam obnuntiare: quasi diuinarent, vitii aliquid in auspiciis futurum. hoc ne mirum videatur, Cicerone teste comprobetur. *Quisquam ne*, ait in Phil. 2. *diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo seruare constituit?* Item *lib.* 39. ostendit. *Dio.* Προηγόρευον, inquit, ὡς καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μαντευσόμενοι. id est, *Pranuntiabant, vt de cœlo die illa seruaturi.* Vbi legisse videtur interpres, parum intellecta re μαντευσόμενοι: vertit enim: *De cœlo se seruasse, obnuntiare solebant.* Eodem illud pertinet *epi.* 3. *lib.* 4. *ad Att. Proscripsit, se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum.* Proscriptio enim illa, obnuntiatio quædam est. Obnuntiatum etiam a magistratibus post auspicia, legimus in oratione pro Sextio duobus locis: vt alia omittantur exempla. Postremum fuit, augures, cum lex curiata ferretur, adesse tres oportuisse: *id ex epist. vlt. lib.* 4. *ad Att.* plane liquet; comitia vero magistratuum cum haberentur, satis vnum fuisse: quod Cicero *lib.* 2. *de leg.* ostēdit, his verbis: *Quid grauius, quam rem susceptam dirimi, vnus si augur, Alio die, dixerit?* Magistratum vnum de cœlo seruantem impedire comitia potuisse, ex iis, quæ supra diximus, patere satis arbitramur. Quocirca magistratuū, aut augurum auspicia, quod initio propolueram, differunt inter se plurimum.

X.

De Ptolemæis, Ægypti regibus.

AD ANTONIVM CARAFFAM CARDINALEM.

ET Familiæ tuæ dignitas, Antoni Caraffa, & vero, quam Tibi obseruantiam præstitit Pater meus, postulare videntur, vt in Te colendo Patris iudicium sequar. quod cum libenter faciam, Patris exemplo commotus; libentius tamen id mea sponte facere profiteor. tuarum nempe virtutum fama impulsus, iampridem Te obseruo. Hæc igitur ad Te mitto, quæ me Tibi de facie ignotum commendent. Quæ si tibi non displicuisse sentiam, satis amplum laborum meorum fructum me retulisse existimabo.

Ægypti regnum floruit olim omnibus copiis, donec ab Augusto, deuictis Cleopatra, & Antonio, in prouinciæ formam redactum est. in eorum ordine, qui regnarūt, veteres dissentiunt. Strabo Ptolemæum Auletem, patrem Cleopatræ, qui nominatur *in Ciceronis epistolis ad Lentulum*, regnasse nonum putat, Appianus vndecimum: Eusebius eum non nominat, sed ante Cleopatram Dionysium quendam regem appellat: de quo quid sentiam, infra suo loco ostendam. nūc Ægypti reges, qui omnes Ptolemæi, a rege

primo, vocati sunt, enumeremus, & primum e Strabonis, deinde ex Eusebii sententia. tum, in quo mihi vterque (pace dixerim antiquitatis) errasse videatur, breuiter exponam.

Ordo Ptolemaeorum, e Strabone.

1. Ptolemæus Soter, lagi filius, vel, vt Pausanias lib. 1. significat, Philippi, Alexandri Magni patris, vnus ex Alexandri ducibus Persico bello, Ægypti regnum occupauit. eo mortuo, regnauit eius filius Philadelphus.
2. Philadelphus,
3. Euergetes,
4. Philopator,
5. Epiphanes,
6. Philometor,
7. Euergetes secundus, siue Physcon, qui Cyrenis regnarat, Philometoris frater.
8. Lathurus,
9. Auletes,

Ordo Ptolemaeorum, ex Eusebio.

1. Ptolemæus Lagi filius,
2. Philadelphus,
3. Euergetes,
4. Philopator,
5. Epiphanes,
6. Philometor,
7. Euergetes,
8. Physcon, siue Soter,
9. Alexander,
10. Ptolemæus, a matre eiectus,
11. Dionysius,
12. Cleopatra.

Ego plures, non modo quam Strabo, grauis in primis auctor, qui vnum Lathurum ab Euergete secũdo ad Auletem interponit, sed etiam quam Eusebius, Ægypti reges inuenio: de quibus singulis agam planissime, allato veterum testimonio, ne coniecturam inanem videar secutus. Primum Ordiar ab Euergete secundo, cui septimum Strabo Athenæus, & Eusebius locum tribuunt. Hic igitur cum Cyrenis regnasset, fratre mortuo, quem Philometorem Strabo, Eusebiusque appellant, & regnum Ægypti, & vxorem Cleopatram, sororem ipsius, fratris antea vxorem accepit. Iustini verba sunt hæc lib. 38. *Mortuo rege Ptolemaeo, ei, qui Cyrenis regnabat, Ptolemaeo per legatos regnum, & vxor Cleopatra regina, soror ipsius, defertur.* & epitome Liuiana libr. 52. *Ptolemaeus* (de Philometore sermo est) *in caput grauiter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, exspirauit: atque in locum eius frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regnabat, successit.*

His

Hic autem in eadem epitome Euergetes cognominatur, *libro* 59. & Euergetem in Ægypto septimum regnasse, confirmat Athenæus *lib.* 4 *&* 12. Quo anno perierit, nemo plane docet: sed videtur & post quam Seleucus, Demetrii filius, Syriæ rex, a matre necatus est, & antequam ipsa venenum bibere ab altero eius filio Grypo cogeretur. nam inter hæc duo parricidia eum obiisse, perspicue videtur *libro* 39. Iustinus ostendere, cum ait: *Inter has regni Syriæ parricidiales discordias moritur rex Ægypti Ptolemæus.* Porro Seleucus, Grypi frater, interfectus a matre videtur, quo anno consul Q. Metellus Baleares deuicit id est, anno DCXXX. idque clare demonstrat *epitome libr.* 60. Spatium autem illud a Seleuci nece ad matrem exstinctam, quod in bello contra Alexandrum, Syriæ regem, Grypus, vt paternum regnum recuperaret, consumsit, biennio minus fuisse, verisimile non est. Ex quo sequitur, vt anno vrbis perierit Euergetes DCXXXII. aut DCXXXIII. quo posito, quærendum est, qui post eum vsque ad Cleopatram reginam, Auletis filiam, & quot quisque annos in Ægypto regnauerit. Euergetes duos habuit ex legitima vxore filios, Straboni, vt suspicor, ignotos, Ptolemæum, & Alexandrum, quos in Ægypto matris iudicio regnare voluit; tertium Apionem ex pellice, cui Cyrenarum regnum testamento reliquit: qui sine filiis, herede relicto populo Romano, decessit. Ptolemæus, natu maior, inuita matre, quæ minorem filium præferebat, summa populi voluntate rex Ægypti creatus est. Sed aliquot post annis, multitudine in eum a matre concitata, regno pulsus in Cyprum abiit. rex, frater eius Alexander, substituitur: quem postea, odio matris ab eo interfectæ, populus in exsilium egit; reuocato patre Ptolemæo Habemus igitur duos post Euergetem Ægypti reges: quorum historiam satis plane *libro* 39. Iustinus persequitur. reliqua consideratio est, quot annos vterque regnauerit. in quo vtemur Eusebio teste. is Ptolemæum, quem Physconem falso putat, cum sit Physconis filius, regnasse annos XVII. Alexandrum eius fratrem X. rursus eundem Ptolemæum IIX. qui sunt omnino XXXV. ab eo anno quo periit Euergetes. ita Ptolemæum hunc, Euergetis filium, periisse constabit anno vrbis DCLXIIX cum pater perierit, vt ostẽdimus, anno DCXXXIII. Successit Ptolemæo Alexander. beneficio Sullæ dictatoris: quod ex Appiano *lib.* 1. *de bel. ci.* plane cognoscitur hic Alexandri filius cum ab Appiano vocetur, patrem eius fuisse crediderim Alexandrum illum, Physconis filium, qui regnauit annos X. Sed eum, ob insolentiam, XIX. regni die populus necauit. id factum constat anno DCLXXI. quo anno Sulla dictaturam inuasit. ita videtur per bienniũ in Ægypto nemo regnasse, id est, ab anno DCLXIIX quo Ptolemæum Physconis filium obiisse demonstratum est, ad annum DCLXXI. quo Sulla dictator Alexandri filium substituit. Post hunc quis regnauerit, explorate nemo tra-

didit. ego tertium Alexandrum puto, filium eius, aut fratrē, quem a populo interfectum proxime diximus nec dubito, quin sit is, quem regno eiectum Suetonius in Iulio declarat his verbis: Tentauit per partem tribunorum, vt sibi Ægyptus prouincia plebiscito daretur, nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium, atq; amicum a senatu appellatum, expulerant, resq; improbabatur. Hoc Cæsar ædilis cū tētauerit; ꝙ perspicue Suetonius declarat. ędilitatem autē Cotta, & Torquato cos. gesserit, de quo quidem Romanæ peritus historiæ nemo dubitat: facile colligitur, vel iisdem consulibus, vel anno certe superiore, qui fuit post vrbem conditam DCXXCVII. hunc Alexandrum esse pulsum. ita videbitur regnasse annos XVI. ab eo scilicet anno, quo Sulla, rerum potitus, primo dictaturæ anno, Alexandrum illum, cuius facta mentio est, regnare voluit. Ac, ne quis miretur, cur ego hunc Alexandrinorum regem, cuius nomen Suetonius omittit, Alexandrum appellem; recitabo Ciceronis verba, quibus & Alexandri nomen cognoui, & hoc amplius, periisse eum exulē post ædilitatem Cæsaris, id est, post Cottam, & Torquatum consules, herede relicto Ægypti regni, ex quo pulsus erat, populo Romano. Ciceronis verba sunt hęc in Agraria 1. *Dicent decemuiri, id quod & dicitur a multis, & sæpe dictum est, post eosdem consules regis Alexandrini testamento regnum illud populi Romani esse factum.* Consules quorum hic nomina omittuntur, sine dubio sunt Cotta & Torquatus. nā, quę ibi proxima sequuntur verba, Cæsarem describunt, qui de administranda Alexandria, quod iam Suetonio teste probauim⁹, ędilis apertissime pugnauerat: quod factum esse constat Cotta, & Torquato cos. Quo in loco, cum Alexandriam, Ægyptumq; nominauerit, subiungi non placet, Regis Alexandrini. de quo enim, nisi de ipsius Alexandriæ rege, sermo est? ac malim, vt libere dicam, & hic, & in agraria 1 Regis Alexandri potius, quam Alexandrini. Sequitur enim hic proxime: (vt argumento vtar firmiore) *Video qui testamentum factum esse confirmet, auctoritatem senatus exstare hereditatis aditæ sentio, tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent.* Quod si & post Cottæ, ac Torquati consulatum, vt Agraria 1. demonstrat, Ægypti regnum populo Romano legauit Alexander, & id factum antē se consulem Cicero in ea oratione, quam in Rullum consul habuit, aperte significat: *perierit Alexander, necesse est, L. Cæsare, C. Figulo cos. qui annus post Cottam & Torquatum, ante Ciceronem, & Antonium consules interiectus est.* Alexandro mortuo, successit is, de quo ibidem Cicero illa dicit: *Eum qui regnum illud teneat hoc tēpore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes fere video conuenire.* Qui quidem videri potest Auletes non esse: cum dicat Cicero hæc: *Eum regio genere non esse, inter omnes fere video conue-*

nire. contra quam de Aulete scripsit in oratione pro domo: *Cuius* inquit, *cum patre, auo, maioribus societas populo Romano iuncta est*, quod etiam cõprobat in ea pro Sextio, his verbis: *Rex Ptolemæus, qui, si nondum erat ipse a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius regis*, qui iam erat a senatu honorem illum consecutus, erat eodem genere, iisdemque maioribus, eadem vetustate societatis; denique erat rex: si nondum socius, at non hostis; pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno, atq; auito regali otio, perfruebatur. Ego tamen, Auletem eum esse non dubito. non enim moueor, quod diuerse de eodem sit Cicero locutus. Oratorium hoc est, aliud alio tempore sentire, si caussa postulet. quod Pedianus *in oratione pro Cornelio*, cum Cicero non idẽ, quod in ea de haruspicum responsis, dixisset, notauit his verbis: *Oratoriæ calliditatis est, vt, cum opus sit, eisdem rebus ab vtraque parte, vel a contrariis vtantur.* In Agraria oratione Alexandrini regni possessionem omnibus modis vocari in dubium oportuit, quo maior decemuirorum, quos Rulli lex creabat, de Ægypto diuidenda, aut certe regi vendenda, spes ostenderetur. itaque tum de Alexandri regis testamento iniecit: tum, genere eum regio non esse, qui eo tempore regnabat, astute subiunxit. In oratione autẽ pro domo, vt Clodii leges infamarentur, duorũ Ptolemæorum fratrum, alterius Ægypti, alterius Cypri regis, cuius regnum Clodius sua lege publicarat, antiqua nobilitas, & hereditaria regnorum possessio fuit ostendenda. Adiuuat hanc opinionem, nisi fallor, Plinii locus *lib. 33. c. 10.* in quo hæc sunt: *Ptolemæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum sua pecunia tolerauisse, mille conuiuas, totidem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis, saginasse.* Quem ego Auletẽ fuisse Ptolemæũ facile crediderim. nam eo beneficio Pompeius eũ, pulsum postea ab Ægyptiis, Romæ hospitem suum esse voluit, &, vt restitueretur, enixe operam dedit. quorum alterum ex Dione, alterum e Strabone cognoscitur. quo anno autẽ Cicero Agrarias orationes habuit eo liberius de Aulete potuit detrahere, quod is nõdũ socius, & amicus populi Romani appellatus erat: quẽ honorem quadriennio post, emtũ a Cæsare cõsule sex talentorũ millibus, obtinuit: ꝙ in Suetonio legimus: & Cæsar ipse *lib. 3. de bel. ciu.* in suo priore cõsulatu societatẽ cum Aulete factã demonstrat. Atq; hæc plane caussa fuit, cur societatem, & amicitiam populi Romani Ptolemæus tanta mercede sibi parandam putauerit, quod vereretur, ne sibi testamento regis Alexandri populus Romanus Ægyptum adimeret, qui præsertim non esse regio genere crederetur. quamquam in orationibus pro domo, & Sextio, vbi Societas a Romanis cum eius patre, auo, maioribus iũcta nominatur, plane vt filius agnoscitur Ægyptii regis. nõ Alexandri, qui, herede relicto populo Romano, exsul obiit, sed Ptolemæi Physconis filii, quẽ bis regnasse diximus. nam

si aliquo ex tribus Alexādris nominatis patre natus esset, nomen ei fuisset Alexandro potius, quam Ptolemæo, vt patrem nomine referret: cum & duo superiores Alexandri a patre nomen accepissent. certe vltimus Alexander, qui regni hæredem instituit populum Romanum, numquam regno filium priuasset, neq; fratrem, neque patruum, id est filium vel secundi, vel primi Alexandri. Hic igitur Auletes est, Cleopatræ pater: qui successit Alexādro vltimo, ei, cui & Lathuro, vt & Strabo eum vocat, cognomen fuit, vel potius, vt ego arbitror, *Lamyro*, a facetiis videlicet. nam Græci, quem nos dicacem, & facetum, λαμυρὸν vocant. quæ si videtur infirma opinio, muniatur auctoritate Plutarchi, qui dicacitatem quibusdam regibus caussam cognominis attulisse, vt Antigono, & Ptolemæo, quorum hic Lamyrus, ille Doson dictus est, in Coriolani vita scripsit. minus mendose in *Plinio, libro 6. capite 30.* sed mendose tamen legitur, Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum, regem Ægypti, ignium fuit vsus ignotus. pro, Lamyrum. Auletem periisse Ser. Sulpicio M. Marcello cos. annis XIII. post obitum tertii Alexandri, quem L. Cæsare, C. Figulo cos. obiisse ostendimus, indicat M Cœlii ad Ciceronem epistola, *Inuideo.*

Equidem in eo quoque mihi videor *Eusebii* diligentiam posse requirere, quod inter Philometorem, & Physconem, regem ponit Euergetem. Physconemque putat Euergetis esse filium: cum Philometori statim fratrem eius Physconem successisse, satis ex Strabone, Iustino, *epitome Liuiana, & Valerio Max. constet.* Ex quo patet, Strabonem in eo melius, quam Eusebium, sensisse, quod Euergetem, & Physconem eundem facit. nam Physcon ἀπὸ τῆς φύσκης, id est, a ventre obeso, dictus est: ideoque Romanis legatis, ad eum adeuntibus, ridiculum fuisse, Iustinus prodidit. Euergetes autem, quo nomine beneficentia significatur, non liberi populi iudicio, sed adulantium obsequio, aut eius crudelitatis metu nominatus. itaque scribit Athenæus *libro 12.* cum ipse Euergetes dici vellet, cacoergetem, id est maleficum a populo vocatum. fuit enim tyrannorum omnium crudelissimus, quippe qui non modo vrbem Alexandriam cædibus exinanierit, sed duos etiam ipsius filios necarit, quorum alterum in membra concisum ad matrem inter epulas, die natalis eius afferri iussit. Nec in Physconis cognomine Athenæus a Strabone dissentit: cum Euergetem ita lato fuisse ventre ostendit, vt propterea talari veste, quę corporis deformitatem obtegeret, vteretur. Quid, quod post Ptolemæum a matre eiectum non plures, quam duos, Ægypti reges idem Eusebius facit, Dionysium, & Cleopatram? exclusis duobus Alexandris, illo, cui Sulla dictator Ægypti regnum tradidit, quem regnasse XIX. tantum dies iam diximus; & eo, quem *in agraria II.* Cicero nominat. Addo illud, quod is Dionysius, quem ante Cleopatram regem constituit, si Auletes est, eius filius omittitur, qui Magnum

Pompeium necari iussit. sin Auletis filius, Auletes ipse præteritur. Peccat in eo quoque, quod istum Dionysium annos XXX. regnare vult, nec locum relinquit Alexandro, quem Suetonius, & Agrariæ orationes exsulem fuisse Cotta & Torquato cos. demonstrant. Illa vero turpis in supputatione temporum negligentia, quod annos XXX quos regnare Dionysium putat, ab eo anno, qui Sullæ dictaturam proximus antecessit, ad Cleopatram enumerat: quos esse XXXV. quis iam ignorat? siquidem Cleopatra regnũ a Cæsare II. dictatore accepit: qui fuit annus vrbis DCCVI. cum Sulla dictaturam inierit anno DCLXXI. Alius igitur Ptolemæorum instituendus est ordo; cum neque Strabonis, nec Eusebii sententiæ acquiescere possimus; nec inter ipsos quidem conueniat: quo magis ab vtroque dissentire nobis licet. Incipiamus a Philometoris fratre Euergete, vel Physcone; quem regnasse in Ægypto septimũ, Philometore fratre mortuo, inter Strabonem, Athenæum, Eusebium video conuenire. Appianus etiam in Syriaco Ptolemęum sextum appellat eum, cui successisse Euergetem fratrem non dubie coniiciet, qui epitomen Liuianam triũ librorum, XLV. XLVII. LII. diligenter inspexerit.

VII. Ptolemæus Euergetes Physcon, frater Philometoris. *epitome Liuiana lib. 47. & 51. Iustinus lib. 38. Strabo lib. vltimo, Athenæus lib 4 & 12.*

VIII. Ptolemæus, Physconis maior filius, quo pulsu fratrem eius minorem Alexandrum mater substituit, *ex Iustini libro 39*

IX. Alexander, Physconis minor filius ex eodem. Ptolemæus idem, qui antea regnauerat, Physconis filius, ex eodem, & Eusebio: quãquam Eusebius eum non recte Physconem vocat.

X. Alexander, Alexandri filius, eius, quem Physconis minorem filium fuisse diximus. qui, accepto a dictatore Sulla regno, intra XIX. dies a populo cæsus est. *Appianus lib. I. bel. ciuil.*

XI. Alexander alius, proximi superioris filius, aut fortasse frater, qui periit, vt ostendimus, L. Cæsare, C. Figulo cos. quod ex Agrariis orationibus, prima, secunda, cognouimus.

XII. Ptolemæus Auletes, Pompeii Magni amicus; quem ab Alexandrinis exactum Gabinius, Syrię procõsul, restituit, testis multorum historia.

XIII. Ptolemæus vltimus, Auletis filius, cuius iussu Pompeius Magnus occisus est, nota historia.

XIV. Cleopatra, qua deuicta Ægyptum in prouinciæ formam Augustus redegit.

Appianus autem, cum vndecimum Ægypti regem Auletem in Sy-

riaco libro, & in Parthico nominat; regem, opinor, non numerat Alexandrum illum, qui XIX. dumtaxat dies regnauit. nam Ptolemæus, Physconis filius, etsi bis regnauit, vnum tamen, quia vnus est, inter Ægyptios reges locum obtinet, qua ratione Appiani defenditur opinio. At Pausanias lib. I. octauum Ptolemæum, qui in Ægypto regnauit, Philometorem vocat, & eum esse putat, quem mater regno expulit, minore filio Alexandro substituto: vt propterea, Philometor sit dictus, quia matri minime carus. in quo vel ipse, vel Strabo falli videtur. nam, Philometori Euergetē fratrem successisse, & Strabo confirmat. Euergetis vero, qui & Physcon vocatus, filii fuere illi duo, quorum maiorem a matre pulsum diximus, minore substituto. quod si Philometor ante fratrem Euergetem regnauit: videtur omnino nō octauum locum, sed sextum inter Ægypti reges habere. nec is esse, quem odio mater habuit, sed eius patruus, & fortasse Philometoris cognomē accepisse, non ab odio matris in illum, significatione nomini contraria, sed ab eius amore erga matrem. aut igitur Philometor fuit Euergetis frater, sextus Æypti rex, vt Strabo sensit; aut Euergetis filius, octauus Ægypti rex, vt scriptum est apud Pausaniam.

I.

De Epistolis.

AD M. ANTONIVM MVRETVM, *amicorum κορυφαῖον.*

FErreus omnino sit, qui Te non amet, mi Murete amabilem multis de caussis, sed præcipue ob insignem quandam, & Tuam prorsus in amicitia humanitatem. Ego quidem, Te mihi non amandum solum, sed colendum, proposui: Te, vt alterum parentem obseruandum statui. nam, cum Tu me præcipuum habeas, nihilque tantum esse iam ostenderis, quod non pro me Te libentissime facturum cōfidere possim, præcipuam quandam Tibi me præstare obseruantiam, par est. Pergamus in amore. in quo etsi alter alterum superare conetur, victoria tamen, qualiscumque sit, vtrique nostrum grata futura est. Noli quærere, quam sæpe de Te cogitem, quam Te in ore habeam, quam Tui & absentis est, & præsentis esset, iucunda commemoratio. Interim fruamur literarum bono, quæ absentes, præsentes nos efficiunt &, vt me scias id præcipue optare, nihilque mihi tanti esse; affirmo Tibi, in quo vel sine iureiurando potes mihi fidem adhibere; nulla me ex re pari lætitia, ac ex tuarum literarum lectione, affectum iri.

Epistolarum omnium quæ materia sit, quæque nos hortentur sæpe, interdum etiam impellant ad scribendum caussæ, diu sæpe ac per attente cogitaui. artem enim quasi quandam, quæ viam

ad inuentionem patefaceret, inuenire cupiebam. Atque in hoc meditandi studio cum occurrissent plurima, eaque admodum diuersa; tandem aliquando inspecta rei cuiusq; natura, atque vi, ad duo quædam capita referri posse omnia visum est: quorum alterum Græce ἠθικὸν, alterum πραγματικὸν, vocatur; nos morale, & negotiale possumus appellare omnium enim epistolarum argumenta vel a negotio, vel ab officio, tamquam a duobus fontibus, deducuntur. Negotiales, quo res in statu sit, siue nostra, siue aliena, siue priuata, siue publica, significant. nec, si quæ sunt, in quibus aliqua de re disputatur, ab hoc genere disiungo. nostrum enim negotium videtur esse, si vltro scribimus; aliorum, si rogati. quamquam disputationes remouet ab Epistola scriptor egregius Demetrius, at non Latini. nam Varro quæstiones multas Epistolis explicauit, vt Gellius. & Carisius docent: & Valgius Rufus, vt idem Carisius ostendit, scripsit de rebus per epistolam quæsitis. qua nos quoque Inscriptione delectati sumus. Morales officium potius quam negotium, continent, quod genus late patet. hinc enim emergunt, quæcumque aut humanitatis, aut beneuolentiæ, aut alicuius omnino virtutis aliquam significationem habent; vt commendatitiæ, consolatoriæ, lætitiam, aut dolorem indicantes, admonentes, hortantes, quærentes, obiurgantes, gratias agentes, &, vt summatim complectar, quæ materiam a negotio non sumunt. Tertium quoddam genus, ex vtroq; mistum, reperiri, non negauerim, sed hoc vt æqualiter ex vtroque constet, id est vt eæ caussæ, quæ ad scribendum adduxere, graues æque sint, nec morales negotialibus aut negotiales moralibus vincantur, perquam raro solet euenire. quod si morale, aut negotiale in epistola mista excellet; (quod autem, vt ea scriberetur, vehementius impulit, id dico excellere) quis dubitet, quin, quę res in ea plus habet ponderis, eadem ei nomen tribuat? Non enim in assignando genere vel partes numerandæ sunt, vel longitudinis habenda ratio est: possunt esse plures morales partes. quam negotiales, aut si pauciores sint, vel vna esse longior, quam negotiales omnes: nec tamen ad morale genus epistola pertinebit. quo enim (vt iam dixi) præcipue adducimur ad scribendum, id siue multis, siue paucis verbis exponatur, epistolas facit aut negotiales, aut morales. At morales quidem in simplici plerumq; versantur argumento; suisq; quasi finibus contentæ negotialẽ materiam nõ attingũt: negotiales cõtra, non quia necesse sit, sed quia deceat, morale sępe aliquid assumunt. Possum probare exẽplis. possum auctoritate eorũ, qui de epistolis præcepta tradiderunt: sed ipsa quoq; in promtu ratio est. quis enim, cũ scribit, quod vel sua, vel eius, ad quem scribit, intersit, aliquam rei perficiendæ cupiditatem non exponit? quis ad ea, quæ restant, curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut, cõfecto negotio nõ lętatur, aut, desperato, non dolet? quę interdum grati animi, humanitatis

quidem ſemper ſigna ſunt. Moueor etiam non leuiter auctoritate Demetrii, ſcriptoris accurati in primis, & docti: Πλεῖστον, ait, ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. Exempla vero Ciceronis ad Lentulum ſcriptæ epiſtolæ ſuppeditant. negotiales enim omnes fere ſunt: & his tamen morales. Cicero ſententias libenter admiſcet, nimirum officii cauſſa; vt, in patriam opera, ac virtute Lentuli reuocatus, tanti beneficii memoriam, & remunerandi ſtudium declaret. fortaſſe etiam, vt ingenio valebat, ad officium artem adhibuit. nam, quia morales inprimis ad conciliandam beneuolētiam idoneę ſententię ſunt; iccirco, futurum intelligens, vt negotialem primæ epiſtolæ partem, id eſt, narrationem, Lentulus non admodum libenter legeret, quippe quæ aduerſa pene omnia, & inclinatam rem oſtenderet; eam moleſtiam morali principio leniendam putauit ad leniendum autem, ſi cetera deficiant, ipſa tamen amoris, & grati animi ſignificatio multum valet, & grata voluntas ſocietate quadam eiuſdem doloris oſteditur. dolor autem Ciceronis, in Lentuli cauſſa ſuſceptus, quod ſingulari quodā ſtudio valde tamen non proficiat, cum ex ipſa ſententia, & ex toto orationis ambitu, tum vero maxime ex primis verbis, vnde oritur ſentētia, colligitur: *Ego omni officio, ac potius pietate.* nam & in, *Ego*, vis eſt; & augetur in, *Omni officio*; & cumulatur demum correctione proxima, *Ac potius pietate*. officium enim amoris expers eſſe poteſt, & communiter in omnes conuenit: nomen autem Pietatis quiddam etiam grauius, quam amor, ſignificat: itaque non communiter in omnes, ſed proprie conuenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes; quorum caritas ꝓxime accedit ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: poſtremo, erga optime meritos; quos diligere vt propinquos, & colere parētum fere loco, æquum eſt. quæ ſingula eodē, quo propoſuimus, ordine probemus. Ac pietas quidem in deos multis cognoſcitur exēplis: quorum pauca recitabo. *de Nat. Deor. lib 1 Pietas, ſanctitas, religio pure, & caſte tribuenda ſunt deorum numini. Et infra, ibidem: Pietas eſt iuſtitia aduerſus Deos. Et lib. 3. de Fin. Nec vero pietas aduerſus Deos, nec quanta iis gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt.* Et pro domo: *Nec eſt ulla erga Deos pietas, niſi honeſta de nomine eorum, ac mente opinio.* Et libr. 2. Off. *Pietas & ſanctitas Deos placatos efficiet* Et in 1 opicis: *Æquitas tripartita dicitur eſſe, una ad ſuperos Deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, aut æquitas nominatur. Quæ vero ad patriam, parentes, propinquos etiam, licet non bene meritos, pertinent, hæc ſunt.* Lib. 2. de Inuent. *Pietas eſt, quæ erga patriam, aut alios ſanguine coniunctos, officium conſeruare moneat.* Pro Flacco: *Nimia pietas, & ſummus amor in patriam.* De Somnio Scip. *Iuſtitiam cole, & pietatem: quæ cum ſit*

magna

magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est. Et in Bruto: *Vtinam C. Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præstare voluisset.* Pro Cœlio: *Pietas in parentes, indulgentia in liberos.* Pro Plancio: *Omitto illa, vt viuat cum suis, primum cum parente: nam pietas fundamentum est omnium virtutum.* Et Acad. libro 2. *Admodum adolescentes cum fratre, pari pietate, & industria prædito, paternas inimicitias est persecutus.* Et ad Att. ep. 3. lib. 6. Cum bellum esse in Syria magnum putetur, videatur ne pietatis esse meæ fratrem relinquere. Pro Quinctio: Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius sit necesse est. Et ad Thoranium, ep. 20 lib. 6. Hic tui omnes valent, summaque pietate te desiderant. Atque hæc vno loco omnia, in oratione pro Plancio comprehenduntur. Pietas enim definitur, grata voluntas in parentes, in patriam, in deos, in amicos: eaque tribus modis laudatur, vt virtus, vt virtus maxima, vt virtutum reliquarum omnium mater. Exēplum pietatis etiam parētum in filios vnum Ciceronis afferam ex ep. 39. libr 13. Domo sibi carendum propter matrem, plenam pietatis. Alterum Catulli:

Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.

Deorum in homines.

Statius in Sylu.

Vera Deum pietas.

Extremum restat de pietate in bene meritos. quo ex genere est illud *ep. 1. lib 1. Fam. Ego omni officio, ac potius pietate erga te.* & ibidem *ep. 9. Periucunda mihi fuerunt literæ tuæ*: quibus intellexi te perspicere meam in te pi[illegible]em: quid enim dicam, beneuolentiam? cum illud ipsum gra[illegible]um, & sanctissimum nomen Pietatis leuius mihi meritis [illegible]e tuis esse videatur. Et in eadem, in extremo: *Sunt enim te, [illegible]eritorum tuorum erga me, meaq; in te pietatis.* Cur autē, cū id, quod diis, hominibusq; debemus propriè Pietatis nomine totū exprimatur, nō eodē nomine erga Lentulū Cicero vteretur, quē in vtraq; post reditū oratione non modo parentem, verum etiam Deum suæ salutis, vitæ, fortunæ, memoriæ, nominisque vocat? sic in epistola ad Curionem *lib. 2.* cum Milonem commendat, bis nomen Pietatis vsurpat; quod, eo adnitente, patriam recupauerit. Et alibi sæpe. Quod autem in primis quatuor verbis epistolæ ad Lent. *Ego omni officio, ac,* vocales cōcurrere passus est; in eo etiam moralis virtus elucet. Laborare enim videtur, quod amantissimi hominis est, de re potius, quam de verbis Iraque hanc indiligentiam non solum a reprehensione vindicat, verum etiam cum aliqua laude coniungit in Oratore: *Habet, inquit, ille tamquam hiatus, concursu vocalium, quasi molle quiddam, quod indicet nō ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis, laborantis.* Et in eodem libro, infra: *Nemo est*

tam rusticus, qui vocales nolis coniungere. in quo quidam etiã Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerit: etsi idem magister eius Isocrates, at non Thucydides, ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato. Demosthenes tamen magna ex parte concursionem vocalium, ut vitiosam, fugit. Sed Graeci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere vocales conceditur. Hæc ille: qui tamen paullo post, non debere admodum crebro vocales vocalibus occurrere, indicat, his verbis: *Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent.* Gellius & in Poetis hoc probat *lib. 7. cap. 20.* aitque suauius esse in Virgilio, Vicina Veseuo Ora iugo, quam, Vicina Veseuo Nola iugo: & apud Catullum, Ebriosa acino ebriosioris.

Dictum est de generibus epistolarum: quibus demõstratis, duplex occurrit animaduersio, primum, quæ vtrique sint aptæ generi sententiæ; deinde, quibusnam sententiæ verbis enuntientur. Ac licet, nisi fallor, simul vtrumque complecti, & ita definire: *Epistola consuetudinem fere quotidiani sermonis debet imitari.* nam, si quod inter longe remotos nequaquam vox & lingua præstare potest, id bono literarum consequimur, vt iis de rebus, quæ vel nostra, vel amicorum intersint, communicemus: profecto nihil aliud, quam imago quædam sermonis, videtur epistola. Idem sensit Artemon ille, qui descripsit epistolas Aristotelis: quem dixisse Demetrius ait, oportere eodem stylo & dialogum scribi, & epistolas: esse enim epistolam dialogi partem. Sententias tamen interdum grauiores, quam dialogus, & maiorem elegantiam admittit epistola; non modo, quia studio curaq; maiore scribimus, quam loquimur, verum etiam, quia, cum ad principes viros, aut etiam ad ciuitates, literas mittimus, quod interdum euenire solet, habenda omnino videtur personarum ratio; & in eo paullum se tollat epistola, non modo licet verum etiam necesse est. quales enim putemus fuisse epistolas illas, quibus viri eloquentes, & docti, atque ipse in primis Aristoteles Alexandrum Magnum, incensum cupiditate verissimæ gloriæ, cohortabatur ad decus? Iam vero, quæ feruntur Demosthenis ad Philippum, habere eas quiddam amplum, longeque distare a communi sermone, negari, non potest. Nec desunt Ciceronis in hoc genere nonnullæ, vt illa ad Lucceium *lib. 5. Fam.* de sui consulatus historia separatim componẽda; & illa ad Dolabellam *lib. 9.* qua ei de sublata columna, & iis, qui eam Cæsari mortuo, tamquam deo, in foro erexerant, supplicio affectis, gratulatur. in illa vero ad Lentulum, quæ incipit, *Periucunda*, partes multæ sunt in quibus aliquanto maior vel verborũ copia, vel sententiarum splendor apparet, quam dialogi ratio, & natura postulet. Age, quid in ea dialogo simile reperitur, in qua M. Brutus Ciceronem accusat, quod supplicitet nimis, ac demisse, ad Octauium scripsisset? Verum hoc, quidquid est licentiæ, pru-

dentis

dentia moderatur. tempus, personarum dignitas, res ipsa, quousque progredi liceat, ostendit. Proprie vero & simplici argumẽto, & simplici stylo contentæ sunt epistolę Recte, & festiue Cicero ad Pætum: *Quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo: epistolas vero quotidianis verbis texere solemus.* Idem tamen, qui hoc præcipit, non vsquequaque seruat suam regulam: indulget enim ingenio nonnumquam, & epistolas concinnat, atque ornat verbis aliquanto illustrioribus, quam quæ populo familiaria, & communi sermone trita sunt. Sed hoc eiusmodi est, vt, immodice, ac temere si fiat, fastidium pariat, & in reprehensionem incurrat; sin modice, & loco, delectet sine satietate, & laudem assequatur. Decet igitur idem, & dedecet, pro vtentis ingenio; quod aliis quoq; rebus cõtingit. Hac virtute vel solus inter Latinos, vt mihi quidem videtur, vel certe maxime omnium Cicero excelluit. Demosthenem quidem ita vicit, vt comparatio nulla sit: Quod Quinctilianus quoque vidit. Breuitas laudatur in epistolis: iure quidem. breui enim sermone magis capimur, quam producto: verum in omni re modus est. & peccat eodem fere modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Præclare Gregorius Nazianzenus, qui vtroque vitio laborant, eos iaculantibus comparat, ita mittentibus telum, vt vel supra scopum, vel infra feratur. vtrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi committendum non puto, quando de epistolis agitur, vt fraudentur studiosi pulcerrima ipsius Gregorii, viri eloquentissimi, epistola, nondum edita: in qua prudenter, & ingeniose, quæ ad hoc ipsum scribẽdi genus attinent, omnia persequitur, sic, vt ne Demetrius quidem ille, quem supra appellauimus, vel plura, vel meliora tradiderit.

Γρηγόριος Νικοβούλῳ.

Τῶν γραφόντων ἐπιστολὰς· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αἰτεῖς, οἱ μὲν, μακρότερα γράφουσιν, ἢ κατὰ τὸ εἰκός. οἱ δὲ, καὶ λίαν ἐνδεέστερα. καὶ ἀμφότεροι τοῦ μετρίου διαμαρτάνουσιν, ὥσπερ τοῦ σκοποῦ οἱ τοξεύοντες οὔτε εἴσω πέμπουσιν, οὔτε ὑπὲρ πέμπουσι. τὸ γὰρ ἀποτυχεῖν ἴσον κἂν ἀπὸ τῶν ἐναντίων γίνηται. ἔστι δὲ μέτρον ἐπιστολῶν ἡ χρεία: καὶ οὔτε μακρότερα γραπτέον, οὐ μὴ πολλὰ τὰ πράγματα. οὔτε μικρολογητέον, ἔνθα πολλὰ. τί γὰρ; ἢ τῇ περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν. ἢ παιδικοῖς πήχεσι, καὶ οὕτως ἀτελῆ γράφειν, ὡς μηδὲ γράφειν. ἀλλὰ μιμεῖσθαι τῶν σκιῶν τὰς μεσημβρινὰς ἢ τῶν κέντρων τὰς κατὰ πρόσωπον ἀπαντώσας. ὧν συνιζάνει τὰ μήκη. καὶ παραφαίνεται μᾶλλον, ἢ φαίνεται, τῶν ἄκρων τισὶ γνωριζόμενα καὶ ἔστι πῶς ἂν εἴποιμι κυρίως εἰκασμάτων εἰκάσματα. δεῖ οὖν ἀμφοτέρων φεύγοντα τὴν ἀμετρίαν τοῦ μετρίου καταστοχάζεσθαι Περὶ μὲν τῆς συντομίας, ταῦτα γινώσκω Περὶ δὲ σαφηνείας, ἐκεῖνο γνώριμον ὅτι χρὴ φεύγοντα τὸ λογοειδὲς ὅσον ἐνδέχεται. μᾶλλον εἰς τὸ λαλικὸν ἀποκλίνειν, καὶ ἵν' εἴπω συντόμως, αὕτη τῶν ἐπιστολῶν ἀρίστη, καὶ

κάλλιστα ἔχουσαν ἢ αὖ καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τὸν πεπαιδευμένον, τὸν μὲν ὡς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὖσαν, τὸν δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ ἡ αὐτόθεν γνώριμος ὁμοίως, γὰρ ἄκαιρον, καὶ γρῖφον νοεῖσθαι καὶ ἐπιστολὴν ἑρμηνεύεσθαι. Τρίτον ἐστὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡ χάρις. ταύτην δὲ φυλάξομεν, εἰ μήτε παντάπασιν ξηρὰ καὶ ἄχαρι γράφοιμεν, καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀκόσμητα, τὸ δὴ λεγόμενον οἷον δὴ γνωμῶν καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποφθεγμάτων, ἔτι δὲ σκωμμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκαίνεται. μήτε λίαν τούτοις φαινοίμεθα καταχρώμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἀγροῖκον, τὸ δὲ ἄπληστον, καὶ τοσοῦτον τούτοις χρηστέον, ὅσον καὶ ταῖς πορφύραις ἐν τοῖς ὑφάσμασι. τρόπους δὲ παραδεξόμεθα μὲν, ὀλίγους δὲ καὶ τούτους οὐκ ἀναισχύντως. ἀντίθετα δὲ, καὶ πάρισα, καὶ ἰσόκωλα, τοῖς σοφισταῖς ἀπορρίψομεν. εἰ δέ που καὶ παραλάβοιμεν, ὡς καταπαίζοντες μᾶλλον τοῦτο ποιήσομεν, ἢ σπουδάζοντες. Πέρας δὲ τοῦ λόγου: ὅπερ τοῦ κομψοῦ τινος ἤκουσα περὶ τοῦ ἀετοῦ λέγοντος. ἡνίκα ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας οἱ ὄρνιθες, καὶ ἄλλος ἄλλως ἧκεν ἑαυτὸν κοσμήσαντες. ὅτι ἐκείνου κάλλιστον ἦν τὸ μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι. τοῦτο κἀν ταῖς ἐπιστολαῖς μάλιστα τηρητέον, τὸ ἀκαλλώπιστον, ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν. Τοσαῦτά σοι περὶ ἐπιστολῶν, ὡς δι' ἐπιστολῆς παρ' ἡμῶν, καὶ ταῦτα ἴσως οὐ παρ' ἡμῶν, εἰς τὰ μείζω σπουδάζοντος. τ' ἄλλα δὲ αὐτὸς τε φιλοπονήσεις, εὐμαθὴς ὤν, καὶ οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ διδάξουσιν.

Quam sic Latine vertimus.

GREGORIVS NAZIANZENVS NICOBVLO.

QVi epiſtolas ſcribunt, (quoniam hoc etiam poſtulas) alii quidem pluribus verbis, quam deceat, alii vero exiliter admodum ſcribunt: & vtriq; modum non ſeruant: quemadmodum qui ad ſcopum iaculantur, ſiue infra mittunt, ſiue ſupra. errare enim æquale eſt, licet a contrariis fiat. eſt autem epiſtolarum modus ipſa res: cum neque pluribus verbis, vbi non multæ ſunt res, ſcribendum ſit; neque paucioribus, vbi multæ. quid enim oportet vel Perſica ſchœno, vel puerilibus cubitis ſapientiam metiri, atque ſic imperfecta ſcribere, vt nec ſcribere, ſed imitari vmbrarum meridianas, aut centrorum, in oculos incurrentes, quarum conſident longitudines, & obſcure potius, quam perſpicue, cernuntur, extremo aliquo ſignificatæ: ſuntque (quomodo appoſite dicam?) ſimilitudinũ ſimilitudines: cum oporteat, qui vtriuſq; iniuſtã menſurã velit euitare, iuſtã eũ cõſequi. De breuitate igit hęc ſtatuo. De pſpicuitate autẽ illud cõſtat, oportere, ꝗ elaboratũ vitet, quãtum oporteat, magis ad id, quod cõmunis vſus eſt, inclinare. &, vt complectar paucis, optima eſt & pulcerrima epiſtola, quę tum indoctum, tum etiam eruditum perſuadere poſſit; indoctum, vt ad multitudinem ſcripta; eruditum, vt multitudinis captum ſuperans. item, quæ ſua ſponte intelligitur, æque enim abſurdum eſt, & griphos conſiderare, & epiſtolam interpretari. Tertium eſt epiſtolarum gratia. hanc porro ſeruabimus, ſi neque ſicca protſus

ea prorsus, & inuenusta scribamus & illepida, & inornata, & inculta, quod dicitur, vt sine sententiis, & prouerbiis, & dictis, & salibus, & reconditis iocis, quibus sermo conditur; neque valde his abusi esse videamur. alterum enim agreste, alterum vero cum satietate. Hæc autem eatenus vtenda, quatenus & purpuris in textilibus. figuras autem recipiemus quidem & paucas, & has non impudenter. anthiteta vero, & æqualia, & similiter desinentia rhetoribus dimittemus. sicubi autem assumamus, tamquam iocantes potius hoc faciamus, quam serio agentes. Summa hæc est: quod ab eloquente quodam homine de Aquila accepi, cum diceret: Quo tempore aues de principatu disceptabant, & aliæ aliter exornatæ venerunt, in aquila formosissimum id fuisse, quod nihil formosum esse putaretur. hoc & in epistolis maxime obseruãdum, vt minime sint elaboratæ: quod proxime ad naturam accedit. Hæc tibi de epistolis, tamquam per epistolam, a nobis: nec fortasse nobis conuenienter, qui maiora curamus. Reliqua vero & ipse tibi tuo studio comparabis, cum ingenio valeas; & docebunt ii, qui hoc scientiæ genere excellunt.

Prouerbia non excludit, sed crebra non probat. quod Ciceroni quoque placuit: itaque paucis vtitur. at Demetrius, κάλλος, inquit, ἐπιστολῆς πυκναὶ παροιμίαι· δημοτικὸν γάρ ἐστιν ἡ παροιμία, καὶ κοινόν. Ego seruo, & seruabo Gregorii documẽtum, vt prouerbiis neque numquam, neq; sæpe vtar: accedente præsertim Ciceronis exemplo: quem cum lego, nullius rhetoris præcepta desidero.

DEMETRIVS PHALEREVS
περὶ ἑρμηνείας.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς, φησὶν ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν, καὶ ἐπιστολάς. εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου. καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν. δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν: ὁ μὲν γὰρ μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα· ἡ δὲ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά. τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον, ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντος, φησίν; Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται γᾶς φυγὰς οὗτος, ὥστε μὴ κατάγειν, δῆλον ὡς τοῖς γε εἰς ᾅδου κατελθεῖν βουλομένοις, οὐδεὶς φθόνος. ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος, ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. καὶ λύσεις συχναί, ὁποῖαι, οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς. ἀσαφὲς γὰρ ἐν γραφῇ ἡ λύσις. καὶ τὸ μιμητικὸν, οὐ γραφῆς οὕτως οἰκεῖον, ὡς ἀγῶνος. οἷον ὡς ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ. Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἦ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. καὶ μικρὸν προελθὼν ἐπιφέρει. ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται εἶναι, ᾧ διελέγου, τίς ἦν; ἡ γὰρ τοιαύτη πᾶσα ἑρμηνεία, καὶ μίμησις ὑποκριτῇ πρέπει μᾶλλον, οὐ γραφομέναις ἐπιστολαῖς. πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν

τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐξ ἐπιστολῆς, τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δὲ ἄγαν μακραὶ καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι, οὐ μὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ γένοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ τοῦ Πλάτωνος πολλαὶ, καὶ ἡ Θουκυδίδου. καὶ τῇ συντάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον. γελοῖον γὰρ περιοδεύειν ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν. τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σῦκα σῦκα λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν. εἰδέναι δὲ χρή, ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ. Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοί, φησιν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν. εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος, καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις, καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς. κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵ τε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφόν· διότι δημοτικόν τι ἐστὶν ἡ παροιμία καὶ κοινόν. ὁ δὲ γνωμολογῶν καὶ προτρεπόμενος, οὐ δι' ἐπιστολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῆς. Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικῶς. οἷον διδάξαι βουλόμενος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς, φησίν. Οἱ γὰρ θεοὶ ἐν ἀμφοτέραις ἴσοι, ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις. καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικόν, καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή. ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσαν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξηρμέναι πως. στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη μέντοι καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος. καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. Καὶ περὶ ἐπιστολῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

Quæ sic versa sunt.

Epistolarum character cum exilitate indigeat, & de ipso dicemus. Artemo igitur, qui Aristotelis epistolas collegit, ac in lucem protulit, eodem modo dialogum & epistolas oportere scribere asserit: eo quod epistola fere tamquam altera dialogi pars, non tamen omnis esse videatur. Nihilo secius opus est epistolam magis, quam dialogum, exornare. nam hic, inconsiderate ac improuide facientem imitatur; illa vero scribitur, & quodam modo dono mittitur. Quis enim, ad amicam literas dans, eo dicendi genere vtatur, quo Aristoteles ad Antipatrum, de quodam sene extorre scribens, vtitur? dum inquit: Si hic autem ad omnia abiit exsulia, adeo vt in patriam vllo pacto reduci, reuocariq; non possit; perspicuũ est, neminem ad inferos descendere volentib. inuidere. Nam, qui ita sermocinatur, demõstranti potius, q̃ loquenti, similis esse videtur: & solutiones tantopere exiles sunt, vt epistolis nequaquam congruant. Solutio etenim in scriptione est res perobscura. Et illud sane, ꝙ ad imitandũ pertinet, non est tã scriptionis,

quam

quam certaminis, proprium, ac peculiare, veluti in Euthydemo: Quis nam ille erat, o Socrates, qui cum heri in Lycio disputabas? frequens profecto turba circumstabat. Et paullulum procedens, infert: At mihi peregrinus videbatur. deinde, cũ quo disputabas, quisnam erat? Omnis enim eiusmodi elocutio & imitatio, histrionem magis, quam epistolas scribentem, decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epistola, quemadmodum & dialogus nam quilibet imaginem sui prope ipsius animi, scribit epistolam. Et ex alio quidem dicendi genere, l cet etiam scribentis morem, seu ingenii indolẽ omnino cognoscere, sed ex nullo alio magis & melius, quam ex epistola. Magnitudo autem epistolę veluti & elocutio, contrahatur Nam, quæ sunt nimis longæ, & ad hæc per locutionem tumidiores efficiuntur: quæ profecto reuera epistolę non sunt, at opera potius, epistolæ inscriptionem, Saluere, habentia. quemadmodũ Platonis, & Thucydidis plurima. Verũ cõstructione nimirũ magis dissoluatur. Nam per periodos ire, tamquã non epistolam, sed iudicium scribẽtem, supra quam dici possit, ridiculum est; & non solum ridiculũ, sed & amicitiæ nequaquam conueniens. In scribendis enim epistolis, illud, quod in prouerbio dicitur, Ficus ficus, sectari, ac comminisci oportet. Insuper scire itidem opus est, quod non solum elocutio, verum ẽt res quędã sunt epistolarum proprię. Itaq; Aristoteles id, quod epistolis conuenit, earumque proprium est, vt videtur maxime consecutus esse. non enim inquit, Hoc tibi scribo; eo quod epistolæ non congrueret. nam, si quispiam sophismata, & de natura disputationes, epistola complecteretur, scriberet quidem, sed epistolam nequaquam. In epistola enim quæ breuis, & de re simplici narratio esse debet, & simplicibus nominibus cõfici, comitas quædam requiritur, atque festiuitas. Pulcritudo autem ipsius est, amica benignitas: ac, si frequentia in ea fuerint prouerbia, hoc plane scitum, cum sit cõmune, & vulgo satisfaciat, solum insit epistolæ. Qui vero sententias & cohortationes scribit, nõ per epistolam, sed per artificium & machinationem loquẽti similis admodum videtur. Aristoteles sane & demonstrationibus in modum ferme epistolæ vtitur. sicut cum vult docere; similiter magnis & paruis ciuitatibus benefaciẽdum esse, inquit: Dii vtiq; in ambabus æquales sunt. igitur, quando deæ gratię ęquales sunt, & apud ambas tibi residebunt, ambas beneficio oportet afficere. Etenim, quod ab ipso demonstratum est, & demonstratio ipsa, epistolarum est propria. Et quoniam ad ciuitates aliquando, interdum ad reges scribimus, eiusmodi epistolæ sint etiam aliquo modo parum eleuatæ. Considerandaitem est persona, cui scribitur, vt eleuata sit epistola, si opus est. non tamen pro ep stola volumen scribatur: quemadmodum Aristotelis ad Alexandrum epistolę & ad Dionis familiares Platonis epistola. Vniuersæ autem ex his duobus characteribus per elocutionem

commiſceantur epiſtolæ;ex vrbano ſcilicet, & exili. Et de epiſtola quidem, & de tenui ſimul charactere, hęc dicta ſufficiant.

CODicillorum vſus antiquiſſimus fuit iam ante chartam inuentam. itaq; ſcripſit Homerus *Il. lib 2. cap. 66.* Bellerophonti in Lycia codicillos eſſe datos. quo argumento, nondum eo tẽpore inuentam eſſe chartam, Plinius *lib. 13. cap. 13.* probare conatur, etſi aliter ſentire videatur eiuſdem *lib. cap.* 2. qui chartam Alexandri Magni victoria repertam, condita in Ægypto Alexandria, ſcribit. Codicilli autem, dicti a Caudicibus, id eſt, arborum libris: plures enim ligneæ tabellæ glutino iungebãtur, item vt iũguntur hodie noſtrates libri. Sed ante, quam in arborum libris, palmarum in foliis eſſe ſcriptum, idem Plinius auctor eſt, *eodem libro, & eodem capit.* & hæc ſubiungit: *Publica poſtea monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. pugillarium enim vſum fuiſſe, etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum.* Quibus verbis Pugillaria ſignificat codicillos eſſe, id eſt, tabellas cera illitas, in quibus pungendo, ſtylo impreſſo, ſcriberetur: vnde Pugillaris nomen. Verum, etſi ante chartam fuere, poſt eandem tamen inuentam manſere Codicilli, commodi ſcilicet cauſſa: quoniam, vbi charta, & attramẽtum non adeſſet, vt in itinere, in cœna, in ſenatu, Codicilli, ſtylo ſcripti, mittebantur. itaque Cicero, Fam. ep. II lib. 6. *Quæſiui,* inquit, *a Balbo, per codicillos, quid eſſet in lege.* & Sulpicius, ep. 12. lib. 4. *Puer Acidini mihi obuiam venit, cum codicillis.* Interdum ipſi codicilli non mittebantur, ſed ſcribebatur in iis, quod in chartam deinde translatum mitteretur. propterea. *Harum exemplum in codicillis exaraui,* ait Cicero, lib. 9 Fam. ep. vlt.

NOn eodem modo libri apud veteres, & epiſtolæ, ſcribebantur. Libri enim pluribus paginis conſcripti, circa lignum, aut aliquid oſſeum, vt ait Porphyrio, vel corneum, teretis formæ, inuoluebantur. id appellabant Vmbilicum: quod, vt vmbilicus in medio vẽtre, item illud, libro iam circa inuoluto, medium. extremæ partes a ſimilitudine vocabantur Cornua, vt multis poetarum exemplis intelligitur. Epiſtolæ autem nec ſemper vna, pluribuſue, ſed modo vna, modo pluribus conſcribebantur paginis; nec inuoluebantur, ſed complicabantur. complicatis, linoque tranſiectis, qui mercatorum hodie mos eſt, anulus imprimebatur. Obiicietur illud, epiſt 7. lib. 3. Fam. *Appiani mihi volumen a te reddiderunt* quod de vna epiſtola dictum eſſe, eo conſtat, quia ſequitur, *Eadem epiſtola petebas.* Sed, *Volumen*, dixit Cicero non de inuoluta epiſtola, ſed de longiſſima, quæ voluminis inſtar eſſet. Quod ſi epiſtolas conſeruari opus eſſet; alia ratio erat. tunc enim non complicabantur, ſed inuoluebantur; quotque epiſtolarum libri, tot volumina fiebant. Vnde illud ad Tironem *Epiſt 27. lib. 16. Video, quid agas. tuas quoque epiſtolas vis referam in volumina.*

lumina. Et ad Atticum, epist. 30. lib. 12. *Euolui volumen epistolarum tuarum.* Ad Cornificium autem, epistola vltima libr 12. cum scripsit, *Non te epistolis, sed voluminibus, lacesserem:* non de multis epistolis dixit, sed de longissimis, quæ volumen singulæ conficere posse viderentur. Plinius etiam singulos historiæ suæ libros Volumina appellat *lib.* 18. *cap.* 3. *cap.* 25 *cap.* 26. *cap.* 32. Nunc dicendum aliquid est de pagellis epistolarum. Latitudo non omnium eadem erat: quod Plinii testimonio comprobatur: qui *lib.* 13 *c.* 13. maximam latitudinem ait fuisse tredecim digitorum. Id Cicero ipse *Fam. epist.* 13 *lib.* 2 ad Cœlium significat. ait enim: *Extrema pagella pupugit me tuo chirographo:* cum tamen eæ Cœlii literæ, quibus Cicero respondet, quarum *lib.* 8. initium est, *Non dubito,* satis longæ sint. Idem l. b. 12 epist 25. ad Brutum, dixit in extremo: *Altera iam pagella procedit.* nec tamen tota illa epistola, quam non ceperat vnica pagella, quartam illius Cœlianę partem ęquat. Ergo hæc, quam scripsit Cicero ad Brutum, angusta pagina; illa vero latior, qua Cœlius ad Ciceronem. Quæri etiam potest, ab vna tantum parte, an vtrimque, scriberentur epistolarum, & librorum paginæ. Vtrimque non puto: quod vel vnico illius ad Brutum epistolæ argumento cognoscitur, cuius proxime facta mentio est. nam, si angustam eam pagellam fuisse constat, quæ tantulam epistolam non ceperit: quanto angustiorem fuisse necesse esset, quæ vtrimque scripta tamen non sufficeret?

Quinct. lib. IX.

ESt ante omnia oratio alia iuncta, atque contexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis, nisi cum aliquid supra naturam suam tractant, vt de philosophia, de rep. similibusque. Quod non eo dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsan difficiliores etiam, pedes. neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus, volunt sermo, & epistola, sed non fluunt, nec cohærent, nec verba de verbis trahunt: vt potius laxiora in his vincula, quam nulla, sint.

D. Hier. Epist. 42. ad Nicean.

TVrpilius, Comicus, tractans de vicissitudine literarum, *Sola,* inquit, *res est, quæ homines absentes præsentes facit.*

Ibidem.

Rudes illi Italiæ homines, quos Castos Ennius appellat, qui sibi, *vt in Rhetoricis ait Cicero,* ritu ferino victum quærebant, ante Chartæ, & Membranarum vsum, aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum, mutua epistolarũ alloquia missitabant. vnde & portitores earum Tabellarios; & scriptores, a libris arborum, Librarios vocauere.

Cicero Fam. lib. 2. epist 4.

Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius caussa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum, interesset. reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant. vnum familiare, & iocosum; alterum, seuerum, & graue.

II.

De Galliæ diuisione.

FRANCISCI MORANDI MEMORIAE.

QVæ amicis, dum viuunt, officia præstamus, ea mortuis quoque deberi, iudico. Ne mirum igitur videatur, si Francisci Morandi nomine hæc nunc edi voluimus. nam, etsi mortuus sit, non tamen eius memoria vnquam apud nos intermoritura est. id eius & singularis humanitas, & eximia doctrina a nobis postulare videntur.

Sæpe legendo incurrimus in hæc tria Galliæ cognomina, Togatæ, Comatæ, Brachatæ: nec tamen omnes, quæ finearum differentia, nouere. quod ostendere, breui definitione proposita, veterum testimonio conabimur. Definitur Gallia vel a regione, vel ab hominum cultu. a regione sic: Gallia vel transalpina est, quæ vlterior etiam dicitur; vel cisalpina, quæ citerior: vtraque diuiditur in duas, transalpina in Narbonensem, & comatam; cisalpina in transpadanam, & cispadanam. Rursus a cultu definitur hoc modo: Gallia vel comata est, vel brachata, vel togata. comata est omnis transalpina, præter Narbonensem; brachata, quæ postea Narbonensis dicta; togata, cisalpina omnis. de comata, probat Plinius *lib. 4. cap. 17. Gallia,* inquit, *omnis, comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maxime distincta, a Scalde ad Sequanam Belgica; ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis; inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta.* Apparet Narbonensem omitti, de qua separatim *lib. 3. cap. 4.* iam locutus erat. Opinor autem, antiquitus Galliam omnem transalpinam comatam fuisse; postea vero Narbonensem, in qua fuere Allobroges, prouinciam a Romanis factam, Romanorum hominum consuetudine alere comas desiisse. Intonsas enim gentes vocat Plinius alpinas quoque gentes, quarum nonnullas Narbonensis opinor Galliæ partem fuisse. *libr. 11. cap. 37.* Nomina, inquit, ex eo capillatis alpium incolis, Galliæ Comatæ. Et, quamquam reliqua quoque Gallia a C. Cæsare in prouinciæ formam est redacta: quia tamen Narbonēsis prius prouincia facta fuerat; ideo Prouinciæ nomine, quod hodie quoque retinet, semper appellata, reliqua vero Gallia vetus Comatæ cognomen

non retinuit. propterea nec Agrippa cum Galliam longe lateque metiretur, Narbonensis rationem habuit, quasi prouinciæ separatæ. scripsit enim hæc Plinius eodem loco: *Agrippa vniuersarum Galliarum inter Rhenum, & Pirenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam, & Iuram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem CDXX. ∞ pass. latitudinem CCCXIII computauit.* & Catullus Comatam appellauit Galliam a Cæsare perdomitam:

Quis hoc potest videre, quis potest pati?
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat omnis, vltima & Britannia?

Quis porro dubitet, quin transalpina Gallia, non cisalpina, significetur in iis Antonii verbis, quæ recitat Cicero Philippica IIX. *Galliam togatam remitto: comatam postulo* Fuit enim hoc Antonii consilium, vt cisalpinam Galliam D. Bruto, iam eam obtinenti, relinqueret, transalpinam autem, a L. Planco tunc administratam, quæ longe erat firmior, sibi assumeret; quo posset deinde, superatis alpibus, in Bruti prouinciam, quæ Togata Gallia a Romano vestitu vocabatur, impetum facere, Brutoq; eiecto, vrbem ipsam, exemplo Cæsaris, occupare. quod Ciceronem non fugit. subiecit enim in eo loco: *Otiosus videlicet esse mauult.* Et Philippica v. *Est, inquit, opinio decreturum aliquem Antonio illam vltimam Galliam, quam Plancus obtinet.* Comata igitur omnis transalpina, præter Narbonensem: togata vero cisalpina, quam ab Italia omnes duo, Rubico a supero mari, Arnus ab infero, dirimebant. Quod autem ait Plinius, Ab Ancone, Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ cognomine: in eo terminos iurisdictionis non spectauit: nam ita Anconem Italiæ adiudicasset: sed Gallorum, veterum incolarum, rationem habuit. Quis autem Anconum cis Rubiconem esse nescit? Mela quoque Togatam nominat Galliam: & ait: Carni, & Veneti colunt togatam Galliam. Placet autem *Dionis* verba recitare ex *libro* XLVI. quæ Galliarum distinctionem ostendant, adiuncta nominis caussa & Togatæ, & Comatæ Λεπίδῳ τὴν Ἰβηρίαν πᾶσαν, καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν, Ἀντωνίῳ δὲ τὴν λοιπὴν Γαλατίαν, τήν τε ἐντὸς τῶν ἄλπεων, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτὰς οὖσαν ἀρχὴν ἔδοσαν. Ἐκαλεῖτο δὲ ἐκείνη μὲν Τογᾶτα, ὅτι τε εἰρηνικωτέρα παρὰ τὰς ἄλλας ἐδόκει εἶναι, καὶ ὅτι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ Ῥωμαϊκῇ τῇ ἀστικῇ ἐχρῶντο ἤδη: αὕτη δὲ δὴ Κομᾶτα, ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας αὔξοντες, ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν. Brachata restat Hæc transalpinæ pars fuit, quæ postea Narbonensis nominata. Plinius libro 3. cap. 4. *Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, brachata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, alpiumque saluberrimis Romano imperio iugis: a reliqua vero Gallia latere septemtrionali, montibus Gebenna, & Iura,* Et Mela *libro secundo, capit. 3. Pars Galliæ nostro mari apposita, fuit aliquando brachata*

nunc Narbonensis: Cicero etiam *in oratione in Pisonem*, Brachatæ illum cognationis dedecus appellat, quod auus eius maternus trans alpes natus erat. *Et in oratione pro Fonteio*, Sagatos, brachatosque vocat Gallos, qui Fonteium accusabant, cum Narbonensi Galliæ, quod ipsa declarat oratio, Fonteius præfuisset. Quo patet; licet ea Galliæ pars nomen mutauerit, Narbonensis dicta, quæ Brachata fuerat, ipsas tamen brachas non esse depositas. Brachæ autem, quasi tunica fuit omnis Galliæ transalpinæ, cui sagum imponebatur; comata tamen potius, quam a brachis dicta, quæ capillatior fuit. Quod si quis roget, cur brachas tunicam fuisse Gallicam putem: recitabo illud Suetonii, quòd in C. Cæsaris vita scriptum est: *Iidem in curia Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumserunt. Latus enim clauus tunica senatorum Romæ fuit, quem Galli, brachis depositis, sumserunt.*

III.

De Primipolo.

AD HANNIBALEM CRVCEIVM.

CVm multa apud veteres scripta, obscuritatis habent plurimum, Hannibal Crucei: tum vero, quæ ad militiam pertinent, difficulter a nobis intelligi, quis ignorat? Primipilus quid sit, quidque in militia significet, video a multis dubitari. Volui igitur, quæ hac de re in veteribus obseruaui, edere: eaque in Tuo nomine apparere: vt, hac re, Patrem imitans, meam quoque summam obseruantiam Tibi ostenderem, ortam ab eximiis tuis erga nos officiis, quorum memoriam nulla vnquam dies apud nos obliterabit, nulla vetustas imminuet.

Primipilus, & Primus pilus, non idē sunt. nā Primipilus siue primopilus (vtrūq; n., vt infra ostendam, veteres dicebant: vnde Primipilaris, apud Quinctilianum, lib 6. Plinium *epist. libr.* 10. & apud Suetonium in Tiberio, & Spartianum, in Pescennio Nigro, *Primopilaris autem in antiquis lapidibus reperitur*) cēturio primus fuit, inter decem cēturiones triariorum. Primus pilus autem non centurio, sed centurionatus fuit, quem ordinem centurio Primipilus ducebat. Vtriusque subiungam exempla, & centurionis primum, deinde ordinis. Exemplorum autem quia duo genera sunt, quæ ex libris, quæque ex antiquis lapidibus sumuntur; primum a libris ordiar. Cæsar, de Primipilo centurione, *lib. 2. Bel. Gal.* Primipilo P. Sextio, multis vulneribus confecto. Liuius, lib 7. P. Salonius alternis prope annis & tribunus militum, & primus centurio, erat, quem nunc Primipilum appellant. Idem, libr. 8. Duo Primipili ex vtraque acie inter Triarios erant. Valerius, lib. 1. cap. 6. de prodigiis: Aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit. Addam etiam *Dionysii Halic.* Græca verba, quæ sunt lib. 9. Εἷς τῶν [illegible]

χας

χίας ἐπιστῆσαί τι, καὶ τὸ κελευόμενον ἐπιτελεῖν, κελεύει νόμος. τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ Πριμοπίλους καλοῦσι. Quibus verbis intelligitur, centurioni Primipilo solitas obedire sexaginta centurias, id est, totam legionem. Et Vegetius, eum Aquilæ præfuisse, quod erat signum legionis, lib. 2 demonstrat. Cuius potestatis ea ratio fuit; quia cum essent in legione tria militum genera, denis singula generis ordinibus instituta, hastati, principes, triarii, & ceteris omnibus triarii, ætate, vsu, fortitudine, præstarent; eo fiebat, vt primus centurio triariorum non modo reliquis nouem triariorum centurionibus, verum etiam reliquis hastatorum, & principum, centurionibus imperare posset. Propterea dixit Dionysius, eum legionis solitas sexaginta centurias. Verum id perquam raro factum opinor; quippe cum in prœliis separatim singuli ordines, hastati, principes, triarii pugnarent. quod si & hastati, & principes, loco moti, fusique ab hostibus, fuissent; tunc triarii, fugientibus exceptis, renouata pugna, hostes inuadebant, eosque hastati, & principes, modo victi, sequebantur. ita, permistis ordinibus, vnum esse oportebat, cuius voluntati, & imperio, milites omnes parerent. is autem primus centurio, id est, Primipilus, fuit: qui cum aquilæ præesset, vt ait Vegetius, & inter centuriones triariorum primum locum obtineret, iure omnibus reliquorum quoque ordinum centurionibus imperabat. Quod & Plinius libr. XXII. capit. 6. declarat, inquit enim: Primum pilum capessens sub Catulo, exclusum ab hoste legionem suam hortatus, tribunum suum, dubitantem per castra hostium erumpere, interfecit, legionemq; eduxit. Quibus verbis constat, eum, qui primum pilum duceret, primum locum in legione, post tribunum militum, obtinere solitum. Liuius quoque honoratiores ceteris centurionibus indicat fuisse Primipilos, cum ait lib. 42. *Non tribuni militum centuriones, sed primum quemque, citari. ne; tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati tribunos pl. appellarunt.* Quemadmodum autem Primipili primum locum inter omnes suæ legionis centuriones obtinebant: sic primæ legionis Primipili honore præstabant omnibus ceterarum legionum Primipilis. Propterea Sp. Ligustino, qui antea quater primum pilum duxerat, primus pilus, in legione prima, virtutis caussa, est assignatus. Quod apud Liuium scriptum est, eodem libro.

Hæc, ex libris: Nunc lapidum testimonia subscribamus.

Fulginei. I.

P. AELIO F. PAPIR

MARCELLO CENT.

PRVM SVB. PRINCIPI. PR. PEREGRINORVM

ADSTATO ET PRINCIPI. ET. PRIMIPILO

LEG. VII. GEM. PIAE. FEL. ADLECTO. AD. MV-

Q

NERA. PRAEFF. LEGG. VII. CLAV. ET. PRIMAE ADIVTRICIS. V. F. FLAMINI LVCVLARI. LAVREN. LAVINA. PATRONO. ET. DECVRIONI COLONIAE. APVLESIVM. PATRONO. CIVITAT. FORO. FLA. FVLGINIA. ITEMQVE. IGVVINORVM SPLENDIDISSIMVS. ORDO. FOROFLAM. CVIVS DEDICAT. DECVRIONIBVS. ET. LIBERIS. FORVM PANEM. ET. VINVM. ff. XX. N. ITEM. MVNICIPIBVS. ff. IV. N. DEDIT

Soræ ad D. Restitutæ.

L. FIRMIO. L. F
PRIM. PIL. TR. MIL.
IV. VIR. I. D
COLONIA. DEDVCTA
PRIM. PONTIFICI
LEGIO. IV. SORANA
HONORIS. ET VIRTVTIS
CAVSSA

Capuæ, ad D. Vincentii 3.

PAVLO. AEMILIO
PRIMIPILO. BIS
PRAEFECTO. EQVIT.
TRIBVNO CHORTIS
IV. PRAETOR
..... SENECIO

Romæ

Romæ, in domo Cæsia, 4.

M : POMPEIO : M. : F : ANI : ASPRO
7. LEG. XV. APOLLINAR. 7. COH. III. PR
PRIMOP. LEG. III. CYREN. PRAEF. CASTR
LEG. XX. VICTR.
ATIMETVS . LIB. . PVLLARIVS
FECI. ET. SIBI. ET
M. POMPEIO. M. F. ET. CINCIAE
COL. ASPRO SATVRNINAE
FILIO. SVO. ET VXORI. SVAE
M. POMPEIO. M. F. COL. ASPRO. FILIO. MINORI

Venafri, post tribunal altaris maioris Episcopatus. s.

SEX. AVLIENO. SEX. F. ANI. PRIMIPIL. II. TR. MIL. PRAEF.
LEVIS. ARMAT. PRAEF. CASTR. IMP. CAESAR. AVG. ET.
TI. CAESARIS. AVGVSTI. PRAEFF. CLASSIS. PRAEF. FABR. II.
VIR. VENAFRI. ET. FORO. IVLI. FLAMINI. AVGVSTALI
NEDYMVS. ET. GAMVS. LIB.

Seno-

Senogaliæ, in Piceno. 6.

P. F. .... A. PRIMOPILO. SPECTAT AE. VIRTVTIS
EQVESTRIS . ORDINIS . V
PATRIBVS. . ET . PLEBI. : GRATO
OB . GRATAM . ADOLESCENTIÆ . INDOLEM
BENE . MERITAM . SAXVM. : DEDIT.

Parmæ

κάλλιστα ἔχουσαι, ἢ αὖ καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τὸν πεπαιδευμένον. τὸν μὲν, ὡς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὖσαι· τὸν δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλούς· καὶ αὐτόθεν γνώριμοι. ὁμοίως, γὰρ ἄκαιρον, καὶ γρῖφον νοεῖσθαι καὶ ἐπιστολὴν ἑρμηνεύεσθαι. Τρίτον ἐστὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡ χάρις. Ταύτην δὲ φυλάξομεν, εἰ μήτε πάντῃ ξηρὰ, καὶ ἄχαρι γράφοιμεν, καὶ ἀκαλλώπιστα, καὶ ἀκόσμητα, καὶ ἀκόμψευτα, ὃ δὴ λέγεται· οἷον δὴ γνωμῶν, καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποφθεγμάτων, ἢ καὶ σκωμμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκαίνεται. μήτε λίαν τούτοις φαινοίμεθα καταχρώμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἄγροικον, τὸ δὲ ἄπληστον. καὶ τοσαῦτα τούτοις χρηστέον, ὅσα καὶ ταῖς πορφύραις ἐν τοῖς ὑφάσμασι. τρόποις δὲ παραδεξόμεθα μὲν, ὀλίγους δὲ, καὶ τούτους οὐκ ἀναισχύντους. ἀντίθετα δὲ, καὶ πάρισα, καὶ ἰσόκωλα, τοῖς σοφισταῖς ἀπορρίψομεν· εἰ δέ που καὶ παραλάβοιμεν, ὡς καὶ παίζοντες μᾶλλον τοῦτο ποιήσομεν, ἢ σπουδάζοντες. Πέρας τοῦ λόγου· ὅπερ τοῦ χαριέντος ἤκουσα περὶ τοῦ αἰετοῦ λεγόμενον. ἡνίκα ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας οἱ ὄρνιθες, καὶ ἄλλος ἄλλως ἧκον ἑαυτὸν κατακοσμήσαντες, ὅτι ἐκείνου κάλλιστον ἦν τὸ μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι. τοῦτο κἂν ταῖς ἐπιστολαῖς μάλιστα τηρητέον, τὸ ἀκαλλώπιστον, ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν. Τοσαῦτά σοι περὶ ἐπιστολῶν, ὡς δι' ἐπιστολῆς παρ' ἡμῶν· καὶ ταῦτα ἴσως οὐ περισσῶς, εἰς τὰ μείζω σπουδάζοντι. τὰ ἄλλα δὲ αὐτός τε φιλοπονήσεις, εὐμαθὴς ὢν, καί σε οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ διδάξουσι.

Quam sic Latine vertimus.

GREGORIVS NAZIANZENVS NICOBVLO.

QVi epistolas scribunt, (quoniam hoc etiam postulas) alii quidem pluribus verbis, quam deceat, alii vero exiliter admodum scribunt: & vtriq; modum non seruant: quemadmodum qui ad scopum iaculantur, siue infra mittunt, siue supra. errare enim æquale est, licet a contrariis fiat. est autem epistolarum modus ipsa res: cum neque pluribus verbis, vbi non multæ sunt res, scribendum sit; neque paucioribus, vbi multæ. quid enim oportet vel Persica schœno, vel puerilibus cubitis sapientiam metiri, atque sic imperfecta scribere, vt nec scribere, sed imitari vmbrarum meridianas, aut centrorum, in oculos incurrentes, quarum consident longitudines, & obscure potius, quam perspicue, cernuntur, extremo aliquo significatæ: suntque (quomodo apposite dicam?) similitudinũ similitudines: cum oporteat, qui vtriusq; iniustã mensurã velit euitare, iustã eũ cõnsequi. De breuitate igit hęc statuo. De pspicuitate autẽ illud cõstat, oportere, q elaboratũ vitet, quãtum oporteat, magis ad id, quod cõmunis vsus est, inclinare. &, vt complectar paucis, optima est & pulcerrima epistola, quę tum indoctum, tum etiam eruditum persuadere possit; indoctum, vt ad multitudinem scripta; eruditum, vt multitudinis captum superans. item, quæ sua sponte intelligitur, æque enim absurdum est, & griphos considerare, & epistolam interpretari. Tertium est epistolarum gratia. hanc porro seruabimus, si neque sicca prorsus

ca prorsus, & inuenusta scribamus. & illepida, & inornata, & inculta, quod dicitur, vt sine sententiis, & prouerbiis, & dictis, & salibus, & reconditis iocis, quibus sermo conditur; neque valde his abusi esse videamur. alterum enim agreste, alterum vero cum satietate. Hæc autem eatenus vtenda, quatenus & purpuris in textilibus. figuras autem recipiemus quidem & paucas, & has non impudenter. anthiteta vero, & æqualia, & similiter desinentia rhetoribus dimittemus. sicubi autem assumamus, tamquam iocantes potius hoc faciamus, quam serio agentes. Summa hæc est: quod ab eloquente quodam homine de Aquila accepi, cum diceret: Quo tempore aues de principatu disceptabant. & aliæ aliter exornatæ venerunt, in aquila formosissimum id fuisse, quod nihil formosum esse putaretur. hoc & in epistolis maxime obseruandum, vt minime sint elaboratæ: quod proxime ad naturam accedit. Hæc tibi de epistolis, tamquam per epistolam, a nobis: nec fortasse nobis conuenienter, qui maiora curamus. Reliqua vero & ipse tibi tuo studio comparabis, cum ingenio valeas; & docebunt ii, qui hoc scientiæ genere excellunt.

Prouerbia non excludit, sed crebra non probat. quod Ciceroni quoque placuit: itaque paucis vtitur at Demetrius, κάλλος, inquit, ἐπιστολῆς πυκναὶ παροιμίαι· δημοτικὸν γάρ ἐστιν ἡ παροιμία, καὶ κοινόν. Ego seruo, & seruabo Gregorii documentum, vt prouerbiis neque numquam, neq; sæpe vtar: accedente præsertim Ciceronis exemplo: quem cum lego, nullius rhetoris præcepta desidero.

DEMETRIVS PHALEREVS
περὶ ἑρμηνείας.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς, φησὶν ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ, διάλογόν τε γράφειν, καὶ ἐπιστολάς. εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου. καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν. δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν: ὁ μὲν γὰρ, μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα· ἡ δὲ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά. τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθῇ πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον, ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντος, φησίν; Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται γᾶς φυγὰς οὗτος, ὥστε μὴ κατάγειν. δῆλον ὡς τοῖσγε εἰς ᾅδου κατελθεῖν βουλομένοις, οὐδεὶς φθόνος. ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος, ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. καὶ λύσεις συχναὶ, ὁποῖαι, οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς. ἀσαφὲς γὰρ ἐν γραφῇ ἡ λύσις. καὶ τὸ μιμητικὸν, οὐ γραφῆς οὕτως οἰκεῖον, ὡς ἀγῶνος. οἷον ὡς ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ. Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἦ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. καὶ μικρὸν προελθὼν ἐπιφέρει. ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται εἶναι, ᾧ διελέγου, τίς ἦν; ἡ γὰρ τοιαύτη πᾶσα ἑρμηνεία, καὶ μίμησις ὑποκριτῇ πρέπει μᾶλλον, οὐ γραφομέναις ἐπιστολαῖς. πλεῖστον δὲ καὶ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν

τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος ἐξ οὐδενὸς δ' ἔστιν, ὡς ἐξ ἐπιστολῆς, τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δὲ ἄγαν μακραὶ καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι, οὐ μὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ γένοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ τοῦ Πλάτωνος πολλὰ, καὶ ἡ Θουκυδίδου. καὶ τῇ συντάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον. γελοῖον γὰρ περιοδεύειν ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν. τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σῦκα σῦκα λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ. Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοί, φησίν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν. εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος, καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις, καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς. κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵ τε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφόν· διότι δημοτικόν τι ἐστὶν ἡ παροιμία καὶ κοινόν. ὁ δὲ γνωμολογῶν καὶ προτρεπόμενος, οὐ δι' ἐπιστολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῆς. Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικαῖς. οἷον διδάξαι βουλόμενος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς, φησίν. Οἱ γὰρ θεοὶ ἐν ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι περὶ ἀμφοτέραις. καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικὸν, καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή. ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσαν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξηρμέναι πως· στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη μέντοι καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος. καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. Καὶ περὶ ἐπιστολῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

Quæ sic versa sunt.

Epistolarum character cum exilitate indigeat, & de ipso dicemus. Artemo igitur, qui Aristotelis epistolas collegit, ac in lucem protulit, eodem modo dialogum & epistolas oportere scribere asserit: eo quod epistola fere tamquam altera dialogi pars, non tamen omnis esse videatur. Nihilo secius opus est epistolam magis, quam dialogum, exornare. nam hic, inconsiderate ac improuide facientem imitatur; illa vero scribitur, & quodam modo dono mittitur. Quis enim, ad amicam literas dans, eo dicendi genere vtatur, quo Aristoteles ad Antipatrum, de quodam sene extorre scribens, vtitur? dum inquit: Si hic autem ad omnia abiit exsulia, adeo vt in patriam vllo pacto reduci, reuocariq; non possit; perspicuũ est, neminem ad inferos descendere volentib. inuidere. Nam, qui ita sermocinatur, demõstranti potius, q̃ loquenti, similis esse videtur: & solutiones tantopere exiles sunt, vt epistolis nequaquam congruant. Solutio etenim in scriptione est res perobscura. Et illud sane, ꝙ ad imitandũ pertinet, non est tã sciptionis, quam

quam certaminis, proprium, ac peculiare, veluti in Euthydemo: Quis nam ille erat, o Socrates, qui cum heri in Lycio disputabas? frequens profecto turba circumstabat. Et paullulum procedens, infert: At mihi peregrinus videbatur. deinde, cũ quo disputabas, quisnam erat? Omnis enim eiusmodi elocutio & imitatio, histrionem magis, quam epistolas scribentem, decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epistola, quemadmodum & dialogus nam quilibet imaginem sui prope ipsius animi, scribit epistolam. Et ex alio quidem dicendi genere, licet etiam scribentis morem, seu ingenii indolẽ omnino cognoscere, sed ex nullo alio magis & melius, quam ex epistola. Magnitudo autem epistolę veluti & elocutio, contrahatur Nam, quæ sunt nimis longæ, & ad hæc per locutionem tumidiores efficiuntur: quæ profecto reuera epistolę non sunt, at opera potius, epistolæ inscriptionem, Saluere, habentia. quemadmodũ Platonis, & Thucydidis plurima. Verũ cõstructione nimirũ magis dissoluatur. Nam per periodos ire, tamquã non epistolam, sed iudicium scribẽtem, supra quam dici possit, ridiculum est; & non solum ridiculũ, sed & amicitiæ nequaquam conueniens. In scribendis enim epistolis, illud, quod in prouerbio dicitur, Ficus ficus, sectari, ac comminisci oportet. Insuper scire itidem opus est, quod non solum elocutio, verum ẽt res quędã sunt epistolarum proprię. Itaq; Aristoteles id, quod epistolis conuenit, earumque proprium est, vt videtur maxime consecutus esse. non enim inquit, Hoc tibi scribo; eo quod epistolæ non congrueret. nam, si quispiam sophismata, & de natura disputationes, epistola complecteretur, scriberet quidem, sed epistolam nequaquam. In epistola enim quæ breuis, & de re simplici narratio esse debet, & simplicibus nominibus cõfici, comitas quædam requiritur, atque festiuitas. Pulcritudo autem ipsius est, amica benignitas: ac, si frequentia in ea fuerint prouerbia, hoc plane scitum, cum sit cõmune, & vulgo satisfaciat, solum insit epistolæ. Qui vero sententias & cohortationes scribit, nõ per epistolam, sed per artificium & machinationem loqui similis admodum videtur. Aristoteles sane & demonstrationibus in modum ferme epistolæ vtitur. sicut cum vult docere; similiter magnis & paruis ciuitatibus benefaciẽdum esse, inquit: Dii vtriq; in ambabus æquales sunt. igitur, quando deæ gratię ęquales sunt, & apud ambas tibi residebunt, ambas beneficio oportet afficere. Etenim, quod ab ipso demonstratum est, & demonstratio ipsa, epistolarum est propria. Et quoniam ad ciuitates aliquando, interdum ad reges scribimus, eiusmodi epistolæ sint etiam aliquo modo parum eleuatæ. Consideranda item est persona, cui scribitur, vt eleuata sit epistola, si opus est. non tamen pro epistola volumen scribatur: quemadmodum Aristotelis ad Alexandrum epistolę & ad Dionis familiares Platonis epistola. Vniuersæ autem ex his duobus characteribus per elocutionem

commisceantur epistolæ; ex vrbano scilicet, & exili. Et de epistola quidem, & de tenui simul charactere, hęc dicta sufficiant.

CODicillorum vsus antiquissimus fuit iam ante chartam inuentam. itaq; scripsit Homerus *Il. lib 2. cap. 66.* Bellerophonti in Lycia codicillos esse datos. quo argumento, nondum eo tẽpore inuentam esse chartam, Plinius *lib. 13. cap.* 13. probare conatur, etsi aliter sentire videatur eiusdem *lib. cap.* 2. qui chartam Alexandri Magni victoria repertam, condita in Ægypto Alexandria, scribit. Codicilli autem, dicti a Caudicibus, id est, arborum libris: plures enim ligneæ tabellæ glutino iungebãtur, item vt iũguntur hodie nostrates libri. Sed ante, quam in arborum libris, palmarum in foliis esse scriptum, idem Plinius auctor est, *eodem libro, & eodem capit.* & hæc subiungit: *Publica postea monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. pugillarium enim vsum fuisse, etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum.* Quibus verbis Pugillaria significat codicillos esse, id est, tabellas cera illitas, in quibus pungendo, stylo impresso, scriberetur: vnde Pugillaris nomen. Verum, etsi ante chartam fuere, post eandem tamen inuentam mansere Codicilli, commodi scilicet caussa: quoniam, vbi charta, & attramẽtum non adesset, vt in itinere, in cœna, in senatu, Codicilli, stylo scripti, mittebantur. itaque Cicero, Fam. ep. 18 lib. 6. *Quæsiui,* inquit, *a Balbo, per codicillos, quid esset in lege.* & Sulpicius, ep. 12. lib. 4. *Puer Acidini mihi obuiam venit, cum codicillis.* Interdum ipsi codicilli non mittebantur, sed scribebatur in iis, quod in chartam deinde translatum mitteretur. propterea. *Harum exemplum in codicillis exaraui,* ait Cicero, lib 9 Fam. ep. vlt.

NOn eodem modo libri apud veteres, & epistolæ, scribebantur. Libri enim pluribus paginis conscripti, circa lignum, aut aliquid osseum, vt ait Porphyrio, vel corneum, teretis formæ, inuoluebantur. id appellabant Vmbilicum: quod, vt vmbilicus in medio vẽtre, item illud, libro iam circa inuoluto, medium. extremæ partes a similitudine vocabantur Cornua, vt multis poetarum exemplis intelligitur Epistolæ autem nec semper vna, pluribusue, sed modo vna, modo pluribus conscribebantur paginis; nec inuoluebantur, sed complicabantur. complicatis, linoque transiectis, qui mercatorum hodie mos est, anulus imprimebatur. Obiicietur illud, epist 7. lib. 3. Fam. *Appiani mihi volumen a te reddiderunt* quod de vna epistola dictum esse, eo constat, quia sequitur, *Eadem epistola petebas.* Sed, *Volumen*, dixit Cicero non de inuoluta epistola, sed de longissima, quæ voluminis instar esset. Quod si epistolas conseruari opus esset; alia ratio erat. tunc enim non complicabantur, sed inuoluebantur; quotque epistolarum libri, tot volumina fiebant. Vnde illud ad Tironem *Epist 27. lib. 16. Video, quid agas. tuas quoque epistolas vis referam in volumina.*

lumina. Et ad Atticum, epist. 30. lib. 12. *Euolui volumen epistolarum tuarum.* Ad Cornificium autem, epistola vltima libr 12. cum scripsit, *Non te epistolis, sed voluminibus, lacesserem*: non de multis epistolis dixit, sed de longissimis, quæ volumen singulæ conficere posse viderentur. Plinius etiam singulos historiæ suæ libros Volumina appellat *lib. 18. cap. 3. cap. 25 cap. 26. cap. 32.* Nunc dicendum aliquid est de pagellis epistolarum. Latitudo non omnium eadem erat: quod Plinii testimonio comprobatur: qui *lib. 13 c. 13.* maximam latitudinem ait fuisse tredecim digitorum. Id Cicero ipse *Fam. epist. 13 lib. 2* ad Cœlium significat. ait enim: *Extrema pagella pupugit me tuo chirographo*: cum tamen eæ Cœlii literæ, quibus Cicero respondet, quarum *lib. 8.* initium est, *Non dubito*, satis longæ sint. Idem l.b. 12 epist 25. ad Brutum, dixit in extremo: *Altera iam pagella procedit.* nec tamen tota illa epistola, quam non ceperat vnica pagella, quartam illius Cœlianę partem ęquat. Ergo hæc, quam scripsit Cicero ad Brutum, angusta pagina; illa vero latior, qua Cœlius ad Ciceronem. Quæri etiam potest, ab vna tantum parte, an vtrimque, scriberentur epistolarum, & librorum paginæ. Vtrimque non puto: quod vel vnico illius ad Brutum epistolæ argumento cognoscitur, cuius proxime facta mentio est. nam, si angustam eam pagellam fuisse constat, quæ tantulam epistolam non ceperit: quanto angustiorem fuisse necesse esset, quæ vtrimque scripta tamen non sufficeret?

Quintil. lib. IX.

Est ante omnia oratio alia iuncta, atque contexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis, nisi cum aliquid supra naturam suam tractant, vt de philosophia, de rep. similibusque. Quod non eo dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsan difficiliores etiam, pedes neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus, volunt sermo, & epistola, sed non fluunt, nec cohærent, nec verba de verbis trahunt. vt potius laxiora in his vincula, quam nulla, sint.

D. Hier. Epist. 42. ad Nicean.

TVrpilius, Comicus, tractans de vicissitudine literarum, *Sola*, inquit, *res est, quæ homines absentes præsentes facit.*

Ibidem.

Rudes illi Italiæ homines, quos Castos Ennius appellat, qui sibi, *vt in Rhetoricis ait Cicero*, ritu ferino victum quærebant, ante Chartæ, & Membranarum vsum, aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum, mutua epistolarũ alloquia missitabant. vnde & portitores earum Tabellarios; & scriptores, a libris arborum, Librarios vocauere.

Cicero Fam. lib. 2. epist 4.

Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius caussa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum, interesset. reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant. vnum familiare, & iocosum; alterum, seuerum, & graue.

II.

De Galliæ diuisione.

FRANCISCI MORANDI MEMORIAE.

QVæ amicis, dum viuunt, officia præstamus, ea mortuis quoque deberi, iudico Ne mirum igitur videatur, si Francisci Morandi nomine hæc nunc edi voluimus. nam, etsi mortuus sit, non tamen eius memoria vnquam apud nos intermoritura est id eius & singularis humanitas, & eximia doctrina a nobis postulare videntur.

Sæpe legendo incurrimus in hæc tria Galliæ cognomina, Togatæ, Comatæ, Brachatæ: nec tamen omnes, quæ sit earum differentia, nouere. quod ostendere, breui definitione proposita veterum testimonio conabimur. Definitur Gallia vel a regione, vel ab hominum cultu. a regione sic: Gallia vel transalpina est, quæ vlterior etiam dicitur; vel cisalpina, quæ citerior. vtraque diuiditur in duas, transalpina in Narbonensem, & comatam; cisalpina in transpadanam, & cispadanam. Rursus a cultu definitur hoc modo: Gallia vel comata est, vel brachata, vel togata. comata est omnis transalpina, præter Narbonensem; brachata, quæ postea Narbonensis dicta; togata, cisalpina omnis. de comata, probat Plinius *lib. 4. cap. 17.* *Gallia*, inquit, *omnis, comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur. amnibus maxime distincta, a Scalde ad Sequanam Belgica; ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis; inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta.* Apparet Narbonensem omitti, de qua separatim *lib. 3. cap. 4.* iam locutus erat. Opinor autem, antiquitus Galliam omnem transalpinam comatam fuisse; postea vero Narbonensem, in qua fuere Allobroges, prouinciam a Romanis factam, Romanorum hominum consuetudine alere comas desiisse. Intonsas enim gentes vocat Plinius alpinas quoque gentes, quarum nonnullas Narbonensis opinor Galliæ partem fuisse. *libr. 11. cap. 37.* Nomina, inquit, ex eo capillatis alpium incolis, Galliæ Comatæ. Et, quamquam reliqua quoque Gallia a C. Cæsare in prouinciæ formam est redacta: quia tamen Narbonēsis prius prouincia facta fuerat; ideo Prouinciæ nomine, quod hodie quoque retinet, semper appellata, reliqua vero Gallia vetus Comatæ cognomen

men retinuit. propterea nec Agrippa cum Galliam longe lateque metiretur, Narbonensis rationem habuit, quasi prouinciæ separatæ. scripsit enim hæc Plinius eodem loco: *Agrippa vniuersarum Galliarum inter Rhenum, & Pirenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam, & Iuram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem* CDXX. ∞ *pass. latitudinem* CCCXIII *computauit.* & Catullus Comatam appellauit Galliam a Cæsare perdomitam:

Quis hoc potest videre, quis potest pati?
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat omnis, vltima & Britannia?

Quis porro dubitet, quin transalpina Gallia, non cisalpina, significetur in iis Antonii verbis, quæ recitat Cicero Philippica I I X. *Galliam togatam remitto: comatam postulo* Fuit enim hoc Antonii consilium, vt cisalpinam Galliam D. Bruto, iam eam obtinenti, relinqueret, transalpinam autem, a L. Planco tunc administratam, quæ longe erat firmior, sibi assumeret; quo posset deinde, superatis alpibus, in Bruti prouinciam, quæ Togata Gallia a Romano vestitu vocabatur, impetum facere, Brutoq; eiecto, vrbem ipsam, exemplo Cæsaris, occupare. quod Ciceronem non fugit. subiecit enim in eo loco: *Otiosum videlicet esse mauult.* Et Philippica v. *Est*, inquit, *opinio decreturum aliquem Antonio illam vltimam Galliam, quam Plancus obtinet.* Comata igitur omnis transalpina, præter Narbonensem: togata vero cisalpina, quam ab Italia omnes duo, Rubico a supero mari, Arnus ab infero, dirimebant. Quod autem ait Plinius, Ab Ancone, Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ cognomine: in eo terminos iurisdictionis non spectauit: nam ita Anconem Italiæ adiudicasset: sed Gallorum, veterum incolarum, rationem habuit. Quis autem Anconum cis Rubiconem esse nescit? Mela quoque Togatam nominat Galliam: & ait: Carni, & Veneti colunt togatam Galliam. Placet autem *Dionis* verba recitare ex *libro* X L V I. quæ Galliarum distinctionem ostendant, adiuncta nominis caussa & Togatæ, & Comatæ Λεπίδῳ τὴν Ἰβηρίαν πᾶσαν, καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν, Ἀντωνίῳ δὲ τὴν λοιπὴν Γαλατίαν, τήν τε ἐντὸς τῶν ἀλπίων, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτὰς οὖσαν ἀρχὴν δοθῆναι. Ἐκαλεῖτο δὲ ἐκείνη μὲν Τόγατα, ὅτι τε εἰρηνικωτέρα παρὰ τὰς ἄλλας ἐδόκει εἶναι, καὶ ὅτι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ Ῥωμαϊκῇ τῇ ἀστικῇ ἐχρῶντο ἤδη: αὕτη δὲ δὴ Κόματα, ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας αὔξοντες, ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν. Brachata restat Hæc transalpinæ pars fuit, quæ postea Narbonensis nominata. Plinius libro 3. cap. 4. *Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, brachata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, alpiumque saluberrimis Romano imperio iugis: a reliqua vero Gallia latere septemtrionali, montibus Gebenna, & Iura,* Et Mela *libro secundo, capit.* 5. *Pars Galliæ nostro mari apposita, fuit aliquando brachata*

nunc Narbonensis: Cicero etiam *in oratione in Pisonem*, Brachatæ illum cognationis dedecus appellat, quod auus eius maternus trans alpes natus erat. *Et in oratione pro Fonteio*, Sagatos, brachatosque vocat Gallos, qui Fonteium accusabant, cum Narbonensi Galliæ, quod ipsa declarat oratio, Fonteius præfuisset. Quo patet; licet ea Galliç pars nomen mutauerit, Narbonensis dicta, quę Brachata fuerat, ipsas tamen brachas non esse depositas. Brachæ autem, quasi tunica fuit omnis Galliæ transalpinæ, cui sagum imponebatur; comata tamen potius, quam a brachis dicta, quæ capillatior fuit. Quod si quis roget, cur brachas tunicam fuisse Gallicam putem: recitabo illud Suetonii, quòd in C. Cæsaris vita scriptum est: *Iidem in curia Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumserunt. Latus enim clauus tunica senatorum Romæ fuit, quem Galli, brachis depositis, sumserunt.*

III.

De Primipolo.

AD HANNIBALEM CRVCEIVM.

CVm multa apud veteres scripta, obscuritatis habent plurimum, Hannibal Cruceie: tum vero, quæ ad militiam pertinent, difficulter a nobis intelligi, quis ignorat? Primipilus quid sit, quidque in militia significet, video a multis dubitari. Volui igitur, quæ hac de re in veteribus obseruaui, edere; eaque in Tuo nomine apparere: vt, hac re, Patrem imitans, meam quoque summam obseruantiam Tibi ostenderem, ortam ab eximiis tuis erga nos officiis, quorum memoriam nulla vmquam dies apud nos obliterabit, nulla vetustas imminuet.

Primipilus, & Primus pilus, non idē sunt. nā Primipilus siue primopilus (vtrūq; n., vt infra ostendam, veteres dicebant: vnde Primipilaris, apud Quinctilianum, lib 6. Plinium *epist. libr.* 10. & apud Suetonium in Tiberio, & Spartianum, in Pescennio Nigro, *Primopilaris autem in antiquis lapidibus reperitur*) cēturio primus fuit, inter decem cēturiones triariorum. Primus pilus autem non centurio, sed centurionatus fuit, quem ordinem centurio Primipilus ducebat. Vtriusque subiungam exempla, & centurionis primum, deinde ordinis. Exemplorum autem quia duo genera sunt, quæ ex libris, quæque ex antiquis lapidibus sumuntur; primum a libris ordiar. Cæsar, de Primipilo centurione, *lib. 2. Bel. Gal.* Primipilo P. Sextio, multis vulneribus confecto. Liuius, lib 7. P. Salonius alternis prope annis & tribunus militum, & primus centurio, erat, quem nunc Primipilum appellant. Idem, libr. 8. Duo Primipili ex vtraque acie inter Triarios erant. Valerius, lib. 1. cap. 6. de prodigiis: Aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit. Addam etiam *Dionysii Halic* Græca verba, quæ sunt lib. 9. Εἷς τῶν ἐν τῇ λαμπροτάτῃ τάξει κεχειροτονημένος, ὃς ἐπὶ τῆς ἐξηκοντάδος ἡγεῖτο

χίας ὑποθῆκαί τε, καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν, κελεύει νόμος. τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ Πριμοπίλους καλοῦσι. Quibus verbis intelligitur, centurioni Primipilo solitas obedire sexaginta centurias, id est, totam legionem. Et Vegetius, cum Aquilæ præfuisse, quod erat signum legionis. lib. 2 demonstrat. Cuius potestatis ea ratio fuit; quia cum essent in legione tria militum genera, denis singula centurionibus instituta, hastati, principes, triarii, & ceteris omnibus triarii, ætate, vsu, fortitudine præstarent; eo fiebat, vt primus centurio triariorum non modo reliquis nouem triariorum centurionibus, verum etiam reliquis hastatorum, & principum, centurionibus imperare posset. Propterea dixit Dionysius, eum sequi solitas sexaginta centurias. Verum id perquam raro factum opinor; quippe cum in prœliis separatim singuli ordines, hastati, principes, triarii pugnarét. quod si & hastati, & principes, loco moti, fusique ab hostibus, fuissent; tunc triarii, fugientibus exceptis, renouata pugna, hostes inuadebant, eosque hastati, & principes, modo victi, sequebantur. ita, permistis ordinibus, vnum esse oportebat, cuius voluntati, & imperio, milites omnes parerent. is autem primus centurio, id est, Primipilus, fuit: qui cum aquilæ præesset, vt ait Vegetius, & inter centuriones triariorum primum locum obtineret; iure omnibus reliquorum quoque ordinum centurionibus imperabat. Quod & Plinius libr. XXII. capit. 6. declarat, inquit enim: Primum pilum capessens sub Catulo, exclusam ab hoc legionem suam hortatus, tribunum suum, dubitantem per castra hostium erumpere, interfecit, legionemq; eduxit. Quibus verbis constat, eum, qui primum pilum duceret, primum locum in legione, post tribunum militum, obtinere solitum. Liuius quoque honoratiores ceteris centurionibus indicat fuisse Primipilos, cum ait lib. 42. *Cum tribuni militum centuriones, sed primum quemque, citarentur; tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati tribunos pl. appellarunt.* Quemadmodum autem Primipili primum locum inter omnes suæ legionis centuriones obtinebant; sic primæ legionis Primipili honore præstabant omnibus ceteras legionum Primipilis. Propterea Sp. Ligustino, qui antea quater primum pilum duxerat, primus pilus, in legione prima, virtutis caussa, est assignatus. Quod apud Liuium scriptum est, eodem libro.

Hæc, ex libris: Nunc lapidum testimonia subscribamus.

Fulginei. I.

P. AELIO F. PAPIR

MARCELLO CENT.

FRVM SVB. PRINCIPI. PR. PEREGRINORVM

ADSTATO ET PRINCIPI. ET. PRIMIPILO

LEG. VII. GEM. PIAE. FEL. ADLECTO. AD. MV-

Q

NERA. PRAEFF. LEGG. VII. CLAV. ET. PRIMAE ADIVTRICIS. V. F. FLAMINI LVCVLARI. LAVREN. LAVINA. PATRONO. ET. DECVRIONI COLONIAE. APVLESIVM. PATRONO. CIVITAT. FORO. FLA. FVLGINIA. ITEMQVE. IGVVINORVM SPLENDIDISSIMVS. ORDO. FOROFLAM. CVIVS DEDICAT. DECVRIONIBVS. ET. LIBERIS. EORVM PANEM. ET. VINVM. ff. XX. N. ITEM. MVNICIPIBVS. ff. IV. N. DEDIT

Soræ ad D. Restitutæ.

L. FIRMIO. L. F.
PRIM. PIL. TR. MIL.
IV. VIR. I. D
COLONIA. DEDVCTA
PRIM. PONTIFICI
LEGIO. IV. SORANA
HONORIS. ET VIRTVTIS
CAVSSA

Capuæ, ad D. Vincentii 3.

PAVLO. AEMILIO
PRIMIPILO. BIS
PRAEFECTO. EQVIT.
TRIBVNO CHORTIS
IV. PRAETOR
..... SENECIO

Romæ

Romæ, in domo Cæsia, 4.

M : POMPEIO : M. : F . ANI : ASPRO
7. LEG . XV . APOLLINAR . 7 . COH . III . PR
PRIMOP . LEG. III . CYREN . PRAEF . CASTR
LEG. XX. VICTR.
ATIMETVS . LIB. . PVLLARIVS
FECI. ET. SIBI. ET
M. POMPEIO. M. F. ET. CINCIAE
COL. ASPRO SATVRNINAE
FILIO. SVO. ET VXORI. SVAE
M. POMPEIO. M. F. COL. ASPRO. FILIO. MINORI

Senogalia, in Piceno. 6.

P. P. .... A. PRIMOPILO. SPECTATAE. VIRTVTIS
EQVESTRIS . ORDINIS . V
PATRIBVS. . ET. . PLEBI. : GRATO
OB . GRATAM . ADOLESCENTIÆ . INDOLEM
BENE : MERITAM : SAXVM. : DEDIT.

Parmæ 7.

. . . .
PRAEF. LEG. XX. VALEN. VICTR. PRIMOP. LEG.
X. GEMIN. PIAE. FIDEL. CENT. LEGION. IIII.
SCYTHIC. XI. CLAVD. XIV. GEM
VII. GEMIN M
PATR. COL. IVL. AVG. PARM. PATR. MVNICI-
PIORVM. FORO DRVENT. ET. FORO. NOVANO-
RVM. PATRON. COLLEGIOR. FABR. ET. CENT.
ET. DENDROPHOR. PARMENS. COLLEG. CENT.
MERENTI

Brixiæ, apud Forum piscarium vetus, nuper effossa. 8.

C. MEFFIO. C. F
CLA. SAXONI
PRIMO PILO. PRAEF
COHORT. PRAEF. FABR
PONTIFIC. QVINQVEN
COHORS CARIETVM. ET
VENIAESVM

Emendandus locus Plinii, lib. 3. cap. 5. in quo, Veni-
nensium, corrupte legitur.

Bononiæ, in ædibus Aquilinorum. 9.

. . . . ENTICOL. Q. F. C. B
. . . . PRIM. PIL. PRAEF. EQ
. . . . . VIR. I. D
. . . . PIL. TRIB. MIL. PRAEF
. . AEF. FABRVM
. . QVINQ. POTEST
. . ICVS. DE. S. S. D

Taurini, in ædibus Aiacum. 10.

C. GAVIO. L. F
STEL. SYLVANO
PRIMIPILARI. LEG. VIII. AVG.
TRIBVNO COH. II. VIGILVM
TRIBVNO. COH. XIII. VRBAN.
TRIBVNO COH. XII. PRAETOR.

DO-

DONIS. DONATO. A. DIVO. CLAVD. BELLO.
BRITANNICO
TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS. CO-
RONA. AVREA.
PATRONO. COLON.
D. D.

Matellicæ II.

C. ARRIO. C. F. COR. . . . .
CLEMENTI. MILITI. COH. IX. PR. EQVITI. COH.
EIVSDEM. DONIS. DONATO. AB. IMP. TRAIA-
NO. TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS. OB
BELLVM. DACICVM. SINGVLARI. PRAEFECTO-
RVM. PR. TESSERARIO. OPTIONI. FISCI. CV-
RATORI. CORNICVL. TRIBVNI. EVOCATO AVG.
7. COH. I. VIGIL. 7. STATORVM. 7. COH. XIV.
VRB. 7. COH. VII. PR. TRECENARIO. DONIS.
DONATO. AB. IMP. HADRIANO. HASTA. PVRA.
CORONA. AVREA. 7. LEG. III. AVG. PRIMIPI-
LARI, II. VR. QVINQVENNALI. PATRONO. MV-
NICIPI. CVRATORI. REIPVBLICAE. DECVR. ET
AVG. V. ::: MVNICIPES. MAT. , . . .

Tarracone. 12.

TEMPLVM. HOC. SACRVM. HER.....
...... AVGVSTI . NOMEN . FELIX.
REMANEAT. STIRPIS. SVAE. LAETETVR......
PARENS. NAM. QVOM. TE. CAESAR. TE M. ....
EXPOSCE. DEVM. CAELOQVE. REPERIES.....
MVNDVM REGES SINT. HEI. TV. EI. SORTE....
HVIC. IMPERENT NEGANTQ. NOS. FELICIBVS. VOTEIS. SVEIS
L. AVRELIVS. L. F. PAL RVFVS PRIMOPILARIS
..... XVI. MILITARIS. SEC. .....
..... IMP. CAESARIS. ....

In

In Hispania 13.

L. AVRELIVS. L. F
PAL
RVFVS
PRIMOPILARIS
LEG. XVI
H. S. F

De ordinis ductore, qui Primipilus, vel Primopilus, vocabatur, diximus. Nunc de ipso ordine, qui Primus pilus, non Primipilus, aut Primopilus, appellabatur, ea, quæ scripta sunt a veteribus, afferamus. Cæsar, *lib. 2. Bel. Gal.* P. Sextius Baculus primi pili centurio. Idem planius etiam, *libr. 5.* Baluentius anno superiore primum pilum duxerat. Et, *lib. 6.* Sextius primum pilum apud Cæsarem duxerat. Et, *lib. 1. Bel. ciuil. L. Pupium, primi pili centurio.* Et, *libro 3. Scæuam, centurionem, ab octauis ordinibus ad primum pilum traduxit.* tametsi mendose, in vulgatis libris, eo loco, legatur, *Primipilum.* nam in antiquo Borromæi Cardinalis libro est, *Primum pilum.* Et, ibidem, infra: *Crastinus primum pilum superiore anno in legione decima duxerat.* De hoc ordine significasse eundem puto *lib. 5. Bel. Gal.* cum dixit: *Erant in ea legione centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio, & L. Varenus.* Et Tacitum, lib. 19. *Occisi sex primorum ordinum centuriones.* Et Liuium *libr. 7.* Septimum primum pilum iam Tullius ducebat. & *libr. 8.* vbi de acie tertia loquitur: *Sub signis quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat, eam vnamquamque Primum pilum vocabant.* tribus ex vexillis constabat. Cum dicimus etiam centurio Primipili; idem valet, ac si dicamus, centurio, primum pilum ducens. quod ostendit Sallustius, in Iugurtha. Et Velleius, *lib. 2. Primi pili centurionem, nomine Vibillium, fuste percussit.* Liu. l. 2. *Populus dedicationem ædis dat M. Platorio, primi pili centurioni.* Suetonius in Caligula: *Nonnullis centurionibus, ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, caussatus senium cuiusque, & imbecillitatem.* Et Valerius, *lib. 9. Dedicatio ædis Mercurii M. Platorio, primi pili centurioni, data est.* Et Tacitus, *lib. 13. Curam præsidiorum Pactio Orphito, primi pili honore perfuncto, mandat. Et lib. 19. Aquilam Ælius Verus, primi pili centurio, seruauerat. Et Plinius, lib. 22. cap. 6. Primum pilum capessens, legionem eduxit.* Hæc ex historia. Sed a Cicerone quoque tria suppetunt huiusce generis exempla. *Epist. 20. lib. 5. ad Atticum: Cohortem primam totam perdidit, centurionemque primi pili, Asinium Dentonem.* Et, *in oratione pro Balbo: L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. Et, in Antonium oratione 12. Cum Aquilæ primi pili nummos aureos daret.* Quo loco subaudiri, centurioni, non dubito: alioqui legendum putarem, Aquilæ primipilo. Constat igitur ex Cæsare, Sallustio, Cicerone,

Liuio, Velleio, Suetonio, Valerio, Tacito, Plinio, ordinem in militia fuisse Primum pilum: de quo lapidum testimonia non habemus: ordinis autem ductorem fuisse Primipilum, & lapidibus, & libris, probatum iam est. Quaeri potest: cum Primipilus appellaretur is, quem fuisse primum in Triariis centurionem, Liuio maxime teste probauimus, qui eum tribuno mil. honore proximum locat, quibus nominibus reliqui nouem triarior. centuriones appellarentur. Opinor, numero distinctos fuisse, vt post Primipilum diceretur, Centurio secundi triarii; post hunc autem, Centurio tertii triarii; eademque ratione, vsque ad decimum. Et, cum dixit Caesar, *Ab octauis ordinibus ad primum pilum Scaeuam traduxit*: indicat, opinor, Scaeuam, e centurione octaui triarii, primum centurionem, id est, primipilum, ob virtutem esse factum. Sic Primus hastatus, pro primo ordine hastatorum, a Caesare nominatur, *lib. 3 bel. ciu. Cecidit*, inquit, *Q. Fulginius ex primo hastato legionis 12. qui, ob eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat*: id est: a decimo hastato, per omnes reliquos ordines, vsque ad primum. Et Cicero, lib. 1. de Diuin. *Signifer primi hastati signum loco mouere non potuit.* Eadem ratione Primus princeps vocabatur Primus ordo inter principes; sic secundus, tertius, vsq; ad decimum. Vnde illud, in Ciceronis ad M. Brutum epistola: *Nasennius, Cretensi bello, Metello imperatore, octauum principem duxit.* Transibant autem centuriones, virtutis gratia, ab inferiore ordine ad altiorem; vt, a decimo hastato, ad nonum; a nono, ad octauum; & sic, vsque ad primum: a primo vero hastato non ad decimum principem, sed ad primum; nec deinde a primo principe ad decimum triarium, sed ad primum, qui priscis temporibus vocabatur primus centurio; posterioribus, Primipilus, vt Liuii verbis ostendimus. Hanc mihi coniecturam de centurione primi hastati ad ordinem Primum principem traducto, Liuius affert: apud quem lib. 42. ita loquitur Sp. Ligustinus: *Hic me imperator dignum iudicauit, cui Primum hastatum prioris centuriae assignaret. tertio iterum voluntarius miles factus sum in eum exercitum, qui aduersus Aetolos, & Antiochum regem, est missus. a M'. Acilio mihi Primus princeps prioris centuriae est assignatus.* De centurione autem primi principis, ad ordinem Primipili traducto, sic Vegetius *libr. 2. Vetus consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili.* Hactenus recte Vegetius. Quod autem subiungit, in eo mutatam militiae rationem declarat: ait enim: Qui non solum Aquilae praeerat, verum etiam quatuor centurias, id est, quadringentos milites, in prima acie gubernabat. Primum non quatuor centurias, verum vnam tantum, gubernabat Primipilus: & erant in Triariis, quot Manipuli: totidem Primipili, qui antea, *vt libro 7. scripsit Liuius*, primi centuriones appellati fuerant. In hoc igitur valde a Polybio, cui plurimum in historia

tribuo,

tribuo, Vegetius dissentit. Quod si centuria Manipulus est, vt equidem facile credo; quia centuriones, qui Manipulis præerant, nominabantur: non intelligo, qui potuerint in quatuor centuriis milites esse quadringenti. Concedam, priscis illis temporibus cum Roma Regibus pareret, atque etiam aliquanto post, centenos fuisse milites in centuria; sed, quo tempore aduersus Latinos Romani, T. Manlio Torquato, & P. Decio Mure cos. dimicarunt, in singulis hastatorum, principumque manipulis erant milites sexageni; præterea centuriones duo, vexillarius vnus: Triariorum autem 180. & centuriones item duo, vexillarius vnus: totidemque & Rorarii, & Accensi, in eodem, cum Triariis, manipulo. nam in tertia acie quindecim manipulos Liuius constituit: quos etiam Ordines vocat: singulosque diuidit in partes tres, Triarios, Rorarios, Accensos Age, Liuianos manipulos omittamus: de iis cogitemus, quos Polybius denos quidem in singulis militum generibus, id est in Hastatis, Principibus, Triariis, diuerso tamen militũ numero constituit. singulis enim Hastatorum, & Principum, manipulis milites attribuit CXX. Triarior. autem manipulis dimidium, id est LX. Ita neque Vegetio cum Liuio, aut Polybio; neque rursus inter Liuium, & Polybium, conuenit. Quid, quod Primum pilum in acie prima statuit Vegetius, contra quem Liuius, & Polybius, qui locum ei postrema in acie inter triarios assignat. nimirum diuersis temporibus magna rei militaris facta commutatio est. Nec enim perpetuo mansit ea militiæ ratio, quam a Polybio, qui cum Africano minore vixit, explicatam videmus. Ille pilum solis velitibus tribuit, hastatis autem, & principibus, veruta bina; triariis, neq; pilum, neq; veruta, sed hastam, præter gladium: Cæsar autem, *lib. 3. bel. ciu.* (vt vno contenti simus exemplo, cum supperant multa) iacta esse pila, significat, ab iis, qui cum Crastino euocato contra Pompeianos procurrerunt: quos non fuisse velites qui minimæ fortitudinis erant, ostendit non obscure: ait enim: *Electi milites eum circiter* CXX *voluntarie eiusdem centuriæ sunt prosecuti.* Vt omittam, quod legionem C. Marius auxit, ad militum sex millia: vt is esset ordinarius numerus. qui antea fuerat quatuor millia ducenti: quod Polybius memoriæ prodidit.

IV.
De Tibiis.

AD BARTHOLOMÆVM CAPRAM.

INgratus sim, Bartholomæe Capra, si quæ in Patrem meum officia contulisti, ea mihi in animo fixa non hærerent. Memini, quam grata, & iucunda Tui memoria Patri esset nec ego ei dissimilis in eo vnquam ero. &, cum eximiis tuis erga nos meritis vix vllo pacto respondere possim, enitar saltem, vt, iis agnoscendis, & prædicandis, non omnino ingratus iudicer.

Dextræ tibiæ erant, quæ dextra histriones spectabant, sinistra scilicet spectatores. Sinistræ contra, quæ sinistra histriones, dextra spectatores. Opinor autem, sinistras grauem sonum reddidisse, dextras acutum. sinistrę enim ex ea arundinis parte fiebant, quæ proxima terræ nascitur; quæ cum crassior sit, & foramen latius habeat, quam quæ longinquior a radice est, grauiorem sonum reddat, necesse est. dextræ autem ex superiore arundinis parte fiebant testis Plinius *lib. 16. in extremo capite 36. his verbis: Sed tum ex sua quamque tantum arundine congruere persuasum erat: & eam, quæ radicem antecesserat, læuæ tibiæ conuenire; quæ cacumen, dextræ.* Hinc legas, *Acta est tibiis dextris, & sinistris*, id est, sono acuto, & graui, tibiis vtrimque constitutis. Vbi autem legitur, *Paribus dextris & sinistris*, Sarranas significat, dextrorsum sinistrorsumque positas, quæ Pares vocabantur, quod foraminis cauerna, *vt ait Seruius*, par erat; ideoque sonum parem reddebant, vt Phrygiæ impares, quod cauernam imparem habebant, ex quo sonum reddebant imparem, acutum scilicet partim, & partim grauem. Ex quo Seruius interpretans illud Virg. lib. 9.

O vere Phrygæ, (neq; enim Phryges) ite per alta
Dyndyma, vbi assuetis biforem dat Tibia cantum:

explanat, *Biforem*, dissonum, imparem, & dissimilem, iuxta Phrygiarum tibiarum naturam, quæ hoc a Sarranis distabant, quod, *vt ait Seruius*, cauernam foraminis imparem habebant; vt Phrygiæ distabant, quod dextræ vnicum foramen habebant, vt sonitu vniformi sonarent; sinistræ vero, duo: quorum vnum grauem, alterum acutum sonum reddebant. Quod vero dextræ tibiæ acutum, sinistræ grauem sonum reddiderint, præter Plinii, Varronis quoque testimonium exstat, *de re rust. lib. 1. cap. 2.* quo loco ait, *Tibias dextras, & sinistras*, cum vno eodemque tempore sonarent, vt histrionum vocem sequerentur, alteram incentiuam, alteram succentiuam fuisse. Quod autem, vbi Incentiuam nominat, dextram significet; vbi Succentiuam, sinistram; nihil dubito subiungit enim: *Agricultura succinit pastorali*, quod est inferior, vt tibia sinistra dextræ foraminibus. Cum igitur sinistra succentiua sit, grauis sonus erit; dextræ autem acutus, quoniam incentiua, sinistræque foraminibus superior, cum maiorem foraminis numerum habeat sinistra, cui, vt grauiter sonet, pauca foramina sufficiunt. Quo loco vero dicit; *Tibiis Sarranis*, idem est, ac si dicas, *Paribus*: cauernam enim parem habebant, ex quo parem quoque sonum reddebant. Et, quoniam eruditi quidam Artis Musicæ scriptores, scripsere, ideo in Terentii Adelphis, quæ comœdia acta fuit ludis funebribus Q. Fabii Maximi, sonuisse Sarranas siue Phrygiis, quod par sonus rebus mœstis aptior esset, quam acutus: opinor ego, Sarranas, id est, pares, non solum in rebus mœstis, verum etiam in lætis sonuisse; cum videam non tantum in Adelphis

sed &

sed & in Andria, & in Hecyra fuisse *Tibias pares*, id est, *Sarranas*. nisi si tres eas comœdias actas fuisse ludis funebrib⁹ alicuius summi ciuis credamus: quod falsum est: Hecyra enim primum acta ludis Romanis. Et, quoniam Acro, *in Horatii Artem Poeticam*, ait, ex Varronis sententia, Tibias veteres quatuor foraminum fuisse: potest id dupliciter intelligi. prior explanatio est quod, cum Acro legerit in Varrone, Tibias veteres, indicio id est, Varronis tempestate Tibiarum foramina mutata fuisse, cum Veteres nominet. Verum, si Acro ex persona sua Veteres nominat, quemadmodum ego arbitror, cum ipse inferior multis annis, sæculisque a Varrone fuerit: dicamus, ita locutum Acronem, vt rem alienam a temporibus suis designaret, Tibias scilicet non habuisse quatuor foramina, quemadmodum Varronis tempestate; vel quod prorsus in vsu esse desiissent, nec amplius in Comœdiis sonarent, vt hodieque in vsu non sunt. Donatus dextris tibiis grauem sonum tribuit, sinistris acutum. in quo aperte fallitur: quod non solum Plinii iam recitato testimonio probauimus, qui Tibias dextras ex arundinis cacumine fieri ait, sinistras ex ea, quę radicem antecesserit; sed etiam Varronis, qui dextram incentiuam, succentiuam sinistram appellat. Fallitur quoque in eo, quod ait, Tibias Sarranas, sinistrásque easdem esse. nam, si Sarranæ pares sunt, & Phrygiæ impares, ob foraminis æqualitatem, inęqualitatemque, quod ait Seruius: manifesto patet, Sarranas tam dextras, quam sinistras esse posse: quales in Andria Terentii fuisse existimo: ideoque in Inscriptione legitur, *Tibiis paribus dextris, & sinistris*, i. e, Sarranis. Et in Adelphis, vbi legitur, *Tibiis Sarranis*, easdē opinor fuisse cū parib. dextris, & sinistris. Et in Phormione, *Tibiis imparibus*, ex plano *Tibiis Phrygiis dextris, & sinistris*. Hāc opinionē meam id confirmat, ꝙ numq̄ reperi Phrygias, aut Sarranas nominatas vna cum paribus, aut imparibus quod indicio est, *Paribus*, ad indicandas Sarranas; &, *Imparibus*, ad Phrygias, satis fuisse. Illud etiam animaduerti, Sarranas, Phrygiasque in vna eademque comœdia numquam sonuisse, sed vel has, vel illas. ideoque legitur, *Paribus, aut imparibus*; nec vmquam vna, *Paribus, & imparibus*. Opinor etiam, vbi legitur, *Dextris, & sinistris*, intelligendum esse, non vnam tantum, sed plures Tibias a dextris sonuisse sinistrisq; scenæ: aliquandoque sonuisse tantum ex altera parte, quo modo in Eunuchi inscriptione legitur, *Tibiis duabus dextris*: itaque est in scriptis libris, & recte. Quo loco dubitaui interdum decesse *Paribus, vel imparibus*: vt ostenderet, Phrygiæne, an Sarranę essent; quod in aliis dixerat. sed postea, cum neque *Paribus*, neque *imparibus* ibi scriptum sit, intelligi debere existimaui, Pares potius, quam impares fuisse: Sarranas scilicet potius, quam Phrygias: cum æqualis sonus grauior sit, qui Sarranarum erat, ideoque conuenientior, & Romanorum auribus iucundior.

Quod autem dextræ Tibiæ ſint pares, id patet ex Heautontimorumeni Inſcriptione, vbi eſt, *Acta primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris*. nam, ſi dextræ non eędem ſunt cum imparibus, ſequitur pares eſſe. pares autem eaſdem fuiſſe cum Sarranis, iam diximus. impares igitur Phrygiæ ſunt, a ſiniſtraque ſonabant. Ex quo patet, Sarranas modo vtrimque ſonuiſſe, tuncque dicebant, *Tibiis paribus dextris, & ſiniſtris*, vt in Andriæ inſcriptione; modo a dextra tantum, vt in Heautontimorumeno, vbi ait, *Deinde duabus dextris*, cum dixiſſet iam, *Acta primum tibiis imparibus*. In Eunucho quoque ſonuerunt tantum a dextra: dicit enim, *Tibiis duabus dextris*. Vbi vero neque dextræ, neque ſiniſtræ nominantur, vt in Phormionis, Hecyræque inſcriptionibus: credendum eſt, ab vno tantum latere ſonuiſſe: a ſiniſtro ſcilicet, *in Phormione*; cum dicat, *Tibiis imparibus*: a dextro autem, in Hecyra, cum dicat, *Tibiis paribus*. teſtimonio enim inſcriptionis Heautontimorumenu iam demonſtrauimus, impares, Phrygias ſcilicet, ſonuiſſe tantum a parte ſiniſtra. Sarranas vero ſonuiſſe op nos modo a dextra ſolum, *vt in Eunucho, & in Heautontimorumeno*: tũcque in Comediæ Inſcriptione id aperte ſignificabatur, & dicebatur *Tibiis dextris*: modo a dextra, & ſiniſtra, vt in Andria, vbi, tamquam de re, quæ interdum variaret; *Dextris, & ſiniſtris*, dicitur. Diomedes Tibiarum tria genera nominat, *dextras Sarranas. ſiniſtras*. in quo dupliciter errat. Primum, quod, ſi Sarranæ aliæ ſunt a dextris & ſiniſtris, non tria, ſed quatuor Tibiarum genera erunt; cum ſint & Phrygiæ, quas Seruius Sarranis opponit. errat & in eo, quod Sarranas a dextris, & ſiniſtris diſtinguit, cum Sarranæ poſſint eſſe dextræ, ſiniſtræque. quod & iam probauimus, & ex Adelphorum Inſcriptione patet. in qua cum ſit, *Tibiis Sarranis*, neque dicatur, *dextris aut ſiniſtris*: quis non videt, in Sarranis ineſſe dextris & ſiniſtris, vel ſaltem dextris? cum ex altero ſcenæ latere, vel ex ambobus ſonuiſſe neceſſe fuerit. vtriuſq; autem moris exempla dedimus, cum de Sarranis loqueremur. Phrygias enim a latere ſiniſtro tantum ſonuiſſe, videtur: quod ex Heautontimorumeni Inſcriptione elicitur.

Tibiæ autem non ſemper ex arundine factæ ſunt, ſed Plinii ætate ſacrificæ e buxo, ludicræ autem e loto, oſſibuſque aſininis, & argento Qua de re *in noſtro commentario Artis Poeticæ Horatii*, quem ad te mittimus, Bartholomæe Capra, diximus; & apud Plinium *in extremo cap. 35. lib. 16.* quædam leguntur.

V.

De Fulgure & Fulmine.

AD OCTAVIANVM FERRARIVM.

NOllem, quod ſiluerint inter nos literæ, ſiluiſſe amorem exiſtimares non is ſum, Octauiane Ferrari, qui cũ quem ſemel aman-

amandum,& colendum ob eximias virtutes mihi propoſui, non in amicitia perſtem: & Tu, qui Patri meo ita carus, itaque acceptus ſemper fuiſti, cur non & mihi filio eodem loco eſſe debes? Sed excitabo meipſum, vel potius excitabit me amor erga me tuus: quem cum recordor, aliquid eſſe mihi videor: idque iudicio Tuo multum tribuens.

Fulgura pro Fulminibus vſurpat Plinius *lib.* 35.*cap.*10. Nam Ceraunobolon quod ibi appellari dicit, ſignificat, fulmen quod iacitur; vt Symbolum, eſt pecunia, quæ confertur. Eadem tria nominat *lib* 2.*cap.*47. quo loca Fulmina vocat, quæ *lib.*35. Fulgura. *Si in nube*, inquit, *luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edit: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nititur, fulgetra.* Præterea *lib.* 15. *cap.*18. manifeſte pro fulminibus fulgura vſurpauit. *Colitur*, inquit, *ficus arbor in foro ipſo, ac Comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis.* Sic Varro *lib.* 4. *C. Ælius, & Q. Lutatius ſcribunt* [illegible]*um locum eſſe fulguratum, & ex S. C. ſeptum eſſe.* idem Plinius lib. [illegible] cap. 54. cum loquatur de fulminibus, *Quæ iam*, inquit, *fulgura* [illegible]*nuntiare, non putant ſua.* magna huius obſeruationis vanitas ta[illegible]a Iunonis æde deprehenſa eſt Scauro côſule noctu magis, quam [in]terdiu, ſine tonitribus fulgurat. vnum animal hominem non [se]mper exſtinguit, cetera ilico. Accedit Tranquillus: qui ſcripſit [in] Auguſto: *Tonanti Ioui ædem conſecrauit liberatus periculo, cum* [ex]*peditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur* [per]*ſtrinxiſſet, ſeruumque prælucentem exanimaſſet.* Et in Domitia[no]: *Continuus octo menſibus tot fulgura facta, audit aque ſunt, vt* [exc]*lamauerit, Feriat iam quem volet.* Nec videtur Cicero aliud [sig]nificaſſe, cum dixit, *lib* 2 *de leg. Diuorum iras prouidento iiſque* [par]*ento: cæliquae fulgur a regionibus ratis temperanto: vrbemque,* [agro]*s, & templa, libera & effata habento.* Et paulo poſt: *Fulgura,* [atqu]*e obſtita pianto.* Eodem illud ſpectat, quod idem Cicero po[suit l]ib. 1. de Diuin. *Quæ eſt gens, aut quæ ciuitas, quæ non aut extis* [pecu]*dum aut monſtra, aut fulgura interpretantium, aut augurum,* [aut a]*ſtrologorum prædictione moueatur?* Et ibidem infra: *De ful*[mine]*n vi dubitare num poſſumus? nonne cum multa alia mirabilia,* [tum i]*llud in primis.* cum Summanus in faſtigio Iouis opt. max. qui [e]rat fictilis e cœlo ictus eſſet; nec vſquam eius ſimulacri ca[put] inueniretur: haruſpices in Tiberim id depulſum eſſe dixe[r]e. Ouidius quoque lib 1. Faſt.

——— *ſpirare Typhæa credas,*
Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iaci.

[Atq]ue Plautus idem ſenſit in Trinummo: *Fulguritaſſunt arbores: ſues moriuntur.* Et idem Plinius libro x i x. capit. [Cu]*m ſereno cælo fulget, pluuiæ erunt, & tonitrua. & hiemalis:* [Pri]*ma autem, cum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgura*[t. Qua]m, ſi vibrationem tantum luminis ſignificaſſet; verbum,

Fulgurabit, omisisset breuitatis caussa. Ab hac sententia, nisi fallor, non discrepat illud lib. 9. cap. 35. *Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunii modo minui: si vero & tonuerit, pauidas, ac repente compressas, quæ vocant physemata, efficere: hos esse concharum abortus.* Nonius quoque *Fulguritum*, pro fulgure ictum, explanat; & *Fulgurire*, pro fulgur iacere: vnde illud Næuii:

A suo sonitu claro fulgurivit Iupiter.

Est etiam locus lib. 2. de Diuin. in quo Fulgurare, pro fulmen iacere, dictum est verba subscribam: *Quid est, quod obseruatum sic in fulgure? cælum in 16. partes diuiserunt Etrusci. facile id quidem fuit, quatuor, quas nos habemus, duplicare, post idem iterum facere; vt ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset.* Et paulo post: *In nostris commentariis scriptum habemus: Ioue tonante fulgurante, comitia populi habere nefas. hoc fortasse reip. caussa constitutum est: comitiorum enim non habendorum caussas esse voluerunt: itaque comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit.* Ex hoc loco Fulgur, & Fulmen idem esse, nemo, vt opinor, negabit. Neque tamen propterea mendosum esse aut *in oratione, vel interrogatione potius in Vatinium*, aut *lib. 2. de nat. de.* vbi legitur in vulgatis libris: *Ioue fulgente, tonante.* nam ego tria puto fuisse comitiorum vitia, fulgere, tonare, fulgurare. quam capio coniecturam ex hoc ipso de Diuinatione libro: in quo scriptum video, in extremo: *Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cælo.* quare nec, *Fulgurante Ioue*, in Fulgente mutauerim; cum iam ostenderim, Fulgur, & Fulmen idem esse. Fulmen autem comitiorum vitium: nec, *fulgente* in *fulgurante*; cum &, *fulgere*, malum in comitiis omen existimetur. Nec moueor, quod in eodem libro videtur Cicero fulgura distinguere a fulminibus: inquit enim sic: *Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse: cum autem se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem cœperint diuidere, atque dirumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura, & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.* Aut quod scripserit Seneca lib. 2. nat. quæst. *Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.* Aut quod Nonius; qui Fulgur ait ignem esse, qui coruscat fulmine? Ego enim fulgura a fulgetris ita distinguo, vt, fulgetra sit fulgor sine fulmine, fulgur autem & cum fulmine & interdum etiam sine fulmine; vt in duobus proxime recitatis, Ciceronis, & Senecæ locis. nam fulgura, quia numquam sine fulgore sunt, eadē fulgetra, vocari possunt; quia scilicet ignem, nubium conflictu expressum, emittunt, fulmina: fulgetra vero, quia tantum fulgent, fulminum significatione semper carent.

De

VI.

De Etesiis.

AD CAROLVM SIGONIVM.

PErpetua Tua erga me merita non vulgaribus testata officiis, Carole Sigoni, poscere videntur, vt Patris mei erga Te beneuolentiæ, qui Te semper fratris loco duxit, respondeam; &, quantum meæ vires possunt, nihil prætermittam, quod propensam voluntatem testari possit. Tu hoc literas accipies, vt pro animo rem Te accepisse iudices, non Tu quidem me Tibi deuinctum maiore vinculo adstringes, sed eximiæ Tuæ humanitati plurimum addes.

Etesiæ qui venti sint, quaque anni parte, quamque diu, flent; deinde, quo modo gignantur; postremo, quorsum spirent, breui ...onabor ostendere. Etesias ventos esse a Septemtrione excitatos, ...ter omnes constat: ideo dixit Lucretius, lib 6.

——*Etesia flabra Aquilonum.*

...am poetæ Aquilonem, pro Septemtrione, accipiunt. licet A...ilo, qui & Boreas idem est, medius inter Septemtrionem, ori...temque, sit. qui enim directe a Septemtrione ipso, atque ab Vr...vt loquitur Aristoteles, aduersus Meridiem flat, Ἀπαρκτίας a ...æcis, a nostris vocatur Septemtrio. Quo tempore spirare in...ant, veterum testimoniis docebimus. Aristoteles *Meteor. libr.* ...πνέουσι, inquit, πνέουσι μετὰ τροπὰς καὶ κυνὸς ἐπιτολὴν, οὔτε τηνικαῦ...τα, ὅτε πλησιάζει μάλιστα ὁ ἥλιος, οὔτε ὅτε πόρρω. καὶ τὰς μὲν ἡμέρας ...τὰς δὲ νύκτας παύονται. Quod ita vertimus. *Etesiæ spirant post ...stitium, & Canis ortum, neque ei propinquante admodum Sole, ...recedente, & interdiu quidem spirant, noctu autem quiescunt.* ...mella autem, sic, *lib. II. cap. 2.* IIX *idus Iul. Capricornus me...excedit,* VII. *idus Iul. Cepheus vespere exoritur* VI. *idus Iul. ...sæ flare incipiunt.* Prodromos vocat Etesias, quia Caniculam ...præcurrant diebus octo. Et Plinius Etesiarum prodromos ...at *lib.* 18. *cap.* 28 quorum in ortu Columellæ assentitur, ...bis *lib.* 2. *cap.* 47. *Ardentissimo æstatis tempore exoritur Cani...la, Sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies decimus ...ante Augusti Kal. est. huius exortum diebus* IIX *ferme ...es antecedunt, quos Prodromos appellant.* post biduum au...ortus, iidem Aquilones constantius perflant diebus XL. ...esias vocant. Idem infra. *Etesiæ noctu desinunt flare, & a ...ta hora oriuntur.* Cicero etiam *lib.* 2 *de nat. Deor. Etesiæ, ...flatu nimii temperantur calores, a quibus que etiam mariti...celeres, & certi diriguntur.* Etesiis nomen ab ἔτος, quasi ...arios. quod nulli venti, vt ait Plinius, magis stati sint, ...s annis certo tempore reuertantur. Gignuntur dissol...e humorem in Septemtrionis regione collectum. de quo

K

sic Aristoteles eodem loco: Ὁ μὲν Βορέας ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὴν ἄρκτον πνεῖ τόπων. οἱ πλήρεις ὕδατος καὶ χιόνος εἰσὶ πολλῆς: ὧν τηκομένων ὑπὸ τοῦ ἡλίου μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς μᾶλλον ἢ ἐπ' αὐταῖς, πνέουσιν οἱ Ἐτησίαι. Id est, *Spirat quidem Boreas a locis Septemtrionalibus, aqua & niue multa confertis: quibus a Sole liquefactis post æstiua Solstitia magis quam in ipsis, Etesiæ flant.* Placet hic *Suidæ* verba subscribere, quod ex iis non hoc solum de origine Etesiarum, sed alia quædam, de iisdem ventis, non indigna literis, & memoria, cognoscuntur. Ἐτησίαι οἱ ἄνεμοι οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. πνέουσι δὲ ἐν ἀκμῇ τοῦ θέρους διότι ὁ ἥλιος μετεωρότερος, καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων βορειότερος φερόμενος, τὰ ὑγρὰ τὰ ἐν τοῖς ἄρκτοις λυόμενα δὲ ταῦτα, ἐξατμοῦται, καὶ πνεύματα γίνεται· καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ Ἐτησίαι καὶ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν τόπων φερόμενοι ἐπὶ τοὺς μεσημβρινούς. προσπίπτοντες τοῖς ὑψηλοτέροις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα, ἀποστάζονται ὑετοὺς. καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν πληθύνεται ὁ Νεῖλος τοῦ θέρους. ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν, καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. Id est: *Etesiæ spirant æstate maxima: propterea quod Sol altius adscendens, & a meridianis locis ad Septemtrionem propius accedens, humores, qui sunt in eo tractu, dissoluit. quibus in aerem spiritumque conuersis, Etesiæ gignuntur: & a Septemtrione ad meridianam plagam delatæ, cum in altiores Æthiopiæ montes inciderint, in vnum coactæ pluuias effundunt: quibus exundat Nilus, æstate a meridianis aridisque locis defluens.* Quod autem hic Suidas de Nili incremento narrat, id ab aliis quoque creditum, Plinius indicat, vbi de Nili ortu sententias diuersas commemorat, *lib. 5. capit. 9. Caussas*, inquit, *incrementi Nili varias prodidere, sed maxime probabiles; Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum; vltro in ora acto mari, aut imbres Æthiopiæ æstiuos, iisdem Etesiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe.* Et Ammianus lib. 22. *Opinio celebrior est, quod, spirantibus prodromis, perque dies* X L V. *Etesiarum continuis flatibus repellentibus, eius meatus velocitate cohibita, superfluis fluctibus intumescunt, & reluctante spiritu controuerso accrescens in maius, hinc vi reuerberante ventorum, inde vrgente cursu venarum perennium, progrediens in sublime tegit omnia.* Quas autem de Nili incremento opiniones & Ammianus, & Plinius, & Suidas, in suos libros retulerunt, eas videntur accepisse a Callisthene, & Democrito, quorum ipsi nomina omiserunt. Verba eorum recitarem, si hoc esset instituti nostri. non enim hic de Nili incremento, sed de Etesiarum generatione, agimus. Qua parte iam absoluta, eorum cursum ostendamus. Feruntur a Septemtrione in occidentem, inde in orientem. quod auctor grauissimus *Aristoteles eodem libro*, infra docet his verbis: Οἱ Ἐτησίαι περιΐστανται· τοῖς μὲν πρὸς δυσμὰς οἰκοῦσιν ἐκ τῶν ἀπαρκτίων εἰς θρασκίας διΐστανται καὶ ζεφύρους, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τελευτῶντες δὲ εἰς τοὺς πόρρω. τοῖς δὲ πρὸς ἕω, περιΐστανται μέχρι τοῦ Ἀπηλιώτου. Latine sic: *Etesiæ iis quidam, qui ad occidentem habitant, a Septemtrionibus in Thrascias.*

Argestas

Argestas; & Zephyros commutantur: initio facto ab Vrsa, fine in iis, qui longinqua loca incolunt: iis vero, quibus ad orientem sedes est, vsque ad eum ventum, qui Apeliota dicitur. Sententiam Aristotelis comprobant verba Ciceronis *epist 15 libr 2 ad Cœlium. Ego,* inquit, *nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter, vt spero, vos videbo.* Nam e Cilicia Italiam versus, hoc est ab orientis partibus ad occasum, nauigaturus, ne impediretur Etesiis, timebat, non a Septemtrione, id est, dextro latere, incurrentibus, sed ab occasu, id est, a fronte, reflantibus; cum ab occidente ad ortum referuntur. Quod etiam clarius demonstrat *in epistola 7. lib.6 ad Att. Rhodum,* inquit, *volo, puerorum causa: inde quamprimum Athenas: etsi Etesiæ valde reflant.* Nam, *Reflant,* impedimentum a fronte significat. *& ibidem epistola 8. Nos Etesiæ vehementissimæ tardarunt.* In epist. quoque ad Cornificium flare ab Occidente Etesias Orientem versus, & eos prosequi solere, qui ex Italia Græciam peterent, ostendit his verbis: *In Græciam desperata libertate rapiebar, cum me Etesiæ quasi boni ciues relinquentem remp. prosequi noluerunt, Austerque aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit. Prosequi noluerunt,* inquit, *qui alios eo anni tempore solerent.* Etesiarum dies vocat *in epist. ad M. Brutum,* in qua sunt hæc, eadem de re: *In medio Achaico cursu cum Etesiarum diebus Auster me in Italiam retulisset, te vidi Veliæ.* Ad Marcellum cum scriberet *lib.15. Ego,* inquit, *si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo.* Tacitus quoque *lib. 18. Flatus,* inquit, *in Orientem nauigantibus secundus, inde aduersus erat.* Idem colligitur ex Cæsare *l b.3. de bel ciu.* Quæ cum ita sint, non video, quæ Plinium adduxerit ratio, vt illa scriberet, *naturalis historia lib. 2. In Hispania, & Asia, ab oriente flatus est eorum, in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus a meridie.* Non modo enim ab oriente Etesiæ non spirant Hispaniam & Asiam versus, verum contra ab occidente in orientem. Quod ex Aristotelis sententia, qui mihi instar omnium est, atque etiam e Ciceronis locis, videmur ostendisse. A meridie vero nunquam omnino Etesiæ flant contra quam hic Plinius sensit. Tertium, illud, flare Etesias in Ponto ab Aquilone, potest esse verum; hoc modo, vt aliquem Etesiarum auram incolæ Ponti, non tamen vehementē spirantum, sentiant: cum, Etesias a Septemtrione recta occidentem petere, ex Aristotele probatum sit. Verum & Plinius veterum quorundam auctoritatem secutus videtur; & eosdem, opinor, Gellius, cum dixit *lib.2 cap.22.* Etesias ex alia, atque alia parte cœli spirare: qui tamen in ea se putare sententia demonstrauit, quia subiunxit hæc: *Quod supra dixi Etesias ex alia & alia parte cœli flare, haud scio, an secutus opinionem multorum, temere dixerim.* In hac opinionum varietate, quid probem, obscurum est: Aristotelis tamen vnius auctoritate vehementer moueor.

VII.

De Drachmis.

AD IO. VINCENTIVM PINELLVM.

VEllem, quo erga Te sim animo, ita dignoscere posses, vt ea, quæ oculis cernuntur, perspiceres. Certe eximiam voluntatem erga Te meam, nec vulgariter me sentire de Tuis virtutibus videres: Te, tuaque studia extollere: & in Te amando nemini cedere, &, quamquam virium imbecillitate non is sim, qui tua merita pro dignitate enumerare possim, amore tamen videor posse, aliquid atque adeo multum apud Te gratiæ mihi conciliare.

Drachmarum Atticarum duo genera fuere: vnum ante Solonem, alterum a Solone inductum; vtrumque XCVI drachmarum in libra, sed pondere diuersum: quia Solonis drachmæ leuiores antiquis quarta parte ipsarum antiquarum fuerunt: vt XCVI. Solonis drachmæ non plus ponderis haberent, quam LXXII superiores. Quod ex Plut. etiam intelligitur, quamquam loquitur perplexe. *ait enim centum drachmarum a Solone minam esse factam cum antea* LXXIII. *fuisset.* quod si ita sensit, vt verba videntur ostendere: forsitan errauit. numquam enim variatus est in Mina drachmarum numerus, sed mutatum in Drachmis pondus, cum centenæ semper in Mina fuerint. Hoc igitur aut significauit Plutarchus, aut significare debuit, centum drachmas, a Solone percussas, non plus habuisse ponderis, quam septuagintaquinque superiores. quod idem erat, si dixisset, c drachmarum septuagintaquinque veterum pondere nouas centum a Solone factas. Sed, cum ante Solonem Minam dixit fuisse drachmarum septuaginta trium, aberrasse mihi videtur a vero. Conuenit enim inter omnes, numquam apud Athenienses, ac ne apud alias quidem gentes, drachmas in Mina fuisse pauciores centum. Etiam illud operæ pretium est, animaduerti; cum dicimus, in Mina drachmas centum fuisse. drachmas quidem centum numero significari, sed pōdere tantum nonaginta sex. cum in eo pondere centum ferirentur, quatuor centesimas lucrante officina. ita septuaginta duæ pondere numero erunt septuagintaquinque; &, quadraginta octo, quinquaginta; & triginta quatuor, vigintiquinque: cum drachmam vnam in vigintiquinque officina lucretur; quæ sunt duę, in quinquaginta; & tres in septuagintaquinque, & quatuor, in centum: quas modo centesimas quatuor appellaui. De hoc posteriore Drachmarum genere, a Solone inducto, loquitur Liuius, *lib.* 34 cum ait, *in tetrauarachmo denarios fere tres inesse* Ex quo fit, vt, cum in Mina sint tetradrachma vigintiquinque numero pondere autem vigintiquatuor, id est drachmæ centū numero pondere autem nonagintasex, in eadem Mina sint denarii septuagintaquinque numero, pondere autem viginti quatuor; id est, septuaginta

ginta quinque numero, pondere septuaginta duo. Nec vero, quia Liuius addidit, *Fere*, propterea quisquam dubitet nam, cum monetæ pondus paululum nonnumquam & apud Græcos, & apud Romanos imminui non ignoraret, ideo veritus, ne quando drachma, & denarius, officinarum fraude, non æquarentur, de incerta re sibi plane affirmandum non putauit. Cum igitur & denarius, & antiqua drachma æque superarent Soloninam drachmam quarta vtriusque parte, tertia vero Soloninæ; patet eiusdem esse ponderis denarium, & antiquam drachmam, & ex eo sequi, vt septem antiquæ drachmæ in vncia Romana ferantur, æque ac denarii; in vncia vero Attica denarii octo, æque ac drachmæ. Sed, quoniam Solon, cum drachmæ pondus minuit, id maxime secutus est, vt debitores onere leuaret aeris alieni; propterea drachmæ pondus in moneta dumtaxat imminutum, in medicinis videtur idem remansisse, vt a denarii pondere nihil differret. ideo scripsit Plinius. *lib 21. cap. vltimo. Drachma Attica denarii argentei habet pondus*. fere enim Attica obseruatione Medici vtuntur. Quamquam non modo Plinii ætate, sed multis ante annis, video drachmæ pōdus in moneta fuisse idem, quod ante Solonem fuerat, id est, idem cum denarii pondere. quod intelligere, facile est; cum & Varro apud Plinium; & Festus, & Pollux, Talentum æstiment sex milibus denarium. qua æstimatione, Denariū, Drachmæ respondere, perspicuum est. Vt igitur Drachma, sic Mina, & Talentum, mutatum est Minam vero, vel antiquam, vel a Solone inductam, ne quis putet libræ Romanæ æqualem pondere fuisse. nam antiqua grauior fuit, quam libra, Solonina vero latior. Probemus vtrumque. In Solonis Mina denarios tantum fuisse LXXII. cum de tetradrachmo ageremus, ostēdimus. at in libra Romana denarios LXXXIV. Plinius, & Celsus, ponunt. sunt igitur in libra Romana duodecim denarii plures, quam in Mina Solonina. quod idem est, ac si dicas: Libra superat pondere Minam Soloninam septima sui parte; sexta Soloninæ. In drachma vero antiqua si tantundem est ponderis, quantum in denario: quod iam probatum est: sequitur, vt, quemadmodum drachmæ sunt in Mina XCVI item Denarii totidem sint, id est, duodecim plures, quam in libra. ita fit, vt libra pondere superetur a Mina antiqua, septima sui parte, octaua vero Minæ. Verisimile autem est, libram Romanam respondere pondere Minæ Euboicæ: quia Africanus maior, cum Antiocho imponeret leges tributi, præscripsit, Talenta Euboica: quasi nihil Euboica Mina differret a libra Romana Cōcludimus igitur sic: Octo drachmæ antiquæ Atticæ æquales pondere sunt octo denariis, octo Soloninæ, sex denariis; octo Euboicę septem denariis.

Nunc, vt nihil omittatur, quod ad Drachmarum cognitionem

Pertineat, omnes omnium gentium Drachmas, adscripto cuiusque valore nominabimus.

I	Drachma Attica, ante Solonem, cuius vsum a Solone sublatum, postea tamen restitutum diximus, eiusdem fuit cum denario ponderis; & pependit Venetos tuentes, qui sunt Marculorum tertiæ partes,	48.
II.	Drachma Solonis,	36.
III.	Euboica, Romanæ vnciæ octaua pars,	42.
IV.	Babylonica,	49.
V.	Corinthiaca,	50.
VI.	Ægyptia,	56.
VII	Æginetica, & Hebraica, ciuilis,	60.
IIX.	Hebraica sacra,	120.
IX.	Syriaca,	144

VIII.

De Sestertiis.

AD IO. CRATONEM A CRAFTHEIM.

Nihil magis ex animi mei sententia potest accidere, Io. Crato, quam cum Tuis meritis aliqua saltem ex parte respondendi aliquam rationem ineo Vereor enim aliquando, ne me, quod in referenda gratia minime respondeam, in habendo quoq; imparem iudices quod præcipue vitandum mihi statui: &, vt id affirmanti credas, summopere peto. Quæ sint Tua erga nos merita, sentio. quid debeam, agnosco debitum fateor de solutione cogito & forsan animo respondebunt vires. Sed, quid ago? Tu, animo contentus, amplius a me non requiris. &, quæ Tua est humanitas maioribus me officiis indies onerare non desinis.

Animaduerti, permultas in antiquorum libris reperiri Sestertiorum summas; quæ non facile ad eius pecuniæ, qua nunc vtimur, rationem transducantur. Nec enim omnes in hoc scientiæ genere versantur; &, qui versantur, non omnes tamen recte subducunt; &, qui recte, iis tamen sæpe non placet, alienaque si licet, industria frui malunt. quare dedi operam, vt explanarem omnia, quæcumque cogitandi & subducendi molestiam afferre poterant, ab exigua summa principio sumto, ad immensam narrationem perducta.

Quattrino, quadrans, qui erat quarta pars assis, nummus æreus, Teruncius, argenteus.

Marchetto, quadrantes tres.

Baiocco, quadrantes quatuor.

Grossetto, quadrantes duodecim, id est, asses tres, quibus æstimabatur argenteus nummus Sestertius: qui post secundum Punicum bellum tribus assibus, id est, duodecim quadrantibus, permutatus est: cum antea decem tantum quadrantibus, id est,

assibus, & semisse tertio. Placuit autem veteribus in ra-
ecuniaria sestertios potius, quam alios nummos, nomina-
illa esset tanta pecunia, quam, non multiplicatis sestertiis,
rent. Et, quoniam, vt illi sestertios, sic nos scutatos in qua-
mma nominamus: subscribemus, quod sestertii scutatum
onficiant. Quo posito, satis constabit, quo modo sester-
summæ, in antiquorum libris inuentæ, per scutatos, qui-
niur, possint explicari. Sed, vitandæ satietatis caussa, per
am quasi gradus denarii numeri, omissis leuioribus sum-
ropemodum innumerabilibus, eo vsque procedemus, vt,
um auri in vniuerso terrarum orbe vix reperitur, per hanc,
licam, sestertiariam rationem comprehendamus. Ac pri-
de scutato vno, qui conficitur sestertiis tricenis ternis & as-
quo illud animaduertendum, de eo scutato sermonem esse,
ermutabatur denis Iuliis Romanis, quorum erat idem argē-
adus, quod in hodiernis vndecim; & permutabantur singuli
ragenis quadrantibus, id est, sestertiis tricenis ternis, & asse:
rant omnino in decem Iuliis, sestertii triceni terni cum asse.
m summam per scutatum vnum interpretabimur.

xxxiii cum asse	Scudo vno.
∞	trenta.
decem millia	trecento.
centum millia	tre mila.
ies cētena millia H S. el, Decies, (vtroq; enim modo dicitur)	trenta mila
ies (& hic & in sequentibus omnibus, ad extremum vsque, subauditur, centena millia)	sessanta mila.
icies	nouanta mila.
uadragies	cento venti mila.
uinquagies	cento cinquanta mila.
exagies	cento ott.nta mila.
eptuagies	dugento dieci mila.
Octogies	dugento quaranta mila.
Nonagies	dugento settanta mila
Centies	trecento mila
Ducenties	seicento mila.
Trecenties	nouecento mila.
Quadringenties	vn millione, e dugento mila.
Quingenties	vn millione, e cinquecento mila.
Sexcenties	vn millione e ottocento mila
Septingenties	due milliona, e cento mila.

Octingenties	due milliona, e quattrocento mila.
Nongenties	due milliona, e settecento mila.
Millies	tre milliona.
Millies decies	tre milliona, e trenta mila.
Millies vicies	tre milliona, e sessanta mila.
Millies tricies	tre milliona, e nouanta mila.
Millies quadragies	tre milliona, e cento venti mila.
Millies quinquagies	tre milliona, e cento cinquanta mila.
Millies sexagies	tre milliona, e cento ottanta mila.
Millies septuagies	tre milliona, e dugento dieci mila.
Millies octogies	tre milliona, e dugento quaranta mila.
Millies nonagies	tre milliona, e dugento settanta mila.
Millies centies	tre milliona, e trecento mila.
Millies ducenties	tre milliona, e seicento mila.
Millies trecenties	tre milliona, e nouecento mila.
Millies quadringenties	quattro milliona, e dugento mila.
Millies quingenties	quattro milliona, e cinquecento mila.
Millies sexcenties	quattro milliona, e ottocento mila.
Millies septingenties	cinque milliona, e cento mila.
Millies octingenties	cinque milliona, e quattro cento mila.
Millies nongenties	cinque milliona, e sette cento mila.
Bis millies	sei milliona.
Bis millies centies	sei milliona, e trecento mila.
Bis millies ducenties	sei milliona, e seicento mila.
Bis millies trecenties	sei milliona, e nouecento mila.
Bis millies quadringẽties	sette milliona e dugento mila.
Bis millies quingenties	sette milliona, e cinquecento mila.
Bis millies sexcenties	sette milliona, & ottocento mila.
Bis millies septingenties	otto milliona, e cento mila.
Bis millies octingenties	otto milliona, e quattrocento mila.
Bis millies nongenties	otto milliona, e settecento mila.
Ter millies	noue milliona.
Quater millies	dodici milliona.
Quinquies millies	quindici milliona.
Sexies millies	diciotto milliona.
Septies millies	vent'vn milliona.
Octies millies	ventiquattro milliona.
Nouies millies	ventisette milliona.
Decies millies	trenta milliona.
Vicies millies	sessanta milliona.
Tricies millies	nouanta millia.
Quadragies millies	cento venti milliona.
Quinquagies millies	cento cinquanta milliona.
Sexagies millies	cento ottanta milliona.
Septuagies millies	dugento dieci milliona.

Octogies

es millies	dugento quaranta milliona.
es millies	dugento settanta milliona.
millies	trecento milliona.
ies millies	seicento milliona.
ties millies	nouecento milliona.
ngenties millies	mille, e dugento milliona.
enties millies	mille, e cinquecento milliona.
ies millies	mille, e otto cento milliona.
enties millies	due mila, e cento milliona.
enties millies	due mila, e quattrocento milliona.
ties millies	due mila, e settecento milliona.
millies	tre mila milliona.
millies millies	trenta mila milliona.
millies millies	trecento mila milliona.

IX

De Artibus Liberalibus.

AD IVLIVM IACOBONIVM.

die, quo primum Te vidi, Iuli Iacoboni, amare Te cœ- nore quodam incredibili. ad quem cum nihil accessio- posse videretur, accessio tamen ea facta est, quę, vel me iu- solum aliorum, verum etiam mei ipsius, opinionem vi- n enim, vt in aliis amicitiis vsu venit, quæ, antiquitatem unt, refrigescunt, ego minus Te amare cœpi: sed, cum magis ad eam Te perfectionem accedere cognoscerem, sequitur fere nemo, attingũt quidem pauci, creuit amor gulis diebus cum Tua virtute: nec vnquam crescendi fi- et, donec Tu in virtute, id est, in Teipso, perstabis. Quo minorem mihi molestiam semper afferat absentia Tua; quando voluptatem sentio ex recordatione Tuæ virtu- tur, si quid me amas, quod multum esse, ex eo, quod Te ipse amo, facile coniicio, vt, ad nos sæpe scribendo, Tui m aliquantisper lenias. Id ego vehementer opto: &, vt Tua summa facit humanitas: quæ cum rogari non patia- u is sis, de cuius animo dubitare amplius possim, non in, nobis, qui Tui maiori ex parte sumus, lætitiam hanc us. Quod si pro literis Teipsum haberemus, dig to cœ- prouerbio.

n, doctrinarumque liberalium duo genera diuersis tem- omæ floruerunt. vnum laboris, & abstinentiæ, remo- u, atque libidine, cum ipsa vrbe natum, & simul cum ea- m, quod integrum fere mansit vsq; ad finem tertii Pu- vel certe vsque ad illud tempus, quo Antiochus, Asiæ ctus, vltra montem Taurum regnare iussus est; alterum

Peregrinum e Græcia & Asia post bella Punica importatum, otii totum, & desidiæ, quod opum in primis abundantia, & perpetuus rerum secundarum euentus excitauit. Et, vt ordiamur a priore; veteres Romani non iisdem, quibus Græci, scientiis, atque artibus delectabantur. nam Græci & studiose colebant, & liberales vocabant, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Poeticam, Geometriam, Musicam, omnemque plane literarum cognitionem, picturam etiam, medicinam, palæstram. Romani contra nullam his artibus, ac studiis honorem, per multa secula, tribuerunt: rebusque potius, quam verbis, aut voluptatibus, dediti, operam omnem, atque industriam, in augenda re domestica, publica recte administranda, tuendis, aut propagandis imperii terminis, collocarunt. artes, quæ a literis petuntur, vt poeticam, rhetoricam, medicinam, quæque oculorum iucunditati seruiunt, vt picturam, statuariam, figlinam; quæque animos etiam oblectant, vt musicam, histrionicam, has omnes vel serui, vel peregrini colebãt. populi Romani artes erant, domesticam rem vigilanter, parce, frugaliter; publicam grauiter, iuste, sapienter administrare. Domestica diuiditur in duo genera. nam & bonum agricolam, vt quæratur, desiderat; & bonum patrem familias, vt conseruetur. Publica res duplicem curam & ipsa desiderat, vrbanam, & externam. rursus vrbana triplex est, externa duplex. nam, in vrbe cum senatores, iudices, magistratus requirantur; diuersa tamen singulorum officia sunt. extra vrbem, siue tuendi fines imperii, siue propagandi sint, forti milite, & perito imperatore opus est. Ergo, vt hæc summatim colligantur, liberales veteribus Romanis artes fuere septem, duæ priuatæ, quinque publicæ: priuatæ, agricultura, & domestica frugalitas: publicæ, si vrbanæ, tres, in senatoris, iudicis, magistratus officio sitæ; si extra vrbem, duæ, fortitudo militis, peritia imperatoris. nam iuris prudentia, cuius antiquissimum studium fuit, separatum locum non habet, sed ad iudicis magistratus munusque pertinet. Quid artes ludicræ, quæret aliquis, liberales, an seruiles? Quæ voluptatis tantum gratia repertæ, seruiles, vt musica, histrionica, de quibus diximus: quæ corpori vires addunt, liberales, vt luctatio, pugillatio, cursus, discus, iaculum. quæ tamen artes non tam propter ipsas, quam quia militiæ seruirent, quandoquidem iis roboratur corpus, liberales vocandæ. liberi enim homines, non serui, militabant. quamquam bello Punico secundo, aduersis præliis exhausta ciuitate, serui quoque, emti publice, in militiam profecti sunt. Ludicræ igitur artes aliæ seruiles, aliæ liberales: & quæ liberales, ad militiam aggregantur. itaque constat, iam præfinitus a nobis, artium liberalium numerus septenarius. Hoc disciplinæ genere, dum omnis fere literarum oblectatio, omnis Græcarum artium elegantia, quasi malarum voluptatum illecebra, contemnitur a

tenui

primordio ad opes maximas Resp. Romana peruenit. Con-
græci, earum siue artium, siue scientiarum, quas liberales ap-
bant, cupiditate, & studio ducti, a bellica illa virtute, qua se-
arbararum nationum copias innumerabiles fuderant, paula-
ad otium, mollitiemque deflexerunt. quod multarum cala-
atum, ac miserrimæ demum seruitutis initium, & origo fuit.
c Horatius ep. 1. lib. 2.

Vt primum, positis, nugari Græcia, bellis,
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
Suspendit picta vultum, mentemque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc est gauisa tragœdis.
Hoc paces habuere bona, ventique secundi.

Eędem igitur artes in vrbem Romam, post deuictam maxime
aiam, inuectæ, veterem illam seueritatem, & salutarem industri-
n facile mutarunt. ex quo, quasi orta simul cum Græcis doctri-
s in ciuitate discordia, bellorum ciuilium, quibus labefactata
esp. concidit, exitiosa principia manarunt. id M. Cato ille Seni-
, *vt Plinius, lib.* 29. *cap.* 1. docet, multo ante diuina quadam con-
ctura prospiciens, de Græcis ita scripsit ad filium: *Hoc puta va-
m dixisse:* Quandocumque ista gens literas dabit, omnia corrũ-
et; multo etiam magis, cum medicos mittet. Aperte autem Ho-
atius in eadem epistola:

Græcia victa ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio.

Id quo tempore factum sit, idem indicat in eodem loco:

Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus vtile ferret.
Tentauit quoque, rem si digne vertere posset.

Egregie autem Sallustius in Catilina: *Vbi labore, atque iustitia Resp. creuit; Reges magni bello domiti; nationes feræ, & populi ingentes vi subacti, Carthago, æmula imperii Romani, ab stirpe interiit; cuncta maria, terraque patebant: sæuire fortuna, ac miscere omnia, cœpit. qui labores, pericula, dubias, atque asperas res facile tolerauerant, iis otium, diuitiæ, optanda aliis, oneri, miseriæque fuere. igitur primo pecuniæ, deinde imperii, cupido creuit. ea quasi materies omnium malorum fuere. namque auaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas, subuertit; pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere, edocuit: ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud promtum in lingua habere; amicitias, inimicitiasque, non ex re, sed ex commodo, æstimare; magisque vultum, quam ingeniũ, bonũ habere. hæc primo paulatim crescere, interdum vindicari: post, vbi contagio, quasi pestilentia, inuasit,*

ciuitas immutata; imperium ex iustissimo, atque optimo, crudele, intolerandumque factum. Et in Iugurtha: *Ante Carthaginem deletam populus & senatus R. placide, modesteq; inter se Remp. tractabant: neque gloriæ, neque dominationis certamen inter ciues erat: metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. sed, vbi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quæ secundæ res amant, lasciuia, atque superbia incessere.* ita, quod in aduersis rebus optauerant, otium postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. namque cœpere nobilitas dignitatem in superbiam; plebes libertatem in libidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere, ita omnia in duas partes abstracta sunt: Resp. quæ media fuerat, dilacerata. Idem lib. 1. historiarum apud D. Aug. de Ciu. Dei lib. 2. capit. 18. *At discordia, & auaritia, atque ambitio, & cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt.* Paterculus quoque, historiæ suæ lib. 2 *Potentiæ Romanorum*, inquit, *prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit. quippe, remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula, non gradu, sed præcipiti cursu, a virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, noua inducta; in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conuersa ciuitas, tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum quas prædiximus, Metellus, tum in Circo Cn. O*ctauius multo amœnissimam moliti sunt: publicamque magnificentiam secuta priuatim luxuria est. Florus quoque lib. 4. *Dum Pœnorum*, inquit, *hostium imminens metus disciplinam veterem continebat.* Illud animaduersione dignum duximus, quod a Plinio lib 29. cap. 1. traditum est, Medicinam vsque ad ipsius ætatem inter ceteras Græcas artes Romanos discere noluisse. *Solam*, ait, *hanc artium Græcarum nondum exercet Romana grauitas in tanto fructu. paucissimi Quiritium attigere, & ipsi statim ad Græcos transfugæ.* Nec vero picturam, *vt idem Plinius lib. 35. cap. 10. demonstrat*, coluere multi. vnus omnino, qui floruit Reip. temporibus, Arellius ab eo nominatur: post Augustum qui floruerint, tres, Amulius, Cornelius, Attius. At reliquæ Græcorum artes, præsertim eæ, quæ literis cognoscuntur, post Punica bella Romæ a liberis hominibus exerceri cœptæ, plus quotidie dignitatis adeptæ sunt.

X.

De Sacro, Sacrosancto, Sancto & Religioso.

AD IO. MARIAM IOVIVM.

QVid de Te sentiam, Ioui, quid humanitati Tuæ tribuam, & ego optime noui, & aurium mihi testes plurimi esse possunt. in quo mihi ipsi satisfacio, qui ea de Te prædicem, quæ te humanitate in primis præstare faciunt: quod etsi exiliter admodũ pro meritis tuis faciam, video tamen ea eloquentiam vllam non requirere,

quirere, quæ per se illustria cum sint, omnibus nota sunt, nec alicuius commendatione egent. Tuum me scito esse a usque dignitatis ita semper studiosum futurum, ac si res mea ageretur.

Sacrum, Sacrosanctum, Sanctum, & Religiosum, differunt inter se. Sacrum est, aliquid deo dicatum, non a priuatis, sed publico ciuitatis instituto. Itaque locus, vbi sacra priuata fierent, sacrum non videri Festus ait; cum ea tamen vocentur sacra, quæ in eo loco fiunt. Sacra vero dicitur ædes, ara; sacer lucus, mons; sacrum saxum, signum, quorum ad consecrationem ciuitas consensit. Sacrum definiebat Trebatius *lib. 10. Religionum*, quidquid est, quod deorum habetur: *vt Macrobius libr. 3. Sat. auctor est.* quod Festus quoque, Ælii Galli testimonio sensit. *Sacrosanctum*, inquit, idem Festus *dicitur, quod iureiurando interposito est institutum, si quis id violasset, vt morte pœnas penderet, cuius generis sunt tribuni pl. ædilesque eiusdem ordinis.* Cicero autem in oratione pro Balbo non mutat, sed auget Festi definitionem: ait enim: *Sacrosanctum nihil est, nisi quod per populum, plebemue sanctum est.* in quo non dissentit a Festo: si quidem nihil per populum, plebemue sine iureiurando sanciebatur. Et Sacrosancta tam inanimata sunt, quam animata: itaque sacrosanctas possessiones vocauit Cicero *in orat. 2 in Catilinam*: Et sacrosanctum fœdus, pro Balbo: sacrosanctos autem tribunos pl. Liuius, & alii. *At sacra tantum arbitror inanimata esse.* nam Vestæ sacerdotem sacram non dixerim, sed sacrosanctam, vt sanctione populi Vestæ dicatam. nec sacer quisquam vocabatur, auctoribus Festo & Macrobio, nisi quem impune liceret occidere. vnde Horatius Sat. 6. lib. II.

Intestabilis, & sacer esto.

Præterea, Sacrosanctum est, quod si violetur, homines legibus vindicant: Sacrum autem, quo violato, non ab hominibus, sed a diis pœna impendet. Item, Sacrosanctum non violatur, si attingitur, sed si vis infertur: Sacrum autem, si attingitur a profanis, violatum creditur. Sanctum a Sacro, & Sacrosancto in hoc differt, quod omnia sacra, & omnia sacrosancta, dicuntur sancta, non itē omnia sancta, sacra, & sacrosancta. nam sacræ ædes templa sunt; & sanctissimum templum Cicero dixit pro Sextio. Sacrosancti tribuni, & iidem Sācti, vt eos idem Cicero *lib 3. de leg.* appellat: qui & sanctissimum magistratum vocauit tribunatum pl. *in oratione pro Sextio.* Sancti vero dii, nec iidem sacri, aut sacrosancti. Proprie enim diuina sancta sunt: humana vero sacra, & sacrosancta. homines autem non vere, sed similitudine bonitatis & sancti, & diuini interdum vocantur. Idem sensisse videtur Macrobius *libr. Sat. 3.* cum ait: *sanctum est, vt Trebatius refert lib.* 10 Religionum interdum idem, quod sacrum, idemque quod religiosum: interdum aliud, hoc est nec sacrum, nec religiosum: vt Virgilius: *Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ Descendam.* Non enim sacro, aut

religioso eius anima tenebatur, quam sanctam, hoc est, incorruptam, voluit ostendere: vt in illo quoque: *Tuq; o sanctissima coniux Felix morte tua.* in quo castitatis honorem incorruptæ vxoris amplexus est. vnde & sanctæ leges, quę non debent pœnę sanctione corrumpi. Sanctum autem, pro sacro, & religioso, posuit idem Virgilius:

Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.

hic enim sanctos, ac si sacros, accipiemus; quia diuinitus contigerunt. Item: *Tuque o sanctissima vates, Præscia venturi.* non aliud nisi sacram, vocat, quam videbat, & vatem, & Deo plenam, & sacerdotem. Hæc postrema Macrobii verba, Sanctum interdum idem esse, quod Sacrum, ostendunt: nec tamen ideo sequitur, vt, qui sanctus, & idem sacer vocetur. nam sanctus, vt dixi iam, appellatur, qui similitudinem aliquam, & speciem gerit diuinæ naturæ: &, quemadmodum Deus vocatur sanctus, non sacer; ita si quis homo sanctus; non idem vocabitur sacer: nec nisi in malam partem, cum de homine loquimur, hoc verbum vsurpamus nam, quod Ouidius dixit:

At sacri vates, & diuum cura, vocamur.

ita non proprie locutus est, vt cum aliquis appellatur sanctus. proprie vero sacra ara dicitur, sacer lucus, sacrum saxum: quia deo dicata, cærimoniis, & publico ciuitatis instituto. Vates autem, quia tamquam sacris rebus honor iis habetur ob ingenii præstantiam, non quia reuera, & publico ciuitatis instituto dicati Deo sint, propterea sacri nominantur. Religiosum, & Religionem dici putat Macrobius, Ser. Sulpicium secutus a Relinquendo: quod religio propter sanctitatem aliquam remota, ac seposita a nobis sit. hinc religiosa loca, secreta. Cicero autem, quem sequor libentius, *lib 2. de nat. deor.* a Relegendo deducit Qui omnia, inquit, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tamquam relegerent, sunt dicti religiosi. Ego hoc addo amplius: religiosum accipi quinque modis: nam hoc nomen conuenire & loco, in quo pie colatur, vt delubro, & rei, quæ colatur, vt signo, & homini, qui colat; & tempori, vnde dies religiosi, quibus, nisi quod necesse est, nefas habetur facere; & actioni, vnde religiosum dicimus, in ædem Bonæ Deæ virum introire, aduersus auspicia legem ad populum ferre, die nefasto apud Prætorem lege agere. quæ probari exemplis omnia facile possunt. Religiosum autem, si de loco, aut re inanimata dicatur interdum idem est, quod sacrum, interdum diuersum: idem, vt altaria religiosissima *in oratione pro Planco. &* *in ea de haruspicum resp.* quæ dici eadem posse sacra, nemo dubitauerit, qui legerit illud de Diuin lib 1 *Ara Aio loquenti consecrata est.* & illud pro domo. *Licinia, virgo Vestalis, aram . . . . sub saxo sacro dedicauit.* præterea, sacræ ædes, eędem sunt religiosæ:

magna

q; Festus, *Religiosum*, ait, *ac sacrum est, vt templa omnia, atq; ædes a e: sacratæ dicuntur.* Diuersum a sacro nōnūq esse religiosum; potui. id probatur exēplo sepulcrorū: quę religiosa dici possunt, cra non possunt. Id intelliget, qui sacrum quo modo iam sit a bis definitum, animaduerterit Sacrum enim alicui deo dedicam, sepulcrum non item. Sacrum si attingitur a profanis violatur; sepulcrum non item. Sacrum publicam religionem obtinet, pulcrum priuatam dixit enim Cicero lib. 2. de leg. *Cum multa o loco sepulcra fu ssent, vbi dedicata est ædes Honoris extra porn Collinam, exarata sunt.* Statuit enim collegium, locum publin non potuisse priuata religione obtineri. Et fortasse nō esset arda definitio: *Religiosum, si publicam habet religionem, sacrum si priuatam, non est* Nam & loca, in quibus sacra priuata fierēt, ra non vocari, Festus ait, vt supra ostendimus; opinor, quia puta religione carent. Sed hæc videri fortasse possunt obscurioquare illustrentur auctoritate Ælii Galli: de quo sic Festus: *Ins sacrum, & sanctum, & religiosum differentias bellissime refert.* rum ædificium, consecratum Deo. Sanctum murum, qui sit um opidum Religiosum sepulcrum. vbi mortuus sepultus, aut uatus sit, satis constare ait. His verbis, non esse eadem, sacrum, ctum, & religiosum, intelligitur: eadem tamen videri posse, odit idem Festus, hæc subscribens quæ cum superioribus pros connectuntur Sed ita portione quadam, & temporibus ea videri posse. si quidem, quod sacrum est, idem lege, aut iusti maiorum sanctum esse putat, vt violari id sine pœna nō posdem religiosum quoque esse; quoniam sit aliquid, quod ibi ini facere non liceat; quod si faciat, aduersus deorum volunm videatur facere: similiter de muro & sepulcro debere obser. vt eadem & sacra, & sancta, & religiosa fiant, sed quo modo, d supra expositum est cum de sacro diximus. Comparauimus iosum cum sacro, & interdum esse eadem, interdum diuersa, ndimus: nunc de religioso, & sancto, idem dicimus, modo ea esse, modo differre. eadem sunt, vt in templis, quę non solum iosa, verum etiam sancta licet appellari nam, si dii sancti; sanunoque templa, quæ domus deorum putantur itaq. dixit Ciin oratione pro Sextio: *sanctissimo in templo, sanctissima in o, sanctissimo in magistratu.* Differūt autem religiosum, & sanin deorum appellatione. dii enim sancti dicuntur, non reli-At eorum signa religiosa nuncupantur. Vere: sed signa Deos unt, dii non sunt: itaq; religiosa vocari possunt, quia sacra: dii i religiosi non possunt, quia sacri non vocantur. diximus ausupra; quæ sacra, eadē religiosa dici: non contra. quidquid sadē religiosum Festi quoq; verba, paulo ante recitata, de musepulcro, interesse aliquid inter sanctum. & religiosum, derant: Sanctum enim potius dici murū, quam religiosum; &

religiosum sepulcrum potius, quam sanctum. Aduersari videtur Cicero, qui *orat. 9. in Antonium* sepulcris sanctitatem tribuit. *Maiores nostri*, ait, *statuas multis decreuerunt, sepulcra paucis. sed statuæ intereunt vetustate: sepulcrum autem sanctitas in ipso solo est.* Hanc dubitationem sustulit Festus, qui dixit, etsi sacrum, & sanctum, & religiosum, different inter se, portione tamen quadam, & temporibus eadem videri posse. Hanc igitur ob caussam Cicero sanctitatem sepulcris assignauit, non quia sancta reuera sint, sed quod esse videantur, similitudine quadam religionis: sicuti homines quoque similitudine quadam diuinæ bonitatis, appellantur sancti, non quia sancti vere sint. Restat, vt ostēdamus eadē ne sint, an diuersa, religiosum & sacrosanctum. Diuersa esse dico. nam tribuni pl. sacrosancti: nec tamen ideo sequitur, vt religiosi. itemq; religiosi homines, non ideo sacrosancti. Loca vero religiosa, non eadem sacrosancta: nec, quæ sacrosancta, eadem religiosa, quamquam sacra potius, quam sacrosancta, dicūtur loca. etsi Cicero sacrosanctas possessiones dixit, nō proprie, sed similitudine hominum, quibus sacrosanctis inferri vis, & iniuria non potest.

I.

De Toga Romanorum.

AD IACOBVM SVPERANTIVM EQVITEM. ET D. MARCI PROCVRATOREM.

ANtiquarum rerum scientiam, Iacobe Superanti, plurimum ad omnia adiumenti afferre, quis ignorat? quod Tu optime omnium nosti: qui cum prudentia, quam Tibi summam a Natura ingenitam omnes fatētur, ita Antiquitatis cognitionem coniunxisti, vt, in vtra excellas diiudicari vix possit. Quo fit, vt omnes Te obseruent, eumque esse iudicent. qui Reip. Venetæ maximis in negotiis vtilissimam operam nauare possit. Quod cum præclare in omni Tua vita præstiteris, indies Teipsum vincis, qui alios iam virtute viceris. Non igitur potui diutius me tenere, quin aliquod meæ obseruantiæ signum ad Te mitterem. quod si Tibi non ingratum fuisse cognouero, lætabor, sin minus, voluisse me saltem hoc exiguo munere Tibi gratificari, idque posteris testatum relinquere, tam mihi gratum erit, quam quod gratissimum.

De togæ forma primum agemus. de mensura, de colore: præterea quærendum putauimus, vtrum ea Romani tantum, an Itali pariter omnes vestiērunt; vtrum mares, an etiam fœminæ; vtrum viri, an omnis ætas; vtrum vulgo, an soli honestiores; vtrum vrbani, an milites quoque. sed, ante quam hæc aggrediamur, togarum genera videntur explicanda: sunt enim multa, variis nominibus, sicuti

ſicuti materia, colore, pictura diſtinguebantur. ac primum agemus de prętexta: deinde trabeam pictam, purpuream, vndulatam, ſoriculatam, raſam, Phrygianam, papaueratam, Attalicam, Babylonicam, Alexãdrinam, ordine perſequemur: nam pura communis erat, quæ reſeruatur in extremum locum.

Prætexta non omnes paſſim, ſed hi tantum vtebantur; pueri, puellæque ingenuæ, illi ad initium anni XVII. hæ donec nuberent; magiſtratus omnes, non modo Romæ, ſed in coloniis etiam & municipiis; magiſtri vicorum. & collegiorum; ſacerdotes, quorum in numero augures fuere; ſenatores ludorum Romanorum diebus; poſtremo, mulieres nonis Caprotinis. Puerorum prætexta cognoſcitur ex multis. Filii triumphantium prætextati, leguntur apud Ciceronem *in orat. pro Murena, & in Verrem: Neque te tam commouebat, quod cum toga prætexta, quam quod ſine bulla venerat.* Et in Antonium or. 2. *Tenes ne memoria prætextatum te decoxiſſe? ſumpſiſti virilem, quam ſtatim muliebrem togam reddidiſti.* Quibus verbis oſtenditur, & virilem togam ſumi ſolitam depoſita prætexta; & meretrices toga vſas eſſe Subiungit enim: *Primo vulgare ſcortum: ſed cito Curio interuenit, qui te a meretricio quæſtu abduxit, &, tamquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Vt enim togatæ meretrices, ſic matronæ ſtolatæ.* & in Lælio: *Amores puerorum ſæpe vna cum prætexta toga deponuntur.* Plinius etiam *lib. 4. cap. 23.* perſpicue pueros deſignat, cum ait: *Murenis tenuiſſimum tergus, contra anguillis craſſius, eoque verberari ſolitos tradit Verrius prætextatos.* Omitto Macrobii, Suetonii, aliorum teſtimonia. ſunt enim multa. De puella vero prætextata Cicero in Verrem: *Eripies pupillæ togam prætextam?* Catullus: *Mitte brachiolum teres Prætextatæ puellæ. Prop. libr. 4. Mox vbi iam facibus ceſſit prætexta maritis, Vinxit & acceptas altera vitta comas.* Feſtus. *Nubentibus, depoſitis prætextis, a multitudine puerorum obſcœna clamabantur.* Legimus & illud in inſtitutionibus de Iniuriis: *Siue quis matrem familias, aut prætextatum, prætextatamue affectatus fuerit* Nec aliter accipio Varronis illud apud Nonium, libro de liberis educandis: *Vt puellæ habeant potius in veſtitu Lamydas encombomata, ac arnacidas, quam togas.* Opinor enim de togis prætextis, non de togis puris, locutum eſſe. nam, quis dat, puellas ingenuas puris togis vti ſolitas, quas fuiſſe meretricum, & iam ſignificauimus, & infra probabimus? Libertinis item pueris ac puellis adimo prætextam auctore Pediano, qui *Prætexta honeſtorum, toga viliorum.* Verum Papinii verſus, de ucia liberto prolatus, dubitationem omnem tollit: *Sola verendo deerat prætexta pudori.* In quo tamen illud animaduertendum, libertinorum filios, modo iuſta matre familias nati eſſent, ingenuorum in numero poſitos eſſe. quod ſi quis in dubium vocet, legat illum Suetonii in Claudio: *Latum clauum, quamuis ini-*

io firmasset, non lecturum se senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cœcum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum adlegisse docuit, ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Aperte docet, ingenuos fuisse natos ex iis, qui seruissent. quod etiam posteriores iurisconsulti suos in libros retulerunt. Caussam & originem attributæ prætextæ libertinorum filiis, Macrobius libr. 1 Sat. exponit his verbis. *Libertinis nullo iure vti prætextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo: sed postea libertinorum quoque filiis prætexta concessa est, ex caussa tali, quam M. Lælius augur refert: qui, bello Punico secundo duumviros, dicit, ex S. C. propter multa prodigia libros Sibyllinos adisse, & inspectis his, nuntiasse, in Capitolio supplicandum, lectisterniumque ex collata stipe faciendum, ita vt libertinæ quoque quæ longa veste vterentur, in eam rem pecuniam subministrarent.* acta igitur obsecratio pueris ingenuis, itemque libertinis pronuntiantibus carmen, ex quo concessum, vt libertinorum quoque filii, qui ex iusta dumtaxat matre familias nati fuissent, togam prætextam, & lorum in collo pro bullæ decore gestarent. De prætexta magistratuum quis ambigat, qui modo paulo sit humanior? in oratione post reditum in senatu: *Consul, cum vos vestem mutandam censuissetis, cum omnes mutassetis, vnguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores ædilesque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum.* Et, in Pisonem: *Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti.* Censores, & tribunos pl. excipio, admonente de censoribus Polybio, Plutarcho de tribunis pl. Polybius enim lib 6. cum ornamenta mortuorum narrat, & illa ipsa persequitur, quæ viuentes habuerant, consulibus, prætoribusque togam purpura circumdatam, id est, prætextam, censoribus vero non prætextam, & iis, qui triumphauerant, auro contextam tribuit. Plutarchus, vt tribunum pl. magistratum esse negat, hoc vtitur argumento, quod prætextam non habuerit.

Prætores, aliquem capitis condemnaturi, prætextam prius deponebant: quod *libr. 9. capit* 12. Valerius docet: opinor, quia tristem sententiam veste lætitiam indicante ferri non deceret. Coloniarum quoque & municipiorum magistratibus prætextæ ius fuit: quod Liuii testimonio probatur. *Purpura,* inquit lib. 34. *viri vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura, togis vtentur: magistratibus in coloniis, municipiisque, hic Romæ infimo generi magistris vicorum toga prætexta habendæ ius permittemus, nec id vt viui solum habeant tantum insigne, sed*

etiam ut cum eo cremarentur: feminis dumtaxat usu purpuræ interdicemus? Extat illud Ciceronis in Pisonem, qui Capuæ duumuir fuerat: *Capuæ te prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei.* Magistri vicorum, & collegiorum, æque prætextati reperiuntur, illi apud Liuium loco proxime recitato, hi apud Pedianum. Nam, cum illud in Pisonem interpretaretur: Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es: hæc subiunxit: *L. Cæcilio, Q. Marcio cos. S. C. collegia sublata sunt, quæ aduersus remp. videbantur esse.* Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant compitalicios prætextati. qui ludi, sublatis collegiis, discussi sunt. Post nouem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius tribunus pl. lege lata restituit collegia. Inuidiam ergo, & crimen restitutorum confert in Pisonem, quod cum consul esset, passus sit, antequam lex ferretur, facere prætextatum ludos Sex. Clodium. Sacerdotum prętextam adducta paulo ante Liuii verba demonstrant. in quo quærendum videtur, cum sacerdotum plura genera fuerint, omnesne pariter, an aliqui tantum prætextam habuerint. nostri autem instituti est, quod veterũ testimoniis confirmare non licet, in incerto relinquere, omissa coniectura, nisi si eiusmodi sit, vt magnã habeat speciẽ veritatis: Prætextatorum omnium sacerdotum exemplũ illud extat apud Capitolinum in vita Galieni: *Cum picta toga, & tunica palmata, inter patres, omnibus sacerdotibus prætextatis, Capitolium petiit.* Pontificis max. apud Lampridium prætexta cognoscitur in vita Seueri: *Accepit*, inquit, *prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco pontificis max. non imperatoris.* De auguribus non videor posse dubitare, cum dicat Cicero ep. 9. lib. 2. ad Atticum, *Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant.* quod satis apertè cognoscitur *ex ep. 4. lib. 15.* agebatur enim de Vatinio in auguris locũ Q. Metelli Celeris mortui subrogando. Dibaphus autem non modo purpura fuit, sed purpura bis tincta. Et in oratione pro Sextio, Lẽtuli Spintheris filium augurem creatum significans, *Cui superior*, inquit, *annus idem & virilem patris, & prætextam populi iudicio dedit.* Inter sacerdotes & decemuiri fuere: de quibus Liuius *lib. 27.* Virginum ordinem sequebantur decemuiri, coronati laurea, prætextaque. Senatorum sequitur prætexta: quam probare non facilimum puto. Vnus enim, nisi fallor, locus est *in 2. Phil.* quem cum legerem, adductus sum in hanc opinionem, sic tamen, vt affirmare non audeam. *Nescis*, inquit, *heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris, tua lege datum, deseri patimur?* Cũm dixit, Cur non sumus prętextati? dixisse arbitror de toto senatu: siquidem in senatu loquebatur. id autem significauit: Cur quinctũ ludorum Roma-

norum diem attributum Cęsari tua lege, prætextati non celebramus, ita vt reliquos quatuor? Quod si ita est considerandum, an reliquis quoque publicis ludis ordini senatorio prætextam habere licuerit. fortasse n. ꝓpriū hoc fuit ludorū dūtaxat Romanorū. nā, si cōmune ludorū omniū fuisset; Pōpeio Magno, ex Mithridatico bello reuertēti, honoris caussa tributū non esset, vt ei Scenicis ludis prętexta vti liceret. Extremū posuim⁹, prętextatas fuisse mulieres nonis Caprotinis. hoc si ostenderimus, omnes erūt ꝓmissi nostri partes absolutæ. quo igitur potissimum teste vtemur? vno, qui instar omnium esse potest, M. Varrone. is lib. 5. ita: *Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificāt, & sub caprifico faciunt, & a caprifico adhibent virgam.* ob hoc toga prætexta data eis. Prætextam ne quis putet purpuream totam fuisse. purpureum enim, præter limbum, extremam vestem ambientem, nihil habuit: vnde prætextæ nomen. eo autem limbo quia communis toga caruit, ideo pura est appellata. quòd si prætexta tota purpurea fuisset; non dixisset Liuius lib. 34 *Liberi nostri prætextis purpura togis vtentur:* nec Polybius, vt supra demonstratum est, consularem prætextam a purpureo censorum amictu diuersam fecisset. Iam Macrobius libr. 1. Sat. *Pictant*, ait, *Priscum Tarquinium instituisse, vt patricii bulla aurea, cum toga, cui purpura prætexitur, vterentur.* Græci quoque omnes περιπόρφυρον appellantes, limbum solum, non totam vestem purpurei coloris fuisse, satis ostendunt. Iam prætexta pulla a Festo nominatā, prætextam esse posse, nec tamen purpuream, demonstrat. Hic mihi tamen illud obiicitur, quod ait Plinius *libr. 33. capit. 9.* Cyprio æri, si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum prætextis. Verum, cur de tota veste intelligatur, non video. potuit enim artifex, cum ex ære statuam faceret, separatim in limbo prętextarum purpuram imitari. Occurrit Ciceronis quoque locus. nam in Sextiana, inuehens in Pisonem consule, id est, prętextatum, *Vestitus*, inquit, *aspere, nostra hac purpura plebeia, ac pęne fusca.* Cōsularem vestem, id est, togam prætextam, videtur dicere, purpuream fuisse: verum non togam, sed tunicam lati claui significat, quę purpurea fuit. propterea subiungit. *Nostra*: quia senator ipse erat, & latum clauum habebat non enim. *Nostra*, referri potest ad togam prętextam cum Cicero prætextatus tum non esset. Nam si quis, cum legerit versum Statii Silu. lib. 5.

Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
Exsuit:

ostrum dicat pro tota purpurea prætexta vsurpatum; respondebitur, togam quidem puerilem, id est, prætextam indicari, cuius in limbo ostrum, id est purpura cernebatur: non tamen hoc dici, totam prætextam purpuream fuisse.

Toga pura, virilis, libera, recta, eadem erat. Pura vocabatur,

quia

illa diuersi coloris fascia prætexeretur. Dabatur in exitu v I. sicuti data est M. Ciceroni filio: qui cum natus esset & Torquato cos. quod epist. I. ad Atticum ostendit, puram accepit Lentulo, Marcello cos. *vt epist. 6 lib. 9. ad eundem.* men ille imperatorum ætate mansisse non videtur. nam la togam puram anno XIX. M. Aurelius XV. accepit, aucto- uetonio, & Capitolino. Ea vestis initium virilis ætatis in- at: propterea virilis etiam dicebatur. Qui vero eam sume- yrones appellabantur. Plinius libr. 8. cap 48 Tanaquil pri- xuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones in- tur, nouæque nuptæ. Suetonius de Caio: *Vno atque eodem gam sumsit, barbamque posuit, sine vllo honore, qualis contige- rocinio fratrum eius.* In quo illud animaduertendum, togam iciter dixisse Suetonium pro toga pura: quamquam præte- uæ a pueris puram sumturis deponebatur, ipsa quoque toga verum addito limbo purpureo. Sic Appianus lib. 4. *Asilius, xta deposita, togam sumturus.* Licuisse tamen pueris non ex- tato ætatis anno XVI. per vnum tantum diem Baccho tum toga pura vti, ostendit Ouidius Fast. libr. 3. his ver-

Restat, vt inueniam, quare toga libera detur
Luce geri pueris, candide Bacche, tua.

eram vocat, quia pueris toga pura initiũ quoddam libertatis t, cum antea custodirentur a pædagogis. Recte nomen ex Fe- cognouimus, cuius hæc sunt verba: *Rectæ appellantur vestimen- virilia, quæ patres liberis suis conficienda curant ominis caussa, i- appellata, quod astantibus, & in altitudinem texuntur.* Et alio co: *Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis, vtrisque rectis, textis sum versum astantibus, pridie nuptiarum diem virgines indutæ bitum ibant, ominis caussa: vt etiam in togis virilibus dandis ob- uari solet.* Plinius etiam, cuius verba paulo ante recitauimus, nica, & toga, vtraque recta, tyrones indui solitos declarat. Locus quo sumebatur, Capitolini Iouis, vt opinor, templum fuit: aut erte, post eam domi sumtam, statim in Capitolium ad Iouis æ- em ibatur: quod Valerius Max. *libr. 5. cap. 4.* declarat his verbis: *Hanc pietatem æmulatus M. Cotta, eo ipso die, quo togam sumsit vi- rilem, protinus vt e Capitolio descendit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postulauit.*

Trabea, inter togarum genera videtur esse referẽda. nam Dio- nysius lib. 2. qui de Saliis loquitur, χιτῶνας, ait, ποικίλους, χαλκέους μίτρας ὑπεζωσμένοι, καὶ τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρους, φοι- νικοπαρύφους ἅς καλοῦσι τραβέας. Latine sic: *Tunicas pictas æreis zonis cincti, togasque purpura praetextas, puniceo colore alterno intertextas, quas vocant trabeas.* Hæc est trabeæ de- scriptio quam cum appellauerit τήβεννας, togam esse planè liquet.

nam idem *lib* 3. quam Romani togam, Græcos appellare τήβενναν aperte demõstrat. Descripsit igitur sacerdotalem trabeam: quam & Suetonius e purpura & cocco ait fuisse. Fuere enim duo præterea trabearum genera, vnum Deorum, e sola purpura, alterum regum, e purpura quidem, sed non sine albo: vt a Seruio didicimus, Suetonii verba ex libro de genere vestium recitante.

Toga picta, vestis Etrusca fuit, purpurei coloris, auro distincta, a triumphantibus geri solita. eam, vt ait Florus, subactis duodecim Tusciæ populis, Tarquinius Priscus Romam transtulit. *Inde*, inquit, *fasces, trabeæ, curules, anuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora, & insignia, quibus imperii dignitas eminet, sumta sunt.* At Macrobius libro Satur. 1 non hoc Prisco tribuit; sed Tullo Hostilio. Dionysius, non dubiæ scriptor fidei, consentit in Prisco. Plinius de Tullo potius videtur credere. Hunc enim, superatis Etruscis, prætexta, & latiore clauo primum e regibus vsum esse demonstrat. Quod si verum est; venisse in vrbem eodem tempore cum prætexta, & lato clauo togam pictam possit aliquis existimare. Propertius libro 4. togam pictam Romulo tribuit: sed, vt poeta, rationem historiæ non habuit. apud eum sic alloquitur Tarpeia virgo Tatium Sabinorum regem:

Te toga picta decet, non quem sine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

Purpuream fuisse Dionysius ostendit, quia ἁλουργῆ περιπόρφυρον ποικίλην vocat. Picta vocabatur, quod in ea variæ figuræ ita fingerentur, vt ea species ad picturæ similitudinem accederet. Figuræ autem illæ, vt opinio mea fert, auro, non serico, fiebant. quid enim, nisi pictam togam, illa Plinii verba lib 9. c. 36. significant? *Purpura in triumphali miscetur auro.* Quid Polybius libr 6. cum eos, qui funus comitabantur, si triumphalis mortuus esset, vestem purpuream ait gestasse auro contextam, qualem scilicet is, qui efferebatur, in triumpho gestauerat? Adde Plutarchum, qui de Paullo Æmilio sic inquit: ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος id est, purpuream vestem, intextam auro, indutus. Quod planissime Liuius libr. 45. *Paullus, auro purpuraque fulgens.* Fortasse etiam huc spectat illud Ciceronis in Oratore: *Quos numeros cum quibus, tamquam purpuram, misceri oporteat, nunc dicendum est.* Veterum testimoniis accedit ratio. quid enim cũ purpura misceri præter aurum, decuit? in ea præsertim veste, quam ferret is, qui triumphans, Iouis habitu, aureo curru quadriiugo, per vrbem, pompa præeunte veheretur: quo nihil augustius cogitari potuit. Quærebam, texerentur auro, an insuerentur togæ pictæ labores: quærendi Plinius ademit. *Apud Homerum*, inquit, *pictas vestes inuenio, vnde triumphales natæ. acu facere id Phryges inuenerunt.* Nam quæ

primis temporibus acu insutum, postea intextum esse aurum di-
xerit. Ostendimus, togam pictam ex Etruria translatam, auro va-
riatam ac triumphantibus gestari solitam. hoc enim postremum si quis in dubio ponet, ratus ea, quæ diximus, non satis ad probandum valere, testem Liuium adhibebo: cuius hęc sunt lib. 30. Scipio Masinissam, regem appellatum, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. addit verbis honorem: neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neq; triumphantibus ampliorem ornatum esse. Et Ouidius Fast. lib. 6.

Vidimus ornatos ærata per atria pictæ
Veste triumphales succubuisse senes.

Quæramus igitur, soli ne triumphantes, an etiam priuati pictam togam habuerint. Duos historiæ memorant, quorum virtuti tributum est, vt picta toga, quamquam priuati, vterentur; Paullum Æmilium, qui de vltimo Macedoniæ rege Perseo triumphauit; & Pompeium Magnum, Sertorio deuicto. Paulli honorem omissum a Plutarcho, (nam *Liuius* mutilus est) qui totam eius vitam literis mandandam suscepit, equidem valde miror: auctorem tamen non contemno, eum, qui scripsit librum de viris illustribus. Pompeii notitia certior: de quo Velleius lib. 2. T. Ampius, & T. Labienus, tribuni pl. legem tulerunt, vt Pompeius ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium vteretur. Et *Dio* libr. .concessum ait Pompeio, ἐπινίκιον ἐνδύειν ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσιν: id est, *vestem triumphalem induere in equestribus certaminibus.* Cicero autem *epist. 16. lib. 1. ad Att.* Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam. Propriam postea suam habuit priuatus Gordianus: cum eam de Capitolio, vel de Palatio imperator accipere solitus esset: quod a Capitolino didicimus. Putabat Verrius, vt ex Festi liquet epitome, pictam togam purpurea posteriorem fuisse, & purpurea pura eos, qui triumpharent, primum esse vsos, deinde picta. mihi fidem non facit: vtitur enim argumento parum firmo. *Picta, inquit, toga quæ nunc dicitur, purpurea ante vocata est, eaq; erat sine pictura, eius rei argumento est pictura in æde Vertumni, & Consi: quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.* Hæc Verrius. mihi alia mens est. qui enim possum credere, Flacci & Cursoris ætate triumphalem habitum non fuisse togam pictam, cum in ea multo ante, si Plinio, Floro, Macrobio credimus, Romanos reges triumphasse videã? Accedit illud, quod M. Flaccus belli Punici anno ... triũphauit: at pictã togã aliquot ante annis a triũphantib. ...lib. gestari solitã, indicat Liuius lib. 10. cũ ait: *Quos vos tunica palmata & toga picta, & corona triũphali, laureaq; honoratis.* Vide...am picturam, dicet aliquis, Verrius, cũ illa scriberet. Nos hic... sed morem cõmunem si quis ex vna re probat imperite facit.

Peregrinum e Græcia & Asia post bella Punica importatum, otii totum, & desidiæ, quod opum in primis abundantia, & perpetuus rerum secundarum euentus excitauit. Et, vt ordiamur a priore; veteres Romani non iisdem, quibus Græci, scientiis, atque artibus delectabantur. nam Græci & studiose colebant, & liberales vocabant, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Poeticam, Geometriam, Musicam, omnemque plane literarum cognitionem, picturam etiam, medicinam, palæstram. Rom[illegible] contra nullum his artibus, ac studiis honorem, per multa secula, tribuerunt: rebusque potius, quam verbis, aut voluptatibus, dediti, operam omnem, atque industriam, in augenda re domestica, publica recte administranda, tuendis, aut propagandis imperii terminis, collocarunt. artes, quæ a literis petuntur, vt poeticam, rhetoricam, medicinam, quæque oculorum iucunditati seruiunt, vt picturam, statuariam, figlinam; quæque animos etiam oblectant, vt musicam, histrionicam, has omnes vel serui, vel peregrini colebãt. populi Romani artes erant, domesticam rem vigilanter, parce, frugaliter; publicam grauiter, iuste, sapienter administrare. Domestica diuiditur in duo genera. nam & bonum agricolam, vt quæratur, desiderat; & bonum patrem familias, vt conseruetur. Publica res duplicem curam & ipsa desiderat, vrbanam, & externam. rursus vrbana triplex est, externa duplex. nam, in vrbe cum senatores, iudices, magistratus requirantur; diuersa tamen singulorum officia sunt. extra vrbem, siue tuendi fines imperii, siue propagandi sint, forti milite, & perito imperatore opus est. Ergo, vt hæc summatim colligantur, liberales veteribus Romanis artes fuere septem, duæ priuatæ, quinque publicæ: priuatæ, agricultura, & domestica frugalitas: publicæ, si vrbanæ, tres, in senatoris, iudicis, magistratus officio sitæ; si extra vrbem, duæ, fortitudo militis, peritia imperatoris. nam iuris prudentia, cuius antiquissimum studium fuit, separatum locum non habet, sed ad iudicis magistratus munusque pertinet. Quid artes ludicræ, quæret aliquis, liberales, an seruiles? Quæ voluptatis tantum gratia repertæ, seruiles, vt musica, histrionica, de quibus diximus: quæ corpori vires addunt, liberales, vt luctatio, pugillatio, cursus, discus, iaculum. quæ tamen artes non tam propter ipsas, quam quia militiæ seruirent, quandoquidem iis roboratur corpus, liberales vocandæ. liberi enim homines, non serui, militabant. quamquam bello Punico secundo, aduersis præliis exhausta ciuitate, serui quoque, emti publice, in militiam profecti sunt. Ludicræ igitur artes aliæ seruiles, aliæ liberales: & quæ liberales, ad militiam aggregantur. itaque constat, iam præfinitus a nobis, artium liberalium numerus septenarius. Hoc disciplinæ genere, dum omnis fere literarum oblectatio, omnis Græcarum artium elegantia, quasi malarum voluptatum illecebra, contemnitur a

tenui

primordio ad opes maximas Resp. Romana peruenit. Con-
ræci, earum siue artium, siue scientiarum, quas liberales ap-
pant, cupiditate, & studio ducti, a bellica illa virtute, qua se-
barbarum nationum copias innumerabiles fuderant, paula-
d otium, mollitiemque deflexerunt. quod multarum cala-
um, ac miserrimæ denium seruitutis initium, & origo fuit.
Horatius ep. 1. lib. 2.

Vt primum, positis, nugari Græcia, bellis,
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
Suspendit picta vultum, mentemque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc est gauisa tragœdis.
Hoc paces habuere bona, ventique secundi.

dem igitur artes in vrbem Romam, post deuictam maxime
, inuectæ, veterem illam seueritatem, & salutarem industri-
cile mutarunt. ex quo, quasi orta simul cum Græcis doctri-
ciuitate discordia, bellorum ciuilium, quibus labefactata
concidit, exitiosa principia manarunt. id M. Cato ille Seni-
Plinius, lib. 29. *cap.* 1. docet, multo ante diuina quadam con-
ra prospiciens, de Græcis ita scripsit ad filium: *Hoc puta va-
dixisse:* Quandocumque ista gens literas dabit, omnia corrū-
multo etiam magis, cum medicos mittet. Aperte autem Ho-
s in eadem epistola:

Græcia victa ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio.

o tempore factum sit, idem indicat in eodem loco:

Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus vtile ferret.
Tentauit quoque, rem si digne vertere posset.

gie autem Sallustius in Catilina: *Vbi labore, atque iustitia
creuit; Reges magni bello domiti; nationes fera, & populi ingen-
subacti, Carthago, æmula imperii Romani, ab stirpe interiit;
ta maria, terraque patebant: sæuire fortuna, ac miscere omnia.
. qui labores, pericula, dubias, atque asperas res facile tolerauе-
iis otium, diuitiæ, optanda aliis, oneri, miseriæque fuere. igitur
o pecuniæ, deinde imperii, cupido creuit. ea quasi materies omni-
alorum fuere. namque auaritia fidem, probitatem, ceterasque
bonas, subuertit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglige-
mnia venalia habere, edocuit: ambitio multos mortales falsos fie-
egit; aliud clausum in pectore, aliud promtum in lingua habere;
itias, inimicitiasque, non ex re, sed ex commodo, æstimare; magis-
vultum, quam ingeniū, bonū habere. hæc primo paulatim cresce-
terdum vindicari. post, vbi contagio, quasi pestilentia, inuasit;*

ciuitas immutata; imperium ex iustissimo, atque optimo, crudele, intolerandumque factum. Et in Iugurtha: *Ante Carthaginem deletam populus & senatus R. placide, modesteque inter se Remp. tractabant: neque gloriae, neque dominationis certamen inter ciues erat: metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. sed, vbi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quae secunda res amant, lasciuia, atque superbia incessere.* ita, quod in aduersis rebus optauerant, otium postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. namque cœpere nobilitas dignitatem in superbiam; plebes libertatem in libidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere, ita omnia in duas partes abstracta sunt: Resp. quae media fuerat, dilacerata. Idem lib. 1. historiarum apud D. Aug. de Ciu. Dei lib. 2. capit. 18. *At discordia, & auaritia, atque ambitio; & cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt.* Paterculus quoque, historiae suae lib. 2 *Potentiae Romanorum*, inquit, *prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit. quippe, remoto Carthaginis metu, sublataque imperii aemula, non gradu, sed praecipiti cursu, a virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, noua inducta; in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conuersa ciuitas, tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum quas praediximus, Metellus, tum in Circo Cn. O*ctauius multo amœnissimam moliti sunt: publicamque magnificentiam secuta priuatim luxuria est. Florus quoque lib. 4. *Dum Pœnorum*, inquit, *hostium imminens metus disciplinam veterem continebat.* Illud animaduersione dignum duximus, quod a Plinio lib 29. cap. 1. traditum est, Medicinam vsque ad ipsius aetatem inter ceteras Graecas artes Romanos discere noluisse. *Solam*, ait, *hanc artium Graecarum nondum exercet Romana grauitas in tanto fructu paucissimi Quiritium attigere, & ipsi statim ad Graecos transfuga.* Nec vero picturam, *vt idem Plinius lib. 35. cap. 10. demonstrat*, coluere multi. vnus omnino, qui floruit Reip. temporibus, Arellius ab eo nominatur: post Augustum qui floruerint, tres, Amulius, Cornelius, Attius. At reliquae Graecorum artes, praesertim eę, quae literis cognoscuntur, post Punica bella Romae a liberis hominibus exerceri cœptae, plus quotidie dignitatis adeptae sunt.

X.

De Sacro, Sacrosancto, Sancto & Religioso.

AD IO. MARIAM IOVIVM.

QVid de Te sentiam, Ioui, quid humanitati Tuae tribuam, & ego optime noui, & aurium mihi testes plurimi esse possunt. in quo mihi ipsi satisfacio, qui ea de Te praedicem, quae te humanitate in primis praestare faciunt. quod etsi exiliter admodū pro meritis tuis faciam, video tamen ea eloquentia in vllam non requirere,

e, quæ per se illustria cum sint, omnibus nota sunt, nec ali- commendatione egent. Tuum me scito esse Tuęque digni- ta semper studiosum futurum, ac si res mea ageretur.
rum, Sacrosanctum, Sanctum, & Religiosum, differunt in- Sacrum est, alicui deo dicatum, non a priuatis, sed publico tis instituto itaque locus, vbi sacra priuata fierent, sacrum deri Festus ait; cum ea tamen vocentur sacra, quæ in eo lo- it. sacra vero dicitur ædes, ara; sacer lucus, mons; sacrum la- gnum: quorum ad consecrationem ciuitas consensit. Sa- definiebat Trebatius *lib.* 10 *Religionum*, quidquid est, quod m habetur: *vt Macrobius libr.* 3 *Sat. auctor est.* quod Festus ne, Ælii Galli testimonio sensit. *Sacrosanctum*, inquit, idem *dicitur, quod iureiurando interposito est institutum, si quis assit, vt morte pœnas penderet, cuius generis sunt tribuni pl. a- e eiusdem ordinis.* Cicero autem in oratione pro Balbo non sed auget Festi definitionem: ait enim: *Sacrosanctum nihil quod per populum, plebemue sanctum est* in quo non dissen- esto. si quidem nihil per populum, plebemue sine iureiu- sanciebatur. Et Sacrosancta tam inanimata sunt, quam ta: itaque sacrosanctas possessiones vocauit Cicero *in orat. tilinam*: Et sacrosanctum fœdus, pro Balbo: sacrosanctos tribunos pl. Liuius, & alii. *At sacra tantum arbitror inani- sse.* nam Vestæ sacerdotem sacram non dixerim, sed sacro- m, vt sanctione populi Vestæ dicatam nec sacer quisquam atur, auctoribus Festo & Macrobio, nisi quem impune lice- idere. vnde Horatius Sat 6. lib II.

Intestabilis, & sacer esto.

rea, Sacrosanctum est, quod si violetur, homines legibus ant: Sacrum autem, quo violato, non ab hominibus, sed a ena impendet Item, Sacrosanctum non violatur, si attingi- si vis offertur: Sacrum autem, si attingitur a profanis, vio- ceditur. Sanctum a Sacro, & Sacrosancto in hoc differt, omnia sacra, & omnia sacrosancta, dicuntur sancta, non itē sancta, sacra, & sacrosancta. nam sacræ ædes templa sunt; issimum templum Cicero dixit pro Sextio. Sacrosancti , & iidem Sancti, vt eos idem Cicero *lib* 3. *de leg.* appellat: qui tissimum magistratum vocauit tribunatum pl. *in oratione tio* Sancti vero dii, nec iidem sacri, aut sacrosancti. Proprie um sancta sunt: humana vero sacra, & sacrosancta hom i- tem, non vere, sed similitud ne bonitatis & sancti, & diuini um vocantur Idem sensisse videtur Macrobius *libr. Sat.* 3. it: *sanctum est, vt Trebatius refert lib* 10 Religionum in- idem, quod sacrum, idemque quod religiosum, interdum oc est nec sacrum, nec religiosum: vt Virgilius: *Sancta ad ma, o gratissima coniux*(?) *Descendam.* Non enim sacro, aut

religioso eius anima tenebatur, quam sanctam, hoc est, incorruptam, voluit ostendere: vt in illo quoque: *Tuque o sanctissima coniux Felix morte tua.* in quo castitatis honorem incorruptæ vxoris amplexus est. vnde & sanctæ leges, quę non debent pœnę sanctione corrumpi. Sanctum autem, pro sacro, & religioso, posuit idem Virgilius:

> *Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem*
> *Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.*

hic enim sanctos, ac si sacros, accipiemus; quia diuinitus contigerunt. Item: *Tuque o sanctissima vates, Præscia venturi.* non aliud nisi sacram, vocat, quam videbat, & vatem, & Deo plenam, & sacerdotem. Hæc postrema Macrobii verba, Sanctum interdum idem esse, quod Sacrum, ostendunt: nec tamen ideo sequitur, vt, qui sanctus, & idem sacer vocetur. nam sanctus, vt dixi iam, appellatur, qui similitudinem aliquam, & speciem gerit diuinæ naturæ: &, quemadmodum Deus vocatur sanctus, non sacer; ita, si quis homo sanctus; non idem vocabitur sacer: nec nisi in malam partem, cum de homine loquimur, hoc verbum vsurpamus. nam, quod Ouidius dixit:

> *At sacri vates, & diuum cura, vocamur.*

ita non proprie locutus est, vt cum aliquis appellatur sanctus. proprie vero sacra ara dicitur, sacer lucus, sacrum saxum: quia deo dicata, cærimoniis, & publico ciuitatis instituto. Vates autem, quia tamquam sacris rebus honor iis habetur ob ingenii præstantiam, non quia reuera, & publico ciuitatis instituto dicati Deo sint, propterea sacri nominantur. Religiosum, & Religionem dici putat Macrobius, Ser. Sulpicium secutus a Relinquendo: quod religio propter sanctitatem aliquam remota, ac seposita a nobis sit. hinc religiosa loca, secreta. Cicero autem, quem sequor libentius, *lib. 2. de nat. deor.* a Relegendo deducit. Qui omnia, inquit, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tamquam relegerent, sunt dicti religiosi. Ego hoc addo amplius: religiosum accipi quinque modis: etenim hoc nomen conuenit & loco, in quo pie colatur, vt delubro, & rei, quæ colatur, vt signo, & homini, qui colat; & tempori, vnde dies religiosi, quibus, nisi quod necesse est, nefas habetur facere; & actioni, vnde religiosum dicimus, in ædem Bonæ Deæ virum introire, aduersis auspiciis legem ad populum ferre, die nefasto apud Prætorem lege agere. quæ probari exemplis omnia facile possunt. Religiosum autem, si de loco, aut re inanimata dicatur interdum idem est, quod sacrum, interdum diuersum: idem, vt alia tacia religiosissima *in oratione pro Plancio, & in ea de haruspicum resp.* quæ dici eadem posse sacra, nemo dubitauerit, qui legerit illud de Diuin. lib. 1 *Ara Aio loquenti consecrata est.* & illud pro domo: *Licinia, virgo Vestalis, aram, & ædiculam sub saxo sacro dedicauit.* præterea, sacræ ædes, eędem sunt religiosæ:

magis

stus, *Religiosum, ait, ac sacrum est, vt templa omnia, atq; ædes sacratæ dicuntur.* Diuersum a sacro nõnũq̃ esse religiosum; id probatur exẽplo sepulcrorũ: quę religiosa dici possunt, non possunt. Id intelliget, qui sacrum quo modo iam sit a definitum, animaduerterit Sacrum enim alicui deo dedica-pulcrum non item. Sacrum si attingitur a profanis viola-ulcrum non item. Sacrum publicam religionem obtinet, rum priuatam dixit enim Cicero lib. 2. de leg. *Cum multa co sepulcra fuissent, vbi dedicata est ædes Honoris extra por-llinam, exarata sunt.* Statuit enim collegium, locum publi-on potuisse priuata religione obtineri. Et fortasse nõ esset la definitio: *Religiosum, si publicam habet religionem, sacrum riuatam, non est* Nam & loca, in quibus sacra priuata fierẽt, non vocari, Festus ait, vt supra ostendimus; opinor, quia pu-religione carent. Sed hæc videri fortasse possunt obscurio-are illustrentur auctoritate Ælii Galli: de quo sic Festus: *In-rum, & sanctum, & religiosum differentias bellissime refert.* m ædificium, consecratum Deo. Sanctum murum, qui sit n opidum Religiosum sepulcrum, vbi mortuus sepultus, aut tus sit, satis constare ait. His verbis, non esse eadem, sacrum, um, & religiosum, intelligitur: eadem tamen videri posse, o-t idem Festus, hæc subscribens quæ cum superioribus pro-connectuntur Sed ita portione quadam, & temporibus ea-ideri posse si quidem, quod sacrum est, idem lege, aut insti-naiorum sanctum esse putat, vt violari id sine pœna nõ pos-em religiosum quoque esse; quoniam sit aliquid, quod ibi n: facere non liceat; quod si faciat, aduersus deorum volun-n videatur facere: similiter de muro & sepulcro debere obser-vt eadem & sacra, & sancta, & religiosa fiant, sed quo modo, supra expositum est cum de sacro diximus. Comparauimus osum cum sacro; & interdum esse eadem, interdum diuersa, dimus: nunc de religioso, & sancto, idem dicimus, modo ea-esse, modo differre. eadem sunt, vt in templis, quę non solum iosa, verum etiam sancta licet appellari nam, si dii sancti, san-uoque templa, quæ domus deorum putantur itaq; dixit Ci-in oratione pro Sextio: *sanctissimo in templo, sanctissima in a, sanctissimo in magistratu.* Differũt autem religiosum, & san-in deorum appellatione. dii enim sancti dicuntur, non reli-. At eorum signa religiosa nuncupantur. Vere: sed signa Deos unt, dii non sunt: itaq; religiosa vocari possunt, quia sacra: dii ri religiosi non possunt, quia sacrĩ non vocantur. diximus au-supra, quæ sacra, eadẽ religiosa dici; non contra. quidquid sa-idẽ religiosum Festi quoq; verba, paulo ante recitata, de mu-sepulcro, interesse aliquid inter sanctum, & religiosum, de-nstrant: Sanctum enim potius dici murũ, quam religiosum; &

religioſum ſepulcrum potius, quam ſanctum. Aduerſari videtur Cicero, qui *orat. 9. in Antonium* ſepulcris ſanctitatem tribuit. *Maiores noſtri, ait, ſtatuas multis decreuerunt, ſepulcra paucis. ſed ſtatuæ intereunt vetuſtate: ſepulcrum autem, ſanctitas in ipſo ſolo eſt.* Hanc dubitationem ſuſtulit Feſtus, qui dixit, etſi ſacrum, & ſanctum, & religioſum, differant inter ſe, portione tamen quadam, & temporibus eadem videri poſſe. Hanc igitur ob cauſſam Cicero ſanctitatem ſepulcris aſſignauit, non quia ſancta reuera ſint, ſed quod eſſe videantur, ſimilitudine quadam religionis: ſicuti homines quoque ſimilitudine quadam diuinæ bonitatis, appellantur ſancti, non quia ſancti vere ſint. Reſtat, vt oſtendamus eadem ne ſint, an diuerſa, religioſum & ſacroſanctum. Diuerſa eſſe dico. nam tribuni pl. ſacroſancti: nec tamen ideo ſequitur, vt religioſi. itemq; religioſi homines, non ideo ſacroſancti. Loca vero religioſa, non eadem ſacroſancta: nec, quæ ſacroſancta, eadem religioſa, quamquam ſacra potius, quam ſacroſancta dicuntur loca. etſi Cicero ſacroſanctas poſſeſſiones dixit, nō proprie, ſed ſimilitudine hominum, quibus ſacroſanctis inferri vis, & iniuria non poteſt.

I.

De Toga Romanorum.

AD IACOBVM SVPERANTIVM EQVITEM. ET D. MARCI PROCVRATOREM.

ANtiquarum rerum ſcientiam, Iacobe Superanti, plurimum ad omnia adiumenti afferre, quis ignorat? quod Tu optime omnium noſti: qui cum prudentia, quam Tibi ſummam a Natura ingenitam omnes fatētur, ita Antiquitatis cognitionem coniunxiſti, vt, in vtra excellas diiudicari vix poſſit. Quo fit, vt omnes Te obſeruent, eumque eſſe iudicent, qui Reip. Venetæ maximis in negotiis vtiliſſimam operam nauare poſſit. Quod cum præclare in omni Tua vita præſtiteris, indies Te ipſum vincis, qui alios iam virtute viceris. Non igitur potui diutius me tenere, quin aliquod meæ obſeruantiæ ſignum ad Te mitterem. quod ſi Tibi non ingratum fuiſſe cognouero, lætabor, ſin minus, voluiſſe me ſaltem hoc exiguo munere Tibi gratificari, idque poſteris teſtatum relinquere, tam mihi gratum erit, quam quod gratiſſimum.

De togæ forma primum agemus, de menſura, de colore: præterea quærendum putauimus, vtrum ea Romani tantum, an Itali pariter omnes vterentur: vtrum mares, an etiam fœminæ; vtrum viri, an omnis ætas; vtrum vulgo, an ſoli honeſtiores; vtrum vrbani, an milites quoque. ſed, antequam hæc aggrediamur, togarum genera videntur explicanda: ſunt enim multa, variis nominibus,

ſicuti

sicuti materia, colore, pictura distinguebantur. ac primum agemus de prætexta: deinde trabeam pictam, purpuream, vndulatam, soriculatam, rasam, Phrygianam, papaueratam, Attalicam, Babyloniacam, Alexādrinam, ordine persequemur: nam pura communis erat, quæ reseruatur in extremum locum.

Prætexta non omnes passim, sed hi tantum vtebantur; pueri, puellæque ingenuæ, illi ad initium anni XVII. hæ donec nuberent; magistratus omnes, non modo Romæ, sed in coloniis etiam & municipiis; magistri vicorum & collegiorum; sacerdotes, quorum in numero augures fuere; senatores ludorum Romanorum diebus; postremo, mulieres nonis Caprotinis. Puerorum prætexta cognoscitur ex multis. Filii triumphantium prætextati, leguntur apud Ciceronem *in orat. pro Murena, & in Verrem: Neque te tam commouebat, quod cum toga prætexta, quam quod sine bulla venerat.* Et in Antonium or. 2. *Tenes ne memoria prætextatum te decoxisse? sumsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.* Quibus verbis ostenditur, & virilem togam sumi solitam deposita prætexta; & meretrices toga vsas esse Subiungit enim: *Primo vulgare scortum: sed cito Curio interuenit, qui te a meretricio quæstu abduxit, &, tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locauit. Vt enim togatæ meretrices, sic matronæ stolatæ.* & in Lælio: *Amores puerorum sæpe vna cum prætexta toga deponuntur.* Plinius etiam *lib. 4. cap. 23.* perspicue pueros designat, cum ait: *Murenis tenuissimum tergus, contra anguillis crassius, eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos.* Omitto Macrobii, Suetonii, aliorum testimonia, sunt enim multa. De puella vero prætextata Cicero in Verrem: *Eripies pupillæ togam prætextam?* Catullus: *Mitte brachiolum teres Prætextata puellæ.* Prop. *libr. 4. Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis, Vinxit & acceptas altera vitta comas.* Festus. *Nubentibus, depositis prætextis, a multitudine puerorum obscena clamabantur.* Legimus & illud in institutionibus de Iniuriis: *Siue quis matrem familias, aut prætextatum, prætextatamue adtectatus fuerit.* Nec aliter accipio Varronis illud apud Nonium, libro de liberis educandis: *Vt puellæ habeant potius in vestitu amyxias encombomata, ac arnacidas, quam togas.* Opinor enim de togis prætextis, non de togis puris, locutum esse. nam, quis credat, puellas ingenuas puris togis vti solitas, quas fuisse meretricum, & iam significauimus, & infra probabimus? Libertinis autem pueris ac puellis adimo prætextam auctore Pediano, qui ait: *Prætexta honestorum, toga vilium.* Verum Papinii versus, de Glaucia liberto prolatus, dubitationem omnem tollit: *Sola verecundo deerat prætexta pudori.* In quo tamen illud animaduertendum, libertinorum filios, modo iusta matre familias nati essent, ingenuorum in numero positos esse. quod si quis in dubium vocet, legat illum Suetonii in Claudio: *Latum clauum, quamuis initio*

so firmasset, non lecturum se senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cœcum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum adlegisse docuit, ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Aperte docet, ingenuos fuisse natos ex iis, qui seruiissent. quod etiam posteriores iurisconsulti suos in libros retulerunt. Caussam & originem attributæ prætextæ libertinorum filiis, Macrobius libr. 1. Sat. exponit his verbis. *Libertinus nullo iure vti prætextu licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo: sed postea libertinorum quoque filiis prætexta concessa est, ex caussa tali, quam M. Lælius augur refert: qui, bello Punico secundo duumuiros, dicit, ex S. C. propter multa prodigia libros Sibyllinos adiisse; & inspectis his, nuntiasse, in Capitolio supplicandum, lectisterniumque ex collata stipe faciendum, ita vt libertinæ quoque, quæ longa veste vterentur, in eam rem pecuniam subministrarent.* acta igitur obsecratio pueris ingenuis, itemque libertinis pronuntiantibus carmen, ex quo concessum, vt libertinorum quoque filii, qui ex iusta duntaxat matre familias nati fuissent, togam prætextam, & lorum in collo pro bullæ decore gestarent. De prætexta mag. stratuum quis ambigat, qui modo paulo sit humanior? in oratione post reditum in senatu: *Consul, cum vos vestem mutandam censuissetis, cuncti eam mutassetis, vnguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores ædilesque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum.* Et, in Pisonem: *Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti.* Censores, & tribunos pl. excipio, admonente de censoribus Polybio, Plutarcho de tribunis pl. Polybius enim lib. 6. cum ornamenta mortuorum narrat, & illa ipsa persequitur, quæ viuentes habuerant, consulibus, prætoribusque togam purpura circumdatam, id est, prætextam, censoribus vero non prætextam, & iis, qui triumphauerant, auro contextam tribuit. Plutarchus, vel tribunum pl. magistratum esse negat, hoc vtitur argumento, quod prætextam non habuerit.

Prætores, aliquem capitis condemnaturi, prætextam prius deponebant: quod *libr. 9. capit. 12.* Valerius docet: opinor, quia tristem sententiam in veste lætitiam indicante ferri non decere. Coloniarum quoque & municipiorum magistratibus prætexta in vsu fuit: quod Liuii testimonio probatur. *Purpura,* inquit lib. 34. *non vtemur, prætextati in magistratibus in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura, togæ vtentur: magistratibus in coloniis, municipiisque hic Romæ infimo generi magistris vicorum togæ prætextæ habendæ ius permittemus, nec id vt viui solum habeant tantum insigne, sed etiam*

etiam ut cum eo tremerentur: feminis dumtaxat usu purpuræ interdicemus? Exstat illud Ciceronis in Pisonem, qui Capuæ duumuir fuerat: *Capuæ cum prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei.* Magistri vicorum, & collegiorum, æque prætextati reperiuntur, illi apud Liuium loco proxime recitato, hi apud Pedianum. Nam, cum illud in Pisonem interpretaretur: Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es hæc subiunxit: *L. Cæcilio, Q. Marcio cos. S. C. collegia sublata sunt, quæ aduersus remp. videbantur esse.* Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant compitalicios prætextati. qui ludi, sublatis collegiis, discussi sunt. Post nouem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius tribunus pl. lege lata restituit collegia. Inuidiam ergo, & crimen restitutorum confert in Pisonem, quod cum consul esset, passus sit, antequam lex ferretur, facere prætextatum ludos Sex. Clodium. Sacerdotum prætextam adducta paulo ante Liuii verba demonstrant. in quo quærendum videtur, cum sacerdotum plura genera fuerint, omnes ne pariter, an aliqui tantum prætextam habuerint. nostri autem instituti est, quod veterum testimoniis confirmare non licet, in incerto relinquere, omissa coniectura, nisi si eiusmodi sit, vt magnam habeat speciem veritatis: Prætextatorum omnium sacerdotum exemplum illud exstat apud Capitolinum in vita Gallieni: *Cum picta toga, & tunica palmata, inter patres, omnibus sacerdotibus prætextatis, Capitolium petiit.* Pontificis max. apud Lampridium prætexta cognoscitur in vita Seueri. ... *cepit*, inquit, *prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco pontificis max. non imperatoris.* De auguribus non videor posse dubitare, cum dicat Cicero ep. 9. lib. 2. ad Atticum, *Vatinii strumam sacerdotii* διβάφῳ *vestiant.* quod satis aperte cognoscitur *ex ep. 4. lib. 15.* agebatur enim de Vatinio in auguris locum Q. Metelli Celeris mortui subrogando. Dibaphus autem non modo purpura fuit sed purpura bis tincta. Et in oratione pro Sextio, Lentuli Spintheris filium augurem creatum significans, *Cui superior*, inquit, *annus idem & virilem patris, & prætextam populi iudicio dedit.* Inter sacerdotes & decemuiri fuere, de quibus Liuius *lib. 27.* Virginum ordinem sequebantur decemuiri, coronati laurea, prætextaque. Senatorum sequitur prætexta: quam probare non facillimum puto. vnus enim nisi fallor, locus est, *in 2. Phil.* quem cum legerem, adductus sum in hanc opinionem, sic tamen, vt affirmare non audeam. *Nescis*, inquit, *heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris, tua lege datum, deseri patimur?* Cum dixit, Cur non sumus prætextati? dixisse arbitror de toto senatu: siquidem in senatu loquebatur. id autem significauit: Cur quintum ludorum Roma-

norum diem attributum Cęsari tua lege, prætextati non celebramus, ita vt reliquos quatuor? Quod si ita est considerandum, an reliquis quoque publicis ludis ordini senatorio prætextam habere licuerit. fortasse n. pprriũ hoc fuit ludorũ dũtaxat Romanorũ. nã. si cõmune ludorũ omniũ fuisset; Põpeio Magno, ex Mithridatico bello reuertẽti, honoris caussa tributũ non esset, vt ei Scenicis ludis prętexta vti liceret. Extremũ posuim⁹, prętextatas fuisse mulieres nonis Caprotinis. hoc si ostenderimus, omnes erũt pmissi nostri partes absolutæ. quo igitur potissimum teste vtemur? vno, qui instar omnium esse potest, M. Varrone. is lib. 5. sic: *Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificãt, & sub caprifico faciunt, & e caprifico adhibent virgam.* ob hoc toga prætexta data eis. Prætextam ne quis putet purpuream totam fuisse. purpureum enim, præter limbum, extremam vestem ambientem, nihil habuit: vnde prætextæ nomen. Eo autem limbo quia communis toga caruit, ideo pura est appellata. quòd si prætexta tota purpurea fuisset: non dixisset Liuius lib. 34 *Liberi nostri prætextis purpura togis vtentur:* nec Polybius, vt supra demonstratum est, consularem prætextam a purpureo censorum amictu diuersam fecisset. Iam Macrobius libr. 1. Sat. *Putant*, ait, *Priscum Tarquinium instituisse, vt patricii bulla aurea, cum toga, cui purpura prætexitur, vterentur.* Græci quoque omnes περιπόρφυρον appellantes, limbum solum, non totam vestem purpurei coloris fuisse, satis ostendunt. Iam prætexta pulla a Festo non notata, prætextam esse posse, nec tamen purpuream, demonstrat. Hic mihi tamen illud obiicitur, quod ait Plinius *libr.* 33. *capit.* 9. Cyprio æri, si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum prætextis. Verum, cur de tota veste intelligatur, non video. potuit enim artifex, cum ex ære statuam faceret, separatim in limbo prętextarum purpuram imitari. Occurrit Ciceronis quoque locus. nam in Sextiana, inuehens in Pisonem consule, id est, prętextatum, *Vestitus*, inquit, *aspere, nostra hac purpura plebeia, ac pene fusca.* Cõsularem vestem, id est, togam prætextam, videtur dicere, purpuream fuisse: verum non togam, sed tunicam lati claui significat, quę purpurea fuit. propterea subiungit. *Nostra*: quia senator ipse erat, & latum clauum habebat non cum. *Nostra*, referri potest ad togam prętextam cum Cicero prætextatus tum non esset. Nam si quis, cum legerit versum Statii Silu lib. 5.

Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
Exsuit:

ostrum dicat pro tota purpurea prætexta vsurpatum: respondebitur, togam quidem puerilem, id est, prætextam indicari, cuius in limbo ostrum, id est, purpura cernebatur: non tamen hoc dici, totam prætextam purpuream fuisse.

Toga pura, virilis, libera, recta, eadem erat. Pura vocabatur,

quia nulla diuersi coloris fascia prætexeretur. Dabatur in exitu anni XVI. sicuti data est M. Ciceroni filio: qui cum natus esset Cotta, & Torquato cos. quod epist.1.ad Atticum ostendit, puram togam accepit Lentulo, Marcello cos. *vt epist.6 lib. 9. ad eundem.* mos tamen ille imperatorum ætate mansisse non videtur. nam Caligula togam puram anno XIX. M.Aurelius XV.accepit, auctoribus Suetonio,& Capitolino. Ea vestis initium virilis ætatis indicabat: propterea virilis etiam dicebatur. Qui vero eam sumebant, tyrones appellabantur. Plinius libr.8.cap 48 Tanaquil prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ. Suetonius de Caio: *Vno atque eodem die togam sumsit, barbamque posuit, sine vllo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum eius.* In quo illud animaduertendum, togam simpliciter dixisse Suetonium pro toga pura: quamquam prætexta, quæ a pueris puram sumturis deponebatur, ipsa quoque toga esset, verum addito limbo purpureo. Sic Appianus lib. 4. *Atilius, prætexta deposita, togam sumturus.* Licuisse tamen pueris non exspectato ætatis anno XVI. per vnum tantum diem Baccho dicatum toga pura vti, ostendit Ouidius Fast. libr. 3. his verbis:

Restat, vt inueniam, quare toga libera detur
Lucegeri pueris, candide Bacche, tua.

Liberam vocat, quia pueris toga pura initiũ quoddam libertatis erat, cum antea custodirentur a pædagogis. Recte nomen ex Festo cognouimus, cuius hæc sunt verba: *Rectæ appellantur vestimenta virilia, quæ patres liberis suis conficienda curant ominis caussa, ita appellata, quod astantibus, & in altitudinem texuntur.* Et alio loco: *Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis, vtrisque rectis, textis sursum versum astantibus, pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant, ominis caussa: vt etiam in togis virilibus dandis obseruari solet.* Plinius etiam, cuius verba paulo ante recitauimus, tunica, & toga, vtraque recta, tyrones indui solitos declarat. Locus in quo sumebatur, Capitolini Iouis, vt opinor, templum fuit: aut certe, post eam domi sumtam, statim in Capitolium ad Iouis ædem ibatur: quod Valerius Max. *libr. 5. cap. 4.* declarat his verbis: *Hanc pietatem æmulatus M.Cotta, eo ipso die, quo togam sumsit virilem, protinus vt e Capitolio descendit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postulauit.*

Trabea, inter togarum genera videtur esse referẽda. nam Dionysius lib.2. qui de Saliis loquitur, χιτῶνας, ait, ποικίλους, χαλκέαις μίτραις κατεζωσμένοι, καὶ τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρους, φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας. Latine sic: *Tunicas pictas æreis zonis cinctis, togasque paulo adstrictas induti, purpura prætextas, puniceo colore alternatim textas: quas vocant trabeas.* Hæc est trabeæ descriptio. quam cum appellauerit τήβεννον, togam esse plane liquet.

primis temporibus acu insutum, postea intextum esse aurum dixerit. Ostendimus, togam pictam ex Etruria translatam, auro variatam ac triumphantibus geri solitam. hoc enim postremum si quis in dubio poneret, ratus ea, quæ diximus, non satis ad probandum valere, testem Liuium adhibebo: cuius hæc sunt lib. 30. Scipio Masinissam, regem appellatum, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. addit verbis honorem: neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neq; triumphantibus ampliorem ornatum esse. Et Ouidius Fast. lib. 6.

Vidimus ornatos ærata per atria pictæ
Veste triumphales succubuisse senes.

Quæramus igitur, soli ne triumphantes, an etiam priuati pictam togam habuerint. Duos historiæ memorant, quorum virtuti tributum est, vt picta toga, quamquam priuati, vterentur; Paullum Æmilium, qui de vltimo Macedoniæ rege Perseo triumphauit; & Pompeium Magnum, Sertorio deuicto. Paulli honorem omissum a Plutarcho. (nam *Liuius* mutilus est) qui totam eius vitam literis mandandam suscepit, equidem valde miror: auctorem tamen non contemno, eum, qui scripsit librum de viris illustribus. Pompeii notitia certior: de quo Velleius lib. 2 T. Ampius, & T. Labienus, tribuni pl. legem tulerunt, vt Pompeius ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium vterentur. Et *Dio* libr. 37. concessum ait Pompeio, ἐπινίκιον ἐνδύειν ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσι: id est, *vestem triumphalem induere in equestribus certaminibus.* Cicero autem *epist. 16. lib. 1. ad Att.* Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam. Propriam postea suam habuit priuatus Gordianus: cum eam de Capitolio, vel de Palatio imperator accipere solitus esset: quod a Capitolino didicimus. Putabat Verrius, vt ex Festi liquet epitome, pictam togam purpurea posteriorem fuisse, & purpurea pura eos, qui triumpharent, primum esse vsos, deinde picta. mihi fidem non facit: vtitur enim argumento parum firmo. *Picta, inquit, toga quæ nunc dicitur, purpurea ante vocitata est, eaq; erat sine pictura, eius rei argumento est pictura in æde Vertumni, & Consi: quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera L. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.* Hæc Verrius. mihi alia mens est. qui enim possum credere, Flacci & Cursoris ætate triumphalem habitum non fuisse togam pictam, cum in ea multo ante, si Plinio, Floro, Macrobio credimus, Romanos reges triumphasse videã? Accedit illud, quod M. Flaccus bell. Punici anno primo triũphauit: at pictã togã aliquot ante annis à triũphantib. cõsulib. gestari solitã, indicat Liuius lib. 10. cũ ait: *Quos vos tunica palmata & toga picta, & corona triũphali, laureaq; honorastis.* Videbat eam picturam, dicet aliquis, Verrius, cũ illa scriberet. Non abnuo: sed morem cõmunem si quis ex vna re probat, imperite facit.

fortasse enim, Cursor & Flaccus, viri graues, aurum contemnẽtes, puram purpuram adamarunt. fortasse etiam, cum in picta triumphassent, pictor tamen illo rudiore seculo, qui purpuram auro intextam penicillo nesciret exprimere, aurum omisit.

Togam palmatam pauci, tunicam multi nominarunt. eam opinor a pictis palmis esse dictam. Martialis libr. 7. ad loricam Domitiani:

I comes, & magnos illaesa merere triumphos,
Palmataeque ducem, sed cito, redde togae.

At, ne quis eum putet, cum, Tunicae, seruata metri ratione dicere non posset, pro tunica togae vocabulum vsurpasse: quia toga picta, tunica palmata triumphantes vterentur: Suetonius, Crassi, Claudium triumphantem secuti, palmatam vestem appellat: nec dubitandum, quin eam praetextae, quam proxime nominauerat, opposuerit. nam cum dixisset, *Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus & in praetexta:* subiunxit, quasi contraria referens: *Crassus equo phalerato, & in veste palmata.* Est enim verisimilius, togae togam, id est, praetextae palmatam, quam togae tunicam, oppositam esse. Nec opinor de tunica, sed de toga locutum Valerium *lib. 9. cap. 1 Quid sibi voluit*, inquit, *Metellus Pius, cum palmata veste conuiuia celebrabat?* Ausonius quoque, vbi gratias agit pro consulatu Gratiano Imperatori, palmatam vestem in pace consulis, in victoria dicit esse triumphantium: nec distinguit eam a trabea, vel a picta veste. *Dimicaturus*, inquit *palmata vestis mea ornamenta a sponte. parum est, si qualis ad me trabea mittatur, interroges: te coram promi iubes. haec est picta, vt dicitur vestis, non magis auro suo quam tuis verbis.*

Toga purpurea differebat a picta & a praetexta: a picta, quia pura erat, quod iam ostendimus: a praetexta, quia praetexta erat alba, cum limbo purpureo circumductos; purpurea vero hunc limbum non habebat. & Liuius lib. 31 separatim eas nominat. *Dona*, inquit, *ampla data, quae ferrent regi: vasa aurea, argenteaque: toga purpurea, & palmata tunica cum eburneo scipione, & toga praetexta.* De hac locutum in Cluentiana Ciceronem crediderim, cum de Quinctio trib. pl. ait: *Facite, vt non solum mores eius, & arrogantiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini.* Non enim praetextam significare potuit: quam tribuni pl. non habebant: ex quo arguit Plutarchus tribunatum non fuisse magistratum.

Togarum [illegible] genera, vndulatam, soriculatam, Phrygianam, Scutulatam, [illegible] nominant Plinius, Martialis, Iuuenalis, ducta [illegible] vario genere picturae [illegible] picturam [illegible] Martialis [illegible]

Emit ex [illegible] togam [illegible]

Et ibidem:

Pexatus pulcre rides mea Zoile trita.

Nunc aggrediamur illa, quæ proposuimus: ac primum de togæ forma. Semicircularem dixit esse Dionysius Halic. Idem ostēdit Quinctilianus: ait enim lib. 11. Rotundam esse togam, & apte cæsam velim.

Togas a summo ad imum integras, nulla scissura, nullis manicis fuisse, multis argumentis adducor, vt credam. Primum, si apertę sint, patere pectus, indecorum videtur. nam tunicæ priscis temporibus non fuere: quod Pediano, & Gellio testibus probare possum. Pedianus hæc in commentario orationis pro Scauro: *Cato Prætor iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus: in forum quoque sic descenderat, iusque dicebat: idque repetierat ex vetere consuetudine, secundum quam & Romuli statua in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt, togatæ sine tunicis.* Quod Plutarchus etiam notauit his verbis: Αἱρεθεὶς ὁ Κάτων στρατηγὸς ἀνυπόδητος, καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προερχόμενος. Verum quod omisit Plutarchus, de vetere consuetudine Pedianus addidit. Gellius aperte lib. 7. cap. 12. *Viri Romani primo quidem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt: postea substrictas, & breues tunicas, citra humerorum desinentes, habebant.* Subiungit idem: *Ennius quoque tunicatam non sine probro iuuentutem Carthaginiensium vocauit.* Quibus verbis inusitatas fuisse tunicas Ennii ætate, id est, inter secundum, & tertium Punicum bellum, satis constat. cœpere tamen paulo post, sed breues, & citra humerum desinentes. Itaq; Africanus minor P. Sulpicio Gallo homini delicato, probro dedit, non quod tunica vteretur, sed quod tunica manus totas operiente. Hoc etiam licet ex Liuio coniicere. nam lib. 3. Cincinnatum, ait, cum ei senatus dictaturam aranti, aut fodienti, detulisset togam e tugurio, ne nudus, & respersus puluere mandata senatus audiret, proferri iussisse; eaque simul abstersо puluere, ac sudore velatum processisse. Tunicæ mentionem nullam facit: qua puluerem, & sudorem abstergi decuit potius, quam toga. vt mirari non satis possim, cur scripserit Plutarchus in Coriolano, eos, qui magistratum petebant, descendere solitos in forum togatos sine tunicis, vel vt supplicarent humilius, vel vt vulnerum cicatrices, quæ pro rep. pugnantes acceperant, populo patefacerent. nam multis post Coriolanum annis ignotam fuisse tunicam, & tunicatos probri caussa dictos ab Ennio Carthaginienses, iam ostēdimus. Quinctilianus etiam lib. 11. cum de oratoris amictu præcepta dat, apertam togam agnoscere non videtur. Hodieque aliquot in locis togatæ extant statuæ, nostram opinionem comprobantes: vt apud ędes viri omni laude cumulati, Ascanii Casarelli, item in hortis Cæsianis, & alibi.

De manicis cur ambigam? nam, si tamquam lasciuæ reprehēdebantur in tunica, quanto magis in toga? Præterea, si manicas

togæ habuissent; non manum subter togam Decius ille, qui se Latino bello pro patria deuouit, ad mentum exemisset, vt ait Liuius libro 8. *Pontifex*, inquit, *eum togam prætextam sumere iussit, & velato capite, manu subter togam ad mentum exserta, super telum subiectum pedibus stantem sic dicere.* Non igitur per manicas brachium emittebatur, sed, reiecta in humerum ima toga, expediebatur. Quo spectat illud Quinctiliani libro 6. *Afer venuste Manlium Suram, multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem, & reponentem, non agere dixit sed satagere.* Per annum tamen, sumta virili toga, modestiæ caussa toga in humerum non reiiciebatur. qua de re sic in oratione pro Cœlio: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus.*

Cingatur, nec ne, (nam & hoc ad eius formam pertinet) considerandum. Cingi solitam ostendit Macrobius lib 2. Sat. his verbis: *Post victoriam Cæsaris interrogatus Cicero, cur in electione partis errasset, respondit: Præcinctura me fefellit: iocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, vt, trahendo laciniam, velut mollis incederet: adeo vt Sulla, tamquam prouidus, dixerit Pompeio: Caue tibi illum puerum, male præcinctum.*

Valet apud me plurimum, sicuti debet, auctoritas Macrobii: sed locum vacare mendo non arbitror. quod enim togæ Macrobius, id tunicæ grauis auctor Suetonius tribuit. *Cultu*, inquit, *notabilem ferunt.* vsum enim latu clauo ad manus fimbriato, nec vt vmquam aliter, quam vt super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: vnde emanasse Sullæ dictum optimates sæpius admonentis, vt male præcinctum puerum cauerent. Cum igitur inter eos controuersia sit; ego, si litem dirimere mei sit arbitrii, secundum Suetonium iudicare malim; tum quod Romanæ historiæ diligentissimus, qui etiam de genere vestium, auctore Seruio, librum scripsit; tum etiam, quod maior mutatio fiat, si pro lato clauo, reponas, *Toga*, quam si pro, *Toga, Tunica*. Ac mihi quidem, rem ipsam ante oculos proponenti, maiorem habere dignitatem discincta toga videtur, quam cincta. Præterea, cum Quinctilianus oratori præcipiat, vt acturus caussam, vtriq; humero togā imponat, id qui fieri possit, si cingatur, non video. Mouerent me Valerii Max. verba: scripsit enim hæc lib. 3. cap. 1. *Æmilius Lepidus puer etiam tum, progressus in aciem hostem interemit, ciuem seruauit.* Cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta, S. C. posita: *Hæc*, inquam, *me mouerent, nisi satis fidium ab historia peterem.* Prætexta enim illa cincta militarem morem, non vrbanum, declarat. Mos enim fuit apud antiquos Romanos, vt incinctis togis pugnarent. de quo sic Plutarchus in Coriolano. Ἦν δὲ τότε ἔθος Ῥωμαίοις ἰδ[illegible] εἰς [illegible] διαζωσθέντας, καὶ μέλλοντας ἤδη θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ [illegible] τὴν

τήβεννον

τήβεννον. ἅμα καὶ διαδήματος ἀφαιρεῖς ἔνεκα. Quod enim Romani togam, Græci τήβεννον vocant. itaque Dionysius li.3. Τοιαῦται, inquit, τῆς ἀμφιέσεως, ἣν Ῥωμαῖοι μὲν τόγας, Ἕλληνες καὶ τήβεννον καλοῦσιν. Sinum togæ nominat Suetonius in Iulio. *Vt animaduertit, inquit, vndique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.*

Et Tibullus lib.1.

> *Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos,*
> *Effluit effuso cui toga laxa sinu.*

Sed hic sinus extrema pars togæ fuit. alii vero sinus illi, qui apud Quinctilianum, Tertullianum, Apuleium, Statium, & alios leguntur: qui Cęsaris, & Ciceronis ętate non fuere. ait enim Quinctilianus: *Veteribus nulli sinus, posterioribus perquam breues.* Veteres autem cum dicit, Ciceronis ætatem significat: vt ibidem, qui attente legerit, animaduertet. quo ductus argumento, si quæ nūc togatæ statuæ sine sinibus cernuntur (sunt autem Romæ aliquot quas inspeximus) eas ante Imperatorum tempora factas esse crediderim. atque hi quidem posteriorum temporum sinus non attexebantur, vt existimo, sed assuebantur, vel appendebantur in toga: quorum alter superior a dextro latere ad sinistrum humerum, tamquam balteus oblique ducebatur, alter inferior ab vmbilico demittebatur, sic ne infra imam togam deflueret: ab oratore autem in dextrum humerum reiiciebatur quemadmodum ille superior in sinistrum: quod Quinctiliani verba declarant.

Togæ mensura non eadem omnibus, sed, vt inquit vetus Horatii interpres Porphyrio, pro opibus varia fuit. quibus enim domestica res angustior, iis togæ paruæ; quibus ampla, maiores. hinc illud Horatii epist. 19 lib.1.

> *Arta decet comitem sanum toga.* Et ep.20.
> *Exiguæque toga simulet textore Catonem.*

Iusta vero togæ mensura sex vlnarum fuit.

Horatius Epod. 4.

> *Vides ne, sacram metiente te viam*
> *Cum bis ter vlnarum toga.*

Quo loco subiungit Porphyrio: Hanc esse iustam togæ mensuram, intelligendum. Nec discrepant Quinctiliani verba. *Pars,* inquit, *togæ prior mediis* cruribus terminatur, posterior eadem proportione. Longiores tamen stante rep. togas fuisse video, ad calceos videlicet. de quo sic Quinctilianus: Togam veteres ad calceos vsque demittebant, vt Græci pallium. idque vt fiat, qui de gestu scripserunt, Plotius, Nigidiusque præcipiunt. quo magis miror Plinii Secundi, docti hominis, & in hoc vtique libro pæne etiam nimium curiosi, persuasionem, qui solitum id facere Ciceronem velādarum varicum gratia tradit: cū hoc amictus genus in

statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerũt, appareat. Togæ componendæ quæ cura fuerit, quod artificium, vt rugæ, tiliæ, tabulata, vmbones fingerentur, indicat in libro. de pallio Tertull.

Color togæ qui fuerit, nemo diserte narrauit: sed album Isidori Hispalensis verba videntur indicare. *Fit*, inquit, *toga addito quodam cretæ genere candidior*. Quasi hoc dicat: communis togæ color, si quoddam cretæ genus addas, ad candorem deducitur. est enim in colore candido splendor quidam, qui non est in albo, itaque candidam niuem, qui proprie loquuntur, appellant, albam non item: contra album pallorem, non candidum. Genus autem illud cretæ, cuius nomen omittit, opinor illud fuisse, quod inter Cimoliæ genera Saxum Plinius appellat his verbis: Candidis vestibus Saxum vtilius a sulphure, inimicũ coloribus. Argumentum ex oratione in Vatinium pro alba toga certius elicitur, reprehendente Cicerone, quod in publico epulo Q. Arrii accubuerit Vatinius cum toga pulla: cum tot hominum millia, & ipse dominus epuli Arrius, albati accumberent. Cum igitur ad epulum, in funere dari solitum, non propinqui, aut amici nominati inuitarentur, sed populus vniuersus; in quo propemodum innumerabiles erant sic a re domestica imparati, vt vestitum epuli gratia mutare non possent: verisimile non videtur, albam togam eos pro tempore sumsisse, vt mox, epulo finito, aliam induerent. Pertinet ad hanc opinionem locus Martialis: ex quo liquet, populum vniuersum alba veste indutum spectaculis interesse. versus hi sunt lib. 4.

Spectabat modo solus inter omnes,
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet.

Et illud ciusdem libro 8. ad togam sibi a Parthenio vate donatam:

Lilia tu vincis, nec adhuc dilapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Et lib. 9. de eadem toga vsu trita:

Nunc anus, & tumulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niueam dicere iure tuo.

Iocatur enim & in colorem, quo laudari toga olim poterat, & in vetustatem, quod ita consumta detritaque iam esset, vt niuea potius, quam lanea, iure dici posset. Nec Gellii testimonium contemno. is lib. 3. capit. 4. *Legimus*, inquit, *P. Scipioni*, *Paulli* F. postquam de Pœnis triumphauerat, censorque fuerat, diem dictam esse ad populum a Claudio Asello trib. pl. cui equum in censura ademerat; eumque cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste vti, neque fuisse cultu solito reorum. Candida veste, pro alba toga, dixit: vt Martialis, Candidus sederet, pro al-

pro albatus sederet. non enim tunc magistratum Scipio petebat, vt vere candidatus esse deberet. Vtor etiam ea ratione. quod, si albo colore togæ non fuissent, certe pullo potius, quam aut rubeo, aut violaceo, aut flauo, aut alio quolibet, fuissent. at pullus color in mœrore tantum a viris sumebatur: quemadmodum albus a mulieribus: quod Græci scriptores duo, Plutarchus in Problematibus, Herodianus libro 4. demonstrant. propterea turbam pullatam, vt apud Suetonium legimus, cum vidisset Augustus, colore offensus inusitato, indignabundus, & clamitans, *En*, ait, *Romanos, rerum dominos, gentemque togatam*. Non igitur tantum eo nomine accusabat illam turbam Augustus, quod pullata, sed etiam, quod sine toga esset. ex quo liquet, pullam togam non fuisse. Quænam igitur, dicet aliquis, pullatorum vestis erat, si toga non erat? Lacerna. Subiunxit enim idem Suetonius: *Negotium ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circoue, nisi positis lacernis togatum, consistere.* Et infra: cum dixit: *Sanxit, ne quis pullatorum media cauea sederet: sortis extremæ homines colore vestis ab honestioribus*, id est, a togatis, distinxit. Idem color apud Prudentium, in libro contra Symmachum, non dubie perspicitur, in illis versibus:

> *Exsultare patres videas, pulcerrima mundi*
> *Lumina, conciliumq; senum gestire Catonum,*
> *Candidiore toga niueum pietatis amictum*
> *Sumere.*

Et apud Iuuenalem Sat. 10.

> *Niueos ad frena Quirites.*

Sed nihil apertius Papinii testimonio. is lib. 5. Syluarum ita scriptum reliquit:

> *Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis*
> *Exsuit, albentiq; humeros induxit amictu.*

Accedit Tertullianus: si famulum tuum, ait in libro de resurrectione carnis, libertate mutaueris, & vestis albæ nitore, & anuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. Omitto enim quasi obscurum argumentum, quod in Domitiano scripsit Suetonius: *Generum fratris indigne ferens albatos & ipsum ministros habere, proclamauit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.* quamquam licet conficere, quicumque principibus seruirent, eos albam vestem, id est, togam, præcipuo iure concessam ferre potuisse. quod cum Titi gener suis & ipse ministris largiretur, indignatum Domitianu exclamasse: Non expedit multos dominari. Hic Romæ mos: quid in reliqua Italia? Togati tantum, qui Romanis vterentur legibus, vt in præfecturis, coloniis, municipiis. Capua præfectura fuit bello Punico secundo: & Campanum adolescentem, qui Hannibalis de nece cogitauit, Liuius *lib.* 27. togatu fuisse ostendit. Tacitus *lib.* 18. Ornatum ipsius municipia, & coloniæ

in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo, brachas tegens barbarum, indutus, togatos alloqueretur. Sociorum vero nec leges, nec amictus Romanus erat: mortui tamen, honoris gratia, cũ toga efferebantur. Vnde Iuuenalis Sat. 3.

Pars magna Italiæ, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus.

Nec vero aut Virgilius, aut mimorum poeta Laberius togatam gentem pro Romanis vsurpassent; id quod lib. 6. Sat. notauit Macrobius; *nisi Romanorum toga propria fuisset.* Vnde Suetonius in Claudio peregrinis togæ vsum adimit, pallium assignat his verbis: *Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatum ne an palliatum dicere caussam oporteret, quasi & æquitatem integram ostentans, mutare habitum sæpius, prout accusaretur, defendereturque iussit.* Exulibus etiam Romanis, quibus aqua & igni esset interdictum, vti toga non licuisse docet Plinius ep. lib. 4. Age, Romæ toga vtebantur viri: numquid fœminæ? Si ex honesta familia, stolatæ; sin obscuri loci, togatæ: neque hæ solum, sed ancillæ, & impudicæ omnes. de ignobilibus auctorem habeo Pedianum. *Toga, inquit, communis habitus fuit & marium, & feminarum: sed prætexta honestorum, toga viliorum: quod etiam circa fœminas seruabatur.* Quamq̃ nõ de adultis fœminis, nec de adultis viris, sed de pueris, & innuptis puellis loquitur Asconius. quis enim ignorat, vel viros, absoluto ætatis anno decimo sexto, togam puram prætexta deposita, sumere consueuisse; vel matronas vti stola, non toga, solitas esse? propterea stolatum Vlyssem Caligula Liuiam Augustam vocabat. Iam Sulpicia, Seruii filia, togatæ mulieris consuetudinem exprobrat Cherinto apud Tibullum, iis versibus:

Sit tibi cura togæ potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpicia.

Et Horatius Sat. 2. lib. 1.

——quid inter
Est, in matrona, ancilla, peccesue togata?

Et paullo post:

Numquid ego a te
Magnum prognatum deposco consule cunnum,
Velatumq; stola, mea cum conferbuit ira?

Et infra matronæ togatam opponit his versibus:

Desine matronas sectarier, vnde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niueos, viridesq; lapillos,
Sit licet hoc Cherinte tuum, tenerum est femur, aut crus
Rectius: atq; etiam melius persæpe togatæ.

Vbi Porphyrio: Togatæ in publicum procedere cogebantur feminæ, adulterii cõmissi conuictæ. Quo spectat illud Iuuenalis Sat. 2.

——est moecha Labulla:
Damnetur, si vis: etiam Corphinia. talem
Non sumat damnata togam.

Martialis autem lib. 1.

Quis floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Et lib. 6 cum ignominia dixit:

Matrisque togatæ filius.

Miror autem & Seruium *in lib.* 1. *Æneid.* & Nonium Marcellum tribuisse togam probis etiam feminis, ac nobilibus, non modo ignominia notatis, & ignobilibus. *Sexus omnis*, ait Seruius, *& conditio toga vtebatur: togas autem etiam feminas habuisse, cycladum & recini vsus ostendit.* Nonius: *Toga non solum viri, sed etiam feminæ vtebantur.* Seruium autem & Nonium de priscis reip. temporibus, non de posterioribus, locutos esse licet existimare. quam coniecturam adiuuat ipse Nonius, hæc subiungens: *Varro de vita populi R. lib. 1. Præterea, quod in lecto togas ante habebant. ante enim olim fuit commune vestimentum, & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile.* Nec vero possum aliter credere, cum videam eundem Varronem *lib. 8. de ling. Lat.* aperte viris togam, mulieribus stolam tribuere. *Similitudines*, inquit, *sequemur, vt virilis tunica sit virili simile, item toga sit mulierum stola stola proportione, & pallium pallio simile.* Omitto locum ex Phil. II supra recitatum de togatis meretricibus. iterare enim eadem non placet. Tertulliani verba non omittam. *Habes*, inquit, *in libro de pallio, spectare, quod Cæcina Seuerus grauiter senatui impressit, matronas sine stola in publico.* denique Lentuli auguris consultis, quæ ita sese exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, vt lenocinii factitandi impedimenta, sedulo quædam desuefecerant. at nunc, in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & calliandrum, ipsas quoque iam lecticas, & sellas, queis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eierauere. Hic mihi venit in mentem, rogare aliquem posse, forensene tantum, an etiam domesticum toga vestimentum esset. huic quæstioni satisfacit Nonius his verbis: *Toga, sicut in consuetudine habetur, vestimentum est, quo in foro amicimur.* Quænam igitur domestica vestis erat, si toga non erat? Lacerna, vt opinor: quod tamen plane non affirmo: loca ostendam, ex quibus coniecturam facio. Gellius lib. 13. cap. 21. *Castricius, cum discipulos quosdam suos, senatores, vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos, Maluissem, inquit, vos togatos esse.* Et Suetonius in Augusto: *Negotium ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circoue, nisi, positis lacernis, togatum consistere.* Videtur etiam Cicero forensia opponere domesticis, cum ait Phil. 2. *Redisti cum calceis,*

& toga, nullis nec caligis, nec lacerna. Et Horatius quidem, cum in domestica vete ad spectacula venisset, sedente in alba toga populo vniuerso, ridetur a Martiale lib. 4 his versibus:

> *Spectabat modo solus inter omnes*
> *Nigris munus Horatius lacernis,*
> *Cum plebs, & minor ordo, maximusque*
> *Sancto cum duce candidus sederet.*

Quibus etiam versibus nigri coloris fuisse lacernam constat quod clarissime demonstrat Suetonius in Augusto. nam, cum dixisset: *Visa quondam pro concione pullatorum turba*: subiunxit: *Indignabundus, & clamitans, En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatam: negotium ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circoue, nisi, positis lacernis, togatum consistere.* Quo loco doctum hominem Budæum, pro Pullatorum, Palliatorum legisse miror: nam modo ita ipse sensit. constat enim ex sequentibus verbis non de palliatis, sed de lacernatis Augustum locutum esse. & infra de eodem Suetonius, *Sanxit*, ait, *ne quis pullatorum media cauea sederet.*

Relinquitur ea quæstio, vrbanæ tantum, an etiam castrenses togæ fuerint. Quis putet, milites, cum pugnarent, impediri longa veste voluisse? demus igitur saga, militibus, in vrbe commorantibus, togas quamquam in vrbe quoque, propinquis hostibus, ac periculo impendente, saga sumta esse legimus. vt in Phil. 8. *Consulares togati esse solent, cum ciuitas est in sagis.* & Phil. 14. *Si D. Brutum conseruatum iam Mutina cognouissem; propter cuius periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem.* Exspectatione tamen longioris belli togæ videntur ab vrbe ad exercitum esse missæ, non quibus in acie, sed quibus in otio castrorum vterentur. Liuius lib 22. *Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fuga per agros fuerant, peruenere* eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosque cum diuisissent, in singulos equites togas & tunicas dederunt Et li. 29. *Hispaniis populis pax reddita: stipendium eius anni duplex, & stipendium sex mensium ex imperatum, sagaque & toga exercitus.* Et infra eodem libro: *Vestimenta exercitui deerant.* Id mandatum Octauio prætori, vt cum prætore ageret si quid ex ea prouincia comparari, aut mitti posset, ea quoque haud segniter curata res mille ducentæ togæ breui spatio & duodecim millia tunicarum missa. Et libr. 44. *Vestimenta militibus ab Roma mittenda esse: equis C C. ferme opus esse, maxime Numidis. S. C. vt ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius prætor sex millia togarum, triginta millia tunicarum, & equos deportanda in Macedoniam, præbendaque arbitratu consulis, locauit* Ex numero togarum satis licet suspicari, non vniuerso exercitui, sed honestioribus, distributas esse, vt centurionibus, & equitibus

quitibus. quod eo verisimilius est quia Liuius *lib. 22 loco supra recitato*, cum quatuor millia peditum equitumque nominasset, solis tamen equitibus attributas togas esse ostendit De centurionibus ideo suspicor, quia peditibus cunctis honore præstabant: & cum his coniungo reliquos, qui deinde locum in militia, qualem cuiusque virtus postularet, obtinebant. Hoc si credimus; vitabimus illam difficultatem, ne loca locis aduersari videantur. nam & lib 3. idem Liuius togatum vsum in castris insolitum esse demonstrat, cum ait: *Virginius, præterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab vrbe, indignitate rei accensi, comites ei se dederant, conspectus est; strictum etiam telum, respersusque ipse cruore tota in se castra conuertit: & togæ multifariam in castris visæ, maioris aliquantum, quam erat, speciem vrbanæ multitudinis fecerant.* Et paulo post: *Immixti turbæ militum togati, &c.* Cicero autem in Pisonem, *Togula*, inquit, *lictoribus ad portam præsto fuere: quibus ille acceptis sagulum reiecerût, cateruam imperatori suo nouam præbuere. Quibus testimoniis* (vt alia omittantur multa) *infirmantur superiora, sic*, vt videantur in castris togæ non fuisse. verum hæc ita conciliantur, si nô omnibus militibus, sed honestioribus togas esse datas arbitremur.. Priscos tamen in toga pugnasse cinctos, in Coriolano Plutarchus docet. Hæc de toga.

II.

De Tunica Romana.

AD M ANTONIVM BARBARVM.

D. MARCI PROCVRATOREM.

QVi vel mediocriter in literarum studio versati sunt, *M. Antoni Barbare*, quantum Hermolaus Barbarus, quantum Frâciscus pater eius, quantum Daniel, frater tuus, quantum tot alii Illustres ex Familia Tua viri pro re literaria desudarint, optime norunt. Quibus Tu accessisti, vt Familiam illustrares, maximum Venetæ Reip. ornamentum: in quo cum omnis virtus eniteat, eam tamen præcipue laudem Tibi omnes tribuunt, vt dicant, magis Te de Reip. salute, quam de Tua, solicitum esse. recte. quis enim bonus, vel si contingat pro Rep. vitam effundere, vmquam recusabit? Grauitatem illam tuam, integritatem, magnitudinemque animi, quis oratione vlla se assequi posse confidit? Onus hoc haud mearum esse virium, facile intelligo: neque huius loci. In aliud igitur tempus reseruemus de tuis summis virtutibus sermonem facere. Interim hæc ad Te mittimus, animi nostri pignus. vt me scias in Tuis numerari vehementer cupere

Veteres Romani togam habuere sine tunica. qua de re sic Gellius lib. 7. cap. 12. *Tunicis, viri virum prolixis, vltra brachia, & vsque in primores manus, ac prope digitos, Romæ, atque omni in Latio, indeco-*

corum fuit. Viri autem Romani primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt: poſtea ſubſtrictas, & breues tunicas, citra humerum deſinentes, habebant. hac antiquitate inductus P. Africanus, Paulli filius, P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus. Et D. Auguſtinus in tertio de doctrina Chriſtiana: *Talares, ac manicatas tunicas habere, apud Romanos flagitium erat.* quod etiam videtur Virgilius confirmare, cum dicit Æn. lib. 9.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Quo in loco Seruius hæc: *Tunicæ veſtræ habent manicas.* Quod etiam Varro vituperat, dicens, *Manicatis, & talaribus tunicis.* Nam colobiis vtebantur antiqui. Lato clauo, quod genus tunicæ fuit, primus Romæ vſus eſt Tullius Hoſtilius rex, deuictis Etruſcis, *vt ait Plinius lib 9 c.39.* nec dubitandum videtur, quin eadem tunica reliqui reges vſi ſint. Pulſis regibus, per aliquot annos toga ſola amictos fuiſſe ſenatores, & Gellii verba, paullo ante recitata, demonſtrant: & id confirmat Pedianus, qui Camilli ætate, a quo vrbs Roma Gallorum obſidione liberata eſt, tunicas nõ fuiſſe, indicat his verbis: *Cato prætor iudicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. in forum quoq; ſic deſcenderat, iuſq; dicebat: idq; repererat ex vetere conſuetudine, ſecũdum quã & Romuli, ac Tatii ſtatua in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis.* Poſt obitum Camilli annis 31. latos clauos, audita pace Caudina, depoſitos, docet Liuius *lib. 9.* itaq; nec viuente Camillo, nec multis tamen poſt eius interitum annis inductus videtur geſtandæ tunicæ mos. Ac, ne quis putet, tunicam lati claui communem omnium fuiſſe, tunicarũ duo genera reperio, cum clauis vnum, alterum ſimplex. claui autem vel lati, vel anguſti: lati omnium, qui vel patre ſenatore, vel equite nati eſſent, non a primis annis per omnem ætatem, ſed ab anno 17. quo etiam virilis toga ſumebatur, ad annum ætatis ſenatoriæ, quo anno curiam ingredientibus remanebat eiuſdem tunicæ ius, addito præterea omni reliquo iure, quo ſenatorius ordo præcipue fruebatur: ſin autem ſenatoriam dignitatẽ non aſſequerentur, vel quia nollent, otioſam, ac tranquillam vitam honoribus anteponentes; vel quia nõ poſſent, gratia deſtituti; lato clauo depoſito anguſtũ ſumebãt. id cognoſcitur e ſequentibus Ouidii verſibus: qui & ſumtũ ab eo ſignificant latũ clauũ cum toga virili, & eundem, recuſante poeta ſenatoriũ locũ, reſtrictum ſignificant. natus autem eſt, vt ipſemet teſtatur, patre equite Romano, non ſenatore: & lato tamen clauo citra ætatẽ ſenatoriã ita vſus eſt, vt qui patre ſenatore nati erãt: quos opinor ſemel ſumto lato clauo ſemper vſos eſſe: facile n. admiſſos in curiã, qui ſenatorũ eſſent filii: quib. ẽt quo anno togã virilẽ accepere, aditũ in curiã ſolis Auguſtus permiſit: vt infra oſtendam. Sed verſus Ouidii recitentur, qui ſunt elegia 10. li. 4 Triſt.

Interea

Interea tanto passu labentibus annis,
Liberior fratri sumta mihi: que toga est:
Induiturque humeris cum lato purpura clauo:
Et studium nobis, quod fuit ante fuit.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores:
Deque viris quondam pars tribus vna fui.
Curia restabat: claui mensura coacta est:
Maius erat nostris viribus illud onus.

Nemo iam opinor, dubitabit, si Ouidius, equestri loco natus, latum clauum gestauit ante senatoriam ætatem, quin eundem ii gestare potuerint, quorum patres senatores fuerant. sed coniectura sæpe fallax: igitur adiuuetur exemplo. C. Cæsarem, qui deinde perpetuam dictaturam inuasit, patritii generis, ortum nobilissimis maioribus, lato clauo adolescentem vsum esse, Suetonius narrat. Cultu, inquit, notabilem ferunt: vsum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter; quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: vnde manasse Sullæ dictum, optimates monentis, vt cauerent puerum male præcinctum. Hęc de Cæsare nondum senatore Suetonius. idem de Augusto sic: *Sumenti virilem togam tunica lati claui, resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.* Quod si quis contendat, non simul cum toga virili sumtam esse tunicam lati claui, sed ab iisdem antea quoque gestari solitam, & mansisse post sumtam virilem togam: hic si Ouidii versum iam a nobis recitatum consideret,

Induiturque humeris cum lato purpura clauo;

non dubito, quin sententiam mutet, mecumque sentiat, primum annum lati claui & virilis togæ eundem fuisse, vel in senatorum, vel in equitum filiis. Postea mutauit eam consuetudinē Augustus, permisitq; solis senatorum filiis, vt cū toga virili latum clauū sumerent, curiamque sine mora introirent: qua de re Suetonius, *Liberis*, inquit, *senatorum, quo celerius resp. assuescerent, protinus virili togæ latum clauum inducere, & curiæ interesse, permisit.* Hoc necesse videtur ab Augusto factum esse post latum clauum ab Ouidio cum toga virili sumtum: nam is equitis Romani, non senatoris, filius fuit. Augustus clauus equitum fuit post annum ætatis senatoriæ decursum. Velleius libr. 2. *Mæcenas non minus Agrippa Cæsare carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusti claui pene contentus.* Inde mos obtinuit, vt laticlauii, & angusticlauii dicerentur, quibus gestandi latum, aut angustum clauum, ius esset. ac de laticlauiis & apud Suetonium, & in antiquis lapidibus non infrequens mentio, de angusticlauio autem sic idem Suetonius in Othone: *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, XIII. legionis tribunus angusticlauius.* sic enim scriptum est in libro Vaticanæ bibliothecæ, nō vt in impressis, *Augusticlauius* Hos clauos insitos fuisse tunicis, non, vt quidam putarūt, intextos demōstrat Vl-

pianus, *De auro & argento legato, L. Vestimentum. Vestimentorum ait, sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incumbendive caussa parata sunt; & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt insita pictura, clauique qui vestibus insuuntur.* Et Quinctilianus lib. 8. cap. 5. *Porro, vt affert lumen clauus, purpura loco insertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis vestis.* Tunicæ manicis carebant. Ideo Suetonius de Cæsare dixit: Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. autem aduersum enim significat, non modo quod ad manus demitteretur, verum etiam quod fimbriatus esset Cæsaris latus clauus. & Gellius lib. 7. cap. 12. *Tunicis uti virum prolixis, vltra brachia, & vsque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ, atque omni in Latio, indecorum fuit: fœminisque solis vestem longe lateque diffusam decere existimauerunt.* Viri autem Romani primoquidem sine tunicis, toga sola amicta fuerũt: postea substrictas, & breues tunicas, citra humerum desinentes, habebant. hac antiquitate inductus P. Africanus, Paulli filius, P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus. Quod si manicatæ ciuium Romanorum tunicæ fuissent; non dixisset Cicero illa, quæ leguntur oratione 2. in Catilinam: *Quos videtis manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis.* reprehendit enim quod ab improbis, luxuque diffluentibus adolescẽtibus præter communem consuetudinem fieret. De longitudine tunicæ, hæc ipsa, quæ proxime recitata sunt, Ciceronis verba, ad talos nõ demitti solitam ostendunt. Idem reprehendit in Verre talarem tunicam, vt indignam viro. quod Quinctilianus lib. 11. comprobat his verbis. *Cui lati claui ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites vsque perueniant.* nam infra, mulierum est; supra, centurionum. latum habentium clauum modus est, vt sit paulum cinctis summissior. Porro, si quis roget, an lati claui pariter & angusti cingerentur: de angustis annuere, de latis negare videor posse. nam, quæ tunicæ latum clauum non haberent, eas cingi solitas esse, declarat Quinctilianus lib. 11. iisdem verbis: *Cui lati claui ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites vsque perueniant.* latum habentium clauum modus est, vt sit paulum cinctis summissior. Non cingi solitum latum clauum, & cingi tunicam lato clauo carẽtem, plane cognoscitur. Suetonius quoque de lato clauo, non cingi significat his verbis: *Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter, quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura.* Quibus verbis aperte notat Cæsaris morem in cingendo lato clauo contra communem consuetudinem. Horatius autem de tunica non lati claui locutus est, cum dixit Sat. 2. lib. 1.

Discincta

Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo.

Hæc de clauatis tunicis. de simplicibus inde coniicio, quod, vt equites a senatoribus claui magnitudine, post ætatem senatoriam distinguebantur: sic eorum, qui equestris ordinis non essent, dissimilem equestri tunicam fuisse, atque omnino clauis caruisse, credibile videtur. nec tribuni nominarentur angusti clauii, quod est argumentum honoris ab Imperatore accepti, si communis inter equites & infimi ordinis homines latus clauus fuisset. Restat color quem fuisse purpureum non modo in latis clauis, verum in reliquis etiam tunicis, veterum testimoniis probabo. nam, si tunicæ expertes lati clau purpureæ sunt: cur latos clauos, id est, nobilissimum tunicæ genus, purpura priuemus? tunicas autem lato clauo carentes purpureas fuisse, aperte docet libr. 11. Quinctilianus his verbis: *Vt purpura recte descendant, leuis cura est: notatur interim negligentia.* Non loquitur de tunica lati claui, & purpuras tamen nominat. Cicero etiam purpuream tunicam non modo in ordine senatorio, verum in plebeiis quoque hominibus videtur agnoscere, cum ait de L. Pisone in oratione pro Sextio. *Vestitus aspere, nostra hac purpura plebeia, ac pœne fusca.* *Nostra*, dixit, *qua nos vtimur senatores: Plebeia vero, quia purpurea Pisonis tunica fili crassitudine plebeia purpura similior, quam senatoria, videretur.* Deinde subiunxit de colore, *Ac pœne fusca*: *quia varius erat purpurarum color, vt ex Plinio liquet.* Verum de tunica lati claui purpurea, vt omittantur dubiæ fortasse fidei testimonia, satis aperta fit significatio in hoc Ouidii versu:

Induiturque humeris cum lato purpura clauo.

Plinius autem lib. 9. cap. 36. dum dixit: *Purpura distinguit equitem a curia: non significauit, in senatoria tunica purpuram fuisse, in equestri non fuisse: tam enim probauimus, purpuram in omni tunica fuisse*: sed de lato clauo purpureo locutus est, qui, senatorem ab equite purpureũ quidẽ clauũ, angustũ tamen gestante, distingueret. id explanat idem Plinius lib. 33. cap. 1. cum ait: *Anuli distinxere alterum ordinem a plebe, sicut tunica ab anulis senatum tantum.* quamquam & hoc sero: vulgoque purpura latiore tunicæ vsos inuenimus et præcones. Quis non videt latum clauum significari? nam, si solus purpuræ color senatũ ab equitib. distinxisset, nõ dixisset, Purpura latiore tunicę, sed purpurea tunica Nec vero iis assentior, qui, Festum secuti, si modo Festus ita scripsit, tunicam palmatam a latitudine clauorum dictam, & eandem esse cum lato clauo arbitrantur. quid enim simile habet clauus cum palma? ego tunicam fuisse palmatam existimo, quam triumphantes, toga picta super imposita, tamquam insigne victorię gestarent. propterea Liuius eam simul cum toga picta nominat lib. 10. *Quos*, inquit, *vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureaque honoratis.* Quo loco latis pa

togæ habuissent; non manum subter togam Decius ille, qui se Latino bello pro patria deuouit, ad mentum exemisset, vt ait Liuius libro 8. *Pontifex*, inquit, *eum togam prætextam sumere iussit, & velato capite, manu subter togam ad mentum exserta, super telum subiectum pedibus stantem sic dicere.* Non igitur per manicas brachium emittebatur, sed, reiecta in humerum ima toga, expediebatur. Quo spectat illud Quinctiliani libro 6. *Afer venuste Manlium Suram, multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem, & reponentem, non agere dixit sed satagere.* Per annum tamen, sumta virili toga, modestiæ caussa toga in humerum non reiiciebatur. qua de re sic in oratione pro Cœlio: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus.*

Cingeretur, nec ne, (nam & hoc ad eius formam pertinet) considerandum. Cingi solitam ostendit Macrobius lib 2. Sat. his verbis: *Post victoriam Cæsaris interrogatus Cicero, cur in electione partis errasset, respondit: Præcinctura me fefellit: iocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, vt, trahendo laciniam, velut mollis incederet: adeo vt Sulla, tamquam prouidus, dixerit Pompeio: Caue tibi illum puerum, male præcinctum.*

Valet apud me plurimum, sicuti debet, auctoritas Macrobii: sed locum vacare mendo non arbitror. quod enim togæ Macrobius, id tunicæ grauis auctor Suetonius tribuit. *Cultu*, inquit, *notabilem ferunt.* vsum enim latu clauo ad manus fimbriato, nec vt vmquam aliter, quam vt super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: vnde emanasse Sullæ dictum optimates sæpius admonentis, vt male præcinctum puerum cauerent. Cum igitur inter eos controuersia sit; ego, si litem dirimere mei sit arbitrii, secundum Suetonium iudicare malim; tum quod Romanæ historiæ diligentissimus, qui etiam de genere vestium, auctore Seruio, librum scripsit; tum etiam, quod maior mutatio fiat, si pro lato clauo, reponas, *Toga*, quam si pro, *Toga*, *Tunica*. Ac mihi quidem, rem ipsam ante oculos proponenti, maiorem habere dignitatem discincta toga videtur, quam cincta. Præterea, cum Quinctilianus oratori præcipiat, vt acturus caussam, vtriq; humero togã imponat, id qui fieri possit, si cingatur, non video. Mouerent me Valerii Max. verba: scripsit enim hæc lib. 3. cap. 1. *Æmilius Lepidus puer etiam tum, progressus in aciem hostem interemit, ciuem seruauit.* Cuius tam memorabilis operis index est, in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta, S. C. posita: *Hæc*, inquam, *me mouerent, nisi falsi sium ab historia peterem.* Prætexta enim illa cincta militarem morem, non vrbanum, declarat Mos enim fuit apud antiquos Romanos, vt incinctis togis pugnarent, de quo sic Plutarchus in Coriolano Ἦν δὲ πάτριον Ῥωμαίοις, ἐν τῷ τότε χρόνῳ διαθήκας, ὡς μέλλοντας ἤδη τὰς ἀσπίδας ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζωννυμένους τὸ

τήβεννον, ἅμα καὶ δακτυλίους σφραγῖδας ἑκάστῳ. Quod enim Romani togam, Græci τήβεννον vocant. itaque Dionysius li.3. Τοιοῦτο, inquit, τὸ ἀμφίεσμα, ὅπερ Ῥωμαῖοι μὲν τόγας ἑαυτοῖς καὶ τήβεννον καλοῦσι. Sinum togæ nominat Suetonius in Iulio. *Vt animaduertit, inquit, vndique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.*

Et Tibullus lib.1.

Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos,
Effluit effuso cui toga laxa sinu.

Sed hic sinus extrema pars togæ fuit. alii vero sinus illi, qui apud Quinctilianum, Tertullianum, Apuleium, Statium, & alios leguntur: qui Cęsaris, & Ciceronis ętate non fuere. ait enim Quinctilianus: *Veteribus nulli sinus, posterioribus perquam breues.* Veteres autem cum dicit, Ciceronis ætatem significat: vt ibidem, qui attente legerit, animaduertet. quo ductus argumento, si quæ nūc togatæ statuæ sine sinibus cernuntur (sunt autem Romæ aliquot quas inspeximus) eas ante Imperatorum tempora factas esse crediderim. atque hi quidem posteriorum temporum sinus non attexebantur, vt existimo, sed assuebantur, vel appendebantur in toga: quorum alter superior a dextro latere ad sinistrum humerum, tamquam balteus oblique ducebatur, alter inferior ab vmbilico demittebatur, sic ne infra imam togam defflueret: ab oratore autem in dextrum humerum reiiciebatur quemadmodum ille superior in sinistrum: quod Quinctiliani verba declarant.

Togæ mensura non eadem omnibus, sed, vt inquit vetus Horatii interpres Porphyrio, pro opibus varia fuit. quibus enim domestica res angustior, iis togæ paruæ; quibus ampla, maiores. hinc illud Horatii epist 19 lib.1.

Arta decet comitem sanum toga. Et ep.20.
Exiguæque toga simulet textore Catonem.
Iusta vero togæ mensura sex vlnarum fuit.

Horatius Epod. 4.

Vides ne, sacram metiente te viam
Cum bis ter vlnarum toga.

Quo loco subiungit Porphyrio: Hanc esse iustam togæ mensuram, intelligendum. Nec discrepant Quinctiliani verba. *Pars,* inquit, *togæ prior mediis* cruribus terminatur, posterior eadem proportione. Longiores tamen stante rep. togas fuisse video, ad calceos videlicet. de quo sic Quinctilianus: Togam veteres ad calceos vsque demittebant, vt Græci pallium. idque vt fiat, qui de gestu scripserunt, Plotius, Nigidiusque præcipiunt. quo magis miror Plinii Secundi, docti hominis, & in hoc vtique libro pæne etiam nimium curiosi, persuasionem, qui solitum id facere Ciceronem velādarum varicum gratia tradit; cū hoc amictus genus in

statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerũt, appareat. Togæ componendæ quæ cura fuerit, quod artificium, vt rugæ, tiliæ, tabulata, vmbones fingerentur, indicat in libro. de pallio Tertull.

Color togæ qui fuerit, nemo disertè narrauit: sed album Isidori Hispalensis verba videntur indicare. *Fit*, inquit, *toga addito quodam cretæ genere candidior.* Quasi hoc dicat: communis togæ color, si quoddam cretæ genus addas, ad candorem deducitur. est enim in colore candido splendor quidam, qui non est in albo, itaque candidam niuem, qui propriè loquuntur, appellant, albam non item: contra album pallorem, non candidum. Genus autem illud cretæ, cuius nomen omittit, opinor illud fuisse, quod inter Cimoliæ genera Saxum Plinius appellat his verbis: Candidis vestibus Saxum vtilius a sulphure, inimicũ coloribus. Argumentum ex oratione in Vatinium pro alba toga certius elicitur, reprehendente Cicerone, quod in publico epulo Q. Arrii accubuerit Vatinius cum toga pulla: cum tot hominum millia, & ipse dominus epuli Arrius, albati accumberent. Cum igitur ad epulum, in funere dari solitum, non propinqui, aut amici nominati inuitarentur, sed populus vniuersus; in quo propemodum innumerabiles erant sic a re domestica imparati, vt vestitum epuli gratia mutare non possent: verisimile non videtur, albam togam eos pro tempore sumsisse, vt mox, epulo finito, aliam induerent. Pertinet ad hanc opinionem locus Martialis: ex quo liquet, populum vniuersum alba veste indutum spectaculis interesse. versus hi sunt lib. 4.

Spectabat modo solus inter omnes,
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet.

Et illud eiusdem libro 8. ad togam sibi a Parthenio vate donatam:

Lilia tu vincis, nec adhuc dilapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Et lib. 9. de eadem toga vsu trita:

Nunc anus, & tumulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niueam dicere iure suo.

Iocatur enim & in colorem, quo laudari toga olim poterat, & in vetustatem, quod ita consumta detritaque iam esset, vt niuea potius, quam lanea, iure dici posset. Nec Gellii testimonium contemno. is lib. 3. capit. 4. *Legimus*, inquit, *P. Scipione*, *Paulli* F. postquam de Pœnis triumphauerat, censorque fuerat, diem dictam esse ad populum a Claudio Asello trib. pl. cui equum in censura ademerat; eumque cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste vti, neque fuisse cultu solito reorum. Candida veste, pro alba toga, dixit: vt Martialis, Candidus sederet,

pro al-

pro albatus sederet. non enim tunc magistratum Scipio petebat, vt vere candidatus esse deberet. Vtor etiam ea ratione quod, si albo colore togæ non fuissent, certe pullo potius, quam aut rubeo, aut violaceo, aut flauo, aut alio quolibet, fuissent. at pullus color in mœrore tantum a viris sumebatur: quemadmodum albus a mulieribus: quod Græci scriptores duo, Plutarchus in Problematibus, Herodianus libro 4. demonstrant. propterea turbam pullatam, vt apud Suetonium legimus, cum vidisset Augustus, colore offensus inusitato, indignabundus, & clamitans, *En*, ait, *Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.* Non igitur tantum eo nomine accusabat illam turbam Augustus, quod pullata, sed etiam, quod sine toga esset. ex quo liquet, pullam togam non fuisse. Quænam igitur, dicet aliquis, pullatorum vestis erat, si toga non erat? Lacerna. Subiunxit enim idem Suetonius: *Negotium ædilibus dedit, ne quem post hac paterentur in foro, circoue, nisi positis lacernis togatum, consistere.* Et infra: cum dixit: *Sanxit, ne quis pullatorum media cauea sederet:* fortis extrema homines colore vestis ab *honestioribus*, id est, a togatis, distinxit. Idem color apud Prudentium, in libro contra Symmachum, non dubie perspicitur, in illis versibus:

Exsultare patres videas, pulcerrima mundi
Lumina, conciliumq; senum gestire Catonum,
Candidiore toga niueum pietatis amictum
Sumere.

Et apud Iuuenalem Sat. 10.

Niueos ad frena Quirites.

Sed nihil apertius Papinii testimonio. is lib. 5. Syluarum ita scriptum reliquit:

Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis,
Exsuit, albentiq; humeros induxit amictu.

Accedit Tertullianus: si famulum tuum, ait in libro de resurrectione carnis, libertate mutaueris, & vestis albæ nitore, & anuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. Omitto enim quasi obscurum argumentum, quod in Domitiano scripsit Suetonius: *Generum fratris indigne ferens albatos & ipsum ministros habere, proclamauit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.* quamquam licet coniicere, quicumque principibus seruirent, eos albam vestem, id est, togam, præcipuo iure concessam ferre potuisse. quod cum Titi generi suis & ipse ministris largiretur, indignatum Domitianũ exclamasse: Non expedit multos dominari. Hic Romæ mos: quid in reliqua Italia? Togati tantum, qui Romanis vterentur legibus, vt in præfecturis, coloniis, municipiis. Capua præfectura fuit bello Punico secundo: & Campanum adolescentem, qui Hannibalis de nece cogitauit, Liuius *lib.* 27. togatũ fuisse ostendit. Tacitus *lib.* 18. Ornatum ipsius municipia, & coloniæ

in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo, brachas tegens barbarum, indutus, togatos alloqueretur. Sociorum vero nec leges, nec amictus Romanus erat. mortui tamen, honoris gratia, cū toga efferebantur. Vnde Iuuenalis Sat. 3.

Pars magna Italiæ, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus.

Nec vero aut Virgilius, aut mimorum poeta Laberius togatam gentem pro Romanis vsurpassent; id quod lib. 6. Sat notauit Macrobius; *nisi Romanorum toga propria fuisset.* Vnde Suetonius in Claudio peregrinis togæ vsum adimit, pallium assignat his verbis: *Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatum ne an palliatum dicere caussam oporteret, quasi & fidem integram ostentans, mutare habitum sæpius, prout accusaretur, defenderetur que iussit.* Exulibus etiam Romanis, quibus aqua & igni esset interdictum, vti toga non licuisse docet Plinius ep. libr. 4. Age, Romæ toga vtebantur viri: numquid fœminæ? Si ex honesta familia, stolatæ; sin obscuri loci, togatæ: neque hæ solum, sed ancillæ, & impudicæ omnes. de ignobilibus auctorem habeo Pedianum. Toga, inquit, *communis habitus fuit & marium, & fœminarum: sed prætexta honestiorum, toga viliorum: quod etiam circa fœminas seruabatur.* Quamquā nō de adultis fœminis, nec de adultis viris, sed de pueris, & innuptis puellis loquitur Asconius. quis enim ignorat, vel viros, absoluto ætatis anno decimo sexto, togam puram prætexta deposita, sumere consueuisse; *vel matronas vti stola, non toga, solitas esse?* propterea stolatum Vlyssem Caligula Liuiam Augustam vocabat. Iam Sulpicia, Seruii filia, togatæ mulieris consuetudinem exprobrat Cherinto apud Tibullum, his versibus:

Sit tibi cura togæ potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpicia.

Et Horatius Sat. 2. lib. 1.

——quid inter-
Est, in matrona, ancilla, peccesne togata?

Et paullo post:

Numquid ego a te
Magnum prognatum deposco consule cunnum,
Velatumque stola, mea cum conferbuit ira?

Et infra matronæ togatam opponit his versibus:

Desine matronas sectarier, unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niueos, viridesque lapillos,
Sit licet hoc Cherinthe tuum, tenerum est femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius persæpe togatæ.

Vbi Porphyrio: Togatæ in publicum procedere cogebantur fœminæ, adulterii crimine conuictæ. Quo spectat illud Iuuenalis Sat. 2.

——est mœcha Labulla:
Damnetur, si vis: etiam Corphinia. talem
Non fuerat damnata togam.

Martialis autem lib. 1.

Quis floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Et lib. 6 cum ignominia dixit:

Matrisque togatæ filius.

Miror autem & Seruium *in lib. 1. Æneid.* & Nonium Marcellum tribuisse togam probis etiam feminis, ac nobilibus, non modo ignominia notatis, & ignobilibus. *Sexus omnis*, ait Seruius, *& conditio toga vtebatur: togas autem etiam feminas habuisse, cycladum & recini vsus ostendit.* Nonius: *Toga non solum viri, sed etiam feminæ vtebantur.* Seruium autem & Nonium de priscis reip. temporibus, non de posterioribus, locutos esse licet existimare. quam coniecturam adiuuat ipse Nonius, hæc subiungens: *Varro de vita populi R. lib. 1. Præterea, quod in lecto togas ante habebant. ante enim olim fuit commune vestimentum, & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile.* Nec vero possum aliter credere, cum videam eundem Varronem *lib. 8. de ling. Lat.* aperte viris togam, mulieribus stolam tribuere. *Similitudines, inquit, sequimur, vt virilis tunica sit virili similis, item toga sic mulierum stola stolæ proportione, & pallium pallio simile.* Omitto locum ex Phil. II. supra recitatum de togatis meretricibus. iterare enim eadem non placet. Tertulliani verba non omittam. *Habes*, inquit, *in libro de pallio, & Cecinam Seuerum grauiter senatui impressisse, matronas sine stola in publico.* denique Lentuli auguris consultis, quæ ita se exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, vt lenocinii factitandi impedimenta, sedulo quædam desuefecerant. at nunc, in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & caliandrum, ipsas quoque iam lecticas, & sellas, queis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eierauere. Hic mihi venit in mentem, rogare aliquem posse, forensene tantum, an etiam domesticum toga vestimentum esset. huic quæstioni satisfacit Nonius his verbis: *Toga, sicut in consuetudine habetur, vestimentum est, quo in foro amicimur.* Quænam igitur domestica vestis erat, si toga non erat? Lacerna, vt opinor: quod tamen plane non affirmo: loca ostendam, ex quibus coniecturam facio. Gellius lib. 13. cap. 21. *Castricius, cum discipulos quosdam suos, senatores, vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calceatos, Maluissem, inquit, vos togatos esse.* Et Suetonius in Augusto: *Negotium ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circaue, nisi, positis lacernis, togatum consistere.* Videtur etiam Cicero forensia opponere domesticis, cum ait Phil. 2. *Redis cum calceis,*

& togam, nullis nec caligis, nec lacerna. Et Horatius quidem, cum in domestica vere ad spectacula venisset, sedente in alba toga populo vniuerso, ridetur a Martiale lib. 4 his versibus:

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet.

Quibus etiam versibus nigri coloris fuisse lacernam constat. quod clarissime demonstrat Suetonius in Augusto. nam, cum dixisset: *Visa quondam pro concione pullatorum turba:* subiunxit: *Indignabundus, & clamitans, En, ait, Romanos rerum dominos, gentem que togatam: negotium a Edilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circo ue, nisi, positis lacernis, togatum consistere.* Quo loco doctum hominem Budæum, pro Pullatorum, Palliatorum legisse miror: meo modo ita ipse sensit. constat enim ex sequentibus verbis non de palliatis, sed de lacernatis Augustum locutum esse. & infra de eodem Suetonius, *Sanxit,* ait, *ne quis pullatorum media cauea sederet.*

Relinquitur ea quæstio, vrbanæ tantum, an etiam castrenses togæ fuerint Quis putet, milites, cum pugnarent, impediri longa veste voluisse? demus igitur saga, militibus, in vrbe commorantibus, togas quamquam in vrbe quoque, propinquis hostibus, ac periculo impendente, saga sumta esse legimus. vt in Phil. 8. *Consulares togatis esse solent, cum ciuitas est in sagis.* & Phil. 14. *Si D. Brutum egressum iam Mutina cognouissem; propter cuius periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem.* Exspectatione tamen longioris belli togæ videntur ab vrbe ad exercitum esse missæ, non quibus in acie, sed quibus in ocio castrorum vterentur. Liuius lib 22. *Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fuga per agros fuerant, peruenere* eos omnes Venusini per familias benigne accipiédos curádosq; cú diuisissent, in singulos equites togas & tunicas dederút Et li. 29. *Hispanis populus pax reddita: stipendium eius anni duplex, & stipendium sex mensium eis imperatum, sagaque & togæ exercitus.* Et infra eodem libro: *Vestimenta exercitui deerant.* id mandatum Octauio prætori, vt cum prætore ageret si quid ex ea prouincia cóparari, autmitti posset. ea quoque haud segniter curata res mille ducentæ togæ breui spacio & duodecim millia tunicarum missa. Et libr. 44. *Vestimenta militibus ab Roma mittenda esse: equis CC. ferme opus esse, maxime Numidis. S. C. vt ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius prætor sex millia togarum, triginta millia tunicarum, & equos deportandas in Macedoniam, præbendaque arbitratu consulis, locauit* Ex numero togarum satis licet suspicari, non vniuerso exercitui, sed honestioribus, distributas esse, vt centurionibus, & equitibus

quitibus. quod eo verisimilius est quia Liuius *lib. 22 loco supra recitato*, cum quatuor millia peditum equitumque nominasset, solis tamen equitibus attributas togas esse ostendit. De centurionibus ideo suspicor, quia peditibus cunctis honore præstabant: & cum his coniungo reliquos, qui deinde locum in militia, qualem cuiusque virtus postularet, obtinebant. Hoc si credimus; vitabimus illam difficultatem, ne loca locis aduersari videantur. nam & lib 3. idem Liuius togatum vsum in castris insolitum esse demonstrat, cum ait: *Virginius, præterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab vrbe, indignitate rei accensi, comites ei se dederant, conspectus est, strictum etiam telum, respersusque ipse cruore tota in se castra conuertit: & toga multifariam in castris visa, maioris aliquantum, quam erat, speciem vrbanæ multitudinis fecerant.* Et paulo post: *Immixti turba militum togati, &c.* Cicero autem in Pisonem, *Togula*, inquit, *lictoribus ad portam præsto fuere: quibus ille acceptis sagulum reiecerunt, cæteruam imperatori suo nouam præbuere. Quibus testimoniis* (vt alia omittantur multa) *infirmantur superiora, sic*, vt videantur in castris togæ non fuisse. verum hæc ita conciliantur, si nō omnibus militibus, sed honestioribus togas esse datas arbitremur. Priscos tamen in toga pugnasse cinctos, in Coriolano Plutarchus docet. Hæc de toga.

II.

De Tunica Romana.

AD M. ANTONIVM BARBARVM.

D. MARCI PROCVRATOREM.

QVi vel mediocriter in literarum studio versati sunt, *M. Antoni Barbare*, quantum Hermolaus Barbarus, quantum Frācīscus pater eius, quantum Daniel, frater tuus, quantum tot alii Illustres ex Familia Tua viri pro re literaria desudarint, optime norunt. Quibus Tu accessisti, vt Familiam illustrares, maximum Venetæ Reip. ornamentum: in quo cum omnis virtus eniteat, eam tamen præcipue laudem Tibi omnes tribuunt, vt dicant, magis Te de Reip. salute, quam de Tua, solicitum esse. recte. quis enim bonus, vel si contingat pro Rep. vitam effundere, vmquam recusabit? Grauitatem illam tuam, integritatem, magnitudinemque animi, quis oratione vlla se assequi posse confidit? Onus hoc haud mearum esse virium, facile intelligo: neque huius loci. In aliud igitur tempus reseruamus de tuis summis virtutibus sermonem facere. Interim hæc ad Te mittimus, animi nostri pignus. vt me scias in Tuis numerari vehementer cupere.

Veteres Romani togam habuere sine tunica. qua de re sic Gellius lib. 7. cap. 12. *Tunicis vti virum prolixis, vltra brachia, & vsque in primores manus, ac prope digitos, Romæ, atque omni in Latio, indeco*

eorum fuit. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas, & breues tunicas, citra humerum desinentes, habebant. hac antiquitate inductus P. Africanus, Paulli filius, P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus. Et D. Augustinus in tertio de doctrina Christiana: *Talares, ac manicatas tunicas habere, apud Romanos flagitium erat.* quod etiam videtur Virgilius confirmare, cum dicit Æn. lib. 9.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mithræ.

Quo in loco Seruius hæc: *Tunica vestra habent manicas.* Quod etiam Varro vituperat, dicens, *Manicatis, & talaribus tunicis.* Nam colobiis vtebantur antiqui. Lato clauo, quod genus tunicæ fuit, primus Romæ vsus est Tullus Hostilius rex, deuictis Etruscis, *vt ait Plinius lib 9 c. 39.* nec dubitandum videtur, quin eadem tunica reliqui reges vsi sint. Pulsis regibus, per aliquot annos toga sola amictos fuisse senatores, & Gellii verba, paullo ante recitata, demonstrant: & id confirmat Pedianus, qui Camilli ætate, a quo vrbs Roma Gallorum obsidione liberata est, tunicas nõ fuisse, indicat his verbis: *Cato prætor iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. in forum quoq; sic descendebat, iusq; dicebat: idq; repererat ex vetere consuetudine, secũdum quã & Romuli, & Tatii statua in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt togatæ sine tunicis.* Post obitum Camilli annis 21. latos clauos, audita pace Caudina, depositos, docet Liuius *lib. 9.* itaq; nec viuente Camillo, nec multis tamen post eius interitum annis inductus videtur gestandæ tunicæ mos. Ac, ne quis putet, tunicam lati claui communem omnium fuisse, tunicarũ duo genera reperio, cum clauis vnum, alterum simplex. claui autem vel lati, vel angusti: lati omnium, qui vel patre senatore, vel equite nati essent, non a primis annis per omnem ætatem, sed ab anno 17. quo etiam virilis toga sumebatur, ad annum ætatis senatoriæ, quo anno curiam ingredientibus remanebat eiusdem tunicæ ius, addito præterea omni reliquo iure, quo senatorius ordo præcipue fruebatur: sin autem senatoriam dignitatẽ non assequerentur, vel quia nollent, otiosam, ac tranquillam vitam honoribus anteponentes; vel quia nõ possent, gratia destituti; lato clauo deposito angustũ sumebãt. id cognoscitur e sequentibus Ouidii versibus: qui & sumtũ ab eo significant latũ clauũ cum toga virili, & eundem, recusante poeta senatoriũ locũ restrictum significant. natus autem est, vt ipse met testatur, patre equite Romano, non senatore: & lato tamen clauo citra ætatẽ senatoriã ita vsus est, vt qui patre senatore nati erãt: quos opinor semel sumto lato clauo semper vsos esse. facile n. admissos in curiã, qui senatorũ essent filii: quib. et quo anno togã virile accepere, adire in curiã solis Augustus permisit: vt infra ostendam Sed versus Ouidii recitentur, qui sunt elegia 10. li. 4 Trist.

Interea

Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumta mihi que toga est:
Induiturque humeris cum lato purpura clauo:
Et studium nobis, quod fuit ante fuit.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores:
Deque viris quondam pars tribus vna fui.
Curia restabat: claui mensura coacta est:
Maius erat nostris viribus illud onus.

Nemo iam opinor, dubitabit, si Ouidius, equestri loco natus, latum clauum gestauit ante senatoriam ætatem, quin eundem ii gestare potuerint, quorum patres senatores fuerant. sed coniectura sæpe fallax: igitur adiuuetur exemplo. C. Cæsarem, qui deinde perpetuam dictaturam inuasit, patritii generis, ortum nobilissimis maioribus, lato clauo adolescentem vsum esse, Suetonius narrat. Cultu, inquit, notabilem ferunt: vsum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vmquam aliter; quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: vnde manasse Sullæ dictum, optimates monentis, vt cauerent puerum male præcinctum. Hęc de Cæsare nondum senatore Suetonius. idem de Augusto sic: *Sumenti virilem togam tunica lati claui, resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.* Quod si quis contendat, non simul cum toga virili sumtam esse tunicam lati claui, sed ab iisdem antea quoque gestari solitam, & mansisse post sumtam virilem togam: hic si Ouidii versum iam a nobis recitatum consideret,

Induiturque humeris cum lato purpura clauo;

non dubito, quin sententiam mutet, mecumque sentiat, primum annum lati claui & virilis togæ eundem fuisse, vel in senatorum, vel in equitum filiis. Postea mutauit eam consuetudinē Augustus, permisitq; solis senatorum filiis vt cū toga virili latum clauū sumerent, curiamque sine mora introirent qua de re Suetonius, *Liberis, inquit, senatorum, quo celerius resp. assuescerent, protinus virili togæ latum clauum induere, & curiæ interesse, permisit.* Hoc necesse videtur ab Augusto factum esse post latum clauum ab Ouidio cum toga virili sumtum: nam is equitis Romani, non senatoris, filius fuit. Angustus clauus equitum fuit post annum ætatis senatoriæ decursum. Velleius libr. 2. *Mæcenas non minus Agrippa Cæsare carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusti claui pæne contentus.* Inde mos obtinuit, vt laticlauii, & angusticlauii dicerentur, quibus gestandi latum, aut angustum clauum, ius esset. ac de laticlauiis & apud Suetonium, & in antiquis lapidibus non infrequens mentio, de angusticlauio autem sic idem Suetonius in Othone: *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, XIII. legionis tribunus angusticlauius.* sic enim scriptum est in libro Vaticanæ bibliothecæ, nō, vt in impressis, *Augusticlauius.* Hos clauos insitos fuisse tunicis, non, vt quidam putarūt, intextos demōstrat Vlpi

Di[s]cincta tunica fugiendum est, ac pede nudo.

e de clauatis tunicis. de simplicibus inde coniicio, quod, vte-
tes a senatoribus claui magnitudine, post ætatem senatoriam
nguebantur: sic eorum, qui equestris ordinis non essent, dissi-
em equestri tunicam fuisse, atque omnino clauis caruisse, cre-
le videtur. nec tribuni nominarentur angusti clauii, quod est
mentum honoris ab Imperatore accepti, si communis inter
tes & infimi ordinis homines latus clauus fuisset. Restat co-
quem fuisse purpureum non modo in latis clauis, verum in
uis etiam tunicis, veterum testimoniis probabo. nam, si tu-
experteslati clau purpureæ sunt: cur latos clauos, id est, no-
simum tunicæ genus, purpura priuemus? tunicas autem lato
o carentes purpureas fuisse, aperte docet libr. II. Quinctilia-
nus verbis: *Vt purpura recte descendant, leuis cura est: notatur in-
ʒ negligentia.* Non loquitur de tunica lati claui, & purpuras
en nominat. Cicero etiam purpuream tunicam non modo
dine senatorio, verum in plebeiis quoque hominibus vide-
gnoscere cum ait de L. Pisone in oratione pro Sextio. *Vesti-
spere, nostra hac purpura plebeia, ac pœne fusca. Nostra*, dixit,
*nos vtimur senatores: Plebeia vero, quia purpurea Pisonis tunica
ssitudine plebeiæ purpuræ similior, quam senatoriæ, videretur.*
nde subiunxit de colore, *Ac pœne fusca: quia varius erat pur-
rum color, vt ex Plinio liquet.* Verum de tunica lati claui pur-
a, vt omittantur dubiæ fortasse fidei testimonia, satis aperta
gnificatio in hoc Ouidii versu:

Induiturque humeris cum lato purpura clauo.

ius autem lib. 9. cap. 36. dum dixit: *Purpura distinguit equitem
ria: non significauit, in senatoria tunica purpuram fuisse, in e-
stri non fuisse: iam enim probauimus, purpuram in omni tunica*
: sed de lato clauo purpureo locutus est, qui, senatorem ab e-
e purpureũ quidẽ clauũ, angustũ tamen gestante, distingue-
d explanat idem Plinius lib. 33. cap. 1. cum ait: *Anuli distinxe-
terum ordinem a pleb e, sicut tunica ab anulis senatum tantum.*
nquam & hoc sero: vulgoque purpura latiore tunicæ vsos in-
mus et præcones. Quis non videt latum clauum significari?
, si solus purpuræ color senatũ ab equitib. distinxisset, nõ di-
c, Purpura latiore tunicę, sed purpurea tunica. Nec vero iis as-
or, qui, Festum secuti, si modo Festus ita scripsit, tunicam
natam a latitudine clauorum dictam, & eandem esse cum la-
auo arbitrantur. quid enim simile habet clauus cum palma?
tunicam fuisse palmatam existimo, quam triumphantes, to-
cta super imposita, tamquam insigne victoriç gestarent. pro-
ea Liuius eam simul cum toga picta nominat lib. 10. *Quos, in-
, vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga pi
& corona triumphali, laureaque honoratis.* Quo loco latus pa

et non significari latum clauũ: non enim post togam prætextam nominaretur; cum toga prætexta sit honoratior, quia non ea senatores omnes vt lato clauo, sed tantum qui magistratum gererent, vtebantur. magistratuum, & triumphantium insignia posuit Liuius, magistratuum, sellam curulem, togam prætextam; triumphantium autem, tunicam palmatam, togam pictam, coronam triumphalem lauream. sic idem Liuius *lib. 30.* Massanisam Scipio sella curuli eburnea, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat addit verbis honorem? neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neq; triumphantibus ampliorem eo ornatu esse. Quis autem putet non differre tunicam triumphantium a tunica senatorum, cum eorundem togas diuersas esse videat? Purpureæ igitur tunicæ & lati claui, & angusti, & fortasse etiam quæ clauorum expertes. Itaq; purpurã plebeiã Cicero nominauit in oratione pro Sextio, & Quinctilianus lib 11. cum dixit, *Purpuræ recte descendant, de solis equitũ tunicis, quæ angustum clauum habebant, locutus non est, sed de tunicis omnium oratorum qui latum clauum non haberent: qui tũ equestris ordinis, tum de plebe etiam fuerunt.* In eam tamen sententiam adducor, primum vt equestrem tunicam plebeia, equestri senatoriam colore præstitisse putem: deinde, ipsos clauos clariore purpura, quam reliquam togam, fuisse, vt discerni scilicet possent. ideo dixit in Modio Varro, cuius testimonio vtitur Nonius: *Quorũ vitrea toga ostentant tunicæ clauos.* Non puto, qui hæc superiora legerit, dubitare quemquam posse, de communi omnium tunicarum purpura: quamquam, cum dixit Horatius, *Tunicato scruta popello,* fateor de purpurea tunica non esse accipiẽdum. absurdum enim, si credamus, qui propter inopiam expers togę tunica tantũ corpus tegat, cum purpura vti. Sed, cum dicimus, cõmunem fuisse omnium tunicarum purpuram, nimirum de tunicis eorũ intelligi volumus, qui toga quoq; vterentur. Hic miror, qui venerit in mentẽ nonnullis opinari, quod etiam literis mandarunt, ius purpuræ solis fuisse: aut senatoribus, senatorumue filiis, aut magistratibus, aut patritiis hominibus. iidem, quod togæ fuit, tunicæ lati claui tribuerunt, prætextam purpuram fuisse asserentes. errore ita perspicuo, vt in refellendo superuacanea prorsus opera videatur. non enim tunicæ, sed togæ prætextæ nominantur, nec omnes togæ, sed quibus vterentur quinq; hominum genera, pueri ad ineuntem ętatis annum 17. magistratus omnes, excepto tribuno pl. vt ait Plutarchus; sacerdotes omnes, quorum in numero augures comprehenduntur; senatores diebus festis, magistri collegiorum, cum ludos compitalicios facerent. qua de re aptior alias erit locus. Fortasse hic aliquis requirat, cum tunica lati claui ab imperatoribus dabatur, verum equitibus tãtum, an etiam plebeiis hominibus daretur. Licuisse imperatoribus existimo, quidquid

bus

it: equitibus tamen solis latum clauum dari solitum, indicat etonius in Claudio, cũ ait: *Senatoria dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit.* Latum clauum, quamuis initio affirmasset in lecturum se senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiam ertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Institutum autem hoc supplẽdi ex equestri ordine senatus antiquissimum video fuisse. nam, vt Liuius docet, L. utus, is qui Tarquinium eiecit, cædibus regis deminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecẽtorum summam expleuit. Eos autem equites plebeiorum fuisse gentium, non patriciarum, & Liuius ipse demonstrat, cum subiungit: *mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, iũgandosque patribus plebis animos.* & Festus etiam planius, *Regibus*, inquit, *urbe pulsis, P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe allegit in numerum senatorum* CLXIV. *vt expleret numerũ trecẽtorum.* d, vt aliquãdo de tunica concludamus; subuculam primum, dede tunicã, postremo togam viri induebantur. ac de subucula sic rro lib. 4. *Capitium ab eo, quod capit pectus, id est, vt antiqui dicebant, indutu comprehẽdit: alterum, quod subtus, a quo subucula; alterum, quod supra, a quo supparus.* Et Horatius:

——— si forte subucula pexa
Trita subest tunicæ.

Suetonius de Augusto: *Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula thorace laneo muniebatur.* Varro autem, *lib. 1. de vita populi Romani*, indicat, cum binas tunicas Romæ habere cœperunt, subuculæ, & intusii orta esse nomina, quo scilicet ab inferiore superior tunica distingueretur; & subucula esset inferior viri tunica, quod iam exemplis probatum est; intusium inferior tunica mulieris; tunicæ vero nomen in superiore tãtum tunica remaneret. Varronis verba, quæ ad hanc rem pertinent, desiderari non iar. *Postquam*, inquit, *apud Nonium, binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam, & intusium.* Nec Varro mon suæ ætatis, sed longe superioris ostendit. nam intusium semel terum a Plauto nominatur. Intusium autem non fuisse viri, sed muliebrem inferiorem tunicam, primum ex Plauti locis elligitur, muliebrem vestem plane significantibus; deinde Varonis verbis, quæ cum palla intusium coniungunt, lib 4. Nam, cũ capitio dixisset, subiũxit hæc: *Alterius generis itẽ duo: vnũ quod is, ac palam, a quo palla; alterum, quod intus, a quo intusium.* llam vero mulierum fuisse, stolæque imponi solitam, vel Horaersus perspicue demonstrat, lib. 1 Sat 2.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

c vero sibi Varronem aduersari quisquam putet, quia cum de stiore duarum tunicarum vsu scripsisset, in alio libro, cuius m Nonius testimonio vtitur, de vnica tunica mẽtione fecerit,

hoc modo: *Mihi puero modica una fuit tunica, & toga, sine fasciis calceamenta, equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alueus rarus.* Non enim dicit, *Me puero modica una fuit tunica.* quibus verbis morem omnium communem ostenderet: sed, *Mihi puero*, vt continentiam suam, domesticamque disciplinam ostenderet. nam, licet ante Varronis ætatem secunda tunica esset inducta, quam in mulieribus intusium, subuculam in viris appellatam dixi: non tamen ita increbuerat Varrone puero hic mos, vt omnium communis esset. Supparus autem, vt Varro, & Festus appellat, vel, vt Lucanus, & Nonius, Supparum, non virilis tunica, sed muliebris, eaque puellarum fuit, pectus capiens, vt ait Varro, id est, indutu comprehendens, angusta, lacertosque cingens, vt Lucanus lib. 2. ostendit:

——humerisque hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.

Inter Varronem autem, Festum, & Nonium, in eo non conuenit, quod Varro diuersum a subucula supparum, & a supra dictũ, subuculam a subtus, demõstrant: Festus autem non distinguit supparum a subucula, cum ait: *Supparum, vestimentum puellarum, quod & Subucula appellatur.* Quibus verbis videtur existimasse, quod & Nonius plane narrat, supparum appellatum a subtus, non, vt Varro, a supra. nisi si mutatam consuetudinem putemus: vt, cum supparum Varronis ætate pectus dumtaxat comprehendisset, vel etiam, vt ex Lucano colligitur, lacertos cinxisset; postea, Festi, Noniique temporibus, ad talos vsque penderet. ait enim Nonius: *Supparus est linteum femorale, vsque ad talos pendens, dictum, quod subtus appareat.* Quid, si nec Nonius, & Festus inter se satis congruunt? nam Nonius linteum femorale ad talos vsque pendens vocat supparum: Festus autem subucula: quæ si est capitii genus, vt ait Varro, certe ad talos non descendit, ac fortasse ne ad femora quidem. Hic mihi venit in mentem, posse supparum & a supra, & a subtus vocari: a supra, habita ratione intusii, quæ fuit inter omnes muliebres tunicas, hærebatque carni, vt ait Nonius: a subtus, quia subesset stolæ, & subtus appareret ad talos pendens, vt idem Nonius docet. ita, quod ad nominis caussam attinet, non discrepabit a Varrone Nonius. Fuere igitur, vt summatim agamus, & sparsa colligantur, muliebres quatuor vestes, intusium intra tunicas omnes, supparum, stolam, pallam: supparum autem subuculam esse dictum non Varronis ætate, cum præter subuculam esset supparus; quod ipsius Varronis verba declarant; sed scribente Festo, cum subuculæ virilis nomen ad suppari muliebris tunicæ significationem transisset. Ac, ne quis erret in nominibus; tunicam Nonius etiam stolam appellauit, palliũ autem pallam. Palla, inquit, & hõnestæ mulieris vestimẽtum, hoc est, tunicæ pallium. Aperte tunicam vocat stolam: nam stola pallæ suberat, vt

Hora-

[H]oratio teste probauimus: pallium autem pro palla accipit. Var[r]o etiam videtur opponere togæ virili pallium muliebre: quod, [ni]si fallor, accipit pro palla, in quo sentit cum Nonio: tunicæ au[te]m virili stolam muliebrem. eius verba sunt hæc libr. 7. de ling. [L]at. *In vestitu, cum dissimilima sit virilis toga tunica, muliebris stola [pa]llio, tamen inæqualitatem hanc sequimur nihilominus.* In viro to[ga]m, & tunicam nominat, in muliere stolam, & pallium. ac palli[um] esse operimentum tunicæ, & pallam significare, Nonii testi[m]onio demonstratum. ita fit, vt, quemadmodum virilis tunica [su]b toga, sic stola muliebris sub pallio sit, & pallium a palla non [di]fferat. idem Varro lib. 8. cum stola muliebri pallium iungit, nul[la] pallæ mentione; cum tunica virili togam: vt necesse sit, respon[de]re tunicæ virili muliebrem stolam, togæ pallium. Nam, si quis [re]spondere putet pallium virili tunicæ potius, quam togę: is intra [pa]llam pallium indui solitum, opinetur, necesse est. quod absur[du]m plane videtur, & cum Nonii, & Horatii sententia pugnabit: [qu]orum alter pro palla pallium posuit, alter autem pallam stolæ [cir]cumdedit, non stolam pallæ in illo versu:

Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

[Ne]c aliter Virgilius lib. 2. Æn.

——pro longa tegmine palla

Tigridis exsuuiæ per dorsum a vertice pendent.

[V]arro li. 4. inde Pallam nominatam ait, quod foris, ac palam. [Vl]pianus etiam, *De auro & argento legato, L. vestimentum*, ideo [pal]lium in muliebrium vestimentorum commemoratione omit[tit,] quia pallam nominari satis arbitrabatur. nam, si quis omis[sum] arguat, quia muliebre vestimentum non esset: refelletur duo[bu]s Varronis locis, pallium cum stola coniungentibus. Nec ta[me]n negauerim, virorum quoque; & puerorum pallia fuisse: ve[ru]m, vt hoc idem Vlpianus docet, sic dissimilia palliis muliebri[bu]s, id est, pallis, fuisse, declarat his verbis: *Muliebria sunt, quæ ma[tris] familias caussa parata sunt, quibus vir non facile vti potest sine [vit]uperatione, veluti stola, palla, tunica, capitia.* Nam, si palla vir v[ti n]on potest, sine vituperatione; & palla pallium est: sequitur, vt [viri]le pallium a muliebri pallio, id est, palla, differat.

III.

De Trabea.

AD IOANNEM DONATVM.

Qvi Te norunt, Ioannes Donate, (omnes autem, ob eximi-am integritatem, norunt) ita prædicare solent: Te tãquam [spec]ulum aliquod pellucidum esse, in quod ceteri intuentes, vir[tutu]m singularum imaginem aperte perspiciant: patere aures iu[stiti]æ tuæ omnibus, qui Te alloqui velint: iustum non minus a[ma]re, quam nosse; in eoque nemini parcere, dum vnicuique suum

tribuatur: potissimumque eum esse, cuius aditus bonis minime intercludatur: posse autem, qui literarum amore flagrant, omnia ab humanitate tua sperare, quæ eorum rationibus conducant. Quo fit, vt ego, a quo maxima quæque exspectari, cum Patris, & Aui memoriam recolo, præclare noui, & minima præstari posse, imbecillitatis ingenii mei plane conscius, vix confidam, maximum in Teipso patrocinium positum mihi putem: &, tua ope fretus, ea consequi me posse sperem, quorum auxilio tantæ exspectationi non succumbendum mihi dubitem. Hæc igitur ad Te mittere placuit, exiguum meæ voluntatis signum, si rem spectes; si animum, maximum, & quale vix a quoquam desiderari possit.

Trabearum tria genera Suetonius in libro de vestimentis, auctore Seruio *in lib. 7 Virgilii*, fuisse ostendit, vnum e sola purpura, diis consecratum; alterum e purpura, non sine albo, quo reges vtebantur; tertium augurale, e purpura, & cocco. Secundum genus ab equitibus, cum trabeati idibus Quinct. transueherentur, vsurpatum puto: vt regum potius, quam deorum, aut sacerdorum amictum imitarentur. hoc autem genere vsos esse etiam eos, qui triumphabant, Ausonius poeta docet. Nam, vbi Gratiano imperatori pro consulatu gratias agit, *In procinctu*, inquit, *& tum maxime dimicaturus, Palmata vestis mea ornamenta disponis feliciter, & bono omine* namque iste habitus, vt in pace consulis est, sic in victoria triumphantis. Parum est, si, qualis ad me trabea mittatur, interrogas: te coram promi iubes. Quibus ex verbis primum illud constat, triumphalem Romanis trabeam fuisse; quod alibi non legimus; triumphabant enim in toga picta: deinde, consularem; quod reip. temporibus inusitatum fuit; prætexta enim tunc & consules, & reliqui magistratus vtebantur: postremo, trabeam, & palmatam vestem idem esse: quod cuiusmodi sit, considerandum. aut enim de palmata tunica loquitur, aut de palmata toga si de tunica, dissentit a Floro, qui trabeam, & palmatam tunicam in Tarquinio Prisco separatim nominat: & Plinius lib. 9. cap. 49. distinguit a trabea tunicam lati claui: latum clauum autem palmatam esse tunicam ostendam. Plinius enim, *Purpura, ait, vsum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea: nam toga prætexta, & latiore clauo Tullum Hostilium & regibus primum vsum, Etruscis deuictis, satis constat.* Diuersum a trabea latum clauum aperte demonstrat. At latus clauus si post etruscam victoriam in vrbem venit, certe tunica palmata fuit: quam cum toga picta Romam ex Etruria allatam esse non modo Florus, verum etiam Dionysius asserit. Et videtur Festus idem significare, cum ait: *Tunica palmata a latitudine clauorum dicebatur. quæ nunc a genere picturæ appellatur.* Non igitur de tunica, sed de toga palmata, quam nominat Martialis, locutus

locutus Ausonius videtur. Quòd si ita est, sequitur, vt toga palmata sit idem cum toga picta. nam eodem loco subiungit Ausonius: *Hæc est picta, vt dicitur, vestu non magis auro, quam tuis verbis.* Sed reip. temporibus toga picta numquam consules vsi sunt. Aurum quoque trabeæ dat, non solum in hoc loco, sed in extrema etiam gratiarum actione: ait enim: *Trabeam non magis auro suo, quam tuo munere splendidam.* At Suetonius, cum tria trabearũ genera describeret, nullam auri mentionem fecit. Apparet igitur, Gratiano imperante, & trabeatos consules fuisse, qui prætextati antea fuerant; & trabeam fuisse togam auro pictam, contra veterem consuetudinem: fuerat enim aurũ quidem in toga picta, non tamen in trabea: & diuersas ostendit Plinius *lib. 8. cap. 48.* seorsum vtramque nominans. *Trabeis*, ait, *vsos accipio reges: Pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natæ.* Quę cum dicit, primum à trabeis pictas vestes discernit: deinde illud ostendit, pictas vestes non trabeas, inter ornamenta triumphalia fuisse. quãquam imperatorum ætate, vt prætexta, sic toga picta cõsulum in pace fuerit: quod, prętet Ausonium in Alexandro Seuero Lampridius docet. Militarem habitum, post reges, crediderim trabeam fuisse, quo consules in bello vterentur. id mihi venit in mentem, Liuii locum lib. 32. cõsideranti, *Consul*, inquit, *cum Corcyræ hibernasset, vere primo in continente trabeatus ad hostem ducere pergit.* Propterea equestres turmæ, bellicam speciem repræsentantes, idibus Quinct. ante censores transuehebantur. Valerius Max. lib. II. cap. 1. *Trabeatos equites idibus Iulii Q. Fabius transuehi instituit.* Et apud Tacitum lib. 3. in funere Germanici: *Præcedebant incompta signa, versi fasces, atq; vbi colonias transgrederentur, atrata plebs, trabeati equites.* Et Suetonius in Domitiano: *Eadem formidine oblatum a senatu nouum & excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusauit: quo decretum erat, vt, quoties gereret cõsulatum, equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus præcederent eum inter lictores, apparitoresq;.* Eodem vestitu Salios quoque sacerdotes vsos esse, Dionysius li. 3. auctor est: sed, quia trabeas illas περιπορφύρους φοινικοπαρύφους vocat, id est, purpura prætextas, puniceo colore alternis intertexto; satis constat, eum locutum esse de tertio illo trabearum genere, quod Suetonius e purpura factũ & cocco sacerdotibus attribuit.

IV.

De Subselliis.

AD PAVLLVM TEVPVLVM EQVITEM.

ETsi nulla mihi tecum Paulle Teupule, consuetudo intercedit, faciundum tamen putaui, vt Te in eorum numero collocarem, quorum auctoritas plurimũ mihi adiumẽti posset afferre. Tum ob summam in consuetudine facilitatẽ, in agẽdis reb⁹ gra-

nitatem, ita Senatui Veneto carus es, vt merito Te omnes in oculis ferant. Tu non vita solum, atq; natura, sed sermone etiam comis es. ideoque multorum Tibi amicitiam adiunxisti, qui Te vsquequaque in ore habent, vt propemodum singularem, excellentiam ingenii Tui esse dicant. Ne sit igitur Tibi mirum, si ego hæc in tuo nomine apparere volui: vt, meam summam obseruantiam Tibi indicans, a Te non indignus prorsus tuo patrocinio iudicer.

Subselliorum duo genera fuere, vnum, in quibus ii, qui caussas agebant, siue defenderent, siue accusarent, alterum, in quibus ipsi iudices considebant. de Varrone epist. 10. libr. 13. Fam. ita Cicero scriptum reliquit: *Versatum in vtrisque subselliis, optima & fide, & fama.* Nisi si versatum Varronem dicit in publicis priuatisque caussis, cum in vtrisque fidem, & ingenium ostenderet. Accusatorum subsellia nota sunt ex oratione pro Roscio Amerino. patronorum fuisse quis dubitet, cum accusatorum fuerint? cum præsertim reorum subsellia nominentur in Epistola M. Cœlii, & proximos reis patronos sedisse verisimile sit. Quod ad subsellia iudicum attinet; scire illud oportet, præfuisse iudicio vel eos, qui curulem magistratum gererent, vt prætorem, ædilem curulem; vel qui non curulem, vt tribunum pl. ædilem pl. quæstorem, triumuirum. curulis magistratus in curuli sella sedebat, reliqui iudices, cum eo caussam cognoscentes, in subselliis. quamquam ædiles curules, soli ne, an cum consilio iudicarēt, haud plane liquet. in eo etiam differebant a prætoribus, quod tribunal ædiles cur. non habebant, prætores habebant. Qui vero, magistratum non curulem gerentes, iudicabant, ii vel sedentes in subselliis, non in sella curuli, vel stantes audiebant: sedentes, vt tribuni pl. quæstores, triumuiri: hos enim nominat Pedianus: quibus ego ædiles pl. centumuiros addo: stantes, vt ii, quos Cicero significat in Bruto, cum ait: *Si anguste, & exsiliter dicere, Atticorum est: sint sane Attici, sed in Comitium veniant, ad stantem iudicem dicant.* ita subsellia & iudicum erant cum curuli magistratu iudicantium, & ipsorum magistratuum, qui curules non essent. De hoc genere iudicum, qui de maioribus caussis cognoscerent, dixit Cicero in Bruto: *Subsellia grandiorem, & pleniorem vocem desiderant.* Et ibidem: *Volo hoc oratori contingat, vt, cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal.* Et pro Cluentio: *Accusabat tribunus pl. idem in concionibus, idem ad subsellia.* In eadem infra: *Rem a subselliis in Rostra detulit.* Pro Posthumo: *Dixerunt hic modo nobiscum ad hæc subsellia.* In Vatinium: *Quæro ex te, num quis reus in tribunal sui quæsitoris adscenderit, eumq; vi disturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deiecerit?* Quibus locis confutari videtur opinio Pediani, qui maioribus caussis adimit subsellia; &, vbi tribunalia sunt, ibi subsellia negat esse.

Alienum, inquit, *alii non nomen proprium putant esse, sed alienum, & alterius iudicii, & non ex auditorio prætoru, maiorumque caussarum, sed a subsellíis, hoc est, non a tribunalibus.* Sunt enim subsellia tribunorum, triumuirorum, quæstorum, & huiuscemodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus sed in subselliis considebant. Quod ad tribunos, triumuiros quæstores attinet, recte sensit. ii enim non in sellis curulibus, sed in subselliis, considebant. quod vero subsellia separat a maioribus caussis, & a sellis curulibus, & tribunalibus, falsum existimo. nam, etsi magistratus ipsi non in subselliis, verum in sellis curulibus, considebant: iudices tamen, qui erant illis in consilio, sedebant in subselliis. quod Ciceronis testimonio iam probauimus. Illud vero, quod ait idem Pedianus, *Qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus considebant:* non ita accipio, quasi qui in tribunalibus, ii non sederent in sellis curulibus: nam prætor & tribunal habebat, & sedebat in sella curuli: quod exemplis probare facile possum: sed ostendere voluit, non omnes, qui sederent in sella curuli, tribunal habere, vt ædiles cur. cum tamen qui tribunali, iidem curuli sella vterentur, vt prætores. locus autem editior, in quo prætor sedens in curuli sella ius dicebat, tribunal vocabatur. in quo tamen, præter ipsum prætorem, sedisse videntur iudices nonnulli, quod illa verba demonstrant lib. 1 de Orat. *Nobis in tribunali Q. Pompeii prætoris vrbani sedentibus.* & Vitruuius lib. 5. tribunal ita describit, vt locus in eo compluribus fuisse videatur.

V.

De Signo, & Statua.

AD IOANNEM MICHAELIVM EQVITEM.

SÆpe mecum cogitaui, Ioannes Michaeli, quonam modo meam Tibi ostendere beneuolentiam possem. nec tamen in hac mea cogitatione quidquam vmquam dignum occurrit amplitudine Tua. Per opportune accidit nunc, vt, hæc edens, possem huic meæ voluntati satisfacere. Hoc certe affirmare non verear, si tantum Tibi satis fecero, quantum intimis animi mei sensibus oblatam hanc mihi occasionem lætor, rectissime mecum acturum. Nec dubito, Te meum hoc munusculum hilari fronte non acceptu- rum, cum summa Te humanitate præditum omnes dicant.

Quæritur, sit ne idem signum cum statua, an aliquid intersit. Ego signis & statuis communem opinor esse materiam: eandem vtrique nomini rem subesse non opinor. de materia primum, de significatione diuersa mox agemus. signorum materia multiplex, aurum, argentum, æs, marmor, ebur. quorum tria prima funduntur, marmor scalpitur, ebur tornatur. &, quamquam aurea signa,

& argentea non nominentur: nihil tamen obstat, quin, vt ex ære fiunt, itidem ex argento, & auro fieri possint; cum præsertim de aureis, argenteisque statuis mentio fiat apud Plinium, & alios. ærea vero, marmoreaque signa appellat Varro *lib 3. de re rust.* & epitome Liuiana *lib.* 3. Plinius vero sæpissime idem nominat eburnea *lib. 34 cap. 8. & libr. 36. cap. 15.* & Cicero libr. 4. in Verrem, *Nego, ait, vllam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quidquam ex auro, aut ebore factum, signum vllum, aheneum marmoreum, eburneũ, nego vllã picturã neq; in tabula neq; textile fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit.* Eadẽ, quæ signorum, statuarum materia. Nota est aurea Gorgiæ, notæ argenteæ Augusti, ænea Alexandri Magni, & Sp. Cassii, marmoreæ multorum: eburnea Apollinis, ex Plinio, & aliis. Ergo signa, & statuæ materia non differunt. videamus, an differant forma. Fuit aliquando, cum dimidiata signa esse, statuas integras existimarem: nunc opinioni meæ obstare multa animaduerto, primum signa duo, quæ Cicero ibidem appellat, vnum Cupidinis e marmore, alterum Herculis ex ære. Nam neque Cupido, neque Hercules dimidiati finguntur. Nec vero illa signa non integra fuisse existimandum est, de quibus idem Cicero statim hæc subiungit: *Erant ænea præterea duo signa, non maxima, eximia venustate, virginali habitu, atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam, more Atheniensium virginum, reposita in capitibus, sustinebant.* Canephoræ ipsæ vocabantur. idem infra, eodem libro: *Erat admodum amplum, & excelsum signum cum stola.* Nominat etiam Iouis Imperatoris signũ: quod integra totius corporis forma fuisse, nemo, vt opinor, dubitet. Omitto alia eiusdem exempla, quibus integra signa demonstrantur. Quare nec forma differunt a statuis signa. Possit etiam suspicari aliquis, non materia, nec forma distingui statuas a signis, verum eorum conditione quorum imagines referantur: & statuas esse hominum, deorum signa. Negatur. nam Cicero ipse canephoras illas, quas inter signa nominauit, postea deas nõ fuisse demonstrat. ait enim: *Tibi habe canephoras: deorum simulacra restitue.* Accedit Plinii testimonium *libr. 34. cap. 7.* quo loco ait, in M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena fuisse. Quæ si quis putet deorum fuisse omnia, allucinetur. Idem, cum inquit, fuisse Rhodi, Athenis, Olympiæ, Delphis tria millia signorum, de omni signorum genere loquitur non de iis, quæ deorum tantum essent prꝫterea, canis ex ære, vulnus suum lambens, in cella Iunonis dicatus, & rana, ac lacerta, in columnarum spiris insculptæ, quæ omnia nominat idem Plinius, signa, an statuę dicentur? signa certe. Sphingẽ quoque ex ære Corinthio, quam Verres reus Hortensio donauit, & Amazonis simulacrum, quo mire delectatus est Verres, & buculam Myronis videmus inter signa memorari. Non igitur deorum tantum, sed hominum etiam, atq; adeo ferarum

orum, signa sunt. Quod si ita est; quæri oportet certiorē notam, qua signa a statuis & secernere possimus, & internoscer. Veeritatem autem rerum que vim, ac naturam, nihil aperit magis, quam definitio. itaque signum, & statuam placet defin re. Signum est e solida materia similitudo vel dei, vel hominis, vel bruti Statua est tem e solida materia similitudo dei tantum, & hominis. Latius igitur patet signi nomen, quam statuæ Diff runt etiam, vt puto, atione loci. Nam, quæ in foro statuæ sunt, aut in alio publice, & rofano loco, statuæ, non signa, dicuntur. eadem in domibus, ac emplis signa vocantur potius, quam statuæ. itaque simulacrum Herculis Tunicati, quod prope Rostra fuit statuam Plinius appellauit libr. 34. capit 8. at simulacra Cupidinis, & Herculis, ablata a Verre ex Heii Mamertini sacrario, signa, non statuas, Cicero nominat libr 4. in Verrem: & omnino quæ sustulit Verres ex d bus deorum, signa semper vocat Cicero, nun quam statuas. Quæ igitur statuæ sunt, eædem, si e publico loco in priuatum ansferantur, signa erunt: rursusque si e priuato signa in publicum, modo & integra sint, & hominum, aut deorum, statuæ appellari poterunt, Locus igitur nomē mutat, & altera caussa, quod gnum de brutis etiam dicitur, statua nō dicitur. Tertium discrien illud est, quod signa hærēt interdum in eadem, e qua educta, l in qua intus incisa sunt materia, vt rana, & lacerta, supra noinatæ, quæ insculptæ sunt in columnarū spiris; & illa, quę in gēis, vel in alia pro anulorum vsu, materia inciduntur. Statuæ ro & expressæ sunt, non in cauo latentes, & ab ea, vnde factæ nt, materia disiunctæ. Nec eo moueor, quod ait Plinius *libr. 34. p. 5.* in domibus etiam priuatis statuas fuisse, atque in atriis. am idem ait, id esse factum ad exemplum fori, in quo statuę po- solebant, ad prorogandam hominum memoriam, cum in eam basibus honores inscriberentur Quare statuæ proprie, quæ foro; signa, quæ vel in ædibus priuatis, *vt ep st. 3. l b. 7. Fam. & st. 3. 6. 7 lib. 1. ad Att. declarant*, vel etiam in templis, *vt ex lib. 4. Verrem intelligitur.* Nam illud Plinii *lib 33 cap* 3 Harpocran, statuasque Ægyptiorum numinum in digitis viri quoque rrare incipiunt: non vt propie dictum accipio, sed quod reheudere luxum sui temporis Plinius voluerit, damnata eorum olentia, qui figuras Ægyptiorum numinum, & solidas, & imoderatæ magnitudinis in anulis gestarent Quam insolentiam tuarum vocabulo, vt significationem augeret similitudo, apte, decenter expressit. Hæc si cui non probantur, aliam ineat ranem dubitationis amouendæ. forte enim hoc dici potest, ita tuam a signo differre, vt speciem a genere: & statuas omnes sia esse non contra.

VI.

De Parma, Clypeo, Scuto, Pelta, Ancile.

AD ALOYSIVM CONTARENVM EQVITEM.

SI tantum in me esset ingenii, quantum ad prædicandas eximias animi Tui dotes requiri omnes sciunt, Aloysi Contarene, non vererer in iis prædicandis aliquantisper immorari. Verum, cum ego me optime norim, quid faciam? eas tacita oratione contemplabor, ingenium vehementer admirans; summaque ope enitar, vt aliquando is sim, qui huic meæ voluntati morem gerere possim. Interim nolui hoc, qualecumque sit iudicium de Te meum, non apparere. Hæc ad Te mitto, studiorum meorum fructũ. Quæ si tibi non displicuisse intelligam, animos mihi ad maiora aggredienda addes.

De genere primum, tum de generis partibus, dicemus. Genus est scutum, idemque generis pars. Nam & parma, clypeus, pelta, ancile, scuta vocantur: & proprie scutum illud est, quo Romanæ legiones, Latinique socii, atque Itali vtebantur: cuius a Polybio descripta forma, suo loco infra ostendetur. Parma igitur, clypeus, scutum, pelta, ancile, genere sunt idem: corporis enim protegẽdi, arcendæque iniuriæ caussa sunt inuenta: forma vero, materia, vsu differunt. quod antequam ostendamus, dicendum est de nominibus ipsis. quorum parma latinum est, ex eo vocata, vt lib. 4. de lingua Lat. ait Varro, quod a medio in omnes partes par; clypeus a κλέπτω; quod est tego, quasi κελύπτω. id putauit Seruius in eo Virgilii versu, lib. 7. Æn.

Nec clypei, currusue sonant.

quamquam Plinius a γλύφω, id est, scalpo, ductũ existimat: ait enim lib. 35. cap. 3. *Scutis qualibus ad Troiam pugnatum est, continebantur imagines:* vnde & nomen habuere clypeorum, non, vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo. Scutum a σκῦτος, quia pellibus tegeretur, veteres nonnulli deriuatum tradidere: vel etiam, quod ex pellibus totum constaret: qualia fuisse priscorum scuta, quæ postea ob firmitatem lignea fuerint, Polybius ostendit. Varro autem a sectura deducit: quod minute consectum sit tabellis. Pelta, barbarum esse nomen arbitror, itemque cetra: vel, si Græcum vtrumque, inter ea vocabula referantur, quæ primigenia Varro appellat: quod aliunde non gignantur, sed suas radices habeant. Ancile Latinum est, ab ancisu, quod est ab am & cædo, quasi circum cædo, vt ambio, circumeo, amburo, circumuro. scutum enim fuit ab vtraque parte incisum. quod Varro breuiter, ideoq; subobscure, dixit. Festus autem satis plane: *Ancile, scutum breue, sic appellatum, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summum, infimumque eius latus medio pateret.* Iuba & Plutarchus

ehus a Græco deducunt: sed Varronem & Festum sequor libenti-us. est enim certior, præsertim in Latinis vocabulis, Latinorum fi-des, quam Græcorum.

Parmæ forma.

Parma rotunda fuit: eius formam Polybii verbis exponemus. Τοῖς ...ωνίταις, inquit in libro περὶ τ̃ ὁπλιτῶν κα[τα]σκευῆς, παρήγγειλαν μά-χαιραν φορεῖν, καὶ γρόσφους καὶ πάρμην. ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ ...κατασκευῇ, καὶ μέγεθος πρὸς τὴν ἀσφάλειαν. περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχή-ματι, τρίποδον ἔχει τὴν διάμετρον. Quibus hæc Latine respondent: *Tironibus mandauerunt gladium ferre, & hastas, & parmam. par-ma vero cum vim habet, ob structuram, tum idoneam securitati ma-gnitudinem. cum enim rotunda figura sit, diametrum habet tripeda-lem.* Liuius lib. 38 de parmæ magnitudine idem, quod Polybius, tradit. *Gladiis, inquit, a velitibus trucidabantur, hic miles tripe-dalem parmam habet, & in dextera hastas, quibus eminus vtitur: gladio Hispaniensi est cinctus.* Varro apud Nonium: *Quem sequun-tur cum rotūdis velites leues parmis. Nonius parmam breue scutum fuisse ait:* quod ita verum est, si cum scuto, quod Polybius describit conferatur. alioqui non breue scutum: cum diametrum habeat trium pedum: aut Nonii ætate parmarum magnitudo nō eadem, quæ Polybio, & Liuio scribente, fuit.

Clypei forma.

Clypeus a parma differt non forma, sed materia. nam in Festi frag-mentis est: Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam coriū bo-uis appellarunt, in quod fœdus Gabinorum cum Romanis fuerat descriptū. Accedit ea ratio, quod Attius poeta comparauit cœlo clypeum: ait enim in Agamemnone: *in altissimo cœli clypeo.* Qui-bus verbis Varro subiungit: *Cauum enim clypeum.* Ex compara-tione igitur cœli, & rotundum, & cauum clypeum fuisse, colligi-tur. Ouidius quoque vnicum Polyphemi oculum clypeo compa-rauit:

Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei.

...clypeo comparatur oculus; certe rotundum clypeum esse, con-...r. quod Virgilius aliquanto clarius demonstrauit: nam libr. ...n. de eodem Polyphemo dixit:

——Telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

...culi ingentis, & clypei Argolici, & Solis eandem formam facit, ... est rotundam. forma enim & oculi Polyphemi, & clypei Argo-...i, addita Solis mentione declaratur. Cognoscitur & clypei for-...a ex ipso nomine. ἀσπὶς enim Græce dicitur, vt infra, collatis ...ter se Liuio & Dionysio Halicarnasseo, probauimus. ἀσπὶς au-...m rotunditatem significat: vnde serpens ille, orbiculari sese for-

V

ma inuoluens, dictus est. Iam Homerus plane formam expressit ἐν τῷ Ψ cum dixit, ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην, id est, clypeum ab omni parte æqualem. Et in argenteo vetere nummo imaginis Augusti, quem antea vir omni virtute perpolitus, Hannibal Carus, nunc habet fratris eius filius, rotūda forma clypeus cernitur. Posterioribus temporibus ad ouatam speciem clypeos redactos esse, columnæ duæ, Traiani, & Antonini declarant. Ælianus etiam Macedonicos grauis armaturæ pedites, id est, phalangitas ἀσπίσι περιφερέσι, id est, rotundis clypeis, vsos esse demonstrat, nec maioribus, quam octo palmorum, id est, bipedali diametro. quod si Romani quoq; clypei bipedales tantum fuere; quod verisimile videtur; siquidem accepti sunt a Græcis, ideoque a Dionysio, & Plutarcho Argolici vocantur: minores, quam parma, vno pede fuerunt; quam tripedalem habuisse diametrum, ostendimus.

Scuti forma.

Scutum opinor esse, quod Polybius, Dionysius, Plutarchus, Iosephus θυρεὸν appellant, oblonga forma quadrata, ad ianuæ similitudinem, vnde nomen acceperit: curua tamen superficie, vt ostendit Polybius: itaq; non vna perpetua tabula, sed deflectis pluribus fieri oportuit: ex quo Varronis orta etymologia est. audiamus Polybii verba: ἐστὶν, ait, ἡ Ῥωμαϊκὴ πανοπλία, πρῶτον μὲν θυρεὸς· οὗ τὸ μὲν πλάτος ἐστὶ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας, πένθ' ἡμιποδίων, τὸ δὲ μῆκος ποδῶν τεττάρων· ὁ δὲ μείζων ἔτι καὶ παλαιστιαῖος· ἐκ διπλοῦ σανιδώματος ταυροκόλλῃ κεκολλημένος, ὀθονίῳ μὲν, δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. ἔχει δὲ περὶ τὴν ἴτυν ἄνωθεν, καὶ κάτωθεν σιδηροῦν στέλωμα, δι' οὗ τάς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται καὶ τὰς πρὸς τὴν γῆν ἐξερείσεις. προσήρμοσται δ' αὐτῷ καὶ σιδηρᾶ κόγχη, ἣ τὰς ὁλοσχερεῖς ἀποστέγει πληγὰς λίθων, καὶ σαρισσῶν, καὶ καθόλου βιαίων βελῶν. Quæ sic Latine conuertuntur: *Romana armatura est, primum quidem scutum: cuius latitudo est, in superficie curua, pedes duo, cum dimidio; longitudo, pedes quatuor: quod si maius, palmo amplius. Constat ex duplici tabulato, taurino glutino coniunctum, velo intersecto, deinde superficies exterior pelle vitula circumdatur supra & infra extremis partibus ferrea lamina munitur: vt & gladiorum vehementes impetus sustineat; & cum humum tangit, atteratur. Apte etiam in eo ferrea constituta concha est, quæ lapidum, sarissarum, cuiuscumq; demum violēti teli crebros ictus propulsat.* Miror Ianum Lascarem, præstantis ingenii virum, clypeum pro scuto accepisse, vbi locum Polybii cōuertit. hęc est enim scuti, non clypei, descriptio: quod mihi videor affirmare posse multis de causis: primū, quod θυρεὸς ex Polybii descriptione & ex ipso nomine, quadratus est; clypeus vero, vt ostendi, rotūdus: deinde quod mentio duplicis tabulati, & pelliceum integumentum, clypeo non conuenit, qui totus erat æreus, vt infra probabimus, nec vllus tegebatur pellibus, sed sic nudo splēdebat: vnde Virgilius, *Et dextrae clypeos*. tum, quod non solum ætate illa, qua Poly-

bius

[illegible] literis hæc mandauit id est, circa Punici belli tertii tempora, sed multo etiam ante, scuti s Romani vtebantur, vt hæc Liuii verba li. 8 de Latinis armatura Romana instructis, declarant. *Clypeis antea Romani vsi [illegible] postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere.* Idem lib. 9 *Arma clypeus, sarissaq; illis, Romano scutū, maius corporis tegumentum.* Et libr. 42 bello Macedonico ademta Romanis esse scuta dicit supra oo c. Postremo, quod a Polybio, & Dionysio Halic. vbi agit de Romanorū armatura, θυρεὸς vocatur, id a Liuio scutum dicitur libr. qui vero clypeus a Liuio, ἀσπὶς a Dionysio, non θυρεὸς. Afferamus vtriusq; testimonium. *Arma*, inquit Liuius de prima classe. *his imperata, galea, clypeus, ocrea, lorica, omnia ex ære.* Et paullo post de secunda classe: *Arma imperata, scutum pro clypeo.* Dionysius autem de prima classe: ὅπλα χάλκεα ἐπι[illegible] [illegible] καὶ [illegible] καὶ κράνη χάλκεα. Latine sic: *Arma ferre iussit, clypeos Argolicos, hastas, & galeas æreas.* Et de secunda. [illegible] ἀσπίδων [illegible] θυρεὰς Latine: *Pro clypeis tradidit scuta.* Et Strabo, quam vrbem in Africa Plinius, & alii Clupeam, Lucanus, & alii Clypeam vocant, eandem ait Aspidem nominari: quia scilicet cauatas in Clypei speciem turres haberet.

Clypei, Scuti, Parmæ materia.

De materia, quam secundo loco proposueram, constat Liuii, Dionysiiq; verbis proxime recitatis, ex ære clypeum fuisse. Idē Liuius lib. [illegible] E[illegible], ait. *[illegible] omnis generis, clypeisq; æreis in naues impositis.* ideo Virgilius Æn. li. 2. Ardentes clypeos dixit. Et Festus Ennianum illud: *Prolato ære adstitit: interpretatur, clypeo ante se protento.* Scutum vero non æreum, sed ligneum fuisse, Polybii testimonio iam demonstratum est, in quo Romanorū industriam in militari studio licet admirari. non enim e quouis ligno, sed ex arborū præcipue aquaticarum, scuta faciebant, maxime autem ficus, & salix, quia leuissimæ probabantur cur aquaticæ arbores ceteris præferrentur caussam verbis lepidissimis, vt est elegantis admodum scriptor ingenii, Plinius explicauit l. b. 16 cap. 40 *Frigidissima*, inquit, *quæcumq; aquatica, lentissima autem, & ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, clauditq; suū vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum: in quo sunt genere ficus salix, tilia, betulla, sambucus, populus vtraq;* Leuissimæ ex his ficus, & salix, idcirco q; vtilissimæ Parmam vero loream fuisse, auctor est Suidas.

Clypei, & Scuti vsus.

Reliquum est, vt de vsu dicatur. Romulus ante bellum Sabinum clypeis Argolicis vtebatur: Sabinis in ciuitatem receptis, eorū scutis vti maluit. qua de re sic Plutarchus: Θυρεοῖς δὲ τοῖς Σαβίνων ὁ Ῥωμύλος [illegible] [illegible] τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν Ῥωμαίων, Ἀργολικὰς [illegible] ἀσπίδας φορ[illegible], i. e. *Scutis eorū Romulus vsus est, itaque & Romanorū, qui argolicas antea clypeos ferebāt, armaturā mutauit*

Ser. Tullio regnante, & clypeos, & ſcuta Romani geſſere, ſed clypeos milites primæ claſſis, id eſt, præſtantiores, ſcuta vero ſecundæ: quod vtrumque Liuii, & Dionyſii teſtimonio perſpicuum fecimus. poſtea videntur ſcutis vſi eſſe. ait enim Liuius lib. 8. *Clypeis antea Romani vſi ſunt: deinceps, poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere.* Illud miror, ſecundo Punico bello triariis clypeos, non ſcuta, a Liuio tribui. ait enim libr. 2. Spoliare cupientem triarii obiectis clypeis arcuere. Quod ſi factum dicatur, quia triarii, cum haſtas haberent, commode ſcutis, quæ clypeis maiora erant, vti non poſſent: rurſus quæram, cum igitur tertio Punico bello ſcutis vſi ſunt, nulla triariorum exceptione, legionarii omnes: quantum e ſcriptore illius ætatis Polybio licet intelligere: vt omittam, quod idem Liuius *lib. 31.* ſcuta Romana, tamquam omnium communia peditum, appellat & ſcuti pedeſtris, numquam clypei, mentio crebra reperitur apud Cæſarem, Tullium, & alios. Seruius Grammaticus clypeos cum ait fuiſſe maiora ſcuta, & addit: *Clypei peditum ſunt, ſcuta equitum*: in vtroque ſatis oſtendit, armaturæ mutatam eſſe rationem. clypei enim & ſcutis & parmis minores fuere, quod ſupra oſtendimus. Scuta vero vt concedamus equitibus, quod in epiſtola Galbæ ad Ciceronem hæc verba declarant. *Equum immiſi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex caſtris, ſcuto reiecto.* Idque Ioſephus de Iudaico bello *lib.* 3. confirmat: adimenta tamen peditibus non ſunt: niſi ſi Polybii, Liuii, Dionyſii auctoritatem aſpernamur. vt Ciceronem omittã, qui Phil. 2. *Cum gladiis*, inquit, *agmine quadrato ſequuntur ſcutati milites.* Nihil ne igitur, dicet aliquis, equeſtria ſcuta differunt a pedeſtribus? Crediderim, breuiora fuiſſe equeſtria: vt leuitate aptiora eſſent ad mouẽdum: quia maior in equite curſus, quam in pedite, requiritur. Et illud Galbæ, quod recitaui: *Equum immiſi, ſcuto reiecto*: ſcuti paruitatem demonſtrat. Scuto vero pedeſtri cuius longitudo pedum quatuor fuit, latitudo duorum cum dimidio, qui poſſet eques vti? nam, ſi ante pectus ferret, hoſtem, ſcuto interpoſito, videre non poſſet; ſin ab latere, pectus remaneret intectum.

Parmæ vſus.

Parmam fuiſſe leuis armaturæ, id eſt, velitum, ex iis, quæ ſupra diximus, intelligitur. accedit Liuii teſtimonium lib. 26. *Ex omnibus legionibus electi ſunt iuuenes, maxime vigore, ac leuitate corporum veloces. eis parmæ breuiores, quam equeſtres, & ſeptena iacula, quaternos longa pedes, data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt.* Idem lib. 31. *Veliti Romano, parmam gladiumque habenti.* Et libr. 44. *Pugnatum vtrimque eſt leui armatura, miſſilibus procul Illyria auxilia melius pugnabant: comminus ſtabilior, aut thureo aut parma aut ſcuto Liguſtino, Romanus erat.* Virg. lib. 9.

Enſe leuis nudo, parmaque inglorius alba.

Vbi Seruius *Quæsitoro*. Velites enim, licet, quo primum tempore sunt instituti, ex legionibus electi sunt, postea tamen tirones fuere, extra legionem. Equestres quoq; parmæ nominantur a Liuio li. 2. *Desiliunt, ait, ex equis prouolant in prælium, & pro antesignanis parmas obiiciunt.* Et lib. 4. *Eos se inserunt, obiectu parmis, vbi suorum plurimum laborem vident.* Et lib. 8. *Equus, ad vulneris sensum, prioribus erectis pedibus, magna vi, cum caput quateret, excussit equitem: quem cuspide, parmaque innixum, attollentem se a graui casu, Manlius ab iugulo, ita vt per costas ferrum emineret, terræ affixit.* Et ibidem: *Vexilla signorum parmásque cernere equitum.* Apud Nonium Sallustius hist. lib. 4. *Soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad ea arte se quisque in formam parmæ equestris armabat.* Equestres tamen a velitaribus magnitudine differebant. dixit enim Liuius de velitibus lib. 26. *Eis parmæ breuiores, quam equestres. Parmulis pugnare,* ait Festus, *milites soliti sunt: quarum vsum sustulit C. Marius, datis in vicem earum Bruttianis.* Idem alio loco: *Bruttianæ parmæ dicebantur scuta, quibus Bruttiani sunt vsi.* Quibus verbis non hoc dicit, sublatum esse parmarum vsum, sed, pro Romanis Bruttianas esse inductas, non mutata forma (rotundas enim ętate sua Varro, Mario iunior, ostendit) sed magnitudine vel aucta, vel imminuta: auctam tamē verisimilius est, quia Romanas Festus parmulas, Bruttianas vero parmas appellat. Non alienum videtur, id adscribere, quod apud Suidam legimus, Carthaginiēses parma vsos esse. Πάρμαι, inquit, δερμάτινοι θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις. Quod est: *Parma lorea scuta apud Carthaginienses.*

De pelta, siue cetra, forma, vsu, materia.

Pelta, & cetra admodum similia sunt: quod, vt affirmem, his adducor argumentis. Liuius libr. 28. Menippum quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Et lib. 31. *Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.* Iam, quos Liuius li. 42. & 44. ex Persei, Macedonum regis, & exercitu cetratos vocat, eosdem Plutarchus in Æmilii vita peltatos. Interpres tamen Leonardus Arretinus, & postea Gulielmus *Xylander*, cum differre cetram a pelta opinarentur, Κρητικαὶ πέλται, καὶ θρᾴκια γέρρα, verterunt: Cretenses peltæ, & Thraciæ cetræ: cum neque γέρρα necesse sit esse cetras: est enim vel scutum Persicum, vel scuti generale nomen: & cetræ a peltis, vt ostendi, non differant: Plutarchus autem ita loquatur, vt diuersa Cretensium, Thracumque scuta ostendat. *Tertius interpres Hermannus Cruserius*, dum superiorum interpretum imitari vestigia turpe ducit, dupliciter peccat, primum pro Creticis peltis parmas, deinde pro gerris Thraciis tragulas conuertens. Parmam autem diuersam esse a pelta superiora demonstrant: tragulam vero missile telum esse, non scutum, exēplis

intelligitur. Lunam semiplenam pelta referebat: vnde Virgilius lib. 1. Æn.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Et Suidas. Πέλτην ἀσπὶς ἴτυν μὴ ἔχουσα: *Clypeus rotunditatem non habens.* Vtebantur eo scuti genere Amazones; (vt antiquissima repetam) quod ex Virgilio, Plinio, Nonio perspicuũ fit; Macedones, vt Liuii, Plutarchi, Æliani testimonio patet; Afri, vt ait Seruius de cetra, quam non differre a pelta diximus; Hispani, vt Cæsar, Liuius, alii; Cretenses, quod in Æmilio docet Plutarchus. De materia, quem sequar, vnum auctorem habeo Seruium, is loreum ait scutum fuisse. Ælianus etsi materiam non nominat, leue tamen scutum, exiguumque vocat.

De Ancilis forma, materia, vsu.

Ancilis formam Festus ostendit his verbis: *Ancile appellatum, quæ ex vtroque latere erat recisum, vt summum, infimumque eius latus medio pateret.* Neque ab hac descriptione dissentire Plutarchus videtur: apud quem hæc scripta sunt in Numa: ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι, καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας, ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν. Latine: *Ancilia vocant propter figuram. circulus enim non est, neque exprimit, vt pelta, orbiculatam formam, sed excisa est, ita vt rotunda linea fiat: cuius extremæ partes inflexæ, & pariter densitate altera ad alteram conuersæ, curuam figuram efficiunt.* Quæ si cui videntur obscuriora, nummum æreum Antonini Pii, quẽ habet insigni doctrina & humanitate vir Fuluius Vrsinus, inspiciat; in quo ipsam ancilis imaginem, a Festo, & Plutarcho designatam, facile recognoscet. Æreum fuit, eoque Salii sacerdotes vtebantur: quod vtrumq; Plutarchus ostendit. & Varro armilustrum ait esse dictum a luendo, aut lustro, id est, quod circumibant ludẽtes anciliis armati.

VII.

De Castello, Pago, Vico, Opido, Vrbe, Villa.

AD IACOBVM CONTARENVM.

QVamuis Iacobe Contarene, de Te ad Teipsum scribere non deceat. feci tamen, quod meus summus amor amplius a me requiri non est passus, vt, quantum Tibi debeam, quando soluendo esse non possum, profitear saltem. Ingenui animi est, debitum agnoscere. Tuque, conscientia contentus recte agendi, præmium ipsum non requiris, qui Tibi amplissimum præmium proposueris, Gloriam quam cum bonorum iudicio iam sis assecutus, minimum tibi deesse ad summam felicitatem omnes fatentur. Christianissimus Rex Henricus 3 ex Polonia in Galliam, ob Caroli fratris obitum, rediens, dum Venetam Remp. singulare Italiæ ornamentum,

namentum, inuisendam sibi statuit, quanti fecerit eximias animi Tui dotes, publice ostendit: Te delegit, cui voce faueret. in quo mirum eluxit Regis iudicium, qui te Regio illo præcone dignum esse iudicauit. Sed quid ego? quasi hoc exiguo curriculo laus tua comprehendi possit. Volui tamen aliquid in tuo nomine apparere, quod meum de te iudicium omnibus notum faceret.

Castrum, siue castellum, differt a pago, vico, opido, vrbe, villa. est enim locus arte, vel natura munitus, ambitus exigui, factus ad similitudinem castrorum militarium: nisi si castra potius ipsa a castro, quasi ad eius exemplar facta, non acceperunt. quod ego magis existimo, quia ciuilia prius videntur castra fuisse, quam militaria. Et castella vel diu duratura, in quibus tuto habitaretur, vel ad tempus lignea fiebant obsidēdi caussa. prioris generis ea sunt, quæ a se capta Cicero dicit *Fam. epist. 10. lib. 2.* Et in Bruto: *Qui Ligurum castella expugnauerunt.* Et ep. 7. lib. 3. ad Att. *Castellum,* inquit, *munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est necessarium.* Ad posterius genus illud refero, quod est Fam. ep. 4. lib. 15. *Sex castellis, castrisque maximis sepsi.* Et in Antonium: *Aditus hostium castellis, aggeribusque prohibetur.* Et, quoniam dixi castella vel natura, vel arte fuisse munita: miretur aliquis, cur Cicero Fam. epist. 10. lib. 2 dixerit, *Castella munita.* Et ep. 7. lib. 3. ad Attic. *Castellum munitum:* non simpliciter, *Castella* & *Castellum.* Verum non omnia castella pariter munita, sed alia magis, alia minus. de parum munitis locutus est Liuius *libr. 22.* cum ait: *Edicto proposito, vt, quibus opida, castellaque immunita essent, in loca tuta commigrarent.* Differre autem ab oppido castellum, eadem verba, proxime recitata, demonstrant: & Cæsar lib. 2. bel. ciu. *Cunctis oppidis,* ait, *castellisque desertis.*

Pagus constare videtur e pluribus vicis, vt vicus e pluribus casis: vt sit regio, nullo mœnium ambitu, accolis dispersis, in plano circa flumina, vel fontes, qui ad vnum locum consilii caussa coeunt. itaque distinguit eos Cicero a montanis, cum ait in oratione pro domo: *Nulli pagani, aut montani, qui non amplissime de meo reditu decreuerint.* Et Festus: *Pagi dicti a fontibus; quod eadem aqua vterentur.* Tacitus etiam a vico diuersum esse pagum ostendit in libro de moribus Germanorum: *Eliguntur,* inquit, *qui iura per pagos, vicosque reddant.* Cæsar lib. 1. bel. Gal. *Sueuos ipsos, qui pagis habitarent, pagos vocat.* ait enim: *Treuiri nuntiabant, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur.* Vicus duplex, extra vrbem, & in vrbe. Si extra vrbem, constat, vt dixi iam, e pluribus casis, nulla munitione sæptus, ep. 2. libro 14. *Quod scribis te vicum venditurum: quid, obsecro te, quid futurum est?* Et epist. 4. lib. 15. *Quinctum fratrem negotio præposui, vt in vicis aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur.* Vicus in vrbe, ædium est continuata series, non ipsa via, quæ suo

nomine appellatur. libr. 3. Off. *Omnibus vicis statuae factae sunt.* Quia non in media via, sed prope aedes ponuntur statuae. Et ep. 3. ad Att. lib. 4. *Supero Crassum diuitiis, atque omnium vicos, & prata contemno.* Quo loco diuitiae primum vrbanae, deinde rusticae, demonstrantur. Horatius ep. 10 lib. 1

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum?

Et Epist. 1. lib. 2.

Deferar in vicum vendentem thus & odores.

Opidum proprie infra vrbem est, vt in ep. Vatinii, 10. lib 5. Viginti opida sunt Dalmatiae antiqua: quae ipsi sibi adsciuerunt, amplius sexaginta. Interdum tamen opidi nomen pro vrbe vsurpatur. itaque Athenas, vrbem nobilem, opidum vocat Cicero ep. 7. lib 3. ad Att. praeterea quis ignorat, lautam, in primisq; celebrem atque opibus praestantem, vrbem Corinthum fuisse? at eam, & simul Aeginam, & Megaram, opida Sulpicius appellat *ep. 5. lib. 4.*

Vrbs nobilius quiddam est, ac plenius, quam opidum. vnde κατ' ἐξοχὴν Roma dicitur vrbs.

Villa, quae nunc lingua communi plures in agro domus significat, domus olim vna fuit, virorũ nobilium. vnde nominantur Luculli villae, Metelli, Ciceronis, aliorum praestantium virorum.

VIII.

De Caestu.

AD NICOLAVM BARBADICVM.

ET antiqua amicitia, quae tibi cũ Patre meo fuit, & vero, quam mihi ostendis, beneuolentia, postulare a me videntur, Nicolae Barbadice, vt aliquid ad Te scribam. Sed, cum nihil dignũ tua exspectatione praestari a me posse iudicem, saepe in ipsa scriptione animum abieci. Tandem audacis potius, quam ingrati, crimen incurrendum mihi statui. Haec ad te mittere libuit, quae Tuam mihi beneuolentiam conseruent, meque Tibi (quamuis cõmendatum) commendent. Maximum quiddam consecutum me existimabo, si Tu in illa Tua vetere beneuolentia perseuerabis. enitar equidem, vt eam Te non male collocasse iudices.

Caestus, pugilum arma, non, vt arbitror, clauae, quibus pilae plũbeae loris bubulis appenderentur, quod video doctos viros existimasse, sed lora ex multiplici crudo tergore bouis agrestis, vt ait Homerus, manibus & lacertis inducta, ferreis, plumbeisue clauis, aut squamis, vt ita dicam, clauatis conuoluta, ad similitudinem arietini cornus: quod egregie, vt solet, expressit Plinius lib. 11 cap. 37. *Dedit*, inquit, *natura in amfractum conuoluta arietum generi cornua, ceu caestus daret.* Arietum enim cornua non sunt aequali superficie, sed cingulos quosdam habent eminentes, ambitu imperfecto, cum alius oriatur ex alio, vt in cochlearum testis. vnde Plinius, in amfractum conuoluta, dixit: inde patet caestus quales sint.

ânt. Accedit interpres Homeri Eustathius: Οἱ τῶν πυγμάχων ἱμάντες οἱ βόειοι περὶ τὰς χεῖρας αὐτοῖς εἱλοῦντο συνεργαζόμενοι τι ταῖς πληγαῖς, ἔτι δὲ τοὺς δακτύλους συνέχοντες, καὶ ὡσεὶ ἕνα κορύνην σφαιρῶντες χερῶν. Id est. Pugilum lora bubula circum manus ipsis inuoluebantur, plagas non nihil adiuuantia: digitos autem simul continebant, & quasi clauam quandam rotunda forma dure faciebant. Manus igitur loris illis inuolutæ, clauæ quædam esse videbantur. isque cæstus erat: clauis tamen pugiles non vtebantur. Nam si cæstus vere claua fuisset; non dixisset Valerius Flaccus lib. 4 *Quos potes, indue castus*: & ibidem infra: *Troianos exsue castus*: &: *Paribus palmas amborum innexuit armis*. Nam induere, innectere, inducere, exsuere, certe manuum integumentis potius, quam clauæ, conuenire, nemo negauerit. Hæc ipsa lora nominauit Propertius lib. 3. ad Sparten de Ludis Laconicis: *Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris*. Quod autem dixi, conuolutos fuisse cæstos ferreis plumbeisue vel clauis, vel squamis; de plumbo, & ferro auctorem habeo Virgilium in eo versu:

——— ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.

De clauis vero, aut squamis, etsi iam satis Plinii testimonio videor probasse, tamē ex eodem Virgilii versu coniecturam facere licet: nam verbo, *Rigebant*, horribilem illam speciem ostēdit clauorum in loro bubulo eminentium: vt omittam illud Statii lib. 6.

Nigrantia plumbo tegmina cruda boum:

Et illud infra:

Explorant castus, hebetantq; terendo.

Apparet enim, propterea nigrantia plumbo tegmina illa dici, quia plumbeis squamis, aut clauis, prætegerentur. Et illud, *Hebetantque terendo*, acumen omnino clauorum, aut squamarum tumorem in acutum tendentem, videtur indicare. Hebes enim opponitur acuto. Eustathius μύρμηκας appellat, ad similitudinem verrucarum in corpore exstantium. Item Pollux libr. 3. Ὅπλα τῶν χειρῶν μύρμηκες, καὶ ἱμάντες. Totum certamen dextro pariter ac sinistro pugno fiebat: vnde pugiles dicti: & Virgilius:

Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Et,
Creber vtraque manu pulsat versatque Dareta.

Iam Cicero in Bruto: *Pugiles inexercitati, etiam si pugnos & plagas Olympiorum ferre possint, solem tamen ferre sæpe non possunt*. Quod si quis, huic loco haud omnino acquiescens, pugiles quidem pugnis, non tamen cæstibus decertasse putet: legat eundem Ciceronem Tusc. 2. *Pugiles*, ait, *castibus contusi ne ingemiscunt quidem*. Et de pugno in aduersarium illato significat aliquanto post, cum ait: *Pugiles, cum feriunt aduersarium, in iactandis castibus ingemiscunt*. Hac tota de re si quis exempla veterum requirit, sciat cæstuū sex certamina reperiri, tria apud Græcos, Homerū, Theo-

nomine appellatur. lib. 3. Off. *Omnibus vicis statuae facti sunt.* Quia non in media via, sed prope aedes ponuntur statuae. Et ep. 3. ad Att. lib. 4. *Supero Crassum diuitiis, atq; omnium vicos, & prata contemno.* Quo loco diuitiae primum vrbanae, deinde rusticae, demonstrantur. Horatius ep. 10 lib. 1

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum?

Et Epist. 1. lib. 2.

Deferar in vicum vendentem thus & odores.

Opidum proprie infra vrbem est, vt in ep. Vatinii, 10. lib 5. Viginti opida sunt Dalmatiae antiqua: quae ipsi sibi adsciuerunt, amplius sexaginta. Interdum tamen opidi nomen pro vrbe vsurpatur. itaque Athenas, vrbem nobilem, opidum vocat Cicero ep. 7. lib 3. ad Att. praeterea quis ignorat, lautam, in primisq; celebrem atque opibus praestantem, vrbem Corinthum fuisse? at eam, & simul Aeginam, & Megaram, opida Sulpicius appellat *ep. 5. lib. 4.*

Vrbs nobilius quiddam est, ac plenius, quam opidum. vnde κατ' ἐξοχὴν Roma dicitur vrbs.

Villa, quae nunc lingua communi plures in agro domus significat, domus olim vna fuit, virorũ nobilium. vnde nominantur Luculli villae, Metelli, Ciceronis, aliorum praestantium virorum.

VIII.

De Caestu.

AD NICOLAVM BARBADICVM.

ET antiqua amicitia, quae tibi cũ Patre meo fuit, & vero, quam mihi ostendis, beneuolentia, postulare a me videntur, Nicolae Barbadice, vt aliquid ad Te scribam. Sed, cum nihil dignũ tua exspectatione praestari a me posse iudicem, saepe in ipsa scriptione animum abieci. Tandem audacis potius, quam ingrati, crimen incurrendum mihi statui. Haec ad te mittere libuit, quae Tuam mihi beneuolentiam conseruent, meque Tibi (quamuis cõmendatum) commendent. Maximum quiddam consecutum me existimabo, si Tu in illa Tua vetere beneuolentia perseuerabis. enitar equidem, vt eam Te non male collocasse iudices.

Caestus, pugilum arma, non, vt arbitror, clauae, quibus pilae plũbeae loris bubulis appenderentur, quod video doctos viros existimasse, sed lora ex multiplici crudo tergore bouis agrestis, vt ait Homerus, manibus & lacertis inducta, ferreis, plumbeisue clauis, aut squamis, vt ita dicam, clauatis conuoluta, ad similitudinem arietini cornus: quod egregie, vt solet, expressit Plinius lib. 11 cap. 37. *Dedit*, inquit, *natura in anfractum conuoluta arietum generi cornua, ceu caestus daret.* Arietum enim cornua non sunt aequali superficie, sed cingulos quosdam habent eminentes, ambitu imperfecto, cum alius oriatur ex alio, vt in cochlearum testis: vnde Plinius, in anfractum conuoluta, dixit: Inde patet caestus quales sint.

stat. Accedit interpres Homeri Eustathius: *Οἱ τῶν πυγμάχων ἱμάντες οἱ βόειοι περὶ τὰς χεῖρας αὐτοῖς εἱλοῦντο συνεργαζόμενοι τι ταῖς πληγαῖς· τοὺς δὲ δακτύλους συνέχοντες, καὶ ὡσεί τινα κορύνην σφαιροῦντες χερσί.* Idest. Pugilum lora bubula circo manus ipsis inuoluebantur, plagas non nihil adiuuantia: digitos autem simul continebant, & quasi clauam quandam rotunda forma dure faciebant. Manus igitur loris illis inuolutæ, clauæ quædam esse videbantur. isque cæstus erat: clauis tamen pugiles non vtebantur. Nam, si cæstus vere claua fuisset, non dixisset Valerius Flaccus lib. 4 *Quos potes, indue cæstus*: & ibidem infra: *Troianos exsue cæstus*: & *Paribus palmas amborum innexuit armis*. Nam induere, innectere, inducere, exsuere, certe manuum integumentis potius, quam clauæ, conuenire, nemo negauerit. Hæc ipsa lora nominauit Propertius lib. 3. ad Sparten de Ludis Laconicis: *Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris*. Quod autem dixi, conuolutos fuisse cæstos ferreis plumbeisue vel clauis, vel squamis; de plumbo, & ferro auctorem habeo Virgilium in eo versu:

——— ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.

De clauis vero, aut squamis, etsi iam satis Plinii testimonio videor probasse, tamē ex eodem Virgilii versu coniecturam facere licet: nam verbo, *Rigebant*, horribilem illam speciem ostēdit clauorum in loro bubulo eminentium: vt omittam illud Statii lib. 6.

Nigrantia plumbo tegmina cruda boum:

Et illud infra:

Explorant cæstus, hebetantque terendo.

Apparet enim, propterea nigrantia plumbo tegmina illa dici, quia plumbeis squamis, aut clauis, prætegerentur. Et illud, *Hebetantque terendo*, acumen omnino clauorum, aut squamarum tumorem in acutum tendentem, videtur indicare. Hebes enim opponitur acuto. Eustathius *μύρμηκας* appellat, ad similitudinem verrucarum in corpore exstantium. Item Pollux libr. 3. *Ὅπλα τῶν χειρῶν μύρμηκες, καὶ ἱμάντες.* Totum certamen dextro pariter ac sinistro pugno fiebat: vnde pugiles dicti: & Virgilius:

Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Et,
Creber vtraque manu pulsat versatque Dareta.

Iam Cicero in Bruto: *Pugiles inexercitati, etiam si pugnos & plagas Olympiorum ferre possint, solem tamen ferre sæpe non possunt.* Quod si quis, huic loco haud omnino acquiescens, pugiles quidem pugnis, non tamen cæstibus decertasse putet: legat eundem Ciceronem Tusc. 2. *Pugiles*, ait, *cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem*. Et de pugno in aduersarium illato significat aliquanto post, cum ait: *Pugiles, cum feriunt aduersarium, in iactandis cæstibus ingemiscunt.* Hac tota de re si quis exempla veterum requirit, sciat cæstuū sex certamina reperiri, tria apud Græcos, Homerū, Theo-

critum Apollonium Rhodium;totidem apud Latinos, Virgilium, Valerium Flaccum, Statium, qui fere a Græcis omnia sumserunt. Manum cæstu armatam vidimus in æreo nummo Pyrrhi Ligorii, excellenti ingenio viri, & in studio cognoscendæ antiquitatis eximia cum laude versati. Huius autem exercitationis hodieque apud Senenses, solemni more, aliqua similitudo remanet: reducta enim ceruice, prætenta quasi scuto læua manu, ita dextra minantur, vt, iniecta sæpe læua, incauti aduersarii oculos, & ora contūdant. Quod ad orthographiam attinet: licet vinculum sit vterque cestus, & Veneris, & pugilum: vnde dixit Homerus de pugilibus: τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα: tamen Seruium sequor, qui cæstum esse pugilum ait, cestum Veneris, & ob variam signigcationem varie scribi. quod ideo placet, quia videtur cæstus a cædendo dictus esse.

IX.

De Cælatura, & Scalptura.

AD ALOYSIVM MOCENICVM.

PLurimum mihi gaudeo, Aloysi Mocenice, oblatam aliquando mihi esse, etsi perexiguam, occasionē, qua Tibi de ista Tua erga literatos viros voluntate gratuler. Quid enim Tu non agis, quidue præteris, in quo consulere studiosis possis opera tua? Quo maximas Tibi referunt grates ipsa literarum studia, cum earum patrocinium prorsus non abiectum videant. lætanturque plurimum Te patrono, quo auspice, nihil tam arduum putant, quod non posse se consequi confidant. Magna Te manent præmia, si virtutem, exsulem fere, apud Venetam Remp. quæ semper hanc sibi præcipuam laudem adsciuit, Tuo auxilio iuuabis. Qua in re cum multos habiturus sis socios, me semper laudum tuarum decantatorem habebis.

Cælaturam scalpturæ partem facit Quinctilianus lib. 2. c. vlt. & eam ait esse in auro, argento, ære, ferro: scalpturam autem in his ipsis, & in ligno præterea, ebore, marmore, vitro, gemmis. quo dici potest, cælaturam omnem scalpturam esse, non contra: siquidem, quæ materia cælaturę est eadem scalpturæ; non item quæ scalpturæ, eadem cælaturæ. Cum hac Quinctiliani sententia congruere videntur ea, quæ subscripsi, veterum exempla. dixit enim Cicero de Diuin. lib 1. *Hanc speciem Praxiteles cælauit argento.* & Tuscul. 5. *Abacos complures ornauit argento, auroq; cælato* Liuius lib. 7. *Pictis, & auro cælatis refulgens armis.* Et li 9 *Duo exercitus erant. scuta alterius auro, alterius argento cælauerūt.* Virgilius quoque lib. 1. Æn.

· cælataque in auro Fortia facta patrum.

Nec dissentit Plinius multis in locis. idem tamen cælaturam cretæ, vel argillæ, & marmori etiam communicat. Nam lib 35 cap 12.

Fastigia

Faſtigia, inquit, *templorum etiam in vrbe crebra, & municipiis, mira cælatura, & arte, firmitateque aut ſanctiora auro, certe innocentiora.* Cum vero ait lib. 36. cap 5. *Ab oriente cælauit Scopas, a ſeptentrione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occaſu Leochares*: videtur indicare, cçlaturam etiam ad marmora pertinere non enim, tantum opus vel auro, vel argento etiam cælatum eſſe, veriſimile eſt. fallit igitur regula. In gemmis quoque, quas cçlatura Quinctilianus excludit, ſcalpturæ tribuit, poſſit aliquis ab eo diſſentire. Nã cçlatam a Pyrgotele Alexandri Magni imaginem, ait Appuleius Flor. libr. 1. qui quãquam de gemma mentionem nullam faciat. Plinio tamen ſupplente dubitatio tollitur. is lib. 37. cap. 1 *Confirmat*, inquit, *hanc opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi, quam a Pyrgotele.* Quid, quod ligneo de opere dixit Virgilius Eccl. 3.

Cælatum diuini opus Alcimedontis.

Verum detur poetis hæc libertas, vt a verborum proprietate interdum diſcedant: tria tamen ſuperiora exempla, vnum de argilla, alterum de marmore, tertium de gemma, Quinctilianum coarguunt, cui ſi quæritur excuſatio, dicamus, primis temporibus metalla duntaxat cælari ſolita eſſe, paulatim deinde hanc artem reliquis generibus communicatam. ſic non omnino abrogabitur Quinctiliano fides. Quod ſi cælaturam a ſcalptura, vt illius verba declarant, materia non diſtinguit; quo ſigno internoſcẽtur? nam, ſi aurum, argentum, æs, ferrum, communis vtriuſque materia eſt: ſequitur, vt, quod cælatum, idem ſcalptum ſit; &, quod ſcalptum, ſi modo ſit in auro, argento, ære, ferro, idem cælatum. quærenda igitur aliqua nota eſt, qua diſcernantur. ea mihi videtur eſſe forma, non materia. opinor enim, cælata opera dici a veteribus, quæ vel in materia plana, vel in tumida, vel in conuexa ita fiunt, vt in ipſa materia, quæcumque ſit, hæreant, & aliqua parte promineãt: ſcalpta vero, quæ vel integra vndique, & ſolida cernuntur, ex quacumque materia ſcalpendo facta; quo in genere ſunt ſtatuæ: vel in cauo depreſſa neque ſolidam exprimunt effigiem, neque integram ab omni latere oſtendunt, vt ſigilla. Nam, ſi ſcalptura in ſtatuis tantum verſaretur, non dixiſſet Plinius *libr. 35 cap. 12.* plaſticem matrem eſſe ſtatuariæ, ſcalpturæque & cælaturæ. Quo loco diuerſam eſſe ſcalpturam a ſtatuaria, & a cælatura, perſpicue demonſtratur. tres enim artes, quia differunt inter ſe, ideo ſeparatim ſingulæ nominantur. differunt autem eodem modo, quo totum a partibus. Nam ſcalptura duas reliquas complectitur: ſcalpendo enim & ſtatuæ fiunt, & cælata opera. niſi ſi quis obiiciat, cælata ex argilla ſcalprum non requirere, quod ex inciſa lignea tabula, argillaq. impreſſa, exprimantur. cui reſponderi poſſit, ſine ſcalpro tabulam illam non incidi atq; illud ſcalpturæ tertium genus eſt. nã reliqua duo vel ſolida integraq; ſunt opera, vt ſtatuæ,

vel dimidiæ eminentiæ, vt cælata: tertium, vt dixi, incisum intus in materia, vel vt ipsum per se delectet, vel vt inde cælata effigies exprimatur: nam & ceream effigiem, e sigillo effictam, inter cælata opera retulerim; quoniam dimidiam habet eminentiam. Vt igitur, qui statuam dicit, signum dicit, sed hominis, aut Dei, neque solum e lapide, sed ligno etiam, argilla, cera, gypso, ebore, auro, argento, ære; non contra, qui signũ, idem statuam dicit quia brutorum quoque signa sunt, quæ, vt opinor, statuæ non vocantur, licet communis eadem vtrisque sit materia: sic, qui scalpturam, idem statuariam, & cælaturam dicit, non contra. Cælata vero opera eminere omnia, & subiectam habere, vnde exstent, quaque ambiantur, materiam aliquam, idem ille, rerum pulcerrimarum varietate, & copia excellens, familiaris noster, Plinius libr. 33. capit. 12. indicat his verbis: *Hæc ars ita exoleuit, vt sola iam vetustate censeatur, vsque adeo attritis cælaturis, ne figura discerni possit.* Cælata etiam dici video, quibus ornamenta ex alia materia sunt adiuncta, ita scite, vt ex eadem educta videantur: qualia fuere vasa illa, quibus crustas, & emblemata Verres detraxit. Quod cælatum argentum appellat Cicero. *Negotium*, inquit, *dedit Archagatho, vt, quidquid Haluntii esset argenti cælati, id omne statim ad mare ex opido deportaretur.* Subiungit autem paulo post: *Omnia deferuntur. Cybiratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant, iis crustæ, aut emblemata detrahuntur.* Sic Haluntini, excussis deliciis, cum argento puro domum reuerterunt. Idem ostendit satis aperte infra, cum ait: *In regiam maximam palam artifices omnes, cælatores, ac vascularios conuocari iubet.* menses octo continuos opus his non defuit, cum vas nullum fieret, nisi aureum. tum illa ex patellis, & turibulis, quæ velletat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. Hæc postrema verba cælaturam plane indicant, ex addita materia, non e subiecta, expressa. nec aliter intelligitur ex duobus Liuii locis supra recitatis. arma enim, & scuta auro cælata, tota non sunt aurea, sed auro addito exornantur. omitto alia exempla. nec tamen negauerim, cælata etiam dici, ex quibus ipsis exsculpũtur opera, vt ex Mausoleo videmur posse conicere. Nam opera illa præclara, in tabulis opinor fuisse marmoreis, educta e subiecta materia, non apposita ex alia. Est igitur cælatura duplex, & eam facit forma, non materia. alioqui esset idem quod scalptura. a verbis enim idem significantibus vtraque deducta, altera a scalpendo, altera a cædendo, d in l permutata, vt ait Festus. & cælare Nonius interpretatur, insculpere. Ab hoc verbo, atque ab illa significatione quam posuimus, deductum Cœli nomen putauere nonnulli, videlicet eam rationem secuti, quod in cœlo sidera illa, quæ suis perpetuo sedibus inhærent, vt in cute humani corporis verrucę prominere videantur.

tur. Hanc analogiam probauit Plinius lib. 2. cap. 4. *Cœlum quidem, inquit, haud dubie cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. adiuuat rerum ordo; descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies* Plinius ipse quid sentiat, apparet: de Varronis interpretatione quod addit, est cur ambigam. Nam Varronis hæc sunt verba lib. 4 de ling. Lat. *Ego magis puto a chao cauum, & hinc cœlum: quoniam Hoc circum supraque quod complexu continet terram, cauum cœlum.* Alios igitur Varronis libros, qui hodie non extant, Plinius legerit necesse est: in quibus aliter, atque in his, quos habemus, de Cœli scribit etymologia. Nã qui hodie Varronis libri leguntur, in dubium venire non possunt, nominati a Carisio, & Nonio.

X.

De Phaleris.

AD FRANCISCVM MOLINIVM.

NOlui committere, Francisce Molini, vt meam amplius requirere beneuolentiam posses, quæ cũ tacita in animo meo resideret, originemque duceret ab humanitate Tua, & ab illa nũquam satis laudata erga studiosos volũtate, finibus se tenere non potuit: erumpere voluit. &, quantum Tibi debeam, non Tibi solum, cui hæc fortasse superuacanea poterat esse ostentatio, sed aliis quoque, indicare. Tuum erit, hoc officium non respuere, ab animo grato profectum. Et, si me omnia Tua caussa velle, nihilque tam difficile esse, quod cum existimatione Tua coniunctum mihi facillimum non videatur, in animum induxeris, faciam, vt Te recte sensisse omnes iudicent.

Phaleræ videntur esse equorum frontalia, si Suidæ credimus: qui cum φάλαρα interpretetur, hæc subiungit: τὰς στομιοτομίδας τὰς ἀσπιδίσκους, τὴν κόσμησιν τῶν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων· παρὰ δὲ Ἡροδότῳ, τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα. id est: *Frontis ornamenta, scutula, id, quo frons equorum exornatur. apud Herodotum vero, circa maxillas tegumenta.* Quod autem dixit Suidas ἀσπιδίσκους, formam ornamenti significauit scutum imitantem, vt a naribus ad frontem inter oculos ducta illustris lamina dilataretur in fronte, attenuata in imo, similitudine veterum scutorum, quæ Virgilius ideo Longa lib. 8. nominauit. Verum, siue frons, vt Suidas dixit, siue Herodotus, maxillæ phaleris ornentur, apparet esse ornamentum capitis, deductum a φάλος, quem κόρυθα idem Suidas esse dixit, τὸ περικεφαλαίας, vel a φάλαρ, vt aliis placere video. Seruius Honoratus neque frontem, neque maxillas, sed pectus phaleris ornari solitum ait, & esse idem, quod in mulieribus monilia. sic enim interpretatur in eo Virgilii versu:

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

monile autem a collo propendere, ex Festo, & aliis, constat.

Plinius quoque satis plane distinguit a frontalibus phaleras, & sentire cum Seruio potius, quam cum Suida, aut etiam Herodoto, videtur: ait enim sic libr. 37. cap. 12. de gemma quadam facta: *Quondam tanta magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent.* Verbum *Pensilia*, quis non putet referri potius ad monile illud, quod collo pendere diximus, quam ad illud scutulum, quo frons aut maxillæ decorantur? Rursus a Plinio, & Seruio dissentit Gellius, perspicue distinguens a monilibus phaleras, cum ait lib. 5. cap. 5. *Equitum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem.* Horum scriptorum auctoritas dubitationem parit, vtrum phaleræ sit ornamentũ frontis in equo, vt sensit Suidas; an maxillarum, vt Herodotus; an pectoris, vt Seruius, & Plinius. Nam Gellius, vt a Seruio, & Plinio plane dissentit, cum eas a monilibus separat: sic, vtrum frontale cum Suida, an, vt ita dicam, maxillare cum Herodoto putet, in dubio relinquit. Equidem controuersiæ dirimendæ gratia, (nam veteres in eare, quam oculis quotidie cernerent, deceptos esse, non libenter credo) ita sentirem, quidquid equorum frontibus, maxillis, pectoribus ad speciem adderetur, communi vocabulo Phaleras esse nominatas: nisi manifeste eas & Plinius a frõtalibus, & Gellius a monilibus diuersas ostenderet.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER PRIMVS.

Ritus apud priscos in nuptiis obseruari solitus. Ori Apollinis locus emaculatus, & Scholiasta Pindari. Item Cœlii error indicatus.

CAPVT I.

Cornicum concordiam Satyrographi versiculo testatam, alicubi in miscellaneis arbitratur contra Grammaticos nonnullos Politianus homo literatissimus, cuius ego iudicium & eruditionem plurimi feci semper, neque grauatim ego illius sententiæ accedo: siquidem præter Æliani, quem adducit, testimonium, fidem eius rei Greg. Naz anzenus facit, & Orus Apollo Nilous in Hieroglyphicarum notarum interpretamentis, attestans *Cornices ad mortem vsq; pertinaciter obseruare legem coniugii: atque inde in omen abiisse sinistrum, solitaria cornicis occursum, vt que viduam portendentis vitam: eaq; de caussa in nuptiis auspicato concordiæ facietatisq; præsagio accinere identidem consueuisse veteres,* ἐκκορὶ κορὶ κορώνην, hoc est, *Euerro tibi cornicem atq; cornicina* Quæ verba nõ intellecta omisit interpres cõuenienter ea prætereũs. Græce autem ita legũtur: τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς γάμοις ... [illegible]

γάμοις, ἐκκορεὶ, κορεὶ, κορώνην, λέγοντες ἀγνοοῦντες, sed perperam & vitiose, proindeque ad præscriptam normam corrigenda. Cui sententiæ succinit Ælianus de animalibus tertio, *Veteres*, inquiens, *in nuptiis post Hymenæum Cornicis nomen inuocant, signumq; illud concordiæ dare consueuerunt, qui liberorum quærendorum gratia conuenissent*. Apud Pindari scholiasten in Pythiis in eādē sententiam legitur scriptum, παρεγγυῶντες δ' ἔνιοί φασιν, ἐκκορεῖ κόρες κορώνας, νίζωνίαν ἐξονειδίζων, id est, *Nonnulli animantes instigandoq; dictitant. eliminat puer cornices, abolito pudore.* Quo in loco fortasse rectius legas κόρος vel κόρυξ pro κόρυς. Locum illum Ori, more suo, non addito auctoris nomine, transcripsit in suas antiquarum lectionum farragines Cœlius Rhodiginus multæ lectionis homo, *lib. 29 cap. 18* in hanc formulam: *Et in nuptiis Græci cornicem ἐκκορεὶ, κορεὶ dicebant, etiam si nescientes.* Quo quidem loco (dicā enim quod sentio libere) dispeream, si se ipsus intellexerit, tantum abest vt Ori sententiam peruidisse illum putem.

Statii Papinii ex Achilleide locus nitori pristino restitutus.

CAPVT II.

LEgenti mihi apud Diodorum Siculum *bibliotheca sexto* de Balearicis funditoribus quomodo pueros a primo annorum rudimento in rotandis fundis vtiliter exercerent, quod ipsum & Strabo, vt pleraque alia, in suæ Cosmographiæ tertium librum retulit, & attigit Plinius lib. 3. *Baleares funda bellicosas* nominans, venit in mentem, recente adhuc memoria, apud Statium Papinium idem legisse videri: itaque adeo librum, vt auctorum inter se loca committerem, inuenio scriptum in codice Lugdunensi, hunc in modum; vbi Achilles gloriatur didicisse se sub Chirone:

Quo Magetæ sua gesta citent, quo turbine castum
Sauromates, falcemq; Getes arcumq; Gelonus
Tenderet, & flexa Balearicus auctor habena.
Quo suspensa trahens libaret vulnera tractu,
Inclusum quoties distringeret aera gyro.
Vix memorem cunctos (etsi modo gessimus) actus,
Nunc docet ingentis saltu me iungere fossas,
Nunc caput aeriscandentem pondere montis
Quo fugitur per plana gradu..

Qui locus quum haberetur mihi suspectus καὶ ὕπουλος, visum est eum expendere atque examinare ad fidem manuscripti codicis, quem forte ex Anglia cum nonnullis aliis asportatam, disturbatis illic iam tum bibliothecis cœnobiorum, quo si eueniret quod speratam, remedium loco adferrem: neque spe falsus omnino fui, inueni nanque multo aliam lectionem, eamque meo quidem iudicio saniorem, & quæ videbatur operæ aliquo pretio anno-

tanda, & iudicio doctiorum subiicienda. Ea sic habet inter cetera:

> *Falcemque Getes, arcumque Gelonus*
> *Tenderet, & flexa Balearicus actor habena,*
> *Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu.*

Vbi *librare vulnera* poetico more eleganter dixit, pro *rotare circularique tela factura vulnera*. Et deinde:

> *Nunc caput aerii scandentem prendere montis*
> *Quo fugitur per plana gradu.*

hoc est, libero cursu, quali in plano campi æquore curritur, in cacumen ardui montis euadere scandendo. Ceterum quod de Gelonis Scythiæ gente loquatur, non dubium est: nam Gesonos legas nusquam: de Gelonis vero, Plinius, Strabo, Dionysius, Stephanus, Virgilius, Mela, auctores omnes. Deinde actorem accipio peritum torquendæ fundæ, potiore lectione, quam si auctorem & inuentorem eius accipias, præsertim quum legamus fundę inuentionis gloriam penes filios fuisse. Plinius enim *lib. 7.* Phœnicas inuenisse cum balista fundam, commemorat. Strabo vero Ætolos in hanc gloriam vocat: cui consentire videtur Pollux *libr. 1.* vbi enumerans præstantissima apud quanque gentem arma, *σφενδόνην ἀκαρνανικήν*, fundam Acarnaniam commendat: Acarnanas autem Ætolis esse contiguos, quis est qui ignorat? ita vt actor significet tortorem eo loco, quomodo Virgilius alicubi dixit:

> *Stuppea torquentem balearis verbera fundæ.*

Reliqua obuia sunt poetarum lectioni vel leuiter assuetis.

Pausaniæ locus perspiculatius examinatus, de binis reorum & accusatorum lapidibus.

CAPVT III.

AReopagitici senatus, noctu, ne quid gratiæ daretur, iudicare consueti, incorrupta seueritas nulli non audita est. Illud vero obseruatu dignissimum fuerit, cur in eorum consessu lapides duo argentei, vnus reo, alter accusatori, in quibus consisterent, positi fuerint, iique propriis nominibus cognitionem iucundam insinuantes: de quibus Pausanias in Atticis hunc in modum scribit, *ἄρειος πάγος*, id est, *Martius vicus nomen sortitus est, quoniam Mars ibi primus iudicio stetit, interfecto Halirrhotio. Ibidem & Oresten absolutum fuisse a cæde matris ferunt: estque illic Mineruæ ara, quam ille iudicium sententiis absolutus vouit posuitque. Lapides vero argenteos, quibus insistunt & rei, qui iudicio sistuntur, & accusatores, nominant: vnum iniuriæ contumeliæue, alterum impudentiæ.* Græce sonant postrema ita: *τοὺς δὲ ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτῶν ὀνομάζουσι.* Equidem iniuriæ lapidem accusatoribus dicatum fuisse autumo, certa ratione, quam mox dicam. Cur vero impudentię no-

mine alter donatus fuerit, ignorare me fateor ingenue, neq; subsidium alicunde video. nihil enim Cœlius (qui diserte hæc verba transcripsit *lib. 12. cap. 19.*) nihil alii, qui id commemorant, in medium afferunt vnde istius Atheniensium facti ratio exsculpi & elici vt queat. Sed si syllabam vnā immutes molliter, & loco *ὕβρεως* reponas *ἀδικίας*, cadente æqualiter vocis tractu & syllabarū numero, sonoq; prope eodem clarissima elucescet illorum facti ratio. vt ostendam non enim tamen in temeritatis scopulum impingere, certo hanc [illegible] tionem asseverando: quin potius doctiorum oculos aperire, iudiciumq; acuere est animus, vt mecum expendant an non verisimi magis consentanea sit hæc nostra, quam quæ in impressis exstat codicibus. Nam quum inter se opponantur *οἱ διώκοντες* accusatores qui postulant, & *οἱ δίκας ὑπέχοντες*, rei caussam sustinentes, quos hic Pausanias nominat, quorum vtrisq; suus hic positus lapis: postulat etiam ratio, vt iniuriæ contumeliæue accusatorum (qui tametsi veras caussas defendant, ad opprimendos tamen reos eas persequuntur) opposita sit & reorum, qui in iudicio postulantur, innocentia: nam, vt accusatoris antitheton est reus, ita & iniuriæ innocentia, non impudentia. quid enim hæc commune habeat cum miserorum, qui capite & fortunis oppugnantur, [illegible] impudentia? Quin & ipse Pausanias *ἀναιδείας* lectionem videtur confirmare, quum paulo post subiūgit, *ὅσοι μὲν ἀπέφυγον δίκην ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, θύουσιν ἐξεληλυθότες* hoc est, *illic sacra faciunt quicunque in Areopago causa absolute contigerit*: vbi in Græcis verbis magis elucet vocis necessitudo. Ex argento autem confiatos, (quod ab ærugine immune est) lapides fuisse existimo propterea, vt innuerent, integritatem vtrobique tam in accusando, quam in defendendo spectari debere, nihil affectibus illic tribuendo, crimenque grauando hic vero nihil dissimulando: nam vt neq; negare solum sufficit, ita neq; accusasse solū satis est: quod lepide regessit Cephidio cuidam noto accusatori Iulianus Imp. Porro quod apud Zenobium legitur ex auctoritate Theophrasti Athenis aras exstitisse *ὕβρεως καὶ ἀναιδείας*, & apud Ciceronem contumeliæ fanum & impudentiæ factum fuisse Athenis, *suadente Epimenide Cretensi*, alio spectare arbitror: nimirum illi vitiis ea posuerunt, vt Romæ Pallori, Febri, Pauori, templa sacrata leguntur: neque vero Pausanias aras templaue nominat, sed lapides. Hinc etiam patet corrigendum esse codicem Alexandri in dierum Genialium *lib. 1. cap. 13.* vbi legitur Athenienses contumeliæ & impudicitiæ aras sacrasse, corrupta librariorum vitio voce impudentiæ & deformata in impudicitiæ.

Agathiæ historici locus vnus & item alter prodigiose peruersus, integritati suæ restituitur.

CAPVT IV.

QVi Græcas literas Vatiniano quodam odio persequuntur

peruicaci improbitate fuggillant, earum cognitionem vt superuacaneam temerariis linguis traducunt, istorum vecordiam flagellare, quid attinet? aut e diuerso, ostendere summam eius linguæ, imo aqua & igni magis necessariam, vtilitatem, ne ab interpretum fide dubia pendere semper tibi necessum sit, quid præstantis operæ contulerit? præsertim quum tot ante me, iique doctissimi homines, ea in re pene ad tædium vsque desudarint: non possum tamen, quin vnico exemplo testatum faciam, quantopere illi hallucinentur, & clara quodammodo in luce cæcutiant, vt ex eo tanquam in speculo errorem suum discant agnoscere. Locus est apud Agathium Smyrnæum historicum, *libro historiarum secundo*, circa calcem, de Chosroe Persarum rege, quem percaluisse atque in memoriam traiecisse cuncta Aristotelis Stagiritæ scripta commemorat, vt non fidelius Thucydidis nitidissimi scriptoris historias Demosthenes orator memoria continuerit: quod interpres ita conuertit, vt dicam *illum Stagiriten*, id est, *vini amphoram perpotasse longe melius, quam rhetor pa nitem olori perforatam ... fabulam*. Quæ quidem prodigiosa versio inde nata fuit potissimum, quod trium celebriorum auctorum epitheta non intellexerit, suppressis studio nominibus propriis ab Agathia aut expolitione rhetorica obscuratis. quanquam ne sic quidem a latæ culpæ crimine excusari possit interpres: cui enim vel mediocriter literato ignotum est, Aristotelem Stagyris ignobili Græciæ oppidulo Andriorum colonia, secundum Thucydidem natum: Demosthenem e tribu Pæaniensi oriundum: & Thucydidem patrem habuisse Oloram? Sed adscribam totum loci illius tractum ordine longe corruptissimum, ex mea interpretatione primo loco quæ ita habet: *Chosroem laudibus vehunt atque suspiciunt præter modum non Persæ soli, sed & ex Romanis nonnulli, velut eloquentiæ amatorem, & qui ad nostratis philosophiæ fastigium peruenerit, transfusis illi in Persicam linguam, opera cuiusdam, Græcorum scriptis. Quo circa dictitant quod totum Stagiritan melius deuorarit, quam Olori filium Pæaniensis orator: quodque Platonis, qui Aristonem patrem habuit, dogmatibus imbutus fuerit, ita vt ne in Timæo quicquam illum fugerit, tametsi hic dialogus præcipue variegatus sit lineari speculatione, & operosa cum primis subtilitate, ac naturæ motus scrutetur: neque etiam Phædon, aut Gorgias, aliusue quispiam ex dialogorum illorum numero, qui & elegantes & obscuri habentur, illius cognitionem subterfugerint, cuiusmodi est Parmenides. At ego nunquam adduci possim, vt credam ipsum tam præstanti fuisse doctrina, vt eam summam fuerit assecutus. Qui etiam fieri potuit, vt pura illa vetustorum nominum libertas, quæ, cum ipso rerum naturam, cumprimis est proficua & opportuna, in agresti quapiam & barbara lingua conseruetur? Qua ratione homo regio fastu a puero educatus, multa adulatione delinitus, viuendi genus ferum colens secutus,*

secutum, quod ad bella & instruendas acies semper spectet, quomodo inquam is, qui ita vitam exegit suam, magnum aliquem & memoratu dignum percipere fructum, exercerique utiliter in iis disciplinis potuit? Si quis igitur laudaret eum, quod quum rex esset, & Persa, ac tantarum gentium pariter & rerum cura illi incumberet, nihilominus degustare has artes concupierit, eaque gloria efferri, certe & ego quoque eiusmodi virum collaudarem, ceterisque barbaris omnibus anteferrem. Quotquot vero sapientem admodum illum appellant, & tantum non antesignanum omnium, qui usquam gentium philosophiae operam navarunt, usque adeo ut cuiusuis artis atque disciplinae principia & caussas pernouerit, illi deprehenduntur in primis a vero exorbitare, solamque vulgi famam esse secuti. Uranius quidam nomine, gente Syrus, in regia urbe vagabatur, artis medicae professionem se venditans, qui quum nullum Aristotelis dogma exacte calleret, plurima tamen scire se iactitabat gloriosus miles, eo quod in concionibus palmam in altercando facile obtineret. Crebro namque ad imperatoriam porticum ventitans, aut in librariis officinis sedens, cum hominibus eo confluentibus disceptabat, & magnifica crepabat, usitata quadam de summo bono verbula identidem ingeminans, cuiusmodi illi natura esset & substantia, an ne affectibus sit obnoxium, an vero simplex & impermixta natura: idque apud eos quorum tamen bona pars nunquam literatoris ludum, ut arbitror, frequentarat, ne dum elegantiore vita educta fuerat. Hactenus Agathii historiam ex nostra interpretatione pertexuimus, cum qua ut conferatur paratius Christophori Persona translatio, subiiciam eam, cum ut consulam tenuioribus, quibus libri copia nō est, tum ut *μισάνθρωποι* isti caecitatem peruideant suam. Ea talis est:

Non enim hunc Persa solum ultra quam decet laudibus ferunt & demirantur, sed Romanorum plerique, ut eloquentiae studiosum, & qui ad nostrae philosophiae summam peruenerit notionem, & Graeca opera in Persicam linguam nonnulla transtulerit: addunt tamen & Stagiriten, id est, vini amphoram longe melius perpotasse, quam rhetor Paeanieus olore perscripserit fabulam. Quinetiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atque adeo ut ne Timaeus hunc quidem praeterea, tametsi lineari speculatione diuarietur, & natura rimetur motus. nec Phaedon ipse, neque Gorgias, vel dialogorum auctor alius quisquam, ut Parmenides, & ceteri item, quibus varia sententiarum profunditate sunt multa conscripta. Ipse vero non egregie adeo hunc eruditum fuisse existimauerim, ut summam disciplinarum teneret. Qui enim fieri id poterat, veram illam & liberam ut veterum neminum pronunciationem, ita & rebus ipsis maxime congruentem lingua quadam ut agresti & rudiori & a Musis penitus aliena servaret? quo inquam pacto vir regio fastu ex immodicis adulationibus ab ineunte aetate illectus, ac vivendi consuetudinem nactus supra modum barbaricam, & qui

bella semper & acies animo agitarit. exerceri in his poterat disciplinis, ex hisque fructum aliquid sibi vendicaret? Quod si quis iccirco hunc laudet, quia quum rex esset & Persa, tantarumque gentium & maximarum rerum curam haberet, utcunque tamen degustare artes literarias voluisse, ex eaque ut gloriam, ita & animi capere voluptatem, profecto & ipse hunc laudarem, perinde præ ceteris barbaris admirandum. Sed qui hunc nimium sapientem appellant, & quasi philosophos ceteros præstitisset omnium artium disciplinarumque caussas nosse affirmant, & qualem fortasse Peripatetici maxime eruditum præfiniunt, deprehēdentur haud dubie nihil prorsus ea quæ vera sunt peruidisse, sed vulgi duntaxat famam sectari. Vir quidam genere Syrus Uranius vocitatus, dum Byzantii versaretur, artem quidem medicam profitebatur, sed Aristotelicæ disciplinæ prorsus ignarus, nil denique vera cognitione tenebat, fremebundus tamen & insolens quam multa se percallere iactabat: & quum forte inter cœtus hominum versaretur, ut erat suapte natura contentiosior, sæpe etiam pro regiis porticibus ipsis astabat, plerunque in librariorum tabernis venalitiis assidebat, & ad hominum turmas se eodem cogentium, verba magnifica perinde mirabundus & stupidum factitabat, consueta quædam de Deo longis verborum ambagibus, his qui se circumsisterent postulantibus, qualisnam scilicet illi esset natura, quænam substantia, utrum afficiatur, utrum curæ sit expers, & alia quædam eiusmodi, qui vero ista profitebatur, ne Grammaticum quidem adiisse unquam crediderim, nec vitam forte rectiorem egisse. At tempus est auctorem ipsum audire Græce loquentem hunc in modum:

ὑμνοῦσι αὐτὸν (Χοσρόην) καὶ ἄγανται πέρα τῆς ἀξίας, οὐ μόνον οἱ Πέρσαι, ἀλλὰ καὶ ἔνιοι τῶν Ῥωμαίων, ὡς λόγων ἐραστὴν καὶ φιλοσοφίας τῆς παρ' ἡμῖν εἰς ἄκρον ἐλθόντα, μεταβεβλημένων αὐτῷ ὑπό του εἰς τὴν Περσίδα φωνὴν τῶν Ἑλληνικῶν συγγραμμάτων. καὶ τοίνυν φασίν, ὅτι δὴ ὅλον τὸν Σταγειρίτην ἐγκολπιώτερον εἴη μᾶλλον ἢ ὁ ῥήτωρ Παιανιεὺς τὸν Ὀλόρου. τοῦ τε Πλάτωνος τοῦ Ἀρίστωνος ἀνάπλεως εἴη δογμάτων. καὶ οὔτε ὁ Τίμαιος αὐτὸν διαπέφευγεν, εἰ καὶ σφόδρα γεωμετρικῇ θεωρίᾳ πεποίκιλται, καὶ περὶ τῆς φύσεως ἀνιχνεύει κινήσεις, οὔτε ὁ Φαίδων, οὔτε ὁ Γοργίας. οὐ μὴν οὐδὲ ἄλλος τις τῶν γλαφυρῶν καὶ ἀγκυλωτέρων διαλόγων, ὁποῖος ὁ Παρμενίδης. ἐγὼ δὲ οὕτως αὐτὸν ἄριστα ἔχειν παιδείας καὶ ταύτης τῆς ἀκροτάτης, οὐκ ἄν ποτε οἰηθείην. πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων ἐλευθέριον καὶ πρὸς γε τῇ τῶν πραγμάτων φύσει προσφορόν τι καὶ ἐπικαιρότατον, ἀγροίκῳ τινὶ γλώττῃ καὶ ἀμουσοτάτῃ ἀποσωθῆναι; πῶς δὲ ἀνὴρ βασιλείῳ τύφῳ ἐκ παίδων καὶ κολακείᾳ πολλῇ γεγανωμένος, δίαιταν δὲ λαχὼν εἰς ὅτι βαρυτάτην καὶ πρὸς πολέμους ἀεὶ καὶ παρατάξεις ὁρῶσαν, πῶς δὴ οὖν ὅδε βίος ἔμελλε μέγα τι καὶ λόγου ἄξιον ἐν τούτοις δὲ ἀπονάσθαι τοῖς διδάγμασι καὶ ἐνασκηθῆναι; εἰ μὲν οὖν ἐπαινοίη τις αὐτόν, ὅτι δὴ βασιλεύς γε ὢν καὶ Πέρσης, ἐθνῶν τε τοσούτων καὶ πραγμάτων μέλλοι αὐτῷ, ὅδε ἐφίετο γοῦν βραχέα ἀμηγέπη ἀπογεύσασθαι λόγων, καὶ τῇ περὶ ταῦτα σπουδαστῇ δόξῃ ξυνεῖναι· ἐπαινοίην ἂν καὶ ἔγωγε τὸν ἄνδρα, καὶ μείζονα θείην τῶν ἄλλων βαρβάρων. ὅσοι δὲ λίαν αὐτὸν σοφὸν ἀποκαλοῦσι, καὶ μηδενὶ χρῆναι ἴσως ὅτι ποτὲ πεφιλοσοφηκέναι ὑπερβαλ-

λόμενοι,

λέαιμεν, οἷς καὶ ἁπάσης τέχνης τε καὶ ἐπιστήμης αἱ ἀρχαὶ καὶ αἰτίαι διαγνωσθεῖεν; ἐκεῖνοι ἂν μάλιστα φωραθεῖεν οὐ τῶν ἀληθῶν ἐσχατημένοι μόνη δὲ τῇ τῶν πολλῶν ἐπαιρόμενοι φήμῃ. Ἀνὴρ δέ τις Οὐρανίος ὄνομα, Σύρος τὸ γένος, κατὰ τὴν ὅσον ἴσως πόλιν ἠλᾶτο, τέχνην ἐπαγγελλόμενος τὴν ἰατρικὴν μὲν εἰδὼς, τῶν Ἀριστοτέλους δογμάτων οὐδὲν μὲν εἰς τὸ ἀκριβὲς ἐγνωκὼς, ἐκκομψεύεσθαι δὲ ὡς τὰ πλεῖστα εἰδέναι βουλόμενος, τῷ θρασεῖς εἶναι παρὰ τοὺς συλλόγους. πολλάκις γὰρ ἰὼν περὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, καὶ ἐν τοῖς τῶν βιβλίων πρατηρίοις πολλὰ παρατρέχων διετριβεν, καὶ ἐμεγαληγόρει πρὸς τοὺς αὐτόθι ἀγειρομένους, καὶ ζητεῖν δὴ τὰ εἰθισμένα ῥηματα οἱ κρείττονες περὶ ἀνακυκλοῦν· ὁποῖον δή τι αὐτῷ ἔστι φύσις ἐστὶ καὶ ἡ οὐσία, καὶ τὸ παθητὸν καὶ τὸ ἀσυγχυτον, ὧν οἱ πλεῖστοι οὐδὲ εἰς γραμματικῆς οἶμαι φροντίσαντες, ὅμως οὖν ἄριστοι ἐκεῖ διητημένοι.

Venio nunc postliminio ad locũ illum, in quo præcipua incuriæ nota vertitur, de Stagirite, quem esse Aristotelem nemo iure dubitabit, si vel illud Laertii legerit, Ἀριστοτέλης νικομάχου καὶ φαιστιάδος, σταγειρίτης id est, *Aristoteles Nicomachi & Phæstiadis filius, Stagirita*, deque Præanico oratore quem Demosth. esse dixi, res est nota ex Suida Harpocratione. & Plut in vitis x rhet. δημοσθένης, inquit iste, δημοσθένους ἐκ κλεοβούλης τῆς γυναικὸς τῆς θυγατρὸς, τοῦ δὲ δήμου παιανιεύς. Rursus per Oloræ siue Olori filium designari Thucydidē, quis est qui nesciat? Marcellinus patrem habuisse eum Olorū dicit cognominem Oloro Thraciæ regi: sic enim habet: θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς, ὀλόρου μὲν ἐγένετο πατρὸς τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ ὀλόρου τοῦ θρᾳκῶν βασιλέως. ita & Suidas. Legitur & Herodotus, perspecto Thucydidis ingenio, gratulatus fuisse patri de filio, μακαρίζων, inquiens, τῆς εὐτεκνίας ὄλορε. id est: *Beatū te predico Olore, qui talem genueris filium*. Cur autem dicat Cosroen accuratius imbibisse Aristotelem, quam Demosthenes Thucydidē, ex historia petēdum, quæ ex Luciano nota est, qui ad illiteratū, sed librorū copia stulte gloriosum scribens, ait Demosthenē octies descripsisse sua manu Thucydidis historias, non aliā ob caussam, quam vt fideliter eius scripta memoria cōplexus, dictionē floridam imbiberet, familiaremq; sibi redderet. Sed de his abūde multa. Non possum autē quin & vnius atq; alteri⁹ loci corrigēdi indiciū faciā, q *in c. lib. 2.* historiarū eiusdē auctoris exstat, vbi de Narsetis eunuchi industria in exercēdo & ad militares labores assefaciēdo ad milite loq̄it̄, vbi interpres hūc in modū locū vlceravit. *Nā & decurrere eos cogebat, & in equū agiliter desilire, armatosq; tripudiis agitari, & tuba classicū personante, obtā de.* Græce ita legit̄: τροχάζειν αὐτοὺς ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔστι πυρρίχην τινὰ ἐνόπλιον ἐξελίττεσθαι, ἢ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι τὸ ἐνυάλιον ἠχούσῃ hoc est *faciens eos in orbem decurrere, & in equis decenter velitari, & in speciem armatæ cuiusdam pyrrichæ circumuehi, & confestim tuba classicum cantu ad signa turmatim cogi*: id enim est meo quidem iudicio καταβομβεῖσθαι instar apum examinis condensari, vel apum more conuolare. Erat autem barbarici agminis species triangularis, & Δ literę

similis: frons ipsa anterior, quæ in acutum claudebatur, frequens quidem & densior erat, quia circumquaque scutis obstruebatur, dixeris sane suis hos caput ex ea instructi agminis serie figurasse. Alæ autem vtrinq; per turmas & agmina condensatæ, & quã maxime introrsus protensæ, placide ab inuicem dirimebantur, in progressuque in vastam terminabantur latitudinem, ita vt in medio vacuus locus relinqueretur, e quo terga nudata ex ordine comparerent: nam terga tergis inuicem verterant, vt facie versi in hostem essent, e tutoque & scutis prælatis certarent: posteriora vero opposita erant, vt se acrius tuerentur. Subiiciam nunc Græca verba, e quibus ceu speculo certa habeatur cognitio: ἦν δὲ αὐτοῖς ἡ ἰδέα τῆς παρατάξεως. οἷον εἰς ἔμβολον, δέλτα τῷ γράμματι ἐοικὸς καὶ τὸ μὲν ἐμπρόσθιον ὅσον εἰς ὀξὺ ἔληγε στεγανόν τε ἦν καὶ πυκνωθὲν τῷ πανταχόθεν τοῖς ἀσπίσι ἀποπεφράχθαι· φαίης τε ἂν αὐτοὺς συὸς κεφαλὴν τῇ συνθέσει ἀποτυποῦσθαι. τὰ δὲ σκέλη ἑκατέρωθεν κατὰ στίχους τε καὶ λόχους εἰς βάθος ξυγκείμενα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον εἰς τὸ ἐγκάρσιον παρατεταμένα διίστατο ἀπ' ἀλλήλων ἠρέμα καὶ διεχώρει, καὶ προϊόντα εἰς μέγιστον εὖρος ἀπεπλατύνετο, ὡς καὶ τὸ μεταξὺ χωρίον κενὸν καθεστάναι, καὶ τὰ νῶτα γυμνὰ τῶν ἀνδρῶν στοιχηδὸν διαφαίνεσθαι. ἀντεστραμμένοι γὰρ σφᾶς αὐτοὺς ἐτύγχανον, ὅπως τοῖς μὲν πολεμίοις ἀντιπρόσωποι εἶεν, καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ἀγωνίζοιντο τὰς ἀσπίδας προβεβλημένοι, τὰ δὲ ὀπίσθια διὰ τὸ ἀλλήλοις ἀντιτετάχθαι διαφυλάττοιντο. id est: *Erat alia agminis species velut in cuneum conformata, Δ Græcæ literæ assimilis, cuius frons in acutum desinens, impenetrabilis erat, & præ densitate solida, eo quod vndequaque clypeis obsepta erat: dixisses eos apruigni capitis effigiem structura agminis referre. Alæ vtrinq; in longum excurrentes seriatim cateruatimque, longissimeq; in transuersum protenta, paululum a se inuicem diffidebant ac disiungebantur, & paulatim in longissimum iugum desinebant. sic vt inter medium spacium vacuum relinqueretur, & per singulos ordines terga viris nuda interlucerent: etenim auersi sibi inuicem constiterant, vt aduersa sibi inuicem constiterant, vt aduersa fronte hostẽ exciperent, & tuto præliari possent obiectis clypeis, simulq; caudam exercitus tuerentur mutuo opposito.* Ceterum libri materiam nasci mihi video, si cunctas quæ in eo auctore latent mendas sanare, vel saltem stibio inducere velim.

De Sirio stella, inibi locus apud Hyginum emendatus: & alter apud Pollucem: item apud Orum Apollinem & Plutarchum.

CAPVT V.

S*Irij* apud auctores multa passim est mentio, tum pro stella ipsa, tum pro sole quoque. Vtroq; modo exponi potest apud Virgil. in tertio Æneidos, ibi:

Tum steriles exurere Sirius agros.

Sed vt de stella minime dubium est, ita in controuersiam vocari potest, an pro sole vsurpata vox legatur. At enimuero istam ambiguitatem

biguitatem eximit Suidas Grammaticus, diserte annotans σείριον a quibusdam exponi τὸν ἥλιον, hoc est, Sirium solem: cuius testimonium confirmat Archilochi auctoritas, naturali ratione illud de sole efferentis: Πολλοὺς μὲν αὐτῶν σείριος καταυανεῖ ὀξὺς ἐλλάμπων. id *Multos ex illis sol siccabit, assiduque suo durabiles reddet*: id namque solis proprium est, vi sua ignea corporum humorem rapere atque depascere. Similiter vsus est & Lycophron in Alexandra de Aiacis corpore in littus e mari eiecto loquens, ibi ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτῖνες σειρίου καταυανοῦσι. id est: *Cadauer expulsum arefaciet solis radius*. Vides manifeste Sirium vtrobique pro sole accipi. Accedit quod Ibycus poeta Rhegynus σείρια astra vniuersa vocaret, testante Suida, vel quod sint quasi τείρεα quædam, & nauigantibus signorum sint loco. vel διὰ τὸ τείρειν τὸ θαυμάζειν. Porro admonendus es lector obiter de immutata a nobis nonnihil lectione in versu Archilochi modo citato, in quo apud Plutarchum in Symposiacis legitur κατ' ἀβαίνει, quam vocem haud dubie corruptam molliter mutaui in καταυανεῖ ex Lycophrone, qui ad illum versum parodice allusisse videtur. Ceterum vti consentiunt auctores in Sirio, quod sit stella fulgida in lingua Canis ardens, ita tamen variant cuius sit: nam sunt qui Orionis canem faciunt, nonnulli Isidis, rursus alii Cephali: Timosthenes proprium nomen esse voluit: non desunt qui Icarii canem fuisse prodiderunt, qui filiæ eius Erigone cadauer patris indicarit ab agricolis interemti, *vt ex Polluce lib. 5. cap. 5.* discas, vbi male σύριος legitur pro σείριος. quam fabulam latius enarrat Germanicus Cæsar, & item Hyginus in fabulis & astronomicon secundo, edito etiam canis proprio nomine, quem Neæram vocat Germanicus Cæsar probatiore (vt equidem existimo) lectione, quam apud Hyginum legas Meram. Neque minor pugna est de vocis etymo, contendentibus Grammaticis Sirium dictum quasi ζείριον propter feruorem, παρὰ τὴν ζέσιν: vel quia nos diffluentes sudore exinanit, παρὰ τὸ σύρειν, quod significat vacuare atque inanire: vel quod faciat canes rictu & aperto ore hiscere, αἴτιος τοῦ σεσηρέναι, vt annotat Lucilius Tarrhæus. Hyginus ex arato a σελαίνω originem nominis deriuat, quod lucere & & siccare notat: is enim in Phænomenis ita ferme describit Sirium:

ἡ δέ οἱ ἄκρη
ἀστέρι βέβληται δεινοῦ γένυς ὅς ῥα μάλιστα
Ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι Σείριον.

Id est:

Ora canis summa accendit graue sidus & acri
Igne micat splendens quo nomine Sirius audit.

Præterea sunt qui nomen deducant ἀπὸ τοῦ σείρειν, quod immodico æstu cuncta rapiat atque desiccet: vnde rapidi epitheton apud Virgilium, ibi:

Iam rabidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo.

Et item apud Lucanum in 10. Pharſ.

Rabidos qua Sirius ignes
Exerit

Quid, quod ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, quod ſcintillare & tremulo motu vibrati denotat, nomini ansam præbuiſſe putāt quidam? Feruoris huius illæ ſingularis meminit apud Græcos & Euripides in Hecuba, verbis

ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς
id eſt:

Aut vbi Sirius flammantes ignis radios oculis exſpuit.

Et Valerius Flaccus Argonaut lib. 1.

Et Calabris populator Sirius arui.

Statius quoque Syluarum lib. 1.

Implacitos lethali Sirius igni.

At enimuero, vt ad Critolai libram expenſius rem reuocemus, obſeruandum eſt, ſidus integrum (quod Latini minus rectè canis ſtellam nominant) a Græcis ἀστροκύων dictum, præcipuas habere duas ſtellas, in capite vnam, quæ Isis vocetur, & alteram in lingua, quæ Sirius proprie & Canis nuncupetur. Vnde apud Diodorum *lib. bibliot. lib.* 1. locus illuceſcit, vbi inter reliquos titulos columnæ Isidis inſculptum fuiſſe memoratur,

Ego ſum in aſtro canis refulgens.

Hinc etiam melius intelligi poterit Orus Apollo, cuius in Hieroglyphicis hæc verba leguntur: ἴσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν, ἀστὴρ αἰγυπτιστὶ καλούμενος σῶθις, ἑλληνιστὶ δὲ ἀστροκύων. id eſt, *Isis illis eſt ſtella, quæ Aegyptia lingua Sothis, Græca Aſtrocyon nominatur*: ita enim apud illum legendum eſt, non ἀστροκύων, vt perperam in codicibus impreſſis legitur, atq; ea lectio etiam apud Germanicum Cæſarem reponenda eſt, *Aſtrocyon* legendo, non *Aſtrocyon*. Fidem facit & Porphyrius in libello de antro Nympharum, vbi inquit: σῶθις γὰρ ἡ κατ' αἰγυπτίους σείριος, ὃν κυνὸς ἀστέρα ἕλληνες φασί.

Locus Claudiani ſenſu non vulgari expoſitus. Iuili de miraculis quibuſdam ad vſum ſpectantibus.

CAPVT VI.

NEmo eſt in literis verſatus qui ignoret, haud dubitandum, pro certo, minimeque ambiguo, ab auctoribus vſurpari, vt in illo Virgilii Æneidos tertio:

Longa tibi dicta parentis
Haud dubitanda refer.

Sed quia reconditum minimeque vulgarem eius vſum obſeruaſſe nullus videor apud Claudianum, quod eo genere impenſius gaudeat is auctor, iubeo. t adieci hîc auctoris locū excerptū ex panegyri

pyri, vt obnoxium nostrum studium in adiuuanda re literaria, quacunque licet, probem. Locus ita habet:

Vt vetitam medio populo mirantibus audax,
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso
Languida.

vbi dubitanda nihil, pro, non parua aut exigua accipitur: siquidem exilia quæque oculorum aciem prope subterfugiunt, præ nimia exilitate dubitationem nobis adferre solēt. Memini ante annos aliquot spectasse me non sine magna animi voluptate Mecliniæ, nobili Brabantiæ oppido, cerasi calculum in modum quasilli exsculptum, quo cōtinebantur quindecim alearum paria suis punctis affabre distincta, ita vt acie oculorum dignosci potuerint clare, cui tamen non dubia aut tenebrosa erat illa oculorum lux, ne discedam longius a proposito: istud mecum oculata fide testari plures possunt. Fuerat autem emtus is calculus ab Hagano quopiam apud Confluentes Rheni & Mosellæ. Memorat Plinius *lib.* 7. eiusque plagiarius Solinus, de Iliade Homeri, quam nucis putamini inclusam vidisse se testetur Cicero. Idem Plinius Callicratem quendam formicas eiusque generis alia animalcula tam minuta ex ebore fabricasse scribit, vt earum partes a ceteris discerni nequirent. Rursus Myrmeciden in eo genere clarum, qui ex eadem materia quadrigam fecerit, quam musca alis integeret: item nauem, quæ pennis apiculæ absconderetur. Nostra hac ætate ad miraculum vsque insignem in describendis minutissimis caracteribus Franciscum Alumnum commemorat Petrus Aretinus in epistolarum opere, quod homo Italus sua lingua scriptum addidit, quem ait sine notis (quas abbreuiaturas vocant barbari) descripsisse integrum symbolum Apostolicum, & principium Euangelii Ioannis, quod e sacro recitant sacrifici: atque hæc ambo in spatio denarioli, stupentibus Imperatore Carolo & Clemente Pontifice, reique nouitate vix oculos satiare potentibus.

Ex D. Cypriano locus emendatus.

CAPVT VIII.

Iniquum mihi fore spero neminē, si præter artis meæ & bonarum literarum professionē, emendandis etiam sacris scriptoribus manum admoueam, modo res extra dubium poni probarique queat. Locus est apud D Cyprianum lib. de Idolorum vanitate, vbi de præstigiis & impostura dæmonum, qui vulgus veritatis prodigum seducunt, agens ita inquit: *Et magis inde est ad perniciosa vel ludicra potentatum, quorum tamen præcipuus Sosthenes formam Dei veri negat conspici posse, & angelos veros sedi eius dicit assistere.* Qui locus ita est a macula vindicandus, hoc pacto scribendo: *Et magis inde (a dæmonibus videlicet) est ad perniciosa vel*

ludicra potentates, quorum tamen præcipuus Hosthanes, &c. Quam interpolaturam ne quis vt arrogãtem damnet, aut in culpam vocet, conuinci potest Minutii Felicis verbis eadem de re & eadem ferme lege cadentibus, libro aduersus gentes vltimo: *Eorum*, inquit, *Magorum & eloquio & negotio primus Hosthanes, & verum Deum merita maiestate prosequitur, & angelos, id est, ministros & nuntios Dei. Sed veri, eiusque venerationi nouit assistere.* Quod vero Hosthanes verior sit lectio & magis germana, siue, *vt apud Plinium est*, Osthanes, docebit iste *lib 30 capite 1. Primus*, inquit, *vt equidem inuenio, de Magia commentatus Osthanes.* Et iterum. *Hic maxime Osthanes ad rabiem, non auiditatem modo scientiæ eius, Græcorum populos egit.* & rursus capite sequenti: *Vt narrauit Osthanes, species Magiæ plures sunt*, Suidas Hostanes, ὀστάνης, scribit: *Astrorum*, inquiens, *cursus auctore Zoroastre primi Babylonii excogitarunt, post quem & Hostanes.* Idem alib. commemorat *Magos in Persarum gente Hostanas per successionem generis cognominatos fuisse.*

D. Cyrilli locus emendatus, vitio interpretis corruptus.

CAPVT VIII.

CYrilli opus exstat aduersus Iulianum, doctum cumprimis, in cuius libro primo Orphei versus leguntur hi:

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί. θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοις
πᾶσιν ὁμῶς, σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
μουσαῖ' ἐξερέω γὰρ ἀληθέα.
Quos fas est audire: loquar: munite profanis
Ostia & obstruite: ast autem Musæe nitentis
Progenies Lunæ obuersus mihi vera canenti.

In his versibus Oecolampadius interpres, pro luna, memoriam vertit, visus legisse μνήμης, pro μήνης, sed manifesto errore, vt ostendam, si prius indicaro discrimen lectionis horum versuũ. Eos enim ita legas apud Iustinũ martyrem in parænetica oratione ad Græcos, aliter apud Eusebium libr. 13. Euang. demonstr. vbi ita citantur:

φθ. οἷς θέ. ἐ. θ. δ' ἐπὶ βέβηλοι
φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς, θείοιο τεθέντος
πᾶσι νόμου σὺ δ' ἀ. φ. ἔκγονε μήνης &c.

Illic procul absistere & excludi a mysteriis audiendis profanos vult. hic eosdem deterret ne ad ea accedant, quando iustitiæ diuinæ grauis vltio illis impendeat. Quod autem μήνης, vt apud vtrunque auctorem exstat, legendum sit, comprobat Hermesianax Colophonius in tertio elegiacorum libro, vbi de Musæi amasia loquitur:

οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
μουσαῖος χαρίτων ἤρατο, αὐτοπόλιν.

Delitiæ Charitum. soboles Musæi micantis
Lunæ, non tacitam liqueris Antiopen.

& Proclus Diadochus lib. I comment. in Platonis Timæum, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυστηρίων ἡγεμόσιν εἶναί φησι. quandoquidem & sacerdotibus Eleusinorum sacrorum præfectis genus esse a Musæo illo Lunari asserit. Vides clare illic lunæ filium, hic vero lunarem, velut lunæ progeniem, dici. Addendum est & illud, interpretem etiam alium versum sua interpretatione corrupisse illis:

καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.
Fluminaque, & cani spuma maris alta verago.

vbi interpres loco πολιῆς id est, cani, legisse videtur πόλεις, vrbes; sic nanque conuertit: Et flumina, ciuitates, profundumque iucundi maris.

Cur Herculeum Tarentum dixerit in tertio Æneidos Virgilius.

CAPVT IX.

CVr Herculeum Tarentum epitheto vocarit antiquitatis altissimus gurges Virgilius, in eo versu,

Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti Cernitur:

altiore indagine perquirendum esse duxi: quando minime omnium placuerit Seruii annotamentum, quo Herculeum dici vult, a Phalantho auctum octaua generatione ad Herculem genus suum referente. Equidem existimo poetam respexisse (id quod non semel alias fecisse deprehenditur) ad locum Aristotelis in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, de mirabilibus fama cognitis, qui sic habet: λέγεται δὲ μετὰ τὸ παραλαβεῖν τοὺς Ταραντίνους, Ἡράκλειαν τὸν τόπον καλεῖσθαι, ὃν νῦν κατοικοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς ἄνω χρόνοις τῶν Ἰώνων κατεχόντων, πλεῖον, ἔτι δὲ ἐκείνων ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν κατασχόντων αὐτὴν, Σίγειον ὀνομάζεσθαι. quæ verba hoc sonant: *Fertur nomen loco, quem nunc habitant Heraclea (quasi Herculeam dicas) fuisse, postquam Tarentinos sibi adiunxerat bello superatos: superioribus temporibus ab Ionibus Plium a nauigandi argumento: ante illos vero ab incolis primis Sigaum fuisse appellatam vrbem.* Ad quem locum quod poeta respexerit, vt credam, faciunt Virgilii verba illa, *Si vera est fama:* vt Aristotelis fide non plane stare se ostenderet: quippe e fama cognita pleraque illic referentis, id quod & libri titulus facile indicat. Herculeum ergo ab Hercule bello deuictũ, vel ab Hercule illic diuersato infestum, quippe quũ ille pleraq; Italiæ loca adierit, non dissimulante hoc & Aristotele. Potest videri Herculeum quoq; appellasse ea ratione, qua poetæ locis propinquis aut eiusdem nominis, diuersis tamẽ, quippiam vni tantũ peculiare attribuunt promiscue: qua in re multus est Pindarus: vt epitheton quod vrbi vicinæ in eodem sinu Tarentino sitæ Thurio debebatur, Tarento adscripserit, quippe vbi sagittæ Herculis, Troiæ fatales;

a Philoctete fuerint repositæ & dedicatæ, vt in libello modo citato scribit Aristoteles, & libro vicesimo Trogus Pompeius: quéadmodum Pellæum Canopum appellat in quarto Georg. Virgilius, non ab Alexandro positum e Pella Macedoniæ oriundo, sed vicinum Alexandriæ a Pellæo Alexandro conditæ. Attexenda est huc & tertia huius epitheti ratio, vt Herculeum dixerit Herculis numini sacratum. Taras nanque vrbis conditor, Neptuni filius, Herculi pariter & patri bina sacrauit templa, quo fauorem vtriusque numinis coloniæ nouæ conciliaret, vt nimirum Herculis præsidio fortiter ageret ditesceretque, Neptuni vero ope mare haberet propitium, & feliciter degeret, veluti ex Helenii Acronis in Horatium commentariis, discere est. Vtrumque occulte designat numisma Tarentinum, in quo visitur Taras Delphino insidens, læuaque Copiæ cornu præferens cum Græca inscriptione τάρας. Fuerit & illud pretium operæ adscribere hoc loco, cur similiter Herculeos Baulos vocarit Sillius Italicus *lib. Punicorum duodecimo*: ibi,

Herculeos videt ipso in littore Baulos.

vbi Herculeos vocat ab Hercule ibi diuersato, quum eo ex Erithya Geryonis armentum egisset: id quod Symmachus testatur his verbis: *Herculem armenta Geryonis agentem peruenisse Baulos, vt nunc dicimus, ante βοαύλια: at inde Gaugos in Phlegræo sinu abegisse gigantes, & regionem liberasse memorant.* Certe & oppido nomen fuit Baulis, quasi βοαύλοις, id est, bubilibus, quod boues Herculis a Geryone abacti eo loco fuerint stabulati: mentionem huius opidi facit Mar. Cœlius Rufus *lib. epist. famil.* 8. *Ego*, inquit, *qui scirem Q. Pompeium Baulis schœnobaticam facere, &c.* De eo & Seruius in 6. Æneidos meminit.

Quid Ciborium apud Horatium.

CAPVT X.

Apud Horatium Flaccum lib. carminum secundo, oda septima, ibi:

Obliuioso læuia Massica Ciboria exple.

Porphyrion Grammaticus Ciboria proprie dici folia colocasiorum annotat, & pocula in eorum similitudinē facta: rectius quidem quam Acron qui Alexandrina poma ea exponit. Verū quia parum isti mihi satisfaciunt, plenius aliquanto de his perscribenda videtur ratio. Dioscorides *lib.* 2 *cap.* 97. bifariam enuntiari ciborium & cibotion dicit a scrinioli arculæue similitudine, ostenditq; fabæ Ægyptiæ caulē, vbi defloruerit folliculos quasillorum similes producere, in quibus faba operculum excedens protuberat ampullæ in morem. Quo loco dissentire videtur Dioscorides ab aliis auctoribus: nam Nicander, cuius versus mox subiiciā, Ciboria proprie folia fabæ Ægyptiæ accipere videtur. Athenæus in

3 etiam

etiam herbam ipsam, vel potius flores eius, quum ait, γίνεται δὲ ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ αὐτῆς στεφανωτικόν. id est: *E ciboriis concinnatur & flos ad coronas expetitus.* Alii, inter quos Hermolaus Barb. Ciborium fructum esse fabę Ægyptiæ & colocasiæ ait. Vbi rursus obserua a Diphilo Siphnio medico, Colocasiam peculiariter vocari fabæ Ægyptiæ radicem. Cum Nicandro sentire Plinium autumo, cui⁹ hęc sunt *lib. 21. c. 15.* verba: *In Ægypto nobilissima est collocasia, quam cyamon aliqui vocant, hanc e Nilo metunt.* Deinde subdit: *at Ægyptii adeo Nili sui dotibus gaudent, vt implexu colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant:* vbi per implexa folia colocasiæ, ciboria periphrastice circumscribi arbitror. Versus autem Nicandri in γεωργικῷ. quibus colocasiæ partes omnes, earumque vsus ad amussim descripsit, hi sunt:

Σπείρας κυάμον Αἰγύπτιον, ὄφρα θερείους,
Ἄνθεα μὲν στεφάνους ἀνύῃς, τὰ δὲ πιττωθέντα
Ἀμμιγέα... ποιμενικὰ κιβώρια δαινυμένοισι
Ἐς χέρας ἠϊθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρίξῃς,
Ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας ...

Quos versus ita obiter pedibus adstrinxi:

Demessaque faba Pharia, quam seueris, hinc tu
Communes sertis flores, protentaque late
Maturo fructu plenoque ciboria, in vsum
Poclorum, manibus verset lasciua iuuentus,
Dum curat genium: at coctis radicibus vtor
In cœnam appositis.

Quod autem ciboria in vsum poculorum vocarint, factum puto propter insignem foliorum amplitudinem, quæ petaso assimilat Dioscorides, pileo Thessalico Theophrastus: ille enim huic herbę tribuit folium μέγα ὡς πέτασον, galeri instar prægrande: hic vero *lib. de plantarũ historia quarto.* τὰ μέγεθη πίλῳ θετταλικῷ ἰσομεγέθη scribit. Hinc etiam natum, quod Ciborii vocabulum pro capaciore poculo acceperint auctores, quo in significatu extulit hic Horatius & Hegesander Delphus de Euphorione loquens: τοῦ δὲ κώθωνος οὐ μάλα σεσοβηκότος, λαβὼν ἓν τῶν κιβωρίων ὡς ἐξουρῶν ἐνεμύγθη ... id est: *Dum acriter certatur poculis, arrepto e ciboriis vno velut semulenius imminxit.* Didymus etiam annotat Ciborium esse poculi genus: & addit Athenæus *in vndecimo*, fortassis, inquiens, fuerit scyphium, quod dicitur, eo quod a fundo sursum versus in angustum ceruicem contrahatur, ciborii Ægyptii instar, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ αἰγύπτια κιβώρια. Meminit huius & Strabo lib. vltimo in hæc verba, de quibusdam rebus Ægypto peculiaribus loquens, οἷον ὁ αἰγύπτιος λεγόμενος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον. id est, quale est Ægyptia, quam vocant, faba, e qua ciborium fit.

Qui dicatur Saturnius versus.

CAPVT XI.

SAturnius versus vocatur, iambicus trimeter hypercatalecticus, hoc est, vnica syllaba senarii legem superans, quē ab Hipponactis virulenti poetæ notissima maledicentia, Hipponactiū quoq; dictum ex Honorati Seruii Centimetro liquet. Terentianus Maurus originem huic versui græcam astruit, quum vetustas, *vt inquit*, crediderit Saturnium vocandum, tanquam Italis repertum, neq; tamen ille hoc probat. Sextus Pompeius Saturnios appellatos ait, versus antiquissimos, quibus Faunus fata hominibus cecinisse videtur: quo genere versuum etiam Næuius poeta bellum Punicum perscripserit. Ego, quid hac in re certi dicam non habeo, nisi quod putem Saturnii nomenclaturam referendam esse acceptam diritati ac malitiæ eius dei: quippe quum doceri possit, minarum plenum & contumeliosum fuisse hoc genus versuum, iratisq; congruum. Testatum hoc facit auctor iam dictus lib. de metris, quum ait:

Et Næuio poeta sic ferunt Metellos
Cum sæpe læderentur, esse comminatos,
Dabunt malum Metelli Næuio poetæ.

Idem docet Pataninus Pedianus Ciceronis interpres vetustiss. sic inquiens: Antiquum Næuii est:

Fato Metelli Romæ fiunt Consules.

Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui & Saturnius dicitur:

Dabunt malum Metelli Næuio Poetæ.

Hinc tolli poterit obscuritas omnis in versu a me in Oda quadā conscripto:

Non placet irati Saturnia lima Metelli,

quum significatum vellem, non probari mihi mordacitatem & amarulentiam in carmine. Meminit & Varro *lib. de lat. lin. 6.* vbi ait: *Ita vt Faunus & Fauna sint in his versibus, quos vocant Saturnios.* Porro elegans est & non expers salis in Metellos parodia siue allusio ad Næuianum illum versum, in Ciceronis Verrina secunda, in iis verbis: *Nam hoc Verrem dicere aiebat, te (Metellum designans) non fato, vt cæteros ex vestra familia, sed opera sua consulem factum.*

Euripidis versus explicatus.

CAPVT XII.

TYrannos, qui primi Sicyonem Achaiæ vrbem copiosissimā tenuere, albis mulis inuectos fuisse lego in commentariis Demosthenicis: quo nominē Midiam velut ad tyrannidem aspirantem, aut saltem illorum tyrannidis imitatorem incessit amaro morsu Demosthenes, quum ait: ἐπὶ λευκοῖν τοῖν ἐκ Σικυῶνος, ...

Λευκαῖ

λευκοζύγεις τοῦ ἐκ ...οντος· id est: *Quodsi quopiam alio pareт, albo Sicyoniorum iugo vehatur.* Ad hunc tyrannorum morem candidos mulcos curribus suis iungentium, allusisse crediderim Euripidem in tragœdia, cui Herculi furenti nomen est, vt sub λευκοπώλων, quasi albis pullis iumentisue vtentium, nomine tyrannos designat. Ita enim ait:

> πρὶν λευκοπώλω τὴν πυργωθῆναι χθόνα
> ἀμφίον' ἠδὲ ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

id est: *Priusquam Amphion & Zethus Iouis liberi, albis mulis inuecti tyrannidem huius vrbis inuaserant.* Narrat enim illic Amphitrion e vetusta fama Lycum primum obtinuisse imperium Thebarum Bœotiæ (quas a septem portarum numero ἑπτάπυργον πόλιν nominat) antequam vrbs in dominatum Amphionis & Zethi Tyrannorum inciderit. Tyrannicum hunc morem perstringit in Hieronymo nepote Hieronis Syracusanorum regis, quem a morte aui, quadrigis alborum equorum ex regia procedere solitum, more Dionysii tyranni scribit, Titus Liuius *decad. 3 lib. 4.* Non abludit hinc fortassis vetus triumphantium apud Rom. mos, qui curru a quatuor albis equis propter Clitumnum amnem pastis protracto Capitolium ascendebant, veluti digni qui propter fortitudinem rerum potirentur. Quia & Hieronicæ, sacrorum certaminum victores, albis equis inuehebantur, *vt ex Suetonio l quet in Nerone Claudio*, Neapolim eiusmodi equis ingresso, more Hieronicarũ. Adde huc, quod Iason apud Pindarum de stirpe regia Crethei & Athamantis ferẽs, eos λευκίππους πατέρας nominat: & alibi in tragœdia Agamemnonis & Menelai regum Mycenis oriundorum vates compellantur λευκίπποιν μυχλωαῖν ... (?)

De pictis vestibus, & quadratis, quadam scitia ex antiquitate eruta.

CAPVT XIII.

Vestes pictas, ποικίλας & ἀνθινὰς a Græcis dictas, veluti floribus sparsas, antiquitus in vsu fuisse promiscuo cum matronis tum scortis, inuenio, vt de variis gentibus taceam illud docet lib. 2 ὀνειροκρ. cap. 3. Artemidorus Daldianus his verbis: *(γυναιξὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει μάλιστα δὲ ἑταίραις καὶ ταῖς πλουσίαις, ἡ μὲν διὰ τὴν ἐργασίαν, ἡ δὲ διὰ τὴν τρυφὴν, ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται).* id est: *Fœminæ variegata vestis & picta decet, potissime autem meretrici & opulentis matronæ talis conuenit: illa siquidem propter quæstum quem corpore facit, hæc vero propter luxum, pictis vestimentis vtuntur.* Suidas in dictione ἑταιρῶν refert legem fuisse apud Athenienses, vt pictas vestes gestarent scorta. Ἐκ ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν. Earum vsus apud Syracusios interdictus fuerat, *vt in vicesimoquinto historiarũ Phylarchus refert*, scribens lege fuisse cautum, ne aut auro redimirentur mulieres, aut pictis vterentur vestibus (Græce est, ἀνθινὰ φορεῖν) nisi prostare publice, suique copiam facere vellet. Scribit & Diodorus Siculus bibliothecæ *libro quinto*, Liberum pa-

trem, quavis fœmina molliorem, ἀνθινοῖς, id est, pictis vestibus fuisse usum. Jam vero & Siritas, Sirios Italiæ fluuii accolas, promiscue ποικίλους χιτῶνας, hoc est, pictas tunicas gestasse, ex Timæo commemorat Athenæus, & ex eo repetit Eustathius Iliados decimo sexto. Et Strabo in 15 refert duces Persarum æstate amiculum gestare purpureum, pictumue, πορφυροῦν ἢ ἀνθινόν. Eiusmodi vestes etiam ἐμβλήματα Polluci dicuntur, & ζωωτοὶ siue ζῳδιωτοὶ ab animantium formis floribusque intextis: ita enim ait, ὁ δὲ ποικίλος χιτών ἐστιν, ὁ ἔχων ζῷα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα, καὶ ζωωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο, καὶ ζῳδιωτός. Quia vero de vestibus facta est mentio, non omnino operam lusisse me putauerim, si addidero, quod vestes sacræ quibus nostræ religionis diaconi, in tempore sacrificandi operam præstantes, quadrangulis vtuntur, assimiles fuerint (non enim dicam occasionem inde sumsisse) regiis vestibus Persarum & Lydorum, quas fuisse antiquitus tales ex Halicarnassæo intelligere mihi videor, qui Romanarum antiquitatum libro tertio, inter cetera regia insignia Tarquinio Prisco ab Hetruscis missa enumerat χιτῶνά τε πορφυροῦν χρυσόσημον καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς, πλὴν οὐ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, ὥσπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικυκλιόν. Id sonat Latine: *tunicam purpuream lato clauo, & amiculum purpureum pictum, cuiusmodi Lydorum reges & Persarum gestare olim solebant, non quadratum quod illi, istorum admodum, sed semicirculari forma.* Vbi clare videre licet, quadrangula fuisse regum Persarum indumenta, non in semicirculum fracta, qualia sacris operantium cernimus. Talem fuisse & Græcorum stolam inuenio, quod confirmat apud Athenæum Posidonius Apamensis, de philosopho Athenione loquens, qui posito supercilio philosophico, arrepta occasione temporum belli Mithridatici, quod Asiaticorum animos ad defectionem, à Romanis alienarat, in concione quam ad Athenienses habuit, professus fuit Romanorum ciuium multos ad deorum statuas confugisse, alios mutato habitu, quadrangulas vestes assumsisse, vt se Græcos (nisi mauis Lydos Persasue) mentirentur, quod suspicor: ita enim sonant eius verba, οἱ δὲ λοιποὶ μεταμφιεσάμενοι τετράγωνα ἱμάτια. Quod autem Græcis quoque in vsu fuerit quadrata vestis, testatur Appianus *bellorum ciuilium lib. 5.* vbi de M. Antonio agens, dicit eum curis exsolutum, valedictis imperii ministeriis, quadrangulam stolam Græco more, loco patriæ vestis sumsisse.

Locus Senecæ illustratus præter mentem Cœlii antiquarii.

CAPVT XIV.

Apud Senecam controuersiarum lib. 6. locus exstat vel maxime lucis egens, sed non eius quam Cœlius illi addere contendit, *antiquarum lib. cap. 13.* Verba auctoris sunt de Oleo rhetore

qui

qui natus ad inurendas omnium ingeniis contumelias, nulli non impressit aliquid quod effugere non posset. *Ille, inquit, Passieno, prima eius syllaba in Græcum mutata, obscenum nomen imposuit, declamatori subtili, sed arido.* Quibus verbis quid innuatur, per obscurum esse non inficiatur Cœlius: sed coniectura duci se ait, vt Physsienum putet appellatum, veluti esset mentulatus follis, a φῦσα, quod follem significat a spirandi argumento & σῖνος, quæ vox Aristophani mentulam sonet: quod nimis longe petitum, imo extortum verius, cui non suboleat? nam vt omittam compositionis ius, quod reclamat, quis nescit non vulgati ista esse vsus vocabula in eo sensu? sed Comici peculiare alterum in obsceni membri significatione, quando proprium pene sit illius, obliquis interdum verborum inuolucris potius, quam recto sensu prolatis vti. Ego vero simplicius venustiusque Passienum oratorem (cuius & apud Tacitum fit mentio) calumnioso nomine Paschænum ab Osco audisse affirmauerim: πάσχανοι nimirum, quod velut pathicum & muliebria patientem designare illum voluerit, spurci nominis aspergine, παρὰ τὸ πάσχειν αὐτὰ, quod infanda pateretur: a quo verbo & πασχητίαι, Latino vocabulo nõ ignotiores pathici & cinædi nominantur.

Conciliatur auctorum discordia de Leda fabulosa, & Nemesi Helenæ matribus. Loci item corriguntur Plutarch. & Theonis. Inibi qua ratione Helene dicatur ex ouo prodiisse.

CAPVT XV.

INter dubitationis Symplegadas iactabitur fortassis vltro citroque, qui Castorem & Pollucem, quos *Dioscuros* vocitãt, cum sorore Helena, alias e Leda prognatos, alias Nemesis filios leget. Tarasinus nanque, siue, vt alii scribũt, Stasinus, qui res Cypriacas Heroico carmine prosecutus est, Nemesin eorum matrem facit, in iis versibus:

Τοῖς δὲ μετὰ τριτάτην ἑλένην τίκε θαῦμα βροτοῖσι,
Τὴν ποτε καλλίκομος νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ θεῶν βασιλῆι τέκεν κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Φεῦγε γὰρ, οὐδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητι
Πατρὶ διὶ κρονίωνι. ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.
καὶ νεμέσει κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ
Φεῦγεν. ζεὺς δ' ἐδίωκε, λαβεῖν δ' ἐλιλαίετο θυμῷ,
Ἄλλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ἰχθύϊ εἰδομένη, πόντον πολὺν ἐξορόθυνεν,
ἄλλοτ' ἀν' ὠκεανὸν ποταμὸν, καὶ πείρατα γαίης,
ἄλλοτ' ἀν' ἤπειρον πολυβώλακα. γίνετο δ' αἰεὶ
Θηρία ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει, ὄφρα φύγοι νιν.

Quod vt possum cunq; in Græce nescientium gratiam, vertam

Tertia post illos Helena pulcerrima prodit:
Auricoma hanc Nemesis peperit compressa Tonante
Ab Ioue vi: nec enim ipsa dei consortium amabat,
Incestum fugiens. at enim mentem ægra pudore
Carpitur ingenuo, terraque marique volucrem
Molitur furtiua fugam: quin Iupiter instat,
Prendere eam satagens glíscente incendio amoris.
Nunc illa arua subit refluis Neptunia ponti,
Æquoreo similis pisci, & vada cærula verrit.
Hesperium nunc Oceanum, & terra vltima visit.
Nunc habitata petit granida confinia terræ.
Vtq; Iouem effugiat, formas & mille ferarum
Assumit species.

Vides vt Helenes matrem Nemesin, licet inuitam, nunc in piscium formam mutatam, nunc ferarum speciem assumentem, quo amatorem eludat, fabulose describat. istud & in Græcis cõmentariis legitur ad Cypriorum auctorem relatum, in hæc verba: διοσκούρους καὶ ἑλένην ἡ νέμεσις ἔτεκεν, ἡ διωκομένη ὑπὸ διὸς μετεμορφοῦτο, id est: *Dioscuros pariter & Helenen peperit Nemesis, quæ Ioue persequente aliam formam induit.* Consentit & Ausonius poeta de Castore & Polluce loquens:

Hos genuit Nemesis, sed Leda puerpera fouit.

Similiter & Pausanias ex Græcorum opinione Nemesin Helenes matrem tradit, nutricem Ledam. ita enim ait in Atticis: Affirmãt Græci Helenæ matrem fuisse Nemesin, at Ledam vbera illi porrexisse & educasse: patrem vero exstitisse Iouem, haud Tyndareũ. Ex qua opinione Phidias statuarius effingit Helenam a Leda ad Nemesin deduci. Callimachi quoq; interpres annotat Nemesin apud Rhamnuntem Atticæ ex Iouis congressu peperisse ouum, quod inuẽtum Leda fouit, vnde enati postea fuerint Dioscuri cum Helena: quo nomine Helena a Callimacho Rhamnusis, vocetur epitheto. Neq; diuersum prodidit in Astronomicis Hyginus, scribẽs Nemesin somno sopitam ab Ioue in cygnum mutato fuisse compressam, & actis mensibus e cõgressu illo cum volucri ouum produxisse, quod ablatum Mercurius Spartam detulerit, ac sedenti Ledæ in gremium proiecerit, e quo nata sit Helena, quam cum ceteris fœminis formæ præstantia antecelleret, filiam suam nominarit Leda. Subdit deinde alios dixisse, quod in olorem conuersus Iupiter cum Leda concubuerit: sed illud se in medio relinquere ait. Hi omnes fere, Nemesin matrem, Ledam alumnam geminorum & Helenæ faciunt. Pugnare videtur Theon Alexandrinus in Aratæis commentariis ita scribens: Iuppiter olori assimilatus secundum multorum opinionem cum Nemesi congressus est, secundum alios vero cum Leda: atq; e Leda quidem Helenam & Dioscuros in ouo exstitisse memorant. Vbi obiter emaculandus est

es est Græcus codex, legendumque pro νεμέσει est νεμέσει. Dissen-
re videtur & Isocrates in Helenes encomio geminum congres-
m Iouis in oloris specie cum vtraq; describens: *Cygnus, inquit,
ctus Iupiter in Nemesis sinum confugit: iterumque cygno assimila-
Ledam deuirginauit.* Et Euripides in Oreste Helenam Ledæ
liam aperte nominat, insigniens eam epithetis ὀρνιθογόνου, quod
b aue fuerit sata: & κυκνοπτέρου, quod e volucri olore prodierit.
Quin & Pausanias in Laconicis scribit Amyclis (id Laconiæ op-
dum est) e laqueato templi fastigio vidi suspensum ouum, tæni-
que obuinctum, quod Ledam peperisse fabulantur: quod ipsum
uum Plutarchus in Symposiacis Τυνδάρεον ᾠὸν ὑψορόφιον vocat,
oc est, *Tyndareum ouum de cœlo lapsum.* Ouidius quoque Ledam
ecubantem facit sub olorinis alis. Hanc auctorum litem discus-
am iri puto, si intelligamus Ledam transnominatam fuisse Ne-
nesin: quod ex Lactantio Firmiano, Germanico Cæsare, aucto-
tate Cratetis, & Euripidis scholiaste manifestum fit. ille nanque
lib. de falsa religione 1 cap. 21 diserte ait, mortuis consecratis apud
thnicos nomina immutari consueuisse: nam & Romulus, in-
uit, post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe
Marica. & Ino postquam se præcipitauit, Leucothea, materque
Matuta & Melicertes filius eius Palæmon atque Portunus. E qui-
us verbis patet Ledam mortalitate exutam Nemesis appellatio-
em accepisse: quo modo & Ariadnen immortalitate donatam,
iberam fuisse dictam annotat Probus Grammaticus: & Melicer-
em a morte Glaucum transnominatum fuisse scribit Nicanor
Cyrenæus. Neque vero mortuis solis id tributum fuisse, sed viuo-
um quoque nomina mutata, & cognomentis obscurata legi-
mus. Siquidem constat Alexandri Macedonis matrem Polyxe-
am, postea Myrtalen & Olympiada, item Stratonicen fuisse ap-
ellatam. ita Mnesarete, nobilissimum Græciæ scortum, Phrynes
omine notior est, a lurido colore sic nominata. Herophile Ery-
hræa nomine impositicio fuit dicta: Achæus Orestis nomine, Po-
larces Priami, multo illustrior est. Nunc audi & Germanici Cæ-
aris verba, quibus indubitatius nihil esse potest: *Cygnum, inquit,
dicunt inter astra constitutum, eo quod Iupiter in cygnum transfi-
guratus euolauerit in Rhamnuntem Atticæ regionis, ibiq; compres-
it* (ita enim cum doctiss. Morillono legẽdum censeo, nõ ramum)
*Nemesin, quæ & Leda dicitur, vt refert Crates tragœdiarũ scriptor,
quæ enixa est ouum, vnde nata est Helena.* Ex hoc loco pariter &
x Lactantio mutanda constanter est lectio apud Plutarchum in
ibello, quod Pythia desierit oracula carmine reddere, vbi perpe-
am inter cetera, quæ immutata modo enumerauimus nomina,
egitur Ledam Mnesmoen fuisse transnominatam, vbi tu Neme-
in repone pro μνημοσύνην. Adscribenda sunt huc & Euripidis glos-
ematarii verba in Oresten, quæ ita sonant: Ledam perhibent in

Nemesin mutatam, sic cum cygno concubuisse. Græce ita: φασὶ γὰρ τὴν λήδαν εἰς νέμεσιν μεταβληθεῖσαν, οὕτω συνελθεῖν τῷ κύκνῳ. Caussam vero, cur ex ouo prognata dicatur Helena, reddere conatur Clearchus in amatoriis, scribens ὠὰ, hoc est, oua antiquitus dictum fuisse cœnaculum locumue editiorem tabulati in ædibus, seu contignationem, posterior ætas ὑπερῷον, quasi superum ouum dixit: in qua ædium parte educata quum esset Helena, opinione sinistra impleuit vulgus hominum, vt ex ouo prodiisse eam crediderint: nam fabula mera est, quam Neocles Crotoniata scripto prodidit, ouum videlicet illud Helenæ parens, e luna fuisse delapsum: & lunares fœminas oua parere: denique ibi natos decies & quinquies antecellere nobis.

De Bupalo locus Horatii in Epodis restitutus: & ab eo facta paræmia. Item Sulpitiæ poetriæ locus enodatus.

CAPVT XVI.

Apud Horatium Epodon carmine sexto legitur:

Aut acer hostis Bubalo.

sic enim habēt codices omnes, quos mihi videre licuit, simul cum interpretibus, qui locum maculosum conniuentibus oculis prætereunt, quum ibi non Bubalo quod quadrupedis genus est, sed Bupalo, manifestissime legendum sit: de quo tametsi dissentiant auctores qui fuerit, certum est tamen patria Chium fuisse, Anthermi filium, inuectiuis Hipponactis & amarulentis iambis nobilitatum, qui poetæ istius, acerrimi sibi hostis deformitatem oculis spectantium ad risum exposuisse videtur: erat nanque Hipponax poeta, non pumilæ modo staturæ homuncio, & fœdo vultu, sed gracili quoque corpusculo, vt omnigenæ historiæ libro duodecimo refert Ælianus, & apud Athenæum Metrodorus Scepsius. Dixi autem, in eo qui fuerit, non consentire auctores: siquidem Plinius marmorarium fuisse multis ante inuentam picturam statuariamue seculis scribit. Suidas ἀγαλματοποιὸν, id est, statuarium nominat: *Plasten, qui e luto vultus fingere solet.* Pausanias non vno in loco: Acron *pictorem* eum facit. Sed Plinii verba, quia vtriusque tam Hipponactis, quam Bupali historiam graphice adumbrent, non grauabor describere, explicandæ Horatii in hoc loco sententiæ maxime conuenientem. *Anthermi*, inquit, *Chii filii Bupalus & Anthermus clarissimi in ea scientia (sculptura videlicet) fuere, Hipponactis poetæ ætate.* Deinde subdit: *Hipponacti notabilis fœditas vultus erat, quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum ii proposuere ridentium circulis.* (Erasmus circulis videtur legisse) Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse, quod falsum est. Pausanias vero in Messeniacis ita de eo scribit: *Bupalus homo miræ industriæ in ædificādis templis, &*

plis, & in plastice insignis (ζῷα αὐτὸς ἀγαθὸς πλάσαι) *primus omnium quos nouimus apud Smyrnæos fortunæ simulacrum fecit, capite præferentis cælum, &c.* Idem in Bœoticis meminit Charitum a Bupalo sculptarum in Attali conclaui, quas ob artificii præstantiam Pergameni ostentent. Celebrat idem auctor & Charitas apud Smyrnæos positas ex auro. Suidas vero hũc in modum de eo memoriæ prodidit. *Hipponax patre Pythæo & matre Protide natus, Ephesius fuit, sed expulsus a tyrannis Athenagora & Coma, Glazomenas habitatum concessit:* scripsit in Bupalum & Athenin statuarios, quod ipsius imagines ad ludibrium expressissent. Vbi obserua *Athenin* dici, quem Plinius paulo ante citatus *Anthermum* nominat. Suidam sequitur in Nutricia sua Politianus, ibi,

Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus
Bupalon & stratum morsu laniauit Athenin.

Quia autem extorris patria Glazomenas Ioniæ vrbem cõmigrauit, a Sulpicia poetria epitheto Glazomenius vocatur in versibus quos super querela reipu. de infelicibus sub Domitiano temporibus conquerentis edidit, ibi:

Nec qui pede fractus eodem
Fortiter iraſci diſcit duce Glazomenio.

In quem locum non satis explicitum, & illud adnotare pretium est operæ, quod fractum versum vocet Scazontem Hipponactium: siquidem testimonio Halicarnassæi, constat Hipponactem infregisse trimetrum Archilochium in Scazontem, quo inimicos pungeret acerbius, σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τεξεύσας ἔπη vt ait Epigrãmat. A Bupalo specie prouerbiali dictum est a Iuliano apostata, βουπάλειος μάχη, *pugna Bupalia*, pro maledica virulentaque insectatione, in epistola qua Alypio Cæsari fratri gratias agit ob missam ad se Geographicam pinaca, diligentia magna elaboratam: nanque ait: καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν βουπάλειον κατὰ τὸν κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν. id est: *Magna industria illud elaborasti, additis & iambis, non pugnam canentibus Bupaliam, vt cum Callimacho Cyrenæo poeta dicam, sed quales venusta Sappho vult hymnis congruere.* Ab eodem nomine effictum est & alterum prouerbium a Leonide Epigrammatario, βουπάλειον στύγος, *Bupalium odiũ*, pro inexpiabili, cuiusmodi apud Ciceronem audit *Vatinianum od.*
Versus eius sunt hi:

ὦ ξεῖνε φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον
τὸν φρικτὸν ἱππώνακτος, οὗ τε χ' ἁ τέφρα
ἰαμβιάζει βουπάλειον εἰς στύγος.

Dicam & Latine:

Hoſpes ſepulcrum grandinans diras, fuge,
Vbi ferus Hipponax iacet, cuius cinis
Etiamnum in odium Bupali iambos iacit.

Maledicentiæ Hipponactis in Bupalum testes sunt illi versus ex ipsius iamborum libris apud auctores citati:

ὡς οἱ μὲ ἀγεῖ βουπάλῳ κατηρεῦντο.

id est:

Sic illi scelerato Bupalo diras imprecabantur.

& ille:

λάβετε μευ θοἰμάτιον, κόψω βουπάλῳ τὸν ὀφθαλμόν.

Auferte vestem meam, vt Bupali exscindam oculum.

Ad quem versum allusit alicubi Aristophanes, sic inquiens:

εἰ νὴ Δία τις τῶν γνάθους τούτων δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν,

ὥσπερ βουπάλου, φωνὴν οὐκ ἂν ἔχοι.

id est: Per Iouem si quis illorum maxillas bis terue depalmasset, quemadmodum Bupali, obmutuissent facile. Meminit eius in Bupalum iamborum, & Zezes Isacius ibi. καὶ ὁ ἱππῶναξ ἐν τοῖς κατὰ βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ ἰδίως. Neque illud silentio prætereundum est, Hipponacteum præconium, pro morsu amaro & felleo vsurpari apud Ciceronem: quandoquidem & in parentes suos Iambis debacchatum fuisse Leonidas supra a nobis nominatus testatur, quando de eo ita canit: ὁ καὶ τοκέων ἐς βαΰξας. id est: Qui in parentes etiam suos delatrauit.

De titulo libelli Senecæ, de morte Claudii inscripti.

CAPVT XVII.

Libellus exstat typis inuulgatus Annei Senecæ a Beato Rhenano viro in iuuanda re literaria sane strenuo, primum (nisi fallor) & inuentus & in lucem emissus, cui titulus est, Ludus de morte Claudii Cæsaris festiuus quidem ille & salibus iocisque refertus, in quo Claudium Cæs. in cœlum refert per ludum. Eum ego libellum esse censeo, cui ab auctore ἀποκολοκύντωσιν nomen inditum scribit Dion Cocceius historiarum 58. voce (*vt equidem existimo*) ad apotheosin alludente, qua constat ex Herodiano lib. 4. in Deos referri solere imperatores fato functos. Verba Dionis sunt συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ σενέκας σύγγραμμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ, ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας. id est: *Composuit enim & Seneca scriptum, quod Apocolocyntosin, veluti quandam inter indigetes referendi rationem, inscripsit.* Apocolocyntosin autem nuncupauit Seneca, eo quod Claudius medicato boleto, quasi pharmaco purgatorio, quod olim frequens e colocynthide concinnabatur (quam agrestem cucurbitam vocare licet) periit. Infusum autem delectabili cibo boletorum virus, Locustæ nobilis veneficæ ingenio paratum, Agrippinam Claudio porrexisse scribunt Plin. *lib.22.* Corn. Tacitus *lib.12.* Suetonius & Dion. lib. antea dicto. Quod attigit & Satyrographus Iuuenalis, inquiens:

Boletus domino, sed qualem Claudius edit.

& Martialis eo versu:

Boletum qualem Claudius edit, edas.

Huc pertinet & Neronis dictum memoratu non indignum, dicentis: Boletos (fungorum id genus est) esse βρῶμα θεῶν id est, *Deorum cibum*: velut innuentis, per boleti esum ad Deos excessisse Claudium.

Qui fuerint interpretandorum somniorum primi artifices, quiq; de ea scientia scripserint. Item oniroeriticon incerti auctoris.

CAPVT XVIII.

TAmetsi Cicero lib de diuinat 2 somniorũ coniectores, quos ὀνειροκρίτας Græci vocant, ex leuissimo & indoctissimo hominum, imo sagarum, genere constare dicat, antiquissimum tamen eius peritiæ inuentum, & inde laudem arrogasse suis hominibus gentiles lego, & eius scientiæ præstantiam haud dissimulanter in sacris literis laudari inuenio, idque in Iosepho Iacobi filio, quem ob eximiam in hac arte industriam præ ceteris maximum nomen & precipuos honores adeptum fuisse clarissimũ est, vsque adeo vt & Trogo Pompeio istud ignotum non fuerit, qui Iustini verbis dicit illum primum somniorum intelligentiam cõdidisse: quanquam Philon Byblius Abrahamo illius proauo laudem istam attribuat. Plinius *lib.* 7. *Amphictyoni* Deucalionis filio somniorum & ostentorum interpretationem assignat. Pausanias Amphiaraum ὀνειράτων διακρίσει in diiudicandis somniorum euentis excelluisse scribit in Atticis. Clemens ὁ στρωματεὺς refert Telmisseos excogitasse primos τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν, futurorũ per somnia prænotionem. Quod repetit & Tatianus Assyrius, qui pro Christiana fide mortem oppetiit, his verbis:

τελμισεῖς μὲν γὰρ οἱ δαιμόνιοι, τὴν δι' ὀνείρων
ἐξεῦρον μαντικήν.

Fuit autem Telmissus Lyciæ oppidulum Strabone teste, non Cariæ, vt opinatur Cicero deceptus Poetarum, præsertim Tragicorum, qui regiones plerunque confundunt, auctoritate, in qua vrbe aruspicum disciplinam excelluisse fatetur idem Cicero. Et Arrianus lib. 2. *de rebus gestis Alexandri Macedonis*, commemorat Telmisseos vates a natura explicandis diuinis rebus & enuntiandis futuris esse deditos. Cõplures autẽ de hac cognitione scripsisse reperio, inter quos commemorantur hi ferme: *Geminus Pyrius tribus ea de re editis libris*: Panyasis Halicarnassæus, Alexãder Myndius, Phœbus Antiochenus, Demetrius Phalereus, cuius de eadem scientia quinque commentarii exstitisse leguntur: Artemon Milesius, qui ad XXII. onirocriticon lib. conscripsit. Nicostratus Ephesius, Astrampsychus, Artemidorus Daldianus e Lydia; cuius vnius exstant libri tres Græce scripti ad Cassium Maximum, & duo ad Artemidorum filium cognominem, tametsi Suidas quatuor tãtũ eius auctoris esse prædicet & Antipho Atheniẽsis ętate

pilor Artemidoro. Cui vero auctori arrogari debeant versus Onirocritici, qui singulis senariis somnii coniectionem absoluunt haud facile dixerim: eos tamen, quod nusquam exstent seriatim typis expressi, libuit hic in gratiam studiosorum ordine subiicere Græce.

ὄναρ καθ᾽ ὕπνους νητρεκὲς λέγει τόδε.
ἀγρῶς κινεῖσθαι δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.
τρέχειν καθ᾽ ὕπνους, ἀσθενεῖς ποιεῖ τύχας.
ἄνθρακας βαίνειν, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
βότρυς κατεσθίειν, ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν.
βρῶσις σύκων, δείκνυσι φλυάρων ψόγους.
τρώγων γλυκερὰ, πικρίας ἕξεις τρόπους.
θρίδακας ἐσθίειν, σωματικὴν δηλοῖ νόσον.
ὠὰ κρατεῖν, ἔσθειν τε, σημαίνει λύπας.
γελῶν καθ᾽ ὕπνους, δυσφόρους ἕξεις τρόπους.
κλαίων καθ᾽ ὕπνους, παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.
εἰ θυμιᾷ σε τὶς, πικρὸν τ᾽ ὄναρ πέλει.
πέτρα καθεσθεὶς, ἐλπίδας χρηστὰς ἔχει.
τοίχῳ καθεσθεὶς εὐτυχὴς πέλει δίκη.
κόπρῳ καθεσθεὶς, ζημίας ἕξεις τρόπους.
δυσωδίαν, νόμιζε τὴν ἀηδίαν.
ἔνδηλός ἐστι βόρβορος, ψυχῆς ῥύπος.
ἰλὺν πεπωκὼς, τὸ νόσος νόει βλάβην.
πηγὴ διαυγὴς, καὶ νόος λύει λύπας.
ὕδωρ διαυγὲς ἐκπίνειν χρηστὸν τόδε.
ὕδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.
ὕδωρ βλύζον κάτωθεν, ἐχθροὺς μειοῦ.
οἶνος ῥυπώδης ἐμφανοῖ πολλὰς λύπας.
οἶνος κενωθεὶς ἀγγεῖον, παύει λύπας:
οἶνον μεταχὼν, προσδόκα δ᾽ εἶναι μάχας.
χύσις δὲ ποταμοῦ, δυσμενῆ δηλοῖ κέρας.
νῆξις θαλάσσης ἡμέρας, τοὔναρ καλόν.
νῆξις θαλάσσης ἀγρίας, δηλοῖ λύπας.
χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὧν θέλεις, ἔσῃ.
ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπε.
σπαθὸν κρατῶν φαιδρόν τε, προσδόκα βλάβην.
ξύλον κρατῶν, ἔλπιζε τὴν θείαν χάριν.
κίρκους κατασχὼν, ὃ θέλεις πάντως τύχῃς.
χερὸς πετασθεὶς κίρκος, ἄρχουσιν βλάβη.
κλεῖδας κρατεῖν δὲ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.
κλῆμα κρατήσας, εἰσκαλεῖσθαι προσδόκα.
ὅλον καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
χεῖρας καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
πόδας πλατεῖς ἔχοντα, σημαίνει λύπας.

πόδας

ποδῶν κοπίντων, μηδόλως ἄρχου τρίβου.
ἀηδὲς τὸ σῶμα, δυσκλεὴς ἔσῃ λίαν.
θανὼν καθ' ὕπνους, φροντίδων ἔσῃ δίχα.
καλὸν πέτεσθαι, πράξεως καλῆς τόδε.
φίλεις. ἐσθίειν δυσμενῶν μακρὰς μάχας.
κρημνοῦ πεσόντα, δυστυχῆ δηλοῖ τύχην.
λάκκῳ καθεῖναι σαυτὸν, οὐ καλὸν τόδε.
† πολλὸν βλέπειν θέοντα, μυστικὸν τόδε. alias πῶλον,
περιστερὰς βλέπειν τε, προξενεῖ βλάβην.
βόας θεωρεῖν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.
νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοὺς λιμοῦ χρόνους.
νεκροὺς ὁρᾶν, νίκησιν ἕξεις πραγμάτων.
ἵππους μελαίνας, οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.
ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις, ἀγγελιῶν φάσις.
σφῆκες φανέντες, δυσμενῶν εἰσὶν βλάβαι.
φωστῆρας ἰδεῖν πραγμάτων δηλοῖ φάος.
θάλατταν ἰδεῖν μειδιῶσαν, εὔθετον.
φλοῖσβος θαλάσσης, πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.]
λευκὰς ὁρᾶν τὰς σάρκας, εὔθετον λίαν.
σάρκας μελαίνειν, οὐ καλὸν πᾶσιν τόδε.
κυνῶν ὑλαγμὸς, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
χιὼν φανεῖσα, δυσμενῶν ἔχθρας λύει.
λευκὴν στολὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.
στολὴν φορεῖν μέλαιναν, οὐκ ἀληθεία.
στολὴν δ' ἀλουργὸν, εἰς μακρὰν νόσον φέρει.
στολὴν ἐρυθρὰν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει,
στολὴν φορεῖν ἄνακτος, ἐλπίδων λύσις.
χιτὼν ῥαγεὶς, ἔρρηξε φροντίδων βάρος.
ζώνη κοπεῖσα, τὴν ὁδὸν λύει τάχος.
τρίχας καρῆναι, πραγμάτων δηλοῖ βλάβην.
τρίχας πεσεῖν δὲ, κίνδυνον φέρει μέγαν.
μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κεκρυμμένην.
συλλαβεῖν μαχαίρας, δυσμενῶν δηλοῖ λύσιν.
βροντὴ καθ' ὕπνους, ἀγγέλων εἰσὶν λόγια.
γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἕξεις γέρας.

Conabor pro virili eosdem versus totidem senariis includere.

Celare noli somnium quando liquidum est.
Pigre moueri semitam duram facit.
Actus secundat, somnies si currere.
Calcare prunas, noxiam signat grauem.
Botros edere, notat madores imbrium.
Ficus edere, cauilla scurrarum notat.
Melestidas signat vorare dulcia.
Comesa lactuca, indicat morbum grauem.
Oua edere continereque ostendit mala.

Si somnians videbis, angor te premet.
Sed si fleas repleberis tunc gaudiis.
Succendi ad iras, hoc acerbum est somnium.
Petra insidens stabili, bonam spem contine.
Muro insidentem sors secunda te manet.
Mulcta grauaberis, super stercore sedens.
Puteris omen esse crede molestias.
Animæ inquinamentum notat, cœno infici.
Cœnosa peragrans, sentiet vitium ingeni.
Fons limpidus, mentem serenam denotat.
Potare limpidam, bonum omen prædicat.
Cœnosam aquam bibens, agit in angustiis.
Ebulliens aqua, perduelles nuntiat.
Serenat animum vappidi potus meri.
Sopit dolores, dolio exhaustum merum.
Vinum bibentem pugna te manet grauis.
Fluuius inundans, hostilem incursum notat.
Æquor serenum nare faustum est somnium.
Æquor natare turbidum, angores notat.
Aurum tenere somnians, voto excides.
Clauos tenens, ab hoste periculum caue.
Iactura certa est, passer euolans manu.
Tenens columnam, numinis speres opem.
Votum obtinebis, si manu accipitrem premas.
Accipiter euolans malum adfert principi.
Claues tenere, stabile fœdus indicat.
Remoram notant flagella torta vitium.
Se eluere totum, exterminat curas graues.
Abluere dextram, curarum fascem fugat.
Eluere plantas, diluit curas graues.
Latos pedes habere, portendit malum.
Viam ingredi nolito, succiso pede.
Inglorius eris, te vstulatum somnians.
Curis eris liber, necem si somnies.
Volare, successum rei latum notat.
Præsagiunt pugnas hostiles, basia.
Aduersa sors portenditur præcipitio.
Se iacere pronum in fossam signat tristia.
† Est mysticum, cœlum videre voluier. † Aliter: Currentem equi pullum videre, mysticum est.
Damnum ominare, si columbas videris.
Visi boues, sinistra portendunt mala.
Diram augurantur mortui pestem boues.
Visum cadauer indicat necem grauem.
Est ominosa res atros videre equos.

Albos

Albos equos videre, faustus nuntius.
Signant periculum ab hoste, vesparum agmina.
Videre lumen, res loco in claro notat.
Pelagus quietum cernere, est omen bonum.
Fremitus maris negotiis turbas notat.
Albens caro, res auspicata est admodum.
Nigratio cutis, bonum nulli notat.
Canum latratus, hostium insultus notat.
Hostile conamen cadet, visa niue.
Omen bonum in somno est, amictus candidus.
At pulla vestis, curam inanem non facit.
Purpurea vestis, non grauem morbum notat.
Rubens stola, euentus rerum felicitat.
Magnam foue spem, regia indutus stola.
Disrupta vestis, curarum fascem eximit.
Præcisa zona, celeriter expedit viam.
Damnum in negotiis coma obrasa indicat.
Discrimen ingens, crinium casus notat.
Tentus manu ensis, auguratur prælium.
Confringere enses hostium stragis nota est.
Tonitrua somni, nuntiorum dicta sunt.
Quisquis senem videt, manet eum dignitas.

Obseruationes Latinæ de anni temporum discrimine.

CAPVT XIX.

QVod in ætatibus, idem & in anni temporibus discrimen obseruatum apud auctores video: vt quemadmodũ dicunt, *ineunte*, vel *prima iuuenta*, *& sic deinceps*, ita & *ineunte* vel *primo vere*, quod Virgilius etiam, *nouo*, dixit in Georg. pro *veris initio*, ad imitationem Græcorum, qui dicunt, ἀρχομένου τοῦ ἔαρος. Similiter Latini, *medio*, vel *adulto vere* (quo postremo non semel vtitur Marcellinus) efferunt, pro eo quod est, *in medio veris*, quod Græci non absimili ecphrasi, ἀκμάζοντος, ἢ μεσοῦντος τοῦ ἔαρος dicunt. quanquam Corn. Tacitus *æstatem adultam* quodam loco vsurpasse videatur, pro, *sub finem æstatis*, vbi ait: *Æstate iam adulta legionum aliæ in hybernacula remissæ.* Solent nanque autumni tempore, aut si maturius, æstate desinente, in hyberna dimitti milites. Cicero etiam summam hyemem dixit, pro media bruma, in oratione pro lege Manilia: *Nunquam nisi summa hyeme transmiserint.* Idem *lib. de nat. deorum* 2. senescentem hyemem vocauit, vbi solstitium circũscribens dicit, Solis inflectentis cursum tempus adiunctum esse senescenti hyemi. Sic Ammianus libr. 21. *Autumno iam senescente profectus.* pro quo & prouectum dicere non inepte poterimus, vti Tacitus prouectam noctẽ dixit. Denique & *extremo, prono, & præcipiti vere Latini dicũt*, loco eius quod vulga-

riter, *in fine veris*, dicimus: Græci πανομῆνε καὶ λήγοντος, teste Polluce: præterea & φθίνοντος & ἀπιόντος, ex Proclo. Cicero pro Pōpeio: *Tātum bellum Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineūte vere suscepit, media æstate confecit.*

Cur Cupressus feralis arbor fuerit ab antiquis habita, rationes.

CAPVT XX.

CVpressus arbor, quod funebri signo ad domos funestas poni antiquitus consueuerat, & prope rogum depangi, nemo est in literis vel tenuiter versatus, qui ignorat: q̄ vero id ob caussam, nondū liquido apparet. multiplex n. adducit̄ a variis scriptorib. ratio q̄ cū gēte variat: siq dē Latini naturā & ingeniū arboris magis intu ti vidēt̄, Græci vero fabulosa potius sectari. Varroni nāq; placuit adhiberi rogis cupressos, propter grauē vstrinæ nidorem: quod ita interpretatur Isidorus, vt odorem cadauerum dum vrerentur, cupressi iuxta positæ comprimerent iucunditate odoris sui. Plinius *libr. 16. cap. 33.* caussam geminat, cum quod ea arbor Diti sit sacra, tum quod resecto eius vertice intermori, & succisa non regerminare credatur. Quod tenet quoque Sex. Pompeius: *Cupressi*, inquit, *mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil iam est sperandum. quam ob caussam in tutela Ditis patris esse putabatur.* Seruius cupressum Proserpinæ dicatam ait, propter morientium luctus. At Asclepiades ex ea caussa lugubrē habitam prodidit, quod Boream Celtarum regem commemorent primum in amissæ filię Cyparissę tumulo conseuisse nouum genus arboris huius. Auctor Græcus τῶ γεωπονικῶν, siue de agricultura, Cassianus Bassus Scholasticus (is enim eorum collector fuit, non Constantinus) libr. 2. rationem refert ad lugubrem casum Cyparissarum Eteoclis filiarum, quæ quum in solemni dearum tripudio in puteum prolapsæ interiissent, miserta flebilem sortem Tellus plantas proceritate puellis similes (vti fabulatur) produxit, desiderium quoddam earum & monimentum rei in arborum illis cognominum aspectu volens exstare. Nec defuerunt qui ad tristem euentum Cyparissi cuiusdam id transferunt, qui Telephi filius, quum in Chio insula ceruum mansuetem delitias suas fortuito iaculo ipse (vt refert Probus) Syluanusue pueri amasius (quod Seruio placet) traiecisset in Syluis pascentem, inedia vitam finiuit, præ mœrore contabescens, quem Apollo (nam hunc eius amatorem narrat Ouidius Transformat. decimo, & Seruius parum sui constans in Æneidos tertio) nec medica ope nec consilio ab instituto reuocare quum non posset, in Cupressum luctuosam arborem conuertit, de amasii nomine dictam. quanquam alii Græcam originem illi tribuunt, vt Cyparissus vocata sit, διὰ τὸ κύειν & φέρειν παρίσους,

κλάδους

κλάδους τε καὶ καρποὺς, ab æqualitate fructuum pariter & ramorum, quos producat: vnde natus ille senarius ab Eustathio adductus, κώνοι πλείονες, ἢ κυπάριττος κλάδους. Illud obiter adiecero, quod Iouis sceptrum e Cyparisso fabulentur fuisse factum veteres. vt Hermippus auctor est: quæ res deterruit Pythagoræos ab vsu Cupressinarum arcularum, quod commemorat Laertius. Fuit & Cyparyssus oppidum in Parnasso monte situm, iuxta Delphos, a Cyparysso Minyæ Orchomeniorum regis filio nomen habens, Eustath. teste.

Virgilii locus illustratus ex tertio Æneidos. Iulianus Aurelius cum Laertii interprete notatus.

CAPVT XXI.

VIrgilius haud vulgari sensu illud in tertio Æneidos extulit:

Da pater augurium, atque animis illabere nostris.

recte nanque respicit ad cognomen Apollinis Genitoris, cuius in Delo exstabat ara hoc cognomento, quem Cato in oratione de educandis liberis Genitiuum dixit. Huius meminit in Argonauticon quinto Valerius Flaccus:

Phœbi Genitoris ad aras
Ventum ait.

Cloatius Vreus, *Deli*, inquit, *ara est Apollinis γενέτωρος, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inuiolatam adorasse produnt.* Idem scribit Aristotelis in Deliorum repub. testimonio Laertius Diogenes li. 8. βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ κεράτινου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδέν. id est: *Adorasse modo Pythagoram Apollinis Genitoris aram in Delo, quæ retro Corneam est posita, quoniam farra, hordeum, placentasque solas citra ignem apponere illic moris sit, victimas vero nullas.* quem locum interpres commaculauit quidem. Sed maioris erroris in luto hærere deprehenditur Iulianus Aurelius, auctoris verba exponens in libro quem de Deorum cognominibus scripsit: nam illud, ὄπισθεν τοῦ κεράτινου, vertit, *quæ post Ceramicum erat*, qui locus fuit Athenis celebris. Huc respexisse & Ciceronem certum est *in 3. de natura Deorum*, scribens, ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluisse Pythagoram, ne aram sanguine aspergeret. Quam aram, quia in ea nullum animal immolabatur, εὐσεβῶν βωμὸν, id est, piorum seu rite venerantium aram sua etiamnum ætate dictam exstitisse refert Cyrillus *libr. 9. aduersus Iulianum.* Ex his liquere etiam potest, cur Venerandi vocabulo vsus poeta, non hostias mactantem, sed solemni tãtum precatione vsum Æneam facit, in eo versu:

Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

neque enim dubium mihi est, quin doctissimus poeta sciuerit istud, & accuratissime obseruarit. Porro corneam aram vocat La-

ertius eam, quæ ex dextris (sic enim lib. vtra animantia sapientiora sint, aquaticane an terrestria, Plutarchus habet Idem secū pugnans in Theseo, *læuis*, non *dextris*, ait) cornibus omnibus ibi positam, quem κεϱατῶνα βωμὸν in Theseo appellat, inter septem orbis miracula habitam vel Martiale teste.

Italiam variis nominibus appellatam esse, & vnde, quodque nomen illi accreuerit.

CAPVT XXII.

VAria apud Poetas Italiæ nomenclatura exstat, quam libet in hoc vnum caput, ceu vnam Myconum, congerere, vt non omnibus cognita, vna eademque opera tradantur. Eam regionem primo Argessam fuisse nominatam, aut secundum alios Margessam, a Margetum gente, quos Halicarnassæus per quartam vocalem Morgetas appellat ex Antiocho Syracusano, constat: deinde a Iano Ianiculam, *quod in Originibus scripsit Cato*: rursus a Saturno, cui sacrata fuit, Saturniam, *teste Halicarnassæo & Trogo*: postea Ausoniam, ab Ausone Vlyssis e Circe filio, vti Zezes, aut vt alii, ab Ausone Itali & Leucariæ filio: Stephanus ab Ausone genito ex Atlante & Calypso: nam Ausoniam proprie dictum fuisse tractum maritimum Auruncorum inter Campanos & Volscos, auctor est Dion Cocceius. At Portius Cato Calabros prius Ausones nuncupatos ait. Iam vero & Hesperia audiit ab Hespero Atlantis fratre ab ipso in exilium acto, secundum Seruium, & huc appulso. Quin & Oenotria eadem terra fuit dicta: in quo nomine ingens est pugna: siquidem ab Oenotro Arcade Lycaonis filio, qui primus transfretato sinu Ionio Italiam incoluit, ita appellatam scribit Halicarnassæus: cui ferme consentit Myrsilus Lesbius, & Pausanias, qui in Arcadicis sic ait: *Oenotrus pliorum Lycaonis natu minimus, a Nyctimo fratre pecuniis virisque impetratis, in Italiam traiecit, primus omnium qui e Græcia coloniam nauigio deportauit: imo ne barbarus quidem vllus ante Oenotrum alienam terram inuasisse, et qui diligenter omnia excusserit, inuenietur.* Hæc ille. Antiochus quoque Syracusanus Oenotrium ducem Arcadum in Calabriam appulisse, ibique in ora maritima colonias posuisse memorat. Sed hæc, vt mendacia, refellit in Originibus Cato, nomen illud sortitam Italiam dictitans, ab Oenotro vetustissimo rege Sabinorum & Hetruscorum, penes quem imperium erat. Idem ex quorundam opinione Oenotrium cum Iano eundem facit, qui primus Italis vinum & far ostenderit. Varro Oenotrum Latinorum regem, nomen creasse regioni existimat. Seruius a vino optimo nomen sumsisse Oenotriæ annotat, quod οἶνον Græci vocant, ridicula nominis deriuatione. Postremo Italiæ nomen indidisse Italum quendam Arcadum regulum, Thucydides in sexto refert. Hyginus Italum ducem ex Penelope & Telegono natum

cum comminiscitur. Halicarnassæus Italum Siculorum regem qui primus agricolationis opera in Italiam inuexerit, regionem a se transnominasse scribit. Timæus fabulatur dici ab Italo boue vno ex armento Geryonis, qui abactus ab Hercule Siculi freti angustias tranauerat, Tyrrhena lingua Italum taurum nominante. Hellanicus vero, quoniam opimos boues gignat ea regio, eiusdem vocabuli occasione nuncupatam voluit. Recenset etiam in Originibus Cato, Italum Hesperi fratrem, vnde gemina Italiæ nomina creuerint. Hæc fere de Italiæ appellationibus omnium prope terrarum alumnæ annotare visum est, quæ tot populorum discordes ferasque linguas, Latini sermonis commercio ad colloquia contraxit, vt Plinii verbis dicam.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER SECVNDVS.

Septimii Tertulliani locus vnus & item alter, & D. Clementis, restituuntur genuinæ lectioni.

CAPVT I.

PErcurrenti mihi nuper annotamenta Beati Rhenani in Tertullianum secundæ editionis, multa bene retractata probeque interpolata sunt visa: in nonnullis visus est parum fauente, ne dicam inuita, Delia venari vir ille alioqui extra omnem aleam doctissimus, quique in restituendis auctoribus sedulam nauauit operam, e quibus vnum atque alterum locum subiiciam a me obseruatum. Scribit in libro de Velandis virginibus Septimius Florens his verbis: *Debebunt*, inquit, *etiam & ipsi aliqua sibi defendere insignia, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut Cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* Hic pro *crobylis*, *scrobulos* legit atque exponit in priore editione Beatus, vt scrobuli, voce a diminutiuo scrobe, foramina sint aurium, per quæ barbari traiiciant gemmas & annulos. Deinde in altera, de qua loquor, editione, bis in eundem impingens lapidem, dictionem reponit coniecturæ solum obsidem, *strobulos* legens, adiecta annotatione ista: *Strobulus Græcis pineam nucem significat, gestamen ex auro barbarorum quorundam &c.* Speciosa quidem videtur hæc elusio, qua imperitioribus iudicio defectis, velut offusa nebula satisfiat: quibus tamen obtrudere, quod nusquam lectũ est, a latæ culpæ crimine non multũ abhorret. Est a. crobylus crinium plexus in acumẽ desinẽs: de quo & cicadis Thucy-

Tertia post illos Helene pulcerrima prodit:
Auricoma hanc Nemesis peperit compressa Tonanti
Ab Ioue vi: nec enim ipsa dei consortium amabat,
Incestum fugiens. atenim mentem ægra pudore
Carpitur ingenuo, terraque marique volucrem
Molitur furtiua fugam: quam Iupiter instat,
Prendere eam satagens glíscente incendio amoris.
Nunc illa arua subit vastus Neptunia ponti,
Æquoreo similis pisci, & vada cærula verrit.
Hesperium nunc Oceanum, & terra vltima visit.
Nunc habitata petit grauida confinia terræ.
Vtq; Iouem effugiat, formas & mille ferarum
Assumit species.

Vides vt Helenes matrem Nemesin, licet inuitam, nunc in piscium formam mutatam, nunc ferarum speciem assumentem, quo amatorem eludat, fabulose describat. istud & in Græcis cõmentariis legitur ad Cypriorum auctorem relatum, in hæc verba: διοσκούρους καὶ ἑλένην ἡ νέμεσις ἔτικτεν, ἡ διωκομένη ὑπὸ διὸς μετεμορφοῦτο. id est: *Dioscuros pariter & Helenen peperit Nemesis, quæ Ioue persequente aliam formam induit.* Consentit & Ausonius poeta de Castore & Polluce loquens:

Hos genuit Nemesis, sed Leda puerpera fouit.

Similiter & Pausanias ex Græcorum opinione Nemesin Helenes matrem tradit, nutricem Ledam. ita enim ait in Atticis: Affirmãt Græci Helenæ matrem fuisse Nemesin, at Ledam vbera illi porrexisse & educasse: patrem vero exstitisse Iouem, haud Tyndareũ. Ex qua opinione Phidias statuarius effingit Helenam a Leda ad Nemesin deduci. Callimachi quoq; interpres annotat Nemesin apud Rhamnuntem Atticæ ex Iouis congressu peperisse ouum, quod inuẽtum Leda fouit, vnde enati postea fuerint Dioscuri cum Helena: quo nomine Helena a Callimacho Rhamnusis, vocetur epitheto. Neq; diuersum prodidit in Astronomicis Hyginus, scribẽs Nemesin somno sopitam ab Ioue in cygnum mutato fuisse compressam, & actis mensibus e cõgressu illo cum volucri ouum produxisse, quod ablatum Mercurius Spartam detulerit, ac sedenti Ledæ in gremium proiecerit, e quo nata sit Helena, quam cum ceteris fœminis formæ præstantia antecelleret, filiam suam nominarit Leda. Subdit deinde alios dixisse, quod in olorem conuersus Iupiter cum Leda concubuerit: sed illud se in medio relinquere ait. Hi omnes fere, Nemesin matrem, Ledam alumnam geminorum & Helenæ faciunt. Pugnare videtur Theon Alexandrinus in Arateis commentariis ita scribens: Iuppiter olori assimilatus secundum multorum opinionem cum Nemesi congressus est, secundum alios vero cum Leda: atq; e Leda quidem Helenam & Dioscuros in ouo exstitisse memorant. Vbi obiter emaculandus est

dus est Grecus codex, legendumque pro νεμέσῃ est νεμεσίᾳ. Dissentire videtur & Isocrates in Helenes encomio geminum congressum Iouis in oloris specie cum vtraq; describens: *Cygnus*, inquit, *factus Iupiter in Nemesis sinum confugit: iterumque cygno assimilatus Ledam deuirginauit.* Et Euripides in Oreste Helenam Ledæ filiam aperte nominat, insigniens eam epithetis ὀρνιθογόνε, quod ab aue fuerit sata: & κυκνόπτερε, quod e volucri olore prodierit. Quin & Pausanias in Laconicis scribit Amyclis (id Laconiæ oppidum est) e laqueato templi fastigio visi suspensum ouum, tæniisque obuinctum, quod Ledam peperisse fabulantur: quod ipsum ouum Plutarchus in Symposiacis Τυνδάρειον ᾠὸν οὐρανοπετὲς vocat, hoc est, *Tyndareum ouum de cœlo lapsum*. Ouidius quoque Ledam recubantem facit sub olorinis alis. Hanc auctorum litem discussum iri puto, si intelligamus Ledam transnominatam fuisse Nemesin: quod ex Lactantio Firmiano, Germanico Cæsare, auctoritate Crateris, & Euripidis scholiaste manifestum fit. ille nanque *lib. de falsa religione I cap* 21 diserte ait, mortuis consecratis apud Ethnicos nomina immutari consueuisse: nam & Romulus, inquit, post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica, & Ino postquam se præcipitauit, Leucothea, materque Matuta & Melicertes filius eius Palæmon atque Portunus. E quibus verbis patet Ledam mortalitate exutam Nemesis appellationem accepisse: quo modo & Ariadnen immortalitate donatam, Liberam fuisse dictam annotat Probus Grammaticus: & Melicertem a morte Glaucum transnominatum fuisse scribit Nicanor Cyrenæus. Neque vero mortuis solis id tributum fuisse, sed viuorum quoque nomina mutata, & cognomentis obscurata legimus. Siquidem constat Alexandri Macedonis matrem Polyxenam, postea Myrtalen & Olympiada, item Stratonicen fuisse appellatam. Ita Mnesarete, nobilissimum Græciæ scortum, Phrynes nomine notior est, a lurido colore sic nominata. Herophile Erythræa nomine impostitio fuit dicta: Achæus Orestis nomine, Podarces Priami, multo illustrior est. Nunc audi & Germanici Cæsaris verba, quibus indubitatius nihil esse potest: *Cygnum*, inquit, *dicunt inter astra constitutum, eo quod Iupiter in cygnum transfiguratus auolauerit in Rhamnuntem Atticæ regionis, ibique compressit* (ita enim cum doctiss. Morillono legēdum censeo, nō ramum) *Nemesin, quæ & Leda dicitur, vt refert Crates tragœdiarū scriptor, quæ enixa est ouum, vnde nata est Helena.* Ex hoc loco pariter & ex Lactantio mutanda constanter est lectio apud Plutarchum in libello, quod Pythia desierit oracula carmine reddere, vbi perperam inter cetera, quæ immutata modo enumerauimus nomina, legitur Ledam Mnesmoen fuisse transnominatam, vbi tu Nemesin repone pro μνημοσύνην. Adscribenda sunt huc & Euripidis glossematarii verba in Oresten, quæ ita sonant: Ledam perhibent in

Nemesin mutatam, sic cum cygno concubuisse. Græce ita: φασὶ γὰρ τὴν λήδαν εἰς νέμεσιν μεταβληθεῖσαν, οὕτω συνελθεῖν τῷ κύκνῳ. Caussam vero, cur ex ouo prognata dicatur Helena, reddere conatur Clearchus in amatoriis, scribens ὠία, hoc est, cum antiquitus dictum fuisse cœnaculum locumue editiorem tabulati in ædibus, seu contignationem, posterior ætas ὑπερῷον, quasi superum ouum dixit: in qua ædium parte educata quum esset Helena, opinione sinistra impleuit vulgus hominum, vt ex ouo prodiisse eam crediderint: nam fabula mera est, quam Neocles Crotoniata scripto prodidit, ouum videlicet illud Helenæ parens, e luna fuisse delapsum: & lunares fœminas oua parere: denique ibi natos decies & quinquies antecellere nobis.

De Bupalo locus Horatii in Epodis restitutus: & ab eo facta parœmia. Item Sulpitia poetriæ locus enodatus.

CAPVT XVI.

Apud Horatium Epodon carmine sexto legitur:

Aut acer hostis Bubalo.

sic enim habēt codices omnes, quos mihi videre licuit, simul cum interpretibus, qui locum maculosum conniuentibus oculis prætereunt, quum ibi non Bubalo quod quadrupedis genus est, sed Bupalo, manifestissime legendum sit: de quo tametsi dissentiant auctores qui fuerit, certum est tamen patria Chium fuisse, Anthermi filium, inuectiuis Hipponactis & amarulentis iambis nobilitatum, qui poetæ istius, acerrimi sibi hostis deformitatem oculis spectantium ad risum exposuisse videtur: erat nanque Hipponax poeta, non pumilæ modo staturæ homuncio, & tœdo vultu, sed gracili quoque corpusculo, vt omnigenæ historiæ libro duodecimo refert Ælianus, & apud Athenæum Metrodorus Scepsius. Dixi autem, in eo qui fuerit, non consentire auctores: siquidem Plinius marmorarium fuisse multis ante inuentam picturam statuariamue seculis scribit. Suidas ἀγαλματοποιὸν, id est, statuarium nominat: *Plasten, qui e luto vultus fingere solet*, Pausanias non vno in loco: Acron *pictorem* eum facit. Sed Plinii verba, quia vtriusque tam Hipponactis, quam Bupali historiam graphice adumbrent, non grauabor describere, explicandæ Horatii in hoc loco sententiæ maxime conuenientem. *Anthermi*, inquit, *Chii fili Bupalus & Anthermus clarissimi in ea scientia (sculptura videlicet) fuere, Hipponactis poetæ ætate.* Deinde subdit: *Hipponacti notabilis fœditas vultus erat, quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum ii proposuere ridentium oculis.* (Erasmus circulis videtur legisse) Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse, quod falsum est. Pausanias vero in Messeniacis ita de eo scribit: *Bupalus homo miræ industriæ in ædificādis templis, &*

plis, *& in plastice insignis* (ζῶα αὐνὴς ἀγαθὸς πλάσαι) *primus omnium quos nouimus apud Smyrnaeos fortunae simulacrum fecit, capite praeferentis caelum, &c.* Idem in Boeoticis meminit Charitum a Bupalo sculptarum in Attali conclaui, quas ob artificii praestantiam Pergameni ostentent. Celebrat idem auctor & Charitas apud Smyrnaeos positas ex auro. Suidas vero hūc in modum de eo memoriae prodidit. *Hipponax patre Pythaeo & matre Protide natus, Ephesius fuit, sed expulsus a tyrannis Athenagora & Coma, Glazomenas habitatum concessit:* scripsit in Bupalum & Athenin statuarios, quod ipsius imagines ad ludibrium expressissent. Vbi obserua *Athenin* dici, quem Plinius paulo ante citatus *Anthermum* nominat. Suidam sequitur in Nutricia sua Politianus, ibi,

Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus
Bupalon & stratum morsu laniauit Athenin.

Quia autem extorris patria Glazomenas Ioniae vrbem cōmigrauit, a Sulpitia poetria epitheto Glazomenius vocatur in versibus quos super querela reipu. de infelicibus sub Domitiano temporibus conquerentis edidit, ibi:

Nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci discit duce Glazomenio.

In quem locum non satis explicitum, & illud adnotare pretium est operae, quod fractum versum vocet Scazontem Hipponactium: siquidem testimonio Halicarnassaei, constat Hipponactem infregisse trimetrum Archilochium in Scazontem, quo inimicos pungeret acerbius, σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ θλάσσας ἔπη vt ait Epigrāmat. A Bupalo specie prouerbiali dictum est a Iuliano apostata, βουπάλειος μάχη, *pugna Bupalia*, pro maledica virulentaque insectatione, in epistola qua Alypio Caesari fratri gratias agit ob missam ad se Geographicam pinaca, diligentia magna elaboratam: nanque ait: καὶ κατεμίξας αὐτὸ σαυτοῦ εἰς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν βουπάλειον κατὰ τὸν κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν. id est: *Magna industria illud elaborasti, additis & iambis, non pugnam canentibus Bupaliam. ut cum Callimacho Cyrenaeo poeta dicam, sed quales venusta Sappho vult hymnis congruere.* Ab eodem nomine effictum est & alterum prouerbium a Leonide Epigrammatario, βουπάλειον στύγος, *Bupalium odiū*, pro inexpiabili, cuiusmodi apud Ciceronem audit *Vatinianum od.*

Versus eius sunt hi:

ὦ ξεῖνε φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον
τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος, οὗ τε χ' ἁ τέφρα
ἰαμβιάζει βουπάλειον εἰς στύγος.

Dicam & Latine:

Hospes sepulcrum grandinans diras, fuge,
Vbi ferus Hipponax iacet, cuius cinis
Etiamnum in odium Bupali iambos iacit.

Maledicentiæ Hipponactis in Bupalum testes sunt illi versus ex ipsius iamborum libris apud auctores citati:

ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ βουπάλῳ κατηρῶντο.

id est:

Sic illi scelerato Bupalo diras imprecabantur:

& ille:

λάβετέ μου θοἰμάτιον, κόψω βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν.

Auferte vestem meam, vt Bupali exscindam oculum:

Ad quem versum allusit alicubi Aristophanes, sic inquiens:

εἰ νὴ Δία τις ἐπὶ γνάθους τύπτων δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν,

ὥσπερ βουπάλου, φωνὴν οὐκ ἂν ἔχοι.

id est: Per Iouem si quis illorum maxillas bis terue depalmasset, quemadmodum Bupali, obmutuissent facile. Meminit eius in Bupalum iamborum, & Zezes Isacius ibi. καὶ ὁ ἱππώναξ ἐν τῷ κατὰ βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ ἰθίνοι. Neque illud silentio prætereundum est, Hipponacteum præconium, pro morsu amaro & felleo vsurpari apud Ciceronem: quandoquidem & in parentes suos Iambis debacchatum fuisse Leonidas supra a nobis nominatus testatur, quando de eo ita canit: ὁ καὶ τοκέων ἐς βαΰξας. id est: Qui in parentes etiam suos delatrauit.

De titulo libelli Senecæ, de morte Claudii inscripti.

CAPVT XVII.

Libellus exstat typis inuulgatus Annei Senecæ a Beato Rhenano viro in iuuanda re literaria sane strenuo, primum (nisi fallor) & inuentus & in lucem emissus, cui titulus est, Ludus de morte Claudii Cæsaris festiuus quidem ille & salibus iocisque refertus, in quo Claudium Cæs. in cœlum refert per ludum. Eum ego libellum esse censeo, cui ab auctore ἀποκολοκύντωσιν nomen inditum scribit Dion Cocceius historiarum 58. voce (*vt equidem existimo*) ad apotheosin alludente, qua constat ex Herodiano lib. 4. in Deos referri solere imperatores fato functos. Verba Dionis sunt ταῦτα: συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ σενέκας σύγγραμμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτό, ὥσπερ τινα ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας. id est: *Composuit enim & Seneca scriptum, quod Apocolocyntosin, veluti quandam inter indigetes referendi rationem, inscripsit.* Apocolocyntosin autem nuncupauit Seneca, eo quod Claudius medicato boleto, quasi pharmaco purgatorio, quod olim frequens e colocynthide concinnabatur (quam agrestem cucurbitam vocare licet) periit. Infusum autem delectabili cibo boletorum virus, Locustæ nobilis veneficæ ingenio paratum, Agrippinam Claudio porrexisse scribunt Plin. *lib. 22.* *Corn. Tacitus lib. 12.* Suetonius & Dion. lib. antea dicto. Quod attigit & Satyrographus Iuuenalis, inquiens:

Boletus domino, sed qualem Claudius edit.

& Martialis eo versu:

Boletum qualem Claudius edit, edas.

Huc pertinet & Neronis dictum memoratu non indignum, dicentis: Boletos (fungorum id genus est) esse βρῶμα θεῶν id est, *Deorum cibum*: velut innuentis, per boleti esum ad Deos excessisse Claudium.

Qui fuerint interpretandorum somniorum primi artifices, quique de ea scientia scripserint. Item onirocriticon incerti auctoris.

CAPVT XVIII.

TAmetsi Cicero lib. de diuinat. 2 somniorũ coniectores, quos ὀνειροκρίτας Græci vocant, ex leuissimo & indoctissimo hominum, imo sagarum, genere constare dicat, antiquissimum tamen eius peritiæ inuentum, & inde laudem arrogasse suis hominibus gentiles lego, & eius scientiæ præstantiam haud dissimulanter in sacris literis laudari inuenio, idque in Iosepho Iacobi filio, quem ob eximiam in hac arte industriam præ ceteris maximum nomen & præcipuos honores adeptum fuisse clarissimũ est, vsque adeo vt & Trogo Pompeio istud ignotum non fuerit, qui Iustini verbis dicit illum primum somniorum intelligentiam cõdidisse: quanquam Philon Byblius Abrahamo illius proauo laudem istam attribuat. Plinius *lib. 7. Amphictyoni* Deucalionis filio somniorum & ostentorum interpretationem assignat. Pausanias Amphiaraum ὀνειράτων διακρίσει in diiudicandis somniorum euentis excelluisse scribit in Atticis. Clemens ὁ στρωματεὺς refert Telmisseos excogitasse primos τὴν δι' ὀνείρων μαντικὴν, futurorũ per somnia prænotionem. Quod repetit & Tatianus Assyrius, qui pro Christiana fide mortem oppetiit, his verbis:

τελμισσεῖς μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι, τὴν δι' ὀνείρων
ἐξεῦρον μαντικήν.

Fuit autem Telmissus Lyciæ oppidulum Strabone teste, non Cariæ, vt opinatur Cicero deceptus Poetarum, præsertim Tragicorum, qui regiones plerunque confundunt, auctoritate, in qua vrbe aruspicum disciplinam excelluisse fatetur idem Cicero. Et Arrianus lib. 2. *de rebus gestis Alexandri Macedonis*, commemorat Telmisseos vates a natura explicandis diuinis rebus & enuntiandis futuris esse deditos. Cõplures autẽ de hac cognitione scripsisse reperio, inter quos commemorantur hi ferme: *Geminus Pyrius tribus ea de re editis libris*: Panyasis Halicarnasseus, Alexãder Myndius, Phœbus Antiochenus, Demetrius Phalereus, cuius de eadem scientia quinque commentarii exstitisse leguntur: Artemon Milesius, qui ad XXII. onirocriticon lib. conscripsit. Nicostratus Ephesius, Astrampsychus, Artemidorus Daldianus e Lydia; cuius vnius exstant libri tres Græce scripti ad Cassium Maximum, & duo ad Artemidorum filium cognominem, tametsi Suidas quatuor tãtũ eius auctoris esse prædicet. & Antipho Atheniẽsis qui ate

pilor Artemidoro. Cui vero auctori attogari debeant versus Onirocritici, qui singulis senariis somnii coniectionem absoluunt haud facile dixerim: eos tamen, quod nusquam exstent seriatim typis expressi, libuit hic in gratiam studiosorum ordine subiicere Græce.

ὄναρ καθ' ὕπνους τὴν τεχνικὴν λέγει τόδε.
ἀργῶς κινῆσαι δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.
τρέχειν καθ' ὕπνους, ἀσθενεῖς ποιεῖ τύχας.
ἄνθρακας βαίνειν, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
βότρυς κατέσθειν, ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν.
βρῶσις σύκων, δείκνυσι φλυάρων ψόγους.
τρώγειν γλυκερὰ, πικρίας ἕξεις τρόπους.
θριδάκας ἔσθειν, σωμάτων δηλοῖ νόσον.
ὠὰ κρατεῖν, ἔσθειν τε, σημαίνει λύπας.
γελᾶν καθ' ὕπνους, δυσφόρους ἕξεις τρόπους.
κλαίειν καθ' ὕπνους, παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.
εἰ θυμιᾷ σε τίς, πικρὸν τ' ὄναρ πέλει.
πέτρᾳ καθεσθεὶς, ἐλπίδας χρηστὰς ἔχε.
τείχει καθεσθεὶς εὐτυχὴς πέλειν δοκεῖ.
κόπρῳ καθεσθεὶς, ζημίας ἕξεις τρόπους.
δυσωδίαν, νόμιζε τὴν ἀηδίαν.
ἔκδηλός ἐστι βόρβορος, ψυχῆς ῥύπος.
ἰλὺν πεπλυκὼς, τοῦ νόος νόσει βλάβην.
πηγὴ διαυγὴς, τοῦ νόος λύει λύπας.
ὕδωρ διαυγὲς ἐκπίνειν χρηστὸν τόδε.
ὕδωρ πίνειν πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.
ὕδωρ βλύζον κάτωθεν, ἐχθροὺς μηνύει.
οἶνος ῥυπώδης ἐκτρέφει πολλὰς λύπας.
οἶνος κενωθεὶς ἀχρεῖον, παύει λύπας:
οἴνου μετασχὼν, προσδόκα δεινὰς μάχας.
χύσις δὲ ποταμοῦ, δυσμενῆ δηλοῖ κέρας.
νῆξις θαλάσσης ἡμέρας, τοὔναρ καλόν.
νῆξις θαλάσσης ὀργίας, δηλοῖ λύπας.
χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὧν θέλεις, ἔσῃ.
ὕλης κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπε.
στρουθὸν κρατῶν φεύγοντα, προσδόκα βλάβην.
ξύλον κρατῶν, ἐλπίζε τὴν θείαν χάριν.
κίρκους κατασχὼν, ὧν θέλεις πάντως τύχεις.
χεῖρας πεπασθεὶς κίρκος, ἄρχουσιν βλάβη.
κλεῖδας κρατεῖν δὲ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.
κλῆμα κρατήσας, ἰσχαλεῖσθαι προσδόκα.
ἧλον καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
χεῖρας καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
πόδας πλατεῖς ἔχοντα, σημαίνει λύπας.

πόδων

ποδῶν κοπέντων, μηδὲ λόγου ἄρχου τρίβου.
πρηνιδὸν τὸ σῶμα, δυσκλεὴς ἔσῃ λίαν.
θανὼν καθ' ὕπνους, φροντίδων ἔσῃ δίχα.
καλὸν πέτεσθαι, πράξεως καλῆς τόδε.
φιλεῖν. ἐγείρει δυσμενῶν μακρὰς μάχας.
κρημνοῦ πεσόντα, δυστυχῆ δηλοῖ τύχην.
λάκκῳ καθεῖναι σαυτὸν, οὐ καλὸν τόδε.
† πολὸν βλέπειν θέοντα. μυστικὸν τόδε. alias πῶλον,
περιστερὰς βλέπειν τι, προξενεῖ βλάβην.
βόας θεωρεῖν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.
νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοὺς λιμοῦ χρόνους.
νεκρὸν ὁρῶν, νίκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.
ἵππους μελαίνας, οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.
ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις, ἀγγέλων φάσις.
σφῆκες φανέντες, δυσμενῶν εἰσὶν βλάβαι.
φωστῆρας ἰδεῖν πραγμάτων δηλοῖ φάος.
θαλάττην ἰδεῖν μειδιῶσαν, εὔθετον.
φλοῖσβος θαλάσσης, πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.
λευκὰς ὁρᾷν τὰς σάρκας, εὔθετον λίαν.
σάρκας μελαίνειν, οὐ καλὸν πᾶσιν τόδε.
κυνῶν ὑλαγμὸς, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
χιὼν φανεῖσα, δυσμενῶν ἔχθρας λύει.
λευκὴν στολὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.
στολὴν φορεῖν μέλαιναν, οὐκ ἀληθέα.
στολὴν δ' ἀλουργὸν, εἰς μακρὰν νόσον φέρει.
στολὴν ἐρυθρὰν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.
στολὴν φορεῖν ἄνακτος, ἐλπίδων λύσις.
χιτὼν ῥαγεὶς, ἔρρηξε φροντίδων βάρος.
ζώνη κοπεῖσα, τὴν ὁδὸν λύει τάχος.
τρίχας καρῆναι, πραγμάτων δηλοῖ βλάβην.
τρίχας πεσεῖν δὲ, κίνδυνον φέρει μέγαν.
μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κεκρυμμένην.
συνθλᾶν μαχαίρας, δυσμενῶν δηλοῖ λύσιν.
βροντὴ καθ' ὕπνους, ἀγγέλων εἰσὶν λόγοι.
γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἕξεις γέρας.

Conabor pro virili eosdem versus totidem senariis includere.

Celare noli somnium quando liquidum est.
Pigre moueri semitam duram facit.
Actus secundat, somnies si currere.
Calcare prunas, noxiam signat grauem.
Botros edere, notat madores imbrium.
Ficus edere, cauilla scurrarum notat.
Molestias signat vorare dulcia.
Comesa lactuca, indicat morbum grauem.
Oua edere continereque ostendit mala.

Si somnians ridebis, angor te premet.
Sed si fleas repleberis tunc gaudiis.
Succendi ad iras, hoc acerbum est somnium.
Petra insidens stabili, bonam spem contine.
Muro insidentem fors secunda te manet.
Mulcta grauaberis, super stercore sedens.
Putoris omen esse crede molestias.
Animæ inquinamentum notat, cœno infici.
Cœnosa peragrans, senties vitium ingeni.
Fons limpidus, mentem serenam denotat.
Potare limpidam, bonum omen prædicat.
Cœnosam aquam bibens, agit in angustiis.
Ebulliens aqua, perduelles nuntiat.
Serenat animum vappidi potus meri.
Sopit dolores, dolio exhaustum merum.
Vinum bibentem pugna te manet grauis.
Fluuius inundans, hostilem incursum notat.
Æquor serenum nare faustum est somnium.
Æquor natare turbidum, angores notat.
Aurum tenere somnians, voto excides.
Clauos tenens, ab hoste periculum caue.
Iactura certa est, passer euolans manu.
Tenens columnam, numinis speres opem.
Votum obtinebis, si manu accipitrem premas.
Accipiter euolans malum adfert principi.
Claues tenere, stabile fœdus indicat.
Remoram notant flagella torta vitium.
Se eluere totum, exterminat curas graues.
Abluere dextram, curarum fascem fugat.
Eluere plantas, diluit curas graues.
Latos pedes habere, portendit malum.
Viam ingredi nolito, succiso pede.
Inglorius eris, te vstulatum somnians.
Curis eris liber, necem si somnies.
Volare, successum rei latum notat.
Plagiunt pugnas hostiles, basia.
Aduersa sors portenditur præcipitio.
Se iacere pronum in fossam signat tristia.
† Est mysticum, cœlum videre voluier. † *Aliter: Currentem equi pullum videre, mysticum est.*
Damnum ominare, si columbas videris.
Visi boues, sinistra portendunt mala.
Diram augurantur mortui pestem boues.
Visum cadauer indicat necem grauem.
Est ominosa res atros videre equos.

Albos

Albos equos videre, faustum nuntium.
Signant periculum ab hoste, vesparum agmina.
Videre lumen, res loco in claro notat.
Pelagus quietum cernere, est omen bonum.
Fremitus maris negotiis turbas notat.
Albens caro, res auspicata est admodum.
Nigratio cutis, bonum nulli notat.
Canum latratus, hostium insultus notat.
Hostile conamen cadet, visa niue.
Omen bonum in somno est, amictus candidus.
At pulla vestis, curam inanem non facit.
Purpurea vestis, non grauem morbum notat.
Rubens stola, euentus rerum felicitat.
Magnam foue spem, regia indutus stola.
Disrupta vestis, curarum fascem eximit.
Pracisa zona, celeriter expedit viam.
Damnum in negotiis coma obrasa indicat.
Discrimen ingens, crinium casus notat.
Tentus manu ensis, auguratur prælium.
Confringere enses hostium stragis nota est.
Tonitrua somni, nuntiorum dicta sunt.
Quis se senem videt, manet eum dignitas.

Obseruationes Latinæ de anni temporum discrimine.

CAPVT XIX.

QVod in ætatibus, idem & in anni temporibus discrimen obseruatum apud auctores video: vt quemadmodũ dicunt, *ineunte*, vel *prima iuuenta*, *& sic deinceps*, ita & *ineunte* vel *primo vere*, quod Virgilius etiam, *nouo*, dixit in Georg. pro *veris initio*, ad imitationem Græcorum, qui dicunt, ἀρχομένου ϗ νέου ἔαρος. Similiter Latini, *medio*, vel *adulto vere* (quo postremo non semel vtitur Marcellinus) efferunt, pro eo quod est, *in medio veris*, quod Græci non absimili ecphrasi, ἀκμάζοντος, ἢ μεσοῦντος τοῦ ἔαρος dicunt. quanquam Corn. Tacitus *æstatem adultam* quodam loco vsurpasse videatur, pro, *sub finem æstatis*, vbi ait: *Æstate iam adulta legionum aliæ in hybernacula remissæ*. Solent nanque autumni tempore, aut si maturius, æstate desinente, in hyberna dimitti milites. Cicero etiam summam hyemem dixit, pro media bruma, in oratione pro lege Manilia: *Nunquam nisi summa hyeme transmiserint*. Idem *lib de nat. deorum* 2. senescentem hyemem vocauit, vbi solstitium circũscribens dicit, Solis inflectentis cursum tempus adiunctum esse senescenti hyemi. Sic Ammianus libr. 21. *Autumno iam senescente profectus*. pro quo & prouectum dicere non inepte poterimus. vti Tacitus prouectam noctẽ dixit. Denique & *extremo, prono, & præcipiti vere Latini vsi sũt*, loco eius quod vulga-

riter, *in fine veris*, dicimus: Græci πανομβρίω καὶ λήγοντος, teste Polluce: præterea & φθίνοντος & ἀπιόντος, ex Proclo. Cicero pro Pompeio: *Tantum bellum Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.*

Cur Cupressus feralis arbor fuerit ab antiquis habita, rationes.

CAPVT XX.

CVpressus arbor, quod funebri signo, ad domos funestas poni antiquitus consueuerat, & prope rogum depangi, nemo est in literis vel tenuiter versatus, qui ignorat: quam vero id ob caussam, nondum liquido apparet. multiplex enim adducitur a variis scriptorib. ratio quæ cum gente variat: siquidem Latini naturam & ingenium arboris magis intuiti videntur, Græci vero fabulosa potius sectari. Varroni namque placuit adhiberi rogis cupressos, propter graue vstrinæ nidorem: quod ita interpretatur Isidorus, vt odorem cadauerum dum vrerentur, cupressi iuxta positæ comprimerent iucunditate odoris sui. Plinius *libr. 16. cap. 33.* caussam geminat, cum quod ea arbor Diti sit sacra, tum quod resecto eius vertice intermori, & succisa non regerminare credatur. Quod tenet quoque Sex. Pompeius: *Cupressi*, inquit, *mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil iam est sperandum. quam ob caussam in tutela Ditis patris esse putabatur.* Seruius cupressum Proserpinæ dicatam ait, propter morientium luctus. At Asclepiades ex ea caussa lugubrem habitam prodidit, quod Boream Celtarum regem commemorent primum in amissæ filię Cyparissę tumulo conseuisse nouum genus arboris huius. Auctor Græcus τῶν γεωπονικῶν, siue de agricultura, Cassianus Bassus Scholasticus (is enim eorum collector fuit, non Constantinus) libr. 2. rationem refert ad lugubrem casum Cyparissarum Eteoclis filiarum, quæ quum in solemni dearum tripudio in puteum prolapsæ interiissent, miserta flebilem sortem Tellus plantas proceritate puellis similes (vti fabulatur) produxit, desiderium quoddam earum & monimentum rei in arborum illis cognominum aspectu volens exstare. Nec defuerunt qui ad tristem euentum Cyparissi cuiusdam id transferunt, qui Telephi filius, quum in Chio insula ceruum mansuetem delitias suas fortuito iaculo ipse (vt refert Probus) Syluanusue pueri amasius (quod Seruio placet) traiecisset in Syluis pascentem, inedia vitam finiuit, præ mœrore contabescens, quem Apollo (nam hunc eius amatorem narrat Ouidius Transformat. decimo, & Seruius parum sui constans in Æneidos tertio) nec medica ope nec consilio ab instituto reuocare quum non posset, in Cupressum luctuosam arborem conuertit, de amasii nomine dictam. quanquam alii Græcam originem illi tribuunt, vt Cyparissus vocata sit, διὰ τὸ κύειν καὶ φέρειν παρίσους,

κλάδους

κλάδους τε καὶ καρποὺς, ab æqualitate fructuum pariter & ramorum, quos producat: vnde natus ille senarius ab Eustathio adductus, κῶνοι πυρίνους, ἡ κυπάρισσος κλάδους. Illud obiter adiecero, quod Iouis sceptrum e Cyparisso fabulentur fuisse factum veteres. vt Hermippus auctor est: quæ res deterruit Pythagoræos ab vsu Cupressinarum arcularum, quod commemorat Laertius. Fuit & Cyparyssus oppidum in Parnasso monte situm, iuxta Delphos, a Cyparysso Minyæ Orchomeniorum regis filio nomen habens, Eustath. teste.

Virgilii locus illustratus ex tertio Æneidos. Iulianus Aurelius cum Laertii interprete notatus.

CAPVT XXI.

VIrgilius haud vulgari sensu illud in tertio Æneidos extulit:

Da pater augurium, atque animis illabere nostris.

recte nanque respicit ad cognomen Apollinis Genitoris, cuius in Delo exstabat ara hoc cognomento, quem Cato in oratione de educandis liberis Genitiuum dixit. Huius meminit in Argonauticon quinto Valerius Flaccus:

Phœbi Genitoris ad aras
Ventum ait.

Cloatius Vreus, *Deli*, inquit, *ara est Apollinis* γενέτορος, *in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inuiolatam adorasse produnt.* Idem scribit Aristotelis in Deliorum repub. testimonio Laertius Diogenes li. 8. βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδέν. id est: *Adorasse modo Pythagoram Apollinis Genitoris aram in Delo, quæ retro Corneam est posita, quoniam farra, hordeum, placentasque solas citra ignem apponere illic moris sit, victimas vero nullas.* quem locum interpres commaculauit quidem. Sed maioris erroris in luto hærere deprehenditur Iulianus Aurelius, auctoris verba exponens in libro quem de Deorum cognominibus scripsit: nam illud, ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, vertit, *quæ post Ceramicum erat*, qui locus fuit Athenis celebris. Huc respexisse & Ciceronem certum est *in 3. de natura Deorum*, scribens, ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluisse Pythagoram, ne aram sanguine aspergeret. Quam aram, quia in ea nullum animal immolabatur, εὐσεβῶν βωμὸν, id est, piorum seu rite venerantium aram sua etiamnum ætate dictam exstitisse refert Cyrillus *libr. 9. aduersus Iulianum.* Ex his liquere etiam potest, cur Venerandi vocabulo vsus poeta, non hostias mactantem, sed solemni tantum precatione vsum Æneam facit, in eo versu:

Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

neque enim dubium mihi est, quin doctissimus poeta sciuerit istud, & accuratissime obseruarit. Porro corneam aram vocat La-

cum comminiscitur. Halicarnassæus Italum Siculorum regem qui primus agricolationis opera in Italiam inuexerit, regionem a se transnominasse scribit. Timæus fabulatur dici ab Italo boue vno ex armento Geryonis, qui abactus ab Hercule Siculi freti angustias tranauerat, Tyrrhena lingua Italum taurum nominante. Hellanicus vero, quoniam opimos boues gignat ea regio, eiusdem vocabuli occasione nuncupatam voluit. Recenset etiam in Originibus Cato, Italum Hesperi fratrem, vnde gemina Italiæ nomina creuerint. Hæc fere de Italiæ appellationibus omnium prope terrarum alumnæ annotare visum est, quæ tot populorum discordes ferasque linguas, Latini sermonis commercio ad colloquia contraxit, vt Plinii verbis dicam.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER SECVNDVS.

Septimii Tertulliani locus vnus & item alter, & D. Clementis, restituuntur genuinæ lectioni.

CAPVT I.

PErcurrenti mihi nuper annotamenta Beati Rhenani in Tertullianum secundæ editionis, multa bene retractata probeq; interpolata sunt visa: in nonnullis visus est parum fauente, ne dicam inuita, Delia venari vir ille alioqui extra omnem aleam doctissimus, quiq; in restituendis auctoribus sedulam nauauit operam, e quibus vnum atq; alterum locum subiiciam a me obseruatum. Scribit in libro de Velandis virginibus Septimius Florens his verbis: *Debebunt*, inquit, *etiam & ipsi aliqua sibi defendere insignia, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut Cirros Germanorum, aut stigmata Britonum* Hic pro *crobylis*, *scrobulos* legit atq; exponit in priore editione Beatus, vt scrobuli, voce a diminutiuo scrobe, foramina sint aurium, per quæ barbari traiiciant gemmas & annulos. Deinde in altera, de qua loquor editione, bis in eundem impingens lapidem, dictionem reponit coniecturæ solum obsidem, *strobulos* legens, adiecta annotatione ista: *Strobulus Græcis pineam nucem significat, gestamen ex auro barbarorum quorundam &c.* Speciosa quidem videtur hæc elusio, qua imperitioribus iudicio defectis, velut offusa nebula satisfiat: quibus tamen obtrudere, quod nusquam lectũ est, a latæ culpæ crimine non multũ abhorret. Est a crobylus criniũ plexus in acumẽ desinẽs: de quo & cicadis Thucy-

dides in primo , *& Lucianus in Nauigio* : ἀνὰ δὲ χρυσοῦς κρώβυλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον. *& præter Plutarchum Theophylactus*, κρωβύλῳ καὶ τέττιγι ὁ Γοργίας σεμνύνεται. id est : *Crobylo & cicada superbit Gorgias*: qua de re plura in commentario de Coma. Est & alter eiusdem lapsus in libello de fœminarum cultu commissus, vbi pro, *Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit* , scrobulosa maluit legere, vt ad scrobulos illos barbarorum commentitios allusum sit scilicet, quum ludat ironice in temerariam & pertinacem nostram libidinem foramenta auribus sponte impingentium. Porro verisimile mihi fit, Tertullianum antiquitatis omnis scientissimum virum Græcam vocem Crobylos, non suppetente Latina, in Romanam coloniam adoptare, vel vsitata tum temporis voci maluisse: alioqui ætas illa, quę Plinium, Martialem, Suetonium magisque etiam posteriores tulit, Græcis libenter dictionibus vsa videtur, ad proteruiæ vsque vitium. In quorum numero miror, cur Ruffinus Aquileiensis studio interdum obscurare suam dictionem Græcis vocibus, velut Latinis gestierit, vbi diserte Romanas vsurpare maiore cum luce pariter & gratia potuerit. Adscribam e multis vnum, quod apud D. Clementem in sexto, ὑποτυπώσεων exstat, in hæc verba: *Quod etsi lex de his nõ admonuisset, nos vt cantbari libenter volueremur in stercore?* Potuisset hic pure puteque Latina voce Scarabæos dixisse, maluit tamen mere Græcam aspergere. quid vero eum mouerit, dicere non habeo: certe caliginem multorum oculis offudit, & iudicio Io. Sichardi, viri non indocti, qui editionem procurauit, imposuit, qui parum cogitans κάνθαρον sonare Græce Scarabæum, multoque minus, quod insectum istud stercoreas pilas voluter (*quod de eo scribunt Plinius libr. 30. cap. 2. Orus, Porphyrius lib. 4.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. *Plutarch. lib. de Iside & Osyride, alij*) suspicionem sinistram admodum margini illeuit inter scholia: nam pro cantaris, canterios, fortassis votis eius melius responsuros, quam exiguum insectum istud, substituit. At enim demus humanum esse interdum errare, quando & bono Homero nonnunquam somnus obrepere possit, attamen maiore religione opus est.

De tribus vestium purpurearum generibus distinctius paulo perscripta ratio. Inibi quid ἀλουργὶς propriè.

CAPVT II.

TRia ferme purpurearum vestium genera ab auctoribus enumerata lego, ἀλουργίδα, πορφυρίδα, & φοινικίδα quæ tamen ab iis, qui hac de re ex professo scripsere, pro colorum discrimine non satis distincta, mirari sat nequeo, ac ne a diligentissimo quidem Baysio, præterquam in voce φοινικίδος, quam phœniceum colorem potius, quam purpuram designare, recte annotat. Certe singulis diuersum fuisse colorem autumo, vt dicam postea: quando &

do & Artemidorus in *Onirocriticis lib.2.c.3.* clare eas discriminet, quum πορφυρᾶν ἐσθῆτα τὰ αὐτὰ τῇ ἁλουργίδι σημαίνειν, hoc est, purpuream vestem idem portendere in Baccho operatis dicat, quod cæruleam. & iterum, ἁλουργίδα ἔχειν ἱερεῦσι μὲν καὶ θυμελικοῖς. &c. mox, πορφυρᾶ δὲ ἐσθὴς δούλοις ἀγαθὴ καὶ πλουσίοις. Enim uero vocabulorum etyma intuenti mihi atque expensius rimanti, ἁλουργὶς videtur cæruleum paludamentum, siue mauis, trabea exponi posse: nam colorem cœruleum ἁλουργὸν a maris colore dici puto, ἀπὸ τῆς ἁλὸς: quo modo accipitur quod legimus Odysseam Homericam olim ἐν ἁλουργοῖς ἐσθήμασιν, vt Iliada ἐρυθροβαφέσιν, agi consueuisse: cœruleis quidem illam, propter Vlyßis per mare errores: hanc vero rubeis, propter cædes & cruenta bellorum vulnera. Deinde φοινικίδα interpretor, quæ palmeum colorem mentiretur, illis φοίνικα palmam nuncupantibus. Postremo πορφυρίδα recte purpuream a cruore sanieue piscis purpuræ dici posse censeo, nigricantem videlicet magis, a cuius similitudine πορφύρεον κῦμα, & πορφύρεον θάνατον Homerus extulit. Ceterum ad istius rei discrimen, adferunt momenti nonnihil Appiani verba, ex quinto bellorum ciuilium, vbi Sextus Pompeius gloriabundus ob geminum naufragium aduersæ partis phœniceum paludamentum, quo Imperatores vtebantur, in cœruleum conuertit, adinstar Neptuni, cuius filius haberi ambiebat, ob felicē in nauigatione successum (quam rem obiter attingit & Porphyrio in Horatii Epodon libr.) Ea sic Græce leguntur: καὶ τὴν συνήθη τοῖς αὐτοκράτορσιν χλαμύδα, ἐκ φοινικῆς εἰς κυανῆν μεταλλάξαι φασί.

Locus ex quinto Æneidos Virgilii accuratius expensus & explicatus.

CAPVT III.

LEgenti mihi locum Virgilii, quo certaminum in parentalibus ab Ænea (vt putatur) primum institutis editorum præmia enumerat, nescio quid scrupi animum perculit, quod sacros tripodes inter brabeia ponit. sic enim ait:

Circoque locantur
In medio sacri tripodes, viridesque coronæ.

Placuit itaque Seruium, cuius inter Grammaticos non postrema est auctoritas, consulere, quid in medium ille adferret, ratus illum meæ exspectationi facturum satis. qua spe falsus, altius rem examinandam duxi. Ad Græcos igitur fontes, quorum latices pleno ore hausit poeta noster, qui illum a profano vulgo excludunt, cōfugio, ac primum ad ingeniorum parentem Homerum, apud quem in funebrib. ludis Patrocli prēmia victoribus proponit Achilles τρίποδ' ὠτώεντα δύο & rursus, ἄπυρον κατέθηκε λέβητα. Sciendum itaque tripodas hic accipi pro lebetibus vel cacabis tribus pedibus innixis: sic enim interpretor illud Eustathii in Iliad. 9.

διὰ τὸ τρίποδα τὴν ὑπόβασιν ἔχειν. Quæ verba transcribens Phauorinus, ὑπόφασιν male legit, nisi chalcographi vitio irrepsit mendú. Sed repetam rem a principio omnem latius. Constat ex Athenæo *in Dipnosoph. 2* & Eustathio *in nono Iliados*, duo antiquitus tripodum fuisse genera, siue lebetum: alterum ἐμβατήριον, qui igni imponitur, dictum quoq; λουτροχόον, quod eo ad balnea vteretur: eundem & ab Homero αἴθωνα, velut ab igne candentem nominatum, in quo aqua calefiebat: cuius apud Æschylum est vsus:

τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης
ἀεὶ φυλάττων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν.

Et apud Sophoclem in Aiace:

θοὶ δ' ὑψίβατον
τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων θέσθ' ἐπίκαιρον.
Vos tempori arduum lauando funeri
Imponite igni tripoda.

alterum ἄπυρον *ignis expertem* in quo vinum dilui solebat, a diluendi eius argumento κρατῆρα etiam dictum, quem etiam ἀνάθημα ... vetus Homeri scholiastes exponit, quod inter templorum donaria, & in ædium suppellectile ad ornatum reponeretur, propterea extritus & albicans e stanno ...fuso, vt Iliados 23. annotat Eustat. λευκὸς δὲ ... χάλκου ... Quod vero tripus & lebes idem sint, ostendit Homerus: nam quem vocat in ψ ἄπυρον λέβητα, in nono ἄπυρον τρίποδα dixit. Sed præstat ipsius verba citare, quibus Agamemnon pollicetur se Achilli pro iniuria ademptæ Briseidis daturum præter alia multa,

ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα,
αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι.

hoc est:

Ignem haud expertos tripodas septem, atq; talenta
Dena auri, & bis tot candentes igne lebetes.

In vicesimotertio, Achilles victori tertio præmium decernens,

αὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα, καλόν, &c.
Tertio item expertem flammæ nitidumq; lebetem
Constituit.

Tales autem tripodes, qui ignis iniuriam nunquam sentiút, temperandoque vino addicti, Libero patri sacri erant, ob veritatem in ebrietate sitam, iuxta illud, οἶνος καὶ ἀλήθεια. *Vinum & Veritas.* Vnde & victoriæ præmium in Liberalibus proponi solebat tripus, quando & *veriloquos ex Tripode locutos* prouerbio dicimus. Duas igitur ob caussas poetam sacros tripodas dixisse putarim, tum ἀπύρους, ac proinde Libero sacratos, tum vt ἀναθηματικούς, qui vel ad ædium sacrarum ornatum conuerti possent. Nam Seruii interpretatio frigidior videtur: sic enim exponit: *Sacri tripodes, sic pulcri, vt sacros putares. nec enim sacrilegus erat, vt sacra donaret.* Porro & illud silentio præteriri non debet hoc in loco,

Iouem

Ionem poetam in Agamemnone, ἔκπωμα δακτυλωτὸν, ἄχραντον πυρὶ dixisse, *poculum ansatum ab ignis iniuria immune*, alludendo ad Homericam vocem ἄπυρον, nimirum accipiendæ frigidæ accommodum vel ad hauriendam bibendamue frigidam appositum. Fuit & lebes nauigii genus (vnde fortassis per paronomasian lembus dictus est) quo ad Erythiam Hispaniæ insulam mare traiecisse Herculem ferunt apud Alexandrum Ætolum, de Hercule sic dicentem:

χαλκείῳ δὲ λέβητι μέγαν διενήξατο πόντον.

Traiecit vastum pelagus ex ære lebete.

Euphorion leberem æneum, cymbam æneam, hoc est, rostris æneis munitam vocauit, ibi:

χαλκείῃ ἀκάτῳ [illegible] ἐξ ἐρυθείης.

abnauigasse Herculem scapha ænea ex opima boum Erythia scribens. Theocritus etiam lebete nauigasse illum ait. Panyasis & Pherecydes Græci scriptores phiala vectum prodiderunt, qua de re plura Athenæus lib. 2. & Macrob. lib. 5. c. 21.

De talorum & tesserarum iactu, multa ab aliis non dicta, nonnulla etiam animaduersa.

CAPVT IV.

QVum viderem non infeliciter tentasse quosdam Erasmi dicta attexere ad quæ de talorum tesserarumque ratione, vsque adeo vt gloriari etiam hoc nomine instituerint, qui tamen vix tria quatuorue auctorum testimonia attulerint, putaui & ego me studiosis non ingratam facturum, si non parum multa ab aliis tacita, quædam etiam animaduersionem & limam promerita, collectaneis hisce nostris insererem: quare candori nostro fauebunt studiosi. Ἀστράγαλος itaque, quem talum Latini nominant, Ionibus etiam ἀστραγάλη, vt ex auctoritate rhetorici lexici citat Eustathius, sic dictus est, quasi ἀστράβαλος, enallage literæ β, δι' οὗ ἀστραβῶς ἔστι βαίνειν, quod ad incessus firmitatem faciat. hinc ἀστραγαλωταὶ μάστιγες celebratæ sunt veteribus, scuticæ talis insertis constantes, vt idem Iliad. 23. annotat, quarum apud Plutarchum in libello aduersus Coloten fit mentio, quibus cædi flagellarique solebant in Matris Deorum templis Gallicius Deæ ministri, si quid deliquissent. Eius verba sunt, μάστιξ διόφθορος τ' ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης ἢ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν. Hinc & ἀστραγαλομάντεις ab Artemidoro libro secundo recensentur, *qui e talorum iactu, futurorum euentuum sortem predicinabant.* Talos ἀστρίχους dixit Aristophanes, alii poetæ ἀστρίας, Callimachus ἀστρίας, vbi donatos cuidam fuisse memorat ζορκὸς πέντε νεοσμήκτους ἀστρίας, *dorcadis talos quinos recentiras ura expolitos.* Vnde & talis ludere ἀστρίζειν dicebatur, & ἀστραγαλίζειν. Hic ludus quaternis fiebat talis, quorum vnusquisque casus habebat quatuor, non senos, cubi ad

modum: dyas nanque & pentas hic deerant, hoc est, binarius quinariusque numeri otiosi erant, neque in talis recensebantur: sed positus ipse, siue ratio lapsus, vicem obtinebat numeri, testante Polluce. Vnde apparet status positusue talorum diuersos, nominibus vnionis, ternionis, quaternionis, & senionis fuisse censitos. Cupidinem & Ganymedem talis ludentes puerili more inducit Apollonius Rhodius libro tertio his verbis:

Ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώγε
Χρυσείοις, ἅτε κοῦροι ὁμήθεες, ἑψιόωντο.
Vt pueri aquales ex auro ludere talis
Sunt deprensi ambo.

Caluus poeta Curium Romanum talis pereruditum describit, teste Asconio. Pausanias Arcadicis in Herculis specu cognomento Buraici, diuinationis genus exercitum fuisse scribit, quod *astragalis quaternis in pinaca coniectis fiebat, post suas preces ad diuum preces.* Pindari quoque scholiastes in Pythiis annotat, in sacris Deorum mensis repositos fuisse talos astragalosue, quibus proiectis futura augurabantur. Verbi gratia, eiusmodi si iactus obtigerit, tale quid eueniet: sin minus, non cõtinget. Celebris est apud auctores *Siphnius talus*, σίφνιος ἀστράγαλος, ob exiguitatem, vt arbitror, δι' εὐτέλειαν, sicuti refert Eustathius. A talorum ludo diuersus est tesserarius, quem & πεττείαν & κυβείαν illi dixere, licet Athenæus confudisse videatur libro 10 ex Theopompo Rhodiorum insolentiam describens, talorum ludo, vel tesserarum de fœminis liberis ad stuprum solicitandis contendentium: cuius verba non grauabor adscribere: ὥστε καὶ κυβεύειν ἤξίουν αὐτοὺς ἀλλήλους περὶ συνουσιῶν τῶν ἐλευθέρων, καὶ διωμολογοῦντο τοὺς ἐλάττω τοῖς ἀστραγάλοις βαλόντας, ἣν προσαγορεύσειεν τῶν πολιτίδων τῷ νικῶντι εἰς συνουσίαν ἀγαγεῖν, &c. & paulo post, καὶ ταύτην τὴν κυβείαν ἐπαιζον. id est: *Pacti inter se, vt qui minimum talis iecisset, victori quamcunque oppidanarum iussus produceret* & mox: *atque hunc tesserarum ludum exercebant.* Vides vti & κυβείαν & χυβείαν confundat cum astragalis Πεττείαν, hoc est, *tesserarium ludum* inuenisse in Aulide Bœotiæ, οὐ ῥάθυμον παιδιὰν, ἀλλ' ἀγχίνουν τε καὶ ἐργώδη, *non segnem ludum, sed ingeniosum atque industrium*, Palamedes Euboicus a Philostrato in Heroicis traditur: cui eam gloriam tribuit & Gregorius Nazianzenus in prima inuectiua στηλιτευτικῇ: item Pausanias in Argolicis, dicẽs *Palamedem cubos ab se inuentos consecrasse in fano Fortunæ.* Sophocles quoque in Palamede fabula, hanc inuentionem illius ita prosequitur:

οὐ λιμὸν οὗτος τόνδ' ἔπαυσε σὺν θεῷ
εἰπεῖν χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφεῦρε, φλοίσβου μετὰ κόπον καθημένοις,
Πεττοὺς, κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

Latine sonant:

Nonne ille (dicam enim) procul famem Deo

Iuuante

Iuuante abegit, otiumque fallere
Docuit sedentes littore in sicco, mare
Vbi murmurat, ludo reperto tessera,
Vita iucundo desidis solatio?

Imo Polemon auctor est, sua ætate monstratum fuisse saxum apud Ilium, super quo pessos Græci iaciebant. Quin & παλαμήδειον ἀβάκιον, *Palamedis abaculus* celebratur ab auctoribus. Plato tamen in Phædro Ægyptios ait inuenisse præter numerandi & subducendorum calculorum rationem, etiam πεττείαν atque κυβείαν. Proci apud Homerum πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον, *tesseris ante fores sese oblectabant.* Ludum hunc in carmine de Virginitate describit Nazianzenus:

ἀλλ' ὥς τις στρεπτοῖσιν ἰαυόμενος φρένα πεσσοῖς,
Πεσσοὺς μὲν προΐηκε, τὸ δ' ἄρτιον ἠὲ περιττὸν.
οὐ χέρες, αὐτομάτη δὲ λίθων στροφάλιγξ ἐνέηκεν.
id est:
Qualis cui mentem versatilis alea pascit,
Ille quidem iacit, at par impar non manus ipsa
Fingit, fortuita at prabet versura lapilli.

Phanias Comicus Mithylenæum quendam Leonem ἀήττητον κατὰ τὴν πεττευτικὴν, in aleatorio ludo insuperabilem nominatim celebrat. At enim quæ fuerit pro eorum in iactu tesserarum ludendi ratio, ex Ctesonis Ithacensis fide recenset Appion Alexandrinus apud Athenæum in Dipnosoph. 1. Porro in hoc ludo quinque vtebantur tesseris, vnde & nomen fortasse πεττείας, quasi πεντείας λίθους fluxit, vt ex Eustathio citauit Phauorinus: (nam ἀπὸ τοῦ πίπτειν, a casu eorum etymon deriuat Hom. scholiastes. Aliter tamen Zenobius, tribus veteres lusisse dicit, quod & adagium videtur innuere, ἢ τρὶς, siue (vt in Zenobio legitur) τρεῖς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. Sed quia in huius adagionis mentionem incidimus, paulo latius explicanda erunt quædam, & restituenda nonnulla in Erasmi annotatione. *Cubus*, Græce κύβος, effertur tam de tessera quæ iacitur, quam de puncto ipso & nota insculpta, numerum iactorum reddente, ac præcipue vnione, qui ὄνος quoque asini nomine dicitur. Vbi obserua obiter, apud Pollucem lib 9. cap. de conuiualibus lusibus, κυβόπτος legendum esse, non κυλόπτος. Priore modo accipitur illud e Tragœdia, ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. id est: *Feliciter semper cadunt cubi Iouis.* At posteriore accipiendum Euripidis illud in Myrmidonibus, vbi tesseris ludentes facit Heroas,

βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.
Duas Achilles vniones iecit & quatuor.

quem versum in Ranas transtulit Aristoph. Item illud Eupolidis: ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα. Sic accipienda sunt quæ paulo obscurius scripsit Zenobius in hæc verba: κύβοι γὰρ ἐλέγοντο ἰδίως αὐτὸν

τὸν ῥιπτούμενον, ὅτι πλήρης ἐστὶ, καὶ κενή. quæ sic reddidit Erasmus: *Tesser æ etiam iactum ipsum appellant, qui nõnunquam plenus est, interdum inanis: atque iactus ter trium felicissimus erat, trium inanis.* Hæc ille, sed falsus est: nam ter sex plenam victoriam apportabant, tres vero cubi, hoc est, vniones succumbere iacentem loquebantur: id quod & Zenobius non inficiatur, qui Ionas appellasse tales cubos monada sue etiam ὄνους testatur: vbi in exemplaria Græca non vulgare mendum irrepsit loco ὄνυς habentia οἴνοις, tametsi apud Pollucem alibi etiam οἰνὰν & οἴνην scriptum inueniam. *Quod vero non ter trium iactus felicissimus fuerit*, quod voluit Erasmus, *sed ter senum*, clare ostendit Æschylus in Agamemnone, vbi excubitor con pecta per tenebras face captæ Troiæ indice, eam ter sex iecisse, hoc est, fausta lætaque portendere omnia gaudet: itaque sic ait:

> τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,
> τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.
>
> id est:
>
> *Cecidisse res heriles prospere dabo,*
> *Nocturna quando hæc fax mihi ter sex iacit.*

Vnione quoque nomen fuit apud illos κύων *canicula* respondet voce Latina: præterea & Χῖος & χῖος, quo spectat Leonidæ epigramma in Pisistratum:

> τί σοῦ χαριεύμεθα σὺ Πεισίστρατε. χῖον ὁρῶντες
> γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον.
>
> *Quid commentabor de te Pisistrate, Chium*
> *Insculptum tumulo quod videam astragalum?*

Ex quo loco apparet Chium etiam in talis, non modo in tesseris obseruari solere. Adde, quod Eubulus Comicus in Aleonibus, κύκλωπα, ni fallor, dixit ab vno oculo monadi respondente. At Senio, ἑξίτης dicebatur & Κῷος, atque etiam συμμετρικὸς: de quo fluxit paroemia, Χῖος παρστάς, Κῷον οὐκ ἐάσω. quomodo Strattis Comicus illud extulit:

> Χῖος παραστάς, Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.
>
> id est:
>
> *Hic Chius astans, non sinit Coum loqui.*

quo allusit Aristophanes in Ranis, ibi: οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῷος. Iam vero *Cubi* vocabulum (quod etiam ad amphoram, iuxta Rhemnium Fannium, & *quadrantal*, a quatuor quadris dictum, extenditur, de quo & Gellius libr. 1. cap. 20) apud Græcos *panem* etiam *quadratum* notat, anetho conditum & oleo, vt in Dipnosophistis tradit Athenæus: præterea & lumborum concauitatem vtrinque subsidentem, κύβον dici in Synonymis a Simmaristo proditum est. Arrianus etiam pro verticulo spinæ cubi vocabulum vsurpasse legitur:

> αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο κύβοις ἐπιτέλλεται ἰξύς.

Ceruicis

Ceruicis summ a coniungit vertebra spinam.

In eadem significatione *Astragali* voce vsus est Tryphiodorus, ἐπαυχενίοις ᾗ λυθέντες ἀστραγάλοις ἐάγησαν, collapsos altrinsecus Froianos perfractis colli verticulis exspiralle scribens. Quin & pro ancipiti euentu κύβος, vt alea Latinis, ponitur: vnde prouerbiale illud apud Æschylum in 7. ad Thebas, ἔργῳ δ' ἐν κύβοις ἄρης κρινεῖ id est: *Mars belli incertus rem iudicabit.* Non est prætereundum silentio quod apud Menodotum, siue eius metaphrasten Galenum in oratione ad artes paræneticа legitur, *Mercurium orationis Deum a veteribus plastis pictoribusque, κύβῳ insistentem fingi pingique, quod cubica figura sit minime instabilis:* qua ratione *cubis* comparauit Socratis rationes Hierocles Alexandrinus philosophus, quod quacunque tandem in partem caderent, stabiles semper καὶ ἀπτῶτες manerent. Quodque Plato in Repub. Archytam Tarentinum geometram primum inuenisse *cubum* refert. Solebant autem pro numero punctorum siue cuiuslibet monadis drachmam aut staterem deponere ludendo, præcipue in eo lusus genere, quod πλειστοβολίνδα nuncupabant ab euentu, quod qui plura iactu numerasset puncta, appositam argenti summam auferret. Vnde in Amplsiæ Comici Paia, vel funda (σφενδόνην inscripsit) τριμναῖον apponitur, *trium minarum pretium, in trium cuborum iactu,* nimirum pro quolibet vnione mina. Porro a punctis tesserarum ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς κύβοις τρημάτων, aleones dicti sunt τρημαῖαι, vt in Iliad. 16. annotat Eustathius, quos & σκιραφίδας Antipnis Comicus dixit: at pergulæ vel tabernæ vbi tesseris ludebatur, κυβευτήρια a cubis, & σκιραφεῖα a peculiari Athenis ei rei dedicato loco nominabantur, quas & πωτεῖα dixit Sophocles. Refertur ab Eustath. in Iliad. σ. tesserarii ludi genus διαγραμμισμὸς dictum quo calculis sexaginta albis pariter & atris, in tritilli alueo ludebatur: ita enim eius verba interpretor, διὰ τῶν ἐν πλινθίοις ψήφων ἑξήκοντα λευκῶν τε ἅμα καὶ μελαινῶν. Cuius vsus est apud Philemonē, μαθών, διαγραμμίζειν, κυβεύειν Redeamus postliminio ad talos. Vt cubus sex habet casus ἐξ ἑβδομάδος κατ' ἀντίθετον συγκειμένας, ita vt septenarium constituant numerum cum accessione oppositæ partis: *Nam monadi hexas opposita erat, triadi tetras, & dyadi pentas, quæ in solis cubis senas habentibus superficies, exstant:* ita astragalorum quilibet quaternos habet casus, vti diximus: qui si in excidendo diuersas ostendissent facies, *Venereus iactus* is nominabatur. Porphyrius Grammaticus annotat *Veneris iactum* supremum habuisse numerum in talis, quippe qui tricenarium expleret, quo iactu ἀρχιποσίαν sortiebātur, a quo bibendi ordo inciperet nisi pro tricenario legendum sit ter senarium, de quo ante in Senione diximus, & in commentariis nostris in Horatium. Eustathius Iliad. 23. talorum casus vniuersos scribit fuisse numero λε, id est, trigintaquinq; (nisi vitiosus fuerit codex manuscriptus,

quem Bononiæ vtẽdum mihi impetrarat Comitum Pepolorum, principis in ea ciuitate familiæ, benignitas) quorum aliqui a diis, ab Heroibus alii & viris illustribus, aut amasiis, nonnulli a fortuitis euentis, vel ad honorem & lucrum, vel ad ignominiam dispendiumue facientibus, nomen sumserunt: inter quos Stesichorus octadem significabat, quoniam eius poetæ tumulus apud Himeram Siciliæ oppidum, octonis constabat angulis. Postea a fracto triginta tyrannorum dominatu, quadraginta qui Reipubl. Atheniensis summam tenuerunt, in gratiam Euripidis poetæ, qui cum iis viuebat familiariter, excogitarunt quendam talorum iactum, quem poetæ nomine donatum Euripidium dixere. Erat in talorum lusu felix iactus πρανὴς dictus: quasi pronus, cui ὑπτιάζων, id est, supinus aduersabatur, apud Eubulum. Item αἴγλη a splendore *fortunatus iactus* erat. In felicium numero censebantur, & καλλίβολος, & ἀδαίμων, & ἱερὸς, & λάμπων, σκυμνὸς, ἀρμάτιος, κωνικός, ἐπικουρῶσης, ἐπίδεος & quæ alia recenset ex Eubulo Pollux. inter infaustos erant γραῦς, ἀπολεῖ μανής, κύων, πάτραιτα, at μίδας e mediis iactibus erat, nec infelicissimus, nec item fortunatissimus, testante Polluce, tametsi Cœlius felicissimum scribat. Addit Eustathius loco supradicto, quod huic loco non est dissonum, quod κύων, de quo memini. δηλοῖ τὸ παναίρετον ἤτοι ψῆφος, ἐν χώραις γάρ τισι διαγεγραμμέναις πεττευτικῶς, πολλῶν κειμένων ψήφων τὸ ἐχεῖν ἀναιρετὸν μὲν χώραις, πόλεις ἐλέγοντο νόμῳ κυνοῦντες, κυνὸς δὲ αἱ ἀλλήλαις ἐπιβουλεύουσαι ψῆφοι. Ad talos illud quoque spectat, quod Diogenes in sua repub. censuit *astragalos nomismatis vicem obtinere*, damnato prorsus pecuniæ vsu: quodque Antiochus ille cognomẽto ἐπιφανὴς, i. e. Illustris, imo ἐπιμανὴς potius & *insanus*, cum Polybio dicendus, promiscue nullius habita ratione, *his talos dorcadum, illis palma fructus, aliis aurum elargiretur*. Memoratur Lysandri Lacedæmonii dictum non incelebre, *viros iureiurando, pueros talis fallendos esse*: nam apud Iul. Pollucem, vt id obiter dicam, libr. 6. cap. 32. ὅρκοις. legi debet non ὅπως & apud Plutarchum nono segmento problematum, cap. 6. desiderantur hæc verba: παῖδας μὲν ἀστραγάλοις, ὅρκοις δὲ ἄνδρας ἐξαπατητέον. legitur & Demetrius ex fuga bis infeliciter suscepta retractus secundo, *talis aureis donatus fuisse a Phraate Persarum rege ad exprobationem puerilis leuitatis*, quod commemorat ex Trogo Pompeio Iustinus. Est & illud obseruatu dignũ, quod Xenophon equis talos tribuit, præter Aristotelis hoc in genere diligentissimi mentem, negantis *animalia μώνυχα, solidam habentia vngulam talis esse prædita, excepto Asino in dico, cui & cornu in fronte produxit natura*. Hæc habui quæ de talis tesserisque, aliis indicta, de myrothecio nostro supplere libuit, rem literariam promouendi studio.

De

De sortiendi rationibus variis.

CAPVT V.

LOcus in Horatii Odarum primo prælegebatur a me, *vbi negat a morte nos regna vini sortituros talis*: ibi quum veniret in mentem mihi, pluribus in rebus obseruatam fuisse olim sortiendi rationem, videremque pleraſque sortitiones ab eo loco esse alienas, visum est eam cognitionem huc esse reiiciendam, hicque pluſculum verborum super ea re esse faciundum, id quod nũc exsequi stat animus, si prius Mercurio suum quoddam ἕρμαιον appendero, nempe quod *omnis sortitio Mercurio fuerit attributa*, vt in Ilia. septimum annotat Eustath. vnde ἑρμοῦ κλῆρος, id est, *Mercurii sors quadam dicta fuit apud veteres: ea erat* secundum Suidam *oleæ folium, quod in vrnam coniiciebant, primumque educebant in honorem huius Dei*: cuius consuetudinis meminit in Æolo Euripides. *Sors autem siue signum sortitionis, quod vrna immittitur, calculus videlicet, aut concha, aut ascia, aut annuli nota, aut etiam cespes viuus* iuxta Sophoclem, vel simile quid, κλῆρος dicitur, alio nomine πάλος ἀπὸ τοῦ πάλλειν, a mouendo: κλῆρος vero ab euentu, quo educta sorte ad muneris alicuius administrationem quis vocatur, a κλῶ, quod est, *voco*: aut potius ex Herodiani Grãmatici sententia, a κλάδον, id est, *lignum, quod lignorum vsus fuerit potissimus ad sortes faciendas, in quibus symbolum suum tesseramue incidebant*: quomodo Homerus Iliad. 7. ea voce vsus est, ibi:

οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος.
ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ.
Pro se quisque duces sortem obsignare, cauamque
Iniicere in galeam.

Ab hac voce descendunt κληροῦχοι, ita coloni nominantur apud Græcos, *velut sorte nacti loca inhabitanda.* sic Isocrates in Panegyr. sic vsus est Appianus: βολοῦσκοι δὲ τοῖς πταίσμασι τῶν γειτόνων οὐ καταπλαγέντες ἐστράτευον ἐπὶ ῥωμαίους, καὶ ἐπολιόρκουν τοὺς αὐτῶν κληρούχους. id est: *Volsci nihil perculsi finitimorum cladibus, expeditionem in Romanos mouebant, eorumque colonos bello affligebant.* Quibus prælibatis, sortiendi modos subiiciam. Primum igitur omnium 1. in eo reipub. statu, qui penes populum est, δημοκρατίαν nominant, magistratus sorte eligebantur. Deinde iudices principio conscribi de curia senatoria, deinceps in vrnam sortito mitti, vt e pluri- 2. bus necessarius numerus confici posset, consueuisse auctor est Asconius Pædianus: ita vt primo delecti, mox sortirentur: quod ex orationibus Ciceronis sæpe discere est. Ea ratione apud Virgilium,

Quæsitor Minos vrnam mouet.

Et apud Statium:

Arbiter hos dura versat Gortynius vrna.

Seruius in 6 Æn. negat auditas fuisse caussas, nisi per sortem or-
dinatas. *Ordo autem ex sorte dierum petebatur, quo post tricesimum*
diem caussas suas exsequi poterant. Iudicum autem nomina tabellis
insculpta inque vrnam iacta, per sortem promebantur. Præterea
Consules, Proconsules & Prætores prouincias sortiebantur: vetabat-
que lex Curiata prouinciam extra sortem cuipiam cedere, hoc est,
ne alter alterius prouinciam inuaderet, sed missis sortibus eas duce-
rent, præcipiebat. Cicero in famil. epist. *Appius* (inquit,) *dixit sese*
si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum cum collega esse pro-
4. *uinciam. Insuper ducendis legatis vrnam & sortem veteri exemplo*
positas fuisse, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret, contendit Mar-
5. cellus apud Corn. Tacitum lib. vicesimo. *Adde quod brabeutæ sor-*
te ducebant eos, qui curriculo certamina obituri forent, vt in Ele-
ctra testatur Sophocles, vbi ait:

ὅθ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβεῖς
κλήροις ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους.

6. *Luctatores quoque in circo sortiebantur & sorte ducta manus conserè-*
bant: vnde & palæstræ nomen, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, *ab vrnæ motu*, iuxta
Seruium. In quo sortitionis genere illud obseruatum legimus a-
pud Lucianum, *vt binæ literæ paris eductæ, binos athletas commit-*
7. *terent*. Apud Homerum Heroes, *obsignatis signaculo cuiusque*
sortibus & in galeam dimissis, sortiuntur, quis cum Hectore sit con-
gressurus. Sortiuntur item Paris & Menelaus, vtri cederent priores
8. *iaculandi vices.* Iam vero & apud Virgil. in quinto, *duces in na-*
9. *ualis certamine, loca sorte legunt.* Apud eundem in tertio, *sortiun-*
10. *tur remos*, id est, *remigandi. Miles quoque sortito excubabat*: quapro-
pter in Theodosio laudat illud Latinus Pacatus, *quod ipse excubi-*
11. *as cum primus sorte ageret.* Annotat in diebus genialibus Alexan-
der Neapolitanus, *Syracusanis in vsu fuisse, vt per literarum ele-*
menta sorte legerent, qui in concione sententiam suam exponerent:
vnde cauillum Dionysii manauit, *monarchiam sibi augurantis,*
quum literam M. esset sortitus. Talis autem sortitio propterea indi-
cta fuisse videtur, ne contentio quapiam in ordinatione oriretur,
aut ne in gratiam alicuius iudicium humanum transuersum ferre-
12. *tur.* Tacitus lib. 13. refert: *Præfectos quoque, penes quos cura publi-*
13. *carum tabularum esset, sorte duci solere e prætorum numero.* Aristo-
phanis interpres in Vespis adiicit illud, *quod Ægyptii sortito*
14. *partirentur, quos quisque agros coleret.* Neque silentio prætereun-
dum est, *studiosos antiquitus in Musæis ludisque literariis sortiri con-*
sueuisse, vt bini quos sortes commisissent, alter alteri eruditas quæ-
stiunculas intentarent: qua de re lubet Plutarchi ex Symposiacon
nono cap 3. verba subiicere: ἔθους δὲ ὄντος ἐν τοῖς μουσείοις κλή-
ρους περιφέρεσθαι καὶ τοὺς συλλαχόντας ἀλλήλων προτείνειν φιλόλογα ζη-
τήματα. *Super hæc omnia sortitionum vsus in symposiis non est incele-*
15. *bris, quando talis astragalisue sorte missis symposiarchen seu im-*
peratorem

imperatorem a Nonio Marcello sic nuncupatum, ducebant, qui conuiuii prases, conuiuales leges præfigebat: quem nos morem obseruamus mordicus veluti per manus traditum, pridie eius diei quem Epiphania Græca voce indigitamus, patriaque lingua, quem sors præsidem dederit, Regem nominamus cum Græcis, qui eundem quoque βασιλέα *vocitant.* Cuius moris in Tacito fit mentio libr. 13. vbi inquit: *Festis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra, regnum lusu sortientium, euenerat ea sors Neroni.* Et Arrianus in Epicteto his verbis: ἐν συμποσίοις κλήρῳ βασιλεύς, ... σὺ πῖε, σὺ κέρασον, σὺ ἆισον, σὺ ἐλθέ. Apud Laertium Diogenem lib. 8. symposiarchus tyrannice iubet, πίνειν ἢ καταχεῖσθαι τῆς κεφαλῆς, præcipiens ebibendum esse poculum, aut in caput effundendum. Hactenus fere de sortiendi generibus perscripsimus: nunc quædam ab hoc argumento non aliena adiicienda sunt, nimirum quod sortium Deæ appellatæ fuerint olim Tenitæ, a tenendi argumento: quodque aliquando receptum fuerit, sortes capitales foliis inscribi a iudicibus, vnde ἐκφυλλοφορῆσαι. condemnatio dicta est. Item quod testulis in vrnam coniectis, si sex millium numerum explerent, reus solum vertere cogebatur, non tam facinoris conuictus, quam reipub. grauis, ac virtutis nomine odiosus, quod ὀστρακισμὸν appellabant, ab Hippia tyranno inuectum, vt in libr. de politiis scribit Heraclides: nam Suidas ex auctoritate Theophrasti, tradit omnium primum Athenis ostracismo eiectum fuisse Thesea, multo ante Hippiæ tempora. Neque illud reticendum est, veteres loco calculorum iudiciariorum, vsos fuisse conchulis marinis, quæ χοιρίνας vocabant, vt testantur Pollux lib. 8. & Aristoph. interpres. Ad quarum modum fabricatæ fuerunt postea æneæ, quas σπονδύλους & φρυκτοὺς nominarunt. Porro iudicum calculi duplices fuerunt, vt ex Vlpiani annotationibus in Demosthenem constat, quidam pertusi perforatiue, & nigri, qui condemnabant: alii qui absoluebant, albi & integri: illi τετρυπημέναι ψῆφοι καὶ μέλαιναι & κατακρίνουσαι. & τετρυπημέναι dicuntur ab auctoribus: at hi ἄτρητοι, λευκαί, σώζουσαι, ἐλεοῦσαι. & apud Æschinem πλήρεις. Sitella vero, quæ & vrna, Græcis καδίσκος, vas erat in quod immittebantur calculi: cuius operculum, per quod iniiciebantur, κημὸς dicebatur. Duas vero fuisse vrnas, priorem mortis, posteriorem misericordiæ nuncupatam, annotatur ab Aristophanis scholiaste in Vespis.

Locus ex annotationibus Budæi in Pandectas expensus.

CAPVT VI.

Budæus renascentis Græcæ literaturæ alter quasi Camillus, in annotationibus, aquas in Pandectas scripsit doctissimas, annotat παλίνδικον apud Demosthenem in oratione περὶ παραπρεσβείας hoc est, de legatione male obita, significare ἐπίδοσιν τῶν νόμων, co-

Locus obscurus apud Ciceronem in orat. pro Roscio explicatus.

CAPVT VII.

NEscio quomodo mihi placuerit semper impensius vetus illud prouerbium ab omnibus decantatum, *Difficilia quæ pulcra:* ita semper aduersus ardua, quæque plusculum difficultatis primore fronte obtenderent, enitendum mihi esse duxi: itaque quum apud Ciceronem in oratione pro Sex. Roscio Amerino inter legendum occurrisset dignus vindice nodus, quem nemo hactenus, quod equidem sciam, explicare adnixus est, inuenisse me ratus sum quod quærebam. Saxonius, cuius præ ceteris eruditus in eam orationem exstat commentarius, ad eius loci allegoriam, aut ænigma potius perfecte intelligendum, Delio natatore putat esse opus. Neque Syluius aut Latomus momenti quicquam ad loci explicationem adferunt. Accingar igitur ego, & quoad eius fieri potest, senticetum difficultatis omne tollam: quod si in re obscurissima fallar opinione, conatus tamen in parte laudis ponetur. Ciceronis verba sunt: *Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit: multos cæsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Seruilium vidimus: quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?* Incessit hic Erucium notæ improbitatis accusatorem, qui Syllanæ proscriptionis tempore in calamitoso reipub statu, occasionem bene gerendæ rei nactus, clarum accusatoris nomen acquisierit. Vocat ergo hic allegorice Cannensem pugnam, Syllanam proscriptionem: quod ita esse, perspicuum fit ex Arnobio Lactantii illius magni præceptore, cuius ex libr quinto aduersus gentes verba huc adscribenda sunt. *Nunquid*, inquit, *bellum Iliacum in Socraticam verti condemnationem potest? aut pugna illa Cannensis, proscriptio fieri crudelitasque Syllana? Potest quidem proscriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici & appellari Cannensis, sed quæ gesta est dudum pugna, esse non potest, eademque proscriptio, &c.* Vides clare Cannensis pugnæ appellatione, venire & intelligi proscriptionem Syllanam. Sed quæ sequuntur plus habent difficultatis. *Multos cæsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Seruilium.* Correctio est, de lacu autem Thrasimeno in agro Perusino notum est, periisse illic cæsa ingenti clade, vna cum Flaminio Cos. vicena Romanorum millia, prҽter captiuorum non paruum numerum. Lacum vero Seruilium, quem Syluius negat se legisse vbi sit, Sex. Pompeius Romæ ab auctore nominatum refert in principio vici Iugarii, basilicæ Iuliæ cōtinentē. vbi Hydræ effigies exstiterint a M. Agrippa positæ: quod forum hoc nomine fuisse asserit antiquitatis omnis scientissimus Morillonus. Certe Cicero illic Seruilium lacum appellat tribunal C. Seruilii Glauciæ, longe post homines natos improbissimi, optimorum quorunque ci-

que ciuium & senatorum sanguine madens atque restagnans. De quo intellexit & Iulius Firmicus libro primo matheseωn, vbi ait: *Visne aliquid tibi, quia in Syllanis temporibus immoramur, de lacu Seruilio referam? in quo multorum senatorum capita ad ostentationem immanissimi facinoris, secti cervicibus pependerunt.* Et Seneca lib. de diuina prouidentia: *Videant largum in foro sanguinem, & supra Seruilianum lacum (id enim proscriptionis spoliarium est) senatorum capita.* Quod vt dilucidum fiat & probabile repetenda est altius paulo historia. Constat enim ob factiones Syllanam & Marianam, sine iure quum esset & sine vlla dignitate respub. C. Seruilium Glauciam cum Saturnino Apuleio gladiis cædibusque omnia commiscuisse, & ad libidinem Saturnini in cunctos mortales seditiosissimis suis conatibus obsistentes grassatum fuisse, tandem a Mario in sexto consulatu occisum: quod auctorum testimonia confirmant. Primum nanque Velleius Paterculus rem omnem satis enodat, vbi de C. Mario loquitur: Non tamen inquit huius consulatus fraudetur gloria, quo Seruilii Glauciæ Saturninique Apuleii furorem continuatis honoribus rempub. lacerantium, & gladiis quoque ac cæde comitia discutientium, Cos. armis compescuit, hominesque exitiabiles in Hostilia Curia morte multauit. Ex Valerio quoque Maximo libr. 3. cap. 2. liquet Seruilium Glauciam maximos seditionum motus excitasse, prætoremq; ipsum a Mario iam tum sene oppressum fuisse. Plin. lib. de viris illustr. describit Seruilium illum seditiosissimũ L. Saturnini satellitem, ab eoq; prætorem creatum. Quod & L. Florus *lib. epitomes tertio cap. 16.* commemorat, in vno tamen falsus, quod Consulem eum faciat, quum constet ex Cicerone *lib. de claris oratoribus*, ad eam dignitatem non emersisse: quanquam non negat eũ in prætura consulem potuisse euadere, si rationem eius haberi licere iudicatum fuisset: ita enim ait: *is ex summis & fortunæ & vitæ sordibus in prætura Cos. factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset: nam & plebem tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodem die, quo Saturninus Trib. pl. Mario & Flacco Cos. publice est interfectus, homo simillimus Hyperboli Atheniensis, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt.* Hunc Seruilium ob vitæ turpitudinem & spurcitiam senatoria dignitate summouere conatus fuit Q. Cæcilius Metellus, *teste Appiano lib. 1. de bell. ciu.* cui ille tantum non aqua & igni interdicendum statuit & proscribendum. De huius ergo Seruilii Glauciæ cædibus loqui Ciceronem, hinc manifestum fieri potest. Quod sequitur de ferro Phrygio, non est quod Romanum gladium cum Sypio exponamus, quod a Phrygibus originem ducãt Romani, sed argutius festiuiusque ferrum Phrygium putandus est vocare, seruilis generis arma in rempub. expedita: quippe quum Phryges ignominiose vt serui nominentur, iuxta parœmiam, *Phryx plagis emendatur*

...en datur: quando & Seruilii nomen inde non abludit, & appa-
t ex verbis Ciceronis modo citatis, e summis & fortunæ & vitæ
rdibus emersisse: quibus designari puto & seruilem hominis cō-
itionem, & contaminatam libidinibus, vel saltem egestate insi-
ni affectam vitam. Hæc habui, quibus lucem dare loco per se ad-
nodum obscuro me posse speraui. Porro Saturninum, cuius me-
ninimus, vt turbatorem plebis, nominatim memorat Corn. Ta-
itus lib. annalium tertio.

Locus ex Martiale pristino niteri redditus.

CAPVT VIII.

EPigramma est elegans apud Martialem *lib. epigr.* I. quo notat insignem auaritiam & sordes Næuoli cuiusdam, qui cum arcam haberet innumeris synthesibus differtam, nihil tamen in tenuioris fortunæ amiculos erogaret, passurus eas a tineis exedi citius, quam carū vsu commodaret quicquam, aut succurreret egestati amicorum. Huius epigrammatis postremus versus ita vt in vulgatis codicibus legitur, Venere omni & sale carere mihi videtur. Is talis est:

Non metuas mortem Næuole, sed tineas.

At si manuscripti codicis lectionem sequamur, quo vetustissimo emaculatissimoque ab amico quodam Anglo donatus olim fui, sordebit prior & vulgatior lectio statim, & posterior expeditior erit & argutior lōnge, ac festiuo Martialis ingenio dignior, quæ talis est:

Quod renuis, non te Næuole, sed tineas.

Nam quum Næuolus iste, vt dixi, infinitis abundaret vestium generibus, atque æquis oculis amicos spectaret pannulos, nihil interim largiens: ah miser, inquit, quantulum tandem foret, si detraheres non tibi, id quod facere recusas, sed tineis duos pannos: nam multiplex synthesis pascendis modo tineis asseruabatur a Næuolo, vtpote qua ipse non frueretur. Culpandus igitur iure summo, qui renuebat fraudare non seipsum, sed tineas, binis pānis, quos potius quam amico vtendos largiretur, arcæ inclusos a tineis corrumpi atque erodi sineret. Proinde sic ait, & per quam lepide:

Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
Quod renuis, non te Næuole, sed tineas.

Vsqueadeo iste Næuolus ad κλήσιν quam χρῆσιν, amicus esse maluit, Simonidem aliquatenus exprimens, qui in extremo senio cur ad rem esset attentior, interrogatus, si Stobæo credimus, respondit, malle se inimicos a morte ditare, quam viuum egentem, amicorum fidem experiri. Quod dictum hoc seculo multi mordicus tenent. In eodem epigrammate, vt & illud obiter dicatur,

tertius quoq; versus paulo aliter in manuscripto legitur. impressi enim codices ita habent,

Sic tua suppositis perlucent prela lucernis.

At meus,

Sic tua compositis collucent prata lucernis.

Vbi tamen prela magis probem: nisi si dicamus, in pratis illum interdum explicare solere vestes insolandas, quemadmodum nos lineas consueuimus.

Locus in Epigrammatibus Græcis emendatus.

CAPVT IX.

IMmiscere iuuat subinde Latinis Græca: itaque e collectaneis Epigrammatum libro primo, titulo *εἰς ζάλην*, subiiciam hic vnum, in quo vitium est non leue, interpreti Opsopœo ignoratum quod tamen facile sanari queat. Epigramma Philippo tribuitur, e senariis constans, estque tale:

ὅτ᾽ ἐκ ζάητου λίβυος, ἐκ ζάλης νότου
συνεζοφώθη πόντος, ἐκ δὲ νεάτων
μυχῶν ὁ θῖνας ψάμμος ἐξηράζετο,
ἱστὸς δὲ πᾶς ὤλισθεν εἰς ἅλα πτύσας,
φορτὶς δ᾽ ἰσύρετ᾽ εἰς ἄϊδαν πλανώμενος,
ἀρωγὸν αὐτᾷ δαίμονας Λυσίστρατος
ἐλιτάνευσεν· οἱ δὲ τῷ ναυκλήρῳ
μικρῷ θαλάσσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν.

Vbi in sexto versu pro *ἀρωγὸν αὐτᾷ*, quod Opsopœus ad nauim referens exponit, auxiliatorem ipsi, scilicet naui, legendum est *ἀρωγοναύτας* vnica dictione, epitheton Dioscurorum & Pollucis, velut Deorum tutelarium & opem ferentium in discrimine nautis, quemadmodum ex Statio in tertio Syluarum, Theocrito in Idyllio Dioscuris nuncupato, & Horatio in Odarum primo liquet. Itaque hic auctor dicit, Lysistratum in summo versantem periculo confugisse ad vota, & Geminorum præsentem opem implorasse, eamque precibus impetrasse. Est ergo ridicula Opsopœi expositio, & locus ita interpolandus, vt a me factum est. Sed quid moror carmen carmine reddere?

Stridentis procellis Africus caligine
Inuoluerat densa mare, & furens notus,
Voluebat astus imo arenas e sinu:
Rugosa preceps carbasa in mare abierant,
Manesque ad imos iam ferebatur ratis,
Nautarum opiferos quum Lysistratus Deos
Supplex precatur, qui mare insanum nimis
Strauere, naucleri vnius victi prece.

Locus

Locus ex Ciceronis libro de repub. 6. & simul ex Nonio Marcello integrae lectioni restitutus. Item de Symphitic, sympuuio, & sympulo nonnulla. Inibi quid Samium, Capedo, & Culullus.

CAPVT X.

VEteres in sacris suis fictili vase neutiquam operoso quo libabant, vsi fuere & quod trifariam efferri inuenio: nam & sympullum, & Sympuuium, & Sympinium diuersimode apud auctores veteres lego, vt mirum sit, cur Bayfius magnae proculdubio eruditionis vir, sympinium plane reiiciat, contra lecturam doctissimorum etiam virorum, quod ait, a quibus nusquam probari posse hanc lectionem contendit Ego vero, bona eius viri pace, apud Ciceronem & Arnobium sympina dici ostendam. Locus est Ciceronis in sexto de repub. monstrose deprauatus, etiam apud Nonium Marcellum, in quo clare sympina, ex vetusti codicis eiusque emaculatissimi fide, legendum est. Sed adscribam primo lectionem vulgatam, vt corrupta est, omnem ex Nonio Marcello. *Samium*, inquit, *est testa*. Lucillius Satyr. lib. 14. *Et non pauper me vti samio certoque catino* Mar. Tullius lib. 6. de rep. *Lali quam omnes habemus in manibus, quam si imperia pontificum diis immortalibus grata sine samio, quae vt hic scribit, capedines.* Quisquis es diligens lector & aequus, obserua lectionis discrimen, & in vtriusque auctoris codice hulcus prorsus Chironium sana, ex ea quam subiiciam lectura, ita scripturus: S*amium est & testeum.* Lucillius Satyr. lib. 13.

Et non pauper vti Samio curtoque catino.

M. Tull. lib. 6. de rep *Exstat oratio Lalii, quam omnes habemus in manibus, quam sympina pontificum Diis immortalibus grata sint, Samiaque, vt is scribit, capedines.* Quid hac sententia dilucidius? quid illa prodigiosius? in qua sympini, aut sympinii voce appositissime esse vsum Ciceronem vides. Arnobius quoque libr. aduersus gentes quarto: *Piaculis*, inquit, *dicitur contracta esse commissio, si per imprudentia lapsum aut in verbo quispiam, aut sympinio deerrarit.* Et iterum lib. 7. *Date quaeso Diis immortalibus bibant, scyphos, brias, pateras, sympinia que depromite.* Quae vero est ista ratio, ne dicam stultitia, negare sympinium etymi sui originem a cōbibendi argumēto, παρὰ τὸ συμπίνειν, trahere, quum sympinium aut sympullum admittas per y literam Latinis auribus auiam (vt Terentiani Mauri verbo vtar) scriptum? Quaenam est ista praepostera sapientia, iteratis editionibus ita ludere nihilq; certi adferre, quo destruas quod probabilius tuo videatur? Nam vt de Cicerone taceam, certum est Arnobium in iis, quos aduersus gētes scripsit, octo libris omnigena eruditione refertis, retexisse abdita sacrorum gentilium mysteria, eaque solennibus ipsorum vocibus

expressisse, itaque receptum verbum non fuisse corrupturum, si aliter se habuisset: qua in re subscribent mihi omnes, quotquot emunctioris esse naris in auctoribus legẽdis decet. Venio ad Sympuuium, si non potius Sympinium scribendum est, cuius vsus est apud Iuuenalem Sat 6.

Aut quis

Sympuuium ridere Numæ priscumque catinum.

Vbi pro *priscum*, codices nonnulli *nigrum* legunt Nonius Marcellus sympuuium vas dicit esse ligneum: diuersum ergo a fictili. Vtitur & Varro: *Non vides*, inquit, *ipsos Deos si quando volunt gustare vinum, deripere ad hominum fana, & tamen tum ipsi illi libero sympuuio vinitari?* Idem lib. 1. de vita populi Romani. *Item erant vasa vinaria, sini* (ita manuscriptum exemplar habet, loco *sicut*, quod in Nonio legitur, cuius vocis vsus etiam alibi exstat) *cymbia, aquilina, patera, gutti, sextarii, sympuuium.* Et Gelenius vir extra controuersiam doctissimus apud Plinium lib. 35. cap. 12. *sympuuiis* legit ex antiquorum codicum fide, vbi sic loquitur Plinius: *In sacris quidem etiam inter has opes non murrhinis crystallinisue, sed fictilibus prolibatur sympullis.* Iam vero Simpulum a simplicitate operis fortasse dictum, siue sympullum, vt legit Baysius, apud Festum legitur, ita describentem: *Simpulum vas paruum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur.* Apuleius quoque vtitur *In hodiernum*, inquiens, *populus Rom. diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat.* Hermolaus Barbarus citat etiã Varronis exemplum, Deos ipsos vili simpulo inuitari: detortum fortassis ex iis quæ paulo ante adduxi verbis eiusdem auctoris, libero sympuuio vinitari Hæc fere de tribus vocibus, vnum tamen idemq; significantibus, annotare inter disceptãtes Grammaticos visum est. Porro superiorem M. Ciceronis ex 6. de rep. sententiam expressit non semel, sed variato dictionis colore, idem auctor, quæ loca lubebit in medium adducere, vt lectionem illam nostrã cõfirment, ne iudiciorum morositas temeritatis crimen in nos distinguere queat. ac primum ex tertio de natura Deorum exẽplum proferam, vbi sic ait: *Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus, iure pontificio & more maiorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit, de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius, quam rationibus Stoicorum.* Rursus in libello quem Græco titulo præter morem suum παράδοξα inscripsit ad Brutum cap. 1. *Quid Numa Põpilius, minus ne gratas diis immortalib. capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?* quo loco *Delicatas* cum Baysio legero potius, quam *filicatas* cũ Camerario F. dem respexisse Q Septimium Tertullianum in apologetico aduersus gentes putarim, cap. 25. quando sic dicit: *Nam etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res diuina apud Romanos constabat, frugi religio,*

& pauperes

& pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis. Ibi vasa Samia vocat, quæ Lælius Samias capedines: ac Samia quidem in genere dicuntur figlina, a luto eius insulæ fictilibus conuenientissimo. Vnde apud Ausonium legitur Agatocles rex abacum onerasse Samio ludo fictiles lances intelligi quum vellet. Et Galli Matris Deum sacerdotes samia testa virilitatem amputabant, vt ait libro trigesimoquinto Plinius. Capedines vero a capacitate fortassis, nisi a capiendo mauis, quod essent ansatæ, atque ita facile prehendi possent, vt & capidula vsitato veteribus vocabulo vinarium vas ansatum legitur: atque hæ etiam erant fictiles, cuiusmodi vasa κεράμια appellat Athenæus, aut κύλικας, quos idem figulina vasa exponit, παρὰ τὸ κυλίεσθαι τῷ τροχῷ, quod rotæ circumactu fingerentur. Notandus ergo oscitantiæ Morisotus, qui in conuertendis in Græcam linguam Paradoxis exemplo Gazę & Maximi Planudæ multum operæ posuisse vult videri, quod capedines, reddiderit κτήματα, qua voce significantur latifundia, & ampla spatiosaque loca: procul extra sententiam Ciceronis. Adeo non est procliue Latina in Græcam coloniam adoptare cuiuis, aut e diuerso; vt neque cuiuslibet Corinthum nauigare. Xystus Betuleius hoc peruidit, admonens πλημοχόην substitui posse ex Athenæi & Pollucis lib 10 cap 20 descriptione, propterea quod eius in mysteriis solennis erat vsus. Huc pertinet quod Maurusius Iuba scriptum reliquit, ad Macedonum vsque dominatus tempora vasis fictilibus Samiisue vsos fuisse veteres, quod in Athenæi dipnosoph sexto lectum est. Addendum est & illud corollarii loco, Coliculos fictiles fuisse calices, in sacris pontificum ac vestalium virginum adhiberi solitos.

De supplicandi modis varie apud diuersas gentes obseruatis.

CAPVT XI.

Ritus præcipuus & irrefragabilis supplicandi apud Persas is habebatur, si supplex sumto igne flumen ingressus, minatus fuisset, se ignem aquæ immissurum, nisi voti fieret compos, vt refert Plutarchus in commentario de primo frigido. hoc eo spectat, quod apud eos sacrosancto in honore ignis habebatur. Scribit enim libr. 3 Q. Curtius, ignem, quem Persæ sacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferri consueuisse ante Persicum agmen; de quo & Agathius lib. 2 histo & Procopius libr. 1 belli Persici, & Ammianus Marcellinus lib. 23 ignem cœlitus lapsum apud Persas sempiternis foculis custodiri narrat, cuius portionem exiguam, vt faustam, præiisse quondam Asiaticis regibus, ex aliorum fide commemorat. Apud Assyrios supplicans incuruatis membris, humum pene vultu contingebat, manibus post tergum reiectis connexisque vti scribit libr. 18. Ammianus idem

supplices attingunt, ad hec manus tendunt, hac ut aras adorant, fortassis quia inest in vitalitas, quippe quorum inanitate perfossa, ceu iugulo, spiritus fugiat. Priamus Iliad. vltimo iubetur a Mercurio itineris duce, Hectoris corpus redemturus, aduolui supplex ad Achillis genua:

γούνων ἀψάμενος λιτανεύσομεν, αἴκ' ἐλεήσῃ.

Idem alibi Iliad. 6

λαβὼν ἐλλίσσετο γούνων.

Sic & Virgilius:

Et genua amplexus, genibusque volutans.

Et iterum:

Et genua amplectens effatur talia supplex.

Sic apud Tryphiodorum Sinon periurus ἱκεσίαις παλάμῃσιν ἁψάμενος γούνων, Priamo aduolutus. Similiter apud Euripidem Orestes supplex Menelai genua contingit, τῶν σῶν γονάτων inquiens, προσπίτνω θ' ἱκέτης. Synesius, πληγῆς κὶ γονυπετὴς ἱκέτης γενόμενος. *Pronus atque in genua procidens supplex factus.* Liuius lib. 5. quartę decadis vbi de Perseo agit: *Summittētemq; se ad pedes sustulit, nec attingere genua passus.* Claudianus de raptu Proserp.

Genibusq; suas cum supplice fletu Admouere manus.

Apud Q. Curtium mater & coniunx Darii prouolutæ ad pedes Alexandri, orant vt liceat sibi patrio ritu sepelire Darium, quem rebantur in acie cecidisse. Huc spectat quod Homerus Ilia. nono, Litas Deas supplices fingit esse claudas, eo quod γονυκλινεῖς, id est, flexis genibus supplicent qui priores offenderint. Prometheus apud Æschylum vinctus negat se supinas muliebri ritu manus ad Iouem extēsurū, supplicum more, γυναικομίμοις ὑπτιάσμασι χερῶν. Fuit & iste mos supplicum, quod Lucillius Tarrhæus refert, vt in foco sedentes verbum nullum facerent, silentio animi demissionem contestati: id quod canit Argonaut. 4 Apollonius:

τὼ δ' ἄνεω καὶ ἄναυδοι ἐφ' ἑστίῃ ἀΐξαντες,
ἵζανον, ἥτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται.

id est:

At tacitus mutusq; focis consedit vterque,
Supplicibus qua lex impendit dura misellis.

Istud mutuatus ab Homero, apud quem in Odysseæ 7. Vlysses aduena in Alcinoi ædibus, κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι. hoc est, *humi in lare sedit.* Apud Plutarchum Themistocles rebus accisis, & iam conclamatis, ad Molossorum regem Admetum fugiens, nouo quodam modo, cum regio iuuene, ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσας, ad larem consedisse legitur, quod sanctissimum & irrefragabile supplicii genus apud eam gentem habebatur. Scribit Parthenius de de Neæra Hypsicreontis Milesii coniuge, quod ἱκέτης προσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἑστίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ, quod supplex in foculo Prytanæi dederit. Quod interpres male conuertit in hanc faciem: *Inuenit*

sedentem in templo Vestæ in Prytanæo, ignarus, vt arbitror, istius moris. Ea nanque fœmina, quoniam mariti thorum violarat, sibi metuens confugit ad Naxios, & supplex in foco consedit, veluti asylo certissimo & inuiolabili: neq; maritus Dei in se iram prouocare fuit ausus, vi illata illam deripiendo. Huc faciunt verba Cic. in oratione pro domo sua: *Nihil sanctius: nihil omni religione munitius, quam domus vniuscuiusque ciuium: hic aræ sunt, hic foci, hic dii parentes, hic sacra religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde arripi neminem fas sit.*

De Zytho & Ceruisia, quid differant, quibus'q; nominibus olim appellabantur.

CAPVT XII.

NEmo est vel mediocriter literis tinctus, cui dubium sit priscis hominibus vsurpatam fuisse vini facticii, siue conficiendi e frugibus potus rationem, iis præsertim regionib. quæ ob solitium vineas non producunt: cuius inuentionem Libero patri ascribit Diodorus in fine lib. 4. vbi ita ait: *Dionysius eos quorum regio a vinearum vsu aliena esset, potum hordeaceum conficere docuit, paulo deteriorem vini suauitate.* Sic idem lib 6. a Gallis potum ex hordeo parari scribit ob vitium inopiam, quem zythũ appellent. Sed hoc in genere varia lego vsitata fuisse nomina: nam Zythum dixisse Ægyptum inuenio, Celiam & Ceriam Hispanos, Ceruisiam Gallos. Sabaiam Illyrios, Parabiam Pæonas, Gurmi barbaros nescio quos, & Alam Anglos, detorta nonnihil voce (vt equidem existimo) Danica. qua Oela appellatur: ea nanque gens olim Angliam immigrauit: nam ab alica appellationem deriuare cum Ruellio, inscitia est. De quibus ita loquitur Plinius lib. 14. cap. 22. *Est*, inquit, *& occidentis populis sua ebrietas, fruge madida, pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis. sed ratione eadem. Hispaniæ iam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque e fruge sibi potus similes excogitauit.* Idem auctor libr. 22. cap. vltimo, e frugibus fieri potus commemorat, in Ægypto Zythum, Celiam & Ceriam in Hispania, Ceruisiam & plura genera in Gallia aliisq; prouinciis. His omnibus tametsi diuersa videantur nominum tenus, vis tamen inebriandi communis est. Ita Leontius apud Constantinum in Geoponicis lib. 6 inter cætera poculenta, quibus inebriandi vis inest, refert barbaricum potum e tritico & hordeo: item ex auena & olyris. Confirmat istud & Dioscorides, qui quum de Zytho & Curmi loquens, cerebrum ista tentare & capitis dolores excitare dicit, vim sine dubio inebriandi illis assignat. Huc accedit & Dion Academicus, scribens excogitatam primum apud Ægyptios fuisse rationem, qua inopes vini indigi, hordeaceo potu sese explerent, quo ita exhilarascerent, vt in cantiones & tripudia soluerentur omnes. Virgilius in tertio

tertio Georgicon de ceruisia (quod & Seruius agnoscit) sentiens hilaritatem conciliare vini modo canit, vbi de septentrionalibus populis loquitur:

Hic (inquit) noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis.

Aristoteles in libello de ebrietate scribit, vini potu inebriatos, in faciem pronos deferri: at qui hordeaceum hauserint affatim, resupinare capita: quod merum capitis grauedinem conciliet, at vinum ex hordeo factitium, καρωτικὸν sit, & profundo sopore hominem obruat. Supinos autem sterni eo potu temulentos, his verbis ostendit: μόνοι δ' οἱ τῷ πίνῳ μεθυσθέντες, εἰς τουπίσω καὶ ὕπτιοι κλίνονται· id est: *soli illi, qui ceruisia inebriantur, in dorsum & supini cubant.* Quibus testimoniis clarum fit, hordeaceó potui vim inebriandi assignaré omnes, quam in Ceruisia nostra agnoscimus quoque: de qua sensit Corn. Tacitus in libello de moribus Germanorum, quum ait: *Potui est humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinē vini corruptus.* Constat autem hac ætate ceruisiā fieri ex hordeo, quod prius madescit, deinde torretur reficcaturq; (ζύθον appellat Aetius medicus, maltam nostrates) addita tritici farina, adiectis & lupi salictarii floribus, cum fece ceruisiæ, quę fermenti vicem obtinet. Quem conficiendi modum videtur & Isidorus propemodum agnouisse, vbi ita scribit: *Est*, inquiens, *potio ex succo tritici per artē confecta: suscitatur enim igne vis illa germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta molli succo admiscetur: quo fermentato sapor austeritatis & calor ebrietatis adiicitur, qua fit in iis partibus Hispaniæ, cuius ferax vini locus non est. Hactenus ille. Sed opera pretiū est, & locus* id postulat, annotare discrimen, quo a Ceruisia nostri seculi, Zythum veterū discrepare volūt recentiores, eo pręsertim nomine, quod Aetius Zythum praui succi dicat esse, quippe e putrilagine factum: quod ex Galeno *lib. 6. de simplicium facultat.* transtulit, vbi is addit, etiam flatulentum esse Zythum, partimque acrem esse & calidum, partim frigidum aqueum & acidum. Neq; silentio præteriit hoc & Paul. Ægineta, qui illi acrimoniam ex putredine attribuit, & frigiditatem ratione acidæ qualitatis: quum e diuerso Ceruisiæ salubritatem adscribant sanioris iudicii homines, inter quos Manardus medicus insignis, septentrionalibus nationib. vix alio quam ceruisiæ potu vtentibus, & formam & salubritatem & roboris præstantiam ex ceruisia fere contingere autumat. Differentiam vero hanc esse volunt, quod Zythum ex hordeo computrescente atq; acescente fiat: at Ceruisia ex eodem, sed post macerationem tosto atq; arefacto, ac proinde ēt putredinis omnis experte. Mirum tamen mihi videtur, ꝙ cōficiendi Zythi ratio a veteribus clare non sit prodita: nam Dioscorides simpliciter ex hordeo fieri scribit. Suidas non aliter interpretatur, solummodo

exponens zython, vinum ex hordeo factitium. Et Galenus *in commentario in lib. de morbis acutis, siue de ptisana* (quomodo a Cœlio Aureliano & Athenæo inscribitur) reprehendens Hippocratem, quod prætermisisset parandi cremoris hordei modum, duas enumerat obiter conficiendi eius rationes, sed non explicat, cuius verba hæc sunt: *Satius fuerat docere quem in modum apparandum esset hordeū, simpliciterne madefieri oporteret, an ex eo zythum huius temporis conficere, &c.* Æque clare explicuit hoc, non tamen ex professo, Diodorus Siculus de Baccho zythi inuentore loquens: εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ καλούμενον ζῦθον. id est: *Inuenisse illum perhibent & potum ex hordeo confectum, quem zythum appellent.* Meminit & Strabo libr. 17. zythi, apud quem tamen perperam scribitur per ν ζῆθον, vbi ait: τὸ δὲ ζῦθος ἰδίως μὲν σκευάζεται παρ᾽ ἐκείνοις, καὶ παρ᾽ ἑκάστοις δὲ αἱ σκευασίαι διάφοροι. id est, *Zythum priuatim apud illos conficitur, cuius parandi diuersæ per familias rationes.* Item in aphorismorum secundo Galenus zythū Alexandrinorum potum nominat, quomodo Iunius Columella lib. agriculturæ nono Pelusiacum illum vocat eo versu:

Vt Pelusiaci proritet pocula zythi.

Qui versus admonet me oscitantiæ summæ Baptistæ Pii, annotantis zythum hic esse compositionem factam ex gith, quod melanthium ab aliquibus appellari, ab aliis melaspermum scribit Plinius. Quod illius indoctum commentum non potuit a me sine cachinno legi. Quicquid sit, non obstabit leue illud discrimē, vt verear ceruisiam nostram etiam zythi nomine compellare. Reliquum est vt varia, quibus appellatur diuersimode, nomina subijciam & explicem. De zytho abunde multa. Cereuisiam a Cerere, id est, fruge nomen habere scribit Isidorus: alii a Ceria Hispani idiomatis olim vocabulo nominis appellationem deriuant: nisi potius a cereo colore fluxisse nomen dicamus. Celiam a calefaciendo deducit, sed absurdius, vt mihi quidem videtur, Isidorus, cuius in Numātino bello meminit L. Florus, his verbis: *Quum sese prius epulis, quasi inferiis, impleuissent carnis semicrudæ, & Celiæ, sic vocant indigenæ ex frumento potionem.* De Sabaia ita Marcellinus lib. 26. *Est autem Sabaia,* inquit, *ex hordeo vel frumento in liquorem conuersum paupertinus in Illyrico potus: vnde iniuriosum Sabaiarii nomen, quo in obsidione Chalcedonis appellatus fuit Valens Imperator.* Aristoteles eundem potum πῖνον dixit verbis superius citatis, vel a communi bibendi vocabulo, vel a sordibus fęculentis fortasse. Nonnulli Græcorum βρῦτον vocarunt, vt Hellanicus: πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κριθῶν, hoc est, *Potus fit illis e radicibus herbarum, quemadmodum Thracibus ex hordeo.* Hecatæus in Europæ descriptione scribit, Pæonas bibere βρύτον ἀπὸ τῶν κριθῶν. Sic vsus est & Archilochus poeta, ὥσπερ αὐλῷ βρῦτον, ἢ Θρῆϊξ ἀνὴρ, ἢ Φρὺξ ἔβρυζε. *Ceruisiam veluti tibia sorbebat,*

bebat, quasi Thrax aut Phryx. Citatur & Æschyli auctoritas in Lycurgo dicentis: κἀκ τῶνδ' ἔπινεις βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ, id est, *bine bibisti ceruisiam æuo fractam.* Porro Ala Anglorum, de qua diximus, hoc differt a ceruisia, quam Bieram nominamus, quod illa ætatem non perinde ferat, vt ceruisia. Caussam referendam puto ad lupum salictarium, cuius flos ceruisiæ additus ἀυπτωτικὸν quandam conciliat, qua senio renitatur: nam suauitas, quæ Alæ inest maior, tritici floris ampliori copiæ, accepta referenda est. Hinc fit quod Angli, maioris discriminis gratia, cernisiam per n. literam pro Ala efferunt, at per u ceruisiam pronuntiantes Bieram intelligunt. Ceterum appendicis loco & illud adiicere libet, non vini modo aut ceruisiæ potu caput tentari atque ebrietate percelli, quando lectum sit mel quoque inebriare: apud Orpheum nanque vetutissimum theologum Saturnus ab Ioue filio per mellis poculum insidiis capitur, quo saturatus inebriatur, & acto in vertiginem quandam capite, qualem vini copia excitat, obdormiscit: ita enim apud illum loquitur Nox, quæ Ioui hunc de melle dolum suggessit:

> Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν, ἢ
> ἔργοισι μεθύοντα μελισσάων ἐριβομβέων
> Δῆσον. id est:
> *Postquam illum cernes succo, quem Dædala tectis*
> *Ponit apis, saturum, contende tenacia vincla.*

Quod & factum est: nam comprehensus vinctusque virilibus priuatur. Ita & apud Platonem πόρος calamitatis Deus nectare ad satietatem hausto inebriatur.

De voce Pistrix, & Pristis.

CAPVT XIII.

Apud Virgilium Æneidos tertio, vbi monstrosa Scyllæ forma describitur, duplicem lectionem obseruaui, legentibus nonnullis, *Postrema immani corpore Pistrix*: aliis *Pristis*: sed vtramq; approbo apud probatos auctores receptam. Est autem Pistrix siue Pristis cetus marinus, quomodo ibi apud Virg. accipitur, & lib. 10.

> *Frons hominem præfert, in pristin desinit aluus.*

Sed de pistrice dicam primo loco, sic enim Sex. Pompeius, *Balenam belluam marinam ipsam dicunt esse Pistricem & cetum.* Cicero ipse non semel pistricem reddidit, quem κῆτος vocauit Aratus, ex quo ita ille vertit:

> *Tum vero fugit Andromeda & Neptunia Pistrix*

id quod iste sic extulerat:

> οὐ δὲ μὲν ἀνδρομέδης καὶ κῆτος ὅσσ' ἐλίλειπτο.

Ad verbum ita sonat versu redditum:

> *Nec vel tantillum Andromeda, cetine relictum est.*

Vtitur hac voce & Lu. Florus libr. 3. cap. 5. de Lucullo loquens, *Vt*

dentibus, inquit, *procul, quasi marina pistrix euaserat*. De Pristi vero pro ceto loquitur Plinius lib. 9 cap. 4. vbi maximum animal in Indico mari pristin esse dicit & balænam. Et cap 13. inter ea quæ pilo vestiuntur, animalque pariunt enumerat pristin, balęnam, & vitulum. Idem lib. 36 inter Scopæ opera recenset, Chorum Phorci, & Pristes, ac multa alia marina: pluribusque aliis locis pristium meminit. Quin & ita apud Græcos nuncupantur. Epicharmus in Hebes nuptiis, in reliquo apparatu & mensarum delitiis enumerat quoque pristes: ἦν δ᾽, inquit, ξύαιναι, πρίστιες ῥίναι τε τραχύδερμοι, id est, *nec deerant libellæ pristes, nec asperi pelles squatinæ*. Et Polycharmus in Lyciæ rerum commentariis scribit, vati e piscibus futurorum euentus auguranti in littore apparere orphos, glaucos interdum etiam balęnas & pristes ἐνίοτε δὲ φάλαιναι, ἢ πρίστεις. Videtur autem nomen deductum ἀπὸ τοῦ πρίζειν, a findendo, quod fluctus longo tenuis corporis tractu mire persulcat. Inuenio tamen in eadem significatione & per η scriptum πρῆστιν, vt apud Oppianum primo Halieuticῶν: ἐν δὲ δυσφαρὴς πρῆστις. *Truculentaque pristis*. Quo loco Oppiani scholiastes, πρῆστις εἶδος κήτους θαλασσίου, *Pristis species ceti marini*. Deriuantque Grammatici ἀπὸ τοῦ πρήθειν ab incendendo, fortassis quia motu & longo syrmate mare crispari & quodammodo ardere faciat. Inuenio & Pistris scriptum, non modo Pristis, pro ceto, vt apud Pedonem, quem citat Seneca:

> *Qui ferat Oceanum, qui sæuas vndique Pistres,*
> *Æquoreosque canes ratibus consurgere pansis.*

Nisi vitium sit in codicibus impressis. Porro a forma pristium marinarum, inquit Nonius Marcellus, quæ longi corporis sunt, sed angusti, Pristis nauigii genus nomen habet. Claudius Quadrigarius rerum Romanarum libr. 12. *Quin quod nauigium ea forma a marina bellua dicta est Pristis*. Ita enim lego ex vetustissimo exemplari pro eo quod in vulgatis exstat, Quiq. Pristis pro naui etiam apud T. Liuium lib. 4 quintæ decadis ponitur. *Adiectæ ad hunc numerum quinque pristes erant*. Sic accipit & Virgil. in 5. ibi:

> *Velocem Mnestheus agit acri remige pristin.*

Vtitur & Polybius Græcus historicus, πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν, id est: *Quinque lembis instructus & vnica pristi*. Seruius originem deducit vel a tutela depicta, vel a secandis fluctibus, ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα. Est & πρίστις poculi genus oblongi apud Diphilum & Athenæum in vndecimo.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER TERTIVS.

Plinii locus vindicatus de Orbona Dea. Item cur Quartana Saturni filia dicantur.

CAPVT I.

FErdinandus Pintianus homo Hispanus, post omnes omnium in Plinium annotationes præclare de eo auctore meritus, Orbonæ Deæ mentionem apud Plinium *lib. 2. ca. 7.* exterminandam putat, veluti spuriam & adulterinam, vt quam scriptor nullus celebrarit, nullibique omnino, vt ipse ait, compareat. At enim ego, vt haud temere mutandum quicquam in auctoribus, aut veteramentariorum more statim interpolandum, vel etiam inducendum eradendumue censeo, ita Orbonæ lectionem defendo constanter, & seruandam autumo, quum eam agnoscat doctissimus pariter & antiquitatis omnis callentissimus Arnobius, magni illius Lactantii præceptor *libro aduersus gentes quarto*, vbi in reliqua fictitiorum & putatitiorum Deorum turba, quam enumerat, hanc quoque Deam non dissimulanter nominet, his verbis: *Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat: in tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes: in Naniæ, quibus extrema tempora.* Hic apparet & Orbonæ nomen Romanis sacris templisque non fuisse ignotum, & ipsam orbitatis esse Deam, cui quod matronæ olim sacra fecerint, memoriæ proditum legisse aliquando memini: nam quod Antonius Sabellicus suis in annotationibus scribit, ex Macrobii auctoritate, matronas ad arcendam orbitatem Orbonam propitiasse, vbi infando sacrorum instituto orbari consueuerint, nusquam in eo auctore legi existimo. Proinde retinendam esse vetustam lectionem iudico, in Plinianis codicibus, trãsposito tantum coniunctionis vinculo, hunc in modum: *Ideoque etiam publice Febri fanum in palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium, & ara malæ fortunæ Exquiliis.* Quem locum Pintianus ex Cicerone interpolare hoc pacto voluit: *Ideoque etiam publice Febri fanum in palatio dicatum est ad ædem Larium, & ara malæ fortunæ Æsquiliis*: propterea quod apud Ciceronem libro de natura Deorum tertio perperam legisset, codicis, vt opinari lubet, vitio deceptus, *Febris enim fanum in palatio ad ædem Larium, & aram malæ fortunæ Æsquiliis consecratam videmus*: vbi melioris notæ codices rectius legunt: *Febris enim fanum in palatio, & adẽ Larũ, & arã malæ fortunæ Exquiliis consecratã videmus.* Dispescenda sunt igitur vocũ spacia coniunctione copulante, apud Ciceronẽ

qua occasione Plinio vetus lectio manebit integra. aut pro, *Orbona ad ædem*, legendum erit ex Cicerone, *& ædes larium*. id quod nemo, nisi impudentissimus is sit & præuaricator maximus, tentabit. Quia vero de febris fano facta mentio est, & illud ex Minutio Felice in Octauio (is enim auctor est octaui libri Arnobio ascripti, quod Morillonus admonuit iuuenis extra omnem aleam ingenii positus) addendum est. *Pauorem*, inquit, *Hostilius atque Pallorem coluit, mox a nescio quo Febris dedicata*, quæ verba repetuntur & apud Cyprianum *libro de idolorum vanitate*. Quin & illud appendicis vice adiiciendum est, quod Quartanæ Saturni filiæ ab Octauio Horatiano medico peruetere dicuntur, ob morbi videlicet cum tarditatem tum malitiam insignē, vt equidem existimo: in quarum curatione Democritus censuit, pollutione esse opus, vt sunt cædes, culpæ, menstrua, sanguinis potus, sacrarum auium vel vetitorum animalium carnes cibo datæ.

De Aquila in Romano exercitu portari solita, paradoxon.

CAPVT II.

Mirum valde mihi, atque adeo paradoxon visum est quod apud Dionem Cocceium de Aquila scriptum reperi, quam non militare signum, sed fanulum quoddam fuisse prodit, aureum aquilæ simulacrum effigiatum habens, hastæ præpilatę suffixum, quod ita a milite ferebatur, quem cum Cæsare aquiliferum dicere licebit. Auctoris verba sunt ex quadragesimo historiarum libro. ὁ γὰρ ἀετὸς ὀνομαζόμενος, ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταται μὲν ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ οὐδαμόσε ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἴ που σύμπας ὁ στρατὸς ἔξεισι, κινεῖται, καὶ αὐτὸν ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μικροῦ εἰς ὀξὺ τὴν στύρακα ἀπολήγοντος, ὥστε καὶ εἰς τὸ ἔδαφος καταπήγνυσθαι, φέρει. Id est: *In omni exercitu per delectum conscripto apud Romanos collocatur Aquila (id erat fani exigui nomen, in quo aurea iacebat aquila) quæ non mouetur ex hybernis, nisi totus prodeat exercitus. fanum illud parua suffixum hastæ aquilifer portat, cuius inferior cuspis acuminata erat, vt humi depangi posset.* Appianus bellorum ciuilium lib. 2. Aquilæ potissimam dignitatem inter militaria signa attribuit, quum ait *Cæsarem stitisse sua manu signiferum aquilam ferentem, quæ præcipuum in bello signum erat.* Cæsar lib. belli ciuilis 3. spectatæ virtutis aquiliferū tantisper aquilam defendisse pugnando scribit, dum deficientibus iam viribus, equitibus suis accedentibus aquilam multos per annos defensam moribundus tradidit. Certe idem Cæsar a signis militaribus aquilas discriminat, vbi inquit de pugna cum Pompeio commissa: *Signa militaria ex prælio ad Cæsarem sunt relata centum octoginta, & aquilæ nouem.* Plinius refert C. Marium secundo consulatu suo proprie dicauisse Romanis legionibus aquilam, abdicatis reliquis signis, quæ quatuor erant, lupus nimirum, minotaurus,

equus

equus, & aper. A quo tempore obseruatum scribit idem raro legionis castra hybernasse, vbi non esset aquilarum par seu iugum: quæ res in omen fortassis rapta est, vt aquilæ signum non velleretur aut loco tolleretur, nisi in aciem descenderent vniuersę legiones, id quod ait Dion.

Quæ dicantur dextra aut sinistra mundi partes.

CAPVT III.

IN siderum cursu orientem nominari dextram cœli partem, occiduam vero plagam, lęuam sinistramue, ex Hygini obseruatione annotandum est. Vnde & Plinius *lib. 2. cap. 8. Naturalis historiæ*, errantia sidera læuum cursum mundi vertigini contrarium scribit, illo semper in dextram præcipiti: cui consentit & Ptolemæus. Eodem spectat & Orphei vetustissimi poetæ dictum, *solem dextrā auroram producere, læuum noctem*, dicentis: hoc est, *in oriente diem proferre, in occasu noctem.* Quid quod apud Græcos σκαιὰ, id est, *læua*, dici τὰ δυτικὰ siue *occidua* annotat diligentissimus Eusthathius? Quin & ex Aristotelis sententia Chalcidius Timæi Platonici interpres, orientem dextram mundi partem statuit. Attestatur item Plutarch. lib. 2. de philosophorum placitis, in hæc verba: *Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mundi plagam orientalem esse dixerunt, vnde motus initiū exsistat: occiduam vero læuam. At Empedocles dextram statuit ab ea parte, qua solstitium æstiuum est: sinistram, qua brumale. Similiter & Cleomedes, &c.* Cleomedes Græcus auctor, cuius opus nuper in lucem exiit, septentrionē pro dextra ponit. Similiter Hetrusci aruspices dextram nominabant septentrioni subiectam, sinistram meridiei expositam, quomodo & poetæ accipiunt. Contra *apud T. Liuium in Numa*, augur regiones ab oriente ad occasum determinans, dextras ad meridiē partes, læuas ad septentrionem esse dixit. Sed hanc distinctionem ridet Arnobius *Libro aduersus gentes quarto*, scribitque pro ratione situs corporis, variare mundi partes, vel læuas, vel dextras: nam quicquid teres est, & ex omni parte rotūditate solida conuexum, definiri aliqua finis aut initii portione non potest. *Itaque cum dicimus*, inquit, *hæc regio dextra est, illa læua, non ad mundi habitum dicimus, qui sui similis totus est, sed ad positionem nostram, situmque vocamus.*

De similitudine mundi cum ouo, & cum litera ω mega.

CAPVT IV.

NOn dubium est quin plerique scriptores omnes globosam seu sphæricam figuram mundo attribuerint, vt & Aristoteles & cum Stoicorum schola Homerus quasi princeps sensisse videtur, qui *terram ἀπείρονα*, id est, *infinitam* dixit, propter orbicularem figuram circularemue initio pariter & fine carentem, *vt Hi-*

racleides, Eustathius, & Iohannes Grammaticus Aristotelis enarrator exponunt. Et Numa Pōpilius terram pilę formam esse credens, quod a Sex Pompeio annotatur, ædem Vestæ rotundam consecrasse perhibetur, quum intelligeret Vestam eandem esse cum terra vitæ hominum altrice. Attamen inuenio & qui ᾠοειδῆ, hoc est, ouali figura mundum esse prædicerunt, id quod apud Plutarchum de placitis philosophorum secundo, iisdemque verbis in libello Galeno falso attributo legitur: qua in opinione fuit & Sanchuniathon Berytius, antiquissimus rerum Phœniciæ scriptor, a Philone Byblio translatus in Græcam linguam, qui omnem hanc rerum faciem ὁμοίως ᾠοῦ σχήματι, id est, oui instar effigiatam fuisse prodidit scripto, vt ex eo refert Philon Byblius. Eadem est ratio cur initiati orgiis Liberi patris, ouum in sacris suis coluerint venerabundi, vt nimirum e terete forma ac pene sphærali, vndequaque clausa, & intra se vitam includente, mundi simulacrum cognosceretur, *vt a Macrobio Saturnaliorum septimo, capit. 16. proditum est, aut potius translatum e Plutarchi symposiacis, vbi in hæc verba differit:* ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ, συγκαθωσίωται τὸ ᾠόν. id est: *Quare non abs re in Bacchi orgiis ouum sacratum est, velut simulacrum mundi e quo cuncta nata sunt, cuiusque complexu vniuersa tenentur.* Quin & Varro *in Logistorico, qui inscribitur Tubero de origine humana,* mundum ouo comparauit, cuius hæc verba adducit Probus Grammaticus. *Cælum est testa, item vitellum vt terra, inter illa duo humor quasi in sinum* (sic lege, non *sic mus*) *clusus aeri, in quo calor.* Quanquam is auctor non de mundi forma ouali id extulisse, sed habita quatuor elementorum ratione, mundum ouo assimilasse mihi videtur: atque ita accipere illud videtur & Proclus in Timæum, vt Orphicum ouum sit idē, quod Platonis ens, τὸ πλατωνικὸν ὄν, καὶ τὸ ὀρφικὸν ᾠόν. Fuerunt & qui terrarū orbem in formam literę Græcæ ο effigiarunt, vt extremum lineamentum, quod ο literam ambit, oceanum referat designetque, quem ζωστῆρα κόσμου, id est, *mundi baltheum,* quidam appellarunt, Probi testimonio. Quo respexisse videtur Cyrillus, ibi:

ὠκεανὸς δ' ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.

Tellurem Oceanus circumfluus alligat omnem.

Non possum non appendicis vice adiicere ex Varrone mundi definitionem, operosam quidem illam, sed raro lectam, qui in Cynicis Satyra, quæ inscribitur Dolium siue Seria, sic scribit: *Mundus, inquit, domus est maxima homulis, quam quinque altitonæ flammea Zonæ cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis stellimicantibus altus in obliquo æthere Lunæ bigas acceptat, & appellatur a cælatura cælum, Græce ab ornatu κόσμος, Latine a puritate mundus.*

Virgilii versus ex Eratosthene translati: eius item locus expensus accuratius.

CAPVT V.

QVoniam de zonis præcedente capite mentionem fecimus, locus poscere videtur, vt Virgilianos de zonarum descriptione versus, auctori suo vindicemus. Is est Eratosthenes Cyrenæus, qui versibus Heroicis librum conscripsit, cui *Mercurio* titulum indidit. Sed audiamus primum Virgilium *in Agricultura primo* ita canentem:

Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum vna corusco
Semper sole rubens & torrida semper ab igni,
Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum.

Nunc pene eosdem, sed Eratosthenicos, ex Heraclide Pontico subiiciamus *libro de allegoriis Homericis*, qui ita sonant:

πέντε δ' οἱ ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηντο,
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς, οἷον ἐρυθρή.
τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥα ἑ μαῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν,
αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοιο περιπηγυῖαι,
αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι

Quos obiter adstricta numeris oratione reddere non pigebit.

Circum hunc funduntur Zonæ quincuplicis orbes:
Glaucum ex his superant cyaneum nigredine bini.
Torrida zona vna est, fabulosaque tota, rubensque
Quam radiis flammis feriunt Hyperionis acres
Continui, recto & subiectam tramite torrent.
At geminæ cœlo adductæ vtrinque reclines,
Imbribus vsque madent, glaciali aut frigore torpent.

Sed enim vero poetam nostrum mutuatum esse suam descriptionem ex auctore quem dixi, mecum sentit Probus Grammaticus, id quod deprehendi lectione postea, quanquam versus ipsos non profert: hæc enim eius sunt verba in locum Virg. prædictũ *Hanc tamen*, inquit, *vniuersam disputationem certum est Virgilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur*. Porro zonarum (*quas eleganti carmine descripsit Claudianus lib. de raptu Proserpinæ primo, & Transformationũ principio Ouidius*) naturam fabulose expressit in Achillis clypeo Homerus, plicarum nomine πτύχας eas nominãs, duas e plumbo albo fingens, australem innuendo & septentrionalem zonas, frigidas perpetuisque niuibus obsitas: totidem aureas, æstiuam

significando & hybernam, mediæ inter candorem & rutilum colorem temperiei: quintam eamque mediam, auream, hoc est, igneam. Homeri versus est iste:

τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
τὴν δὲ μίαν χρυσέην.

Media autem est ἰσημερινὴ, id est, *æquinoctialis*: proximæ duæ τροπικαὶ, id est, *solstitiales*, a nobis habitata altera. Antichthones alteram incolunt, ita dicti, ὡς τὴν ἐναντίον χθόνα οἰκοῦντες, teste Probo: *extrema duo inhabitabiles, borealis quidem ob assiduos nimiosque rigores: antarctica vero, quæ & νοτία sive australis, propter immodicas imbrium humiditates, quibus austrina plaga est obnoxia, vnde & nomen habet.* Istud est quod Virg. in versu,

Cærulea glacie concreta, &c.

innuere & sentire voluit: vt verba illa, *imbribus atris*, ad austrinam plagam: at illa, *cærulea glacie*, ad borealem referenda sint & applicanda: vt respondeant Eratosthenicis, κρυμαλέαι propter gelu, & ὕδασι μογέουσι, propter imbres.

De significatione ebrii non vulgari.

CAPVT VI.

EBrium præter notam significationem, pro pleno & ad saturitatem vsque referto accipi, Latinis auribus notum est. Similiter μεθύειν (*quod inebriari proprie sonat*) pro πληρῶσθαι *& compleri* efferunt Græci: quomodo in Dioscuris Theocritus de Amyco Bebrycũ rege loquens, illud extulit: Ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων, id est, *Constitit offertus & ebrius plagis.* Apud nostros Plautus Comicus *ebriam* cœnam dixit pro *opipara & adiecialis copiosaque.* Quid, quod Nonius Marcellus *ebrios* dici posse qualibet re expletos, confirmat auctoritate Varronis, qui in *Eumenidibus* dixit, scholasticas aures scholica dape ebrias? Quin & vestis ostro ebria legitur, quæ purpuræ florem ebiberit; quæ simili metaphora, saturata murice a Martiali dicitur. Deinde, quia ebrietas mentem alienat, & (*vt Enniano vtar verbo*) expectorat, ob immodicum potum, etiam pro dementato & mentis haud compote, accipitur ebrium: qua in significatione sumitur apud Horatium O*darum lib.* 1. de Cleopatra Ægypti regina, quam dicit fuisse fortuna dulci *ebriam*, hoc est, *dementatam nimiumque secundis rebus elatam*, ad exemplum Anacreontis Teii, qui amantem sine modo, & amoris œstro velut extra se positum, μεθύοντ' ἔρωτι dixit, id est, *amore ebrium*, quod apud Philostratum in Apollonio lectum est. Quam significationem ebrii agnoscas etiam in Petronii Arbitri illo versu,

Vilis adulator picto iacet ebrius ostro.

Quo innuit parasitos & adulatores ad amplissimas fortunas Principum stoliditate euectos, priorum vitæ sordiũ non amplius memores, reliquos præ se despicere, rerum successu elatos.

De

De scolii siue obliqui carminis ratione, quædam lectu & obseruatu dignissima.

CAPVT VII.

DE carminis conuiualis, quod Græci Scolion, nos obliquum dicere possumus, origine, magna est apud auctores pugna: in vno solo consensus est omnium, quod asseuerent conuiuale esse carmen, & inter pocula concini solitum: cuius etymon tradit Orus Grammaticus inde deriuatum, quod a temulentis, quibus sensuum organa turbata sunt, & oblique se quodam modo habent, cantari soleat. Suidas aliique a contrario sensu ita dictum annotant, quod simplex ac facile sit, minimeque ambagiosum aut obscurum quippe quum fuerit μέλος ὀλιγόστιχον, paucis versibus contexta cantilena. Quam rationem, vt falsam reiicit Aristophanis interpres. Aliter Hesychius, pro erudito & neutiquam vulgari, quodque non a quibusuis, sed a doctis tantum caneretur, exponit: quod attingit & Plutarchus *in symposiacis*. Dicæarchus *in commentario de re Musica*, triplex odarum genus enumerat: vnum quod omnes pariter vnico concentu, alterum quod vicissim singuli per ordinem canebant, & tertium hoc, quod a peritissimo & ingeniosissimo quoque, vt res in ordine cadebat, succinebatur, vnde & nomen. Aristoxenus & Phyllis Musicus scriptorum monumentis prodidere, in nuptiis, dispositis variis circa mensam vnam lectis, accumbentes conuiuas myrteis per vices sertis redimitos, sententias amatoriasque cantilenas cantillare solere: & canendi vices ob lectorum positum, obliquo modo peractas fuisse. Proxime omnium ad rem accedere videtur interpres Aristoph. cuius sententiam quam possum lucidissime in Latinum sermonem conuertam. *Veteribus*, inquit, *mos fuit conuiuas canere, ordine sequentes eum qui desierat: quis namque cantum auspicabatur, laurum myrtumue manu tenens, Simonidis Stesichoriue odas cantabat quoad eius lubitum erat: deinde pro arbitrio suo, cuicunque placitum illi erat, tradebat, non secundum accumbentium ordinem: itaque ille deinceps cantillabat: qui rursus tertio cui visum erat, canendi vices tradebat: inde factum est, vt ob implexum ordinem scolia dicerentur carmina quæ ex improuiso & recitare & fidibus canere quilibet solitus esset.* Parum discordat ab hac ratione Plutarc. *lib. 1. symposiacon*, in hæc verba scribens: *Sunt qui myrtum in ordinem ire negent, sed sigillatim de lecto in lectum deferri, eumque, qui primus cecinerit, alterius lecti primo cantori transmittere, hunc rursus tertii primo: deinde eodem pacto illum qui in primo lecto secundas vices tenuerit, alterius lecti secundo permittere: ac proinde a variato implexoque circuitus ordine, obliqui nomen fluxisse verisimile est*, διὰ τὸ πολυκαμπὲς τῆς ᾠδῆς. Certiora tradi possent, si extaret vel Tyrannionis Grammatici lib. C. Cæsaris mandato conscriptus de scolio carmine: vel

Didymi Chalcenteri sympoſiaca, in quorum tertio libro varias huiuſce vocis etymologias explicuiſſe ab Etymologici autore annotatum eſt. Ego tamen, vt in caput rem conferam, ita teneo, quum olim in conuiuiis poſt cœnam lyra circumferri fuerit ſolita, *vel Quintiliano hoc atteſtante*, ad quam fidibus canebatur, lyram illam obliquo & ſinuoſo circuitu in menſa obambulante cõſueuiſſe autumno, vt *ἐναλλὰξ* hoc eſt, poclinatim quodammodo, non *ἐφεξῆς*, id eſt, ſeriatim & per ordinem accubitus, conuiuis tradita fuerit, atq; inde carmina illa quæ ad lyram canebãtur, ſcoliorum appellationem meruiſſe. Porro ex profeſſo inter cætera poemata etiam *σκολιὰ* ſcripſiſſe commemoratur Ion Chius poeta. Item Origenes ſcolia conſcripſit, in quibus ſummatim breuiterq; perſtrinxit ea omnia, quæ ſibi obſcura & perplexa viderentur. Quod autem qui canebant, myrtum manu tenerent vel laurum, præter Plutarchum docet Dicæarchus *lib. de muſicis certaminibus*, his verbis: *οἱ γὰρ ᾄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἀπὸ παλαιοῦ τινὸς παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ᾖδον.* id eſt: *Qui canunt in conuiuiis, ex vetere inſtituto ſumta lauri myrtiue fronde canunt.* Qua in re & illud diſcrimen obſeruatum lego, vt qui verſus Æſchyli canerent, myrteum ramulum manu tenerent: qui vero Homericos, laureum termitem: Hinc liquet Zenobium in *adagiorum farragine* lapſum eſſe, quum ſcribit, eum qui in sympoſiis canere neſciuiſſet, laurea myrteaue accepta virgula, ad eã canere. Quicquid tandem conſtituere liceat, id obſeruaſſe mihi videor, quod plerunq; ſcoliis carminibus aut illuſtrium virorum & fortium laudes canerentur, aut præclaras ſententias illa continerent, aut mixtim vtrunq;, quando ex Cicerone, autoritate Catonis, & ex Fabio Quintiliano conſtat, epulis adhiberi ſolere tũ fides, tum etiam tibias, ad quas clarorum virorum laudes & facinora virtutesq; canerentur: id quod exempla dilucide docebunt, quorum aliquot non pigebit adſcribere, vbi illud vnum dixero, quod Pindari autoritate, Terpandro inuentionem ſcolii carminis, attribuit *lib. de Muſica* Plutarchus. Scolion de Admeto Theſſalo Athenis decantatum, ex Pauſaniæ Lexico adnotat in Bœotia Euſtathius diligẽtiſſimus Homeri interpres, de cuius autore multa lis inter veteres fuit. eius tale eſt initiũ: *Ἀδμήτου λόγον ὦ ἑταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου γνοὺς* (perperam enim apud Ariſtoph. in Veſpis *τοῖς* ſcriptum eſt) *ὅτι δειλοῖς ὀλίγα χάρις.* i. e. *Fortes ama, cognita de Admeto hiſtoria, & ignauos fuge, id tibi perſuaſum habes, exiguã ſtal ũ eſſe gratiã.* Quod carmen & clari viri hiſtoriã delibat, & ad fortitudinẽ paræneticũ eſt. Videtur autẽ per *fortes* innuere generoſam & mariti amãtẽ Alceſt. per *degeneres* vero Admeti patrẽ, qui pro filio mortẽ oppetere tergiuerſatus fuerat. atq; ea verior eſt ratio, fabuloſã n. iudico quam Ariſtoph. interpres & Zenobius adducũt. quod quũ diem obiiſſet Alceſtis pro marito Admeto, ſcolia ac lugubria carmina in illã fuerint decantata, tantiſper dũ

misertà eius Proserpina, ipsam ad superos sospitem remisit: aut, quod fabulatur Euripides, Hercules expugnatis inferis eam reduxit: alioqui Phænodemus refert Admetũ Pheris oppido Thessaliæ profugum, hospitium delegisse apud Theseum, Alcestidis & Hippasi liberorum natu minimum, ibique sedem fixisse. Meminit huius scolii Aristophanes Comicus *in Vespis*, *item in πελάργοις sine gruibus*, his verbis:

ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυῤῥίνην,
ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν ἁρμοδίου μέλος.

id est:

Canebat ille myrtum tenens Admeti historiam, at alter illum cogebat Harmodii cantilenam. Meminit & Cratinus Comicus ὅταν ἀδμήτου μέλος αὐλῇ, id est: *ubi ad tibiam cecinerit Admeti carmen.* Iam vero Scolion de Harmodio, scriptis auctorum celebre est, qui communicatis cum Aristogitone operis tyrannidem Pisistratidarum conuellit interfecto Hipparcho, cuius initium erat φίλτατ' ἁρμόδι' οὔπω που τέθνηκας, quod negat Harmodium mori posse qui sublato tyranno immortalem adeptus sit gloriam, sempiterna fama victurus. Huc allusit in Acharnensibus Aristoph. vbi ait:

οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν ἁρμόδιον ᾄσεται συγκατακλινείς.

hoc est:

Numquam mecum accumbens Harmodium canet.

Refertur & aliud ab Eustathio *Iliados quarto*, quo canitur fortitudo exsulum, qui se fortiter in obsidione Lipsydrii oppiduli gesserunt, quod ita habet: *αἲ αἲ λειψύδριον προδωσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι ἀγαθοὺς καὶ εὐπατρίδας, οἳ τότ' ἔδειξαν οἵων πατέρων ἔσαν: Heu heu Lipsydrium, sociorum proditrix, cuiusmodi viros exitio dedisti, in prælio fortes, generososque, quando sui specimen ediderunt, a quibus fuerint orti maioribus.* Fuit autem *Lipsydrium* locus in Spartæ confiniis, quem Atheniensium exules a tyrannis expulsi muro clauserant, inter quos Alcmæonidæ principatum tenebant quibus a Pisistrato debellatis cani cœpta est obliqua ista cantio inter pocula. Non sum immemor hunc locum aliter conuersum ab Erasmo, a cuius sententia dissilio: tu si placet, eum lege in adagio, *in Lypsydrio pugnas.* Commemorat Eustathius & in Aiacem Scolion, quod in prædicanda fortissimi viri virtute consumitur, cuius tale exordium est: *παῖ τελαμῶνος αἶαν αἰχμητά, λέγουσί σ' ἐς τροΐαν ἄριστον ἐλθεῖν ἀχαιῶν μετ' ἀχιλλέα* id est: *Bellator Aiax Telamoniade, te post Achillem Græcorum fortissimum ad Troiam venisse fama est.* Sed exẽplorũ satis de claris viris, nũc subiiciamus vnum aut alterum, quod sententias non dubias continet, quale est illud Simonidis poetæ quod Platonis verbis referam *in Gorgia* sic dicentis: *οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιὸν, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως.*

hoc est: *Arbitror audisse te canentes in symposiis obliquum illud carmen, in quo enumerant qui canunt, nihil esse in rebus præstantius, quam integram habere valetudinem: secundum locum obtinere pulcram formam: tertias vices tenere, diuitias non fraude partas, vt auctor scolii inquit.* Legitur apud Suidam & alterum, Timocreonis Rhodii in opulentiæ detestationem, in hęc verba: ὤφελές σ' ὦ τυφλὲ πλοῦτε ἐν γῇ μήτε ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆμεν, ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν κ' ἀχέροντα, διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά. id est: *Par erat o cæce Plute, nec terra, nec mare, nec in continenti te vsquam exstare, sed tartareas sedes & Acherontem incolere. propter te nanque nihil non malorum in vita mortalium est.* Ad cuius scolii imitationem leges & plebiscita promulgasse Periclem annotatum est, & ab Aristophane in Acharnensibus sugillatum, cuiusmodi fuit illud Μεγαρέας μήτ' ἀγορᾶς, μήτε θαλάττης, μήτ' ἠπείρου μετέχειν, quo communionem cum perduellibus Megarensibus omnem præcisam voluit. Addamus & exempla duo, quæ vtriusque rei meminerunt, inter quæ elegantissimum legitur Aristotelis Peripatetici scolion in Hermeam Atarnensem scriptum cum virtutis egregio encomio, quod pluśculis licet versibus perscriptum, operæ est pretium huc annotare, quod sic habet: Ἀρετὰ πολύμοχθε γένει βροτείῳ, θήραμα κάλλιστον βίῳ, σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς, καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς ἀκάμαντας. τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις καρπὸν ἀθάνατον χρυσοῦ τε κρείσσω καὶ γονέων μαλακαυγήτοιό θ' ὕπνου. σοῦ δ' ἕνεκεν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς, Λήδας τε κοῦροι πολλὰ, ἀνέτλασαν ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν. σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεὺς Αἴας τε ἀίδαο δόμους ἦλθον. σᾶς δ' ἕνεκεν φιλίου μορφᾶς καὶ Ἀταρνέος ἔντροφος ἀελίου χήρωσεν αὐγάς. τοιγὰρ ἀοίδιμος ἔργοις, ἀθάνατόν τε μιν αὐξήσουσι μοῦσαι μναμοσύνης θυγατέρες. Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι φιλίας τε γέρας βεβαίου. Carmen elegantissimum totidem verbis quam pellum maxime conabor Latinis auribus appendere *Virtus mortali generi laboriosa, cuius pulcerrimum in vita simulacrum, tuam virgo ob formam, etiam mortem obire Græcia optandum est, duros que perferre & indefessos labores: talem animis cuique immortalem fructum inducis, auro parentibusque præferendum, & molli somno. Propter te Iouis Hercules, Ledæque nati plurima perpessi sunt, tuam venantes facta potentiam. Tui desiderio Achilles & Aiax ad inferos tenebras iuere. Tuam ob desideratam formam Atarnensis alumnus solis splendori suo dauxit se, præclara ob facinora nobilis: cuius gloriam sempiternam propagabunt Musæ Memoriæ filiæ, Iouis hospitalis maiestatem augentes, si magnæ amicitiæ pignus.* Alterum quod loquitur, amore ad præclara audenda fac noto animari homines, simulque historiam Cleomachi viri fortis tegit, qui in gratiam amasii præsentis, inuectus in confertas hostium in præcinctu stantium turmas, disturbatis eorum ordinibus victoriam Chalcidensibus peperit: quamuis Alii Antoneim quendam eadem fortuna vsum significari

cari autumant. vtcunque sit, constat apud Eretrienses cantari fuisse solitum, *vt in Erotico refert Plutarchus*, quod ita habet, *ὦ παῖδες οἳ χαρίτων τε καὶ πατέρων ἐλάχετε ἐσθλῶν μὴ φθονεῖτε ὥρας ἀγαθοῖσιν ὁμιλίαν. σὺν γὰρ ἀνδρίᾳ καὶ ὁ λυσιμελὴς ἔρως ἐπὶ χαλκιδέων θάλλει πόλεσιν.* Perperam enim legitur *κάλλει* pro *θάλλει*, quod de industria (ne quis imperitia factum insimulet) ita coniectum: *Puella vos quibus contigit bonis nasci parentibus, nolite inuidere viris fortibus vestri commercium: mollis nanque amor vna cum fortitudine in Chalcidensium oppidis viget.* Transiit vero & obliqui nomen ad Epigrammata ænigmatice obscureque prolata, cuiusmodi vnum *in Plutarchi symposiacon quinto* legitur, sed a me paululum emendatum, & in versus senarios distinctum:

ἡ Παλλάδος γῆ πυρὶ κατηθαλωμένη,
κεῦθει μελανὸν αἷμα διονύσου θεοῦ,
ἔχουσα κλῶνας ἰσθμικοὺς ἀνὰ στόμα.

id est;

Durata torrido igne terra Palladis,
Condit cruorem nigricantem Liberi,
Ac ramulos in ore præfert Isthmicos.

Innuit autem fictilem vrnam, apii (quo in Istmiis victores coronabantur) ramo circum os coronatam, musto plenam. Quin & eius vsus ad carmina adnlatoria fuit detortus: tale est Praxillę poetriæ Sicyoniæ, quod inter ea, quæ *παροίνια* siue conuiualia inscripsit, a veteribus recensetur:

οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν,
οὐδ' ἀμφοτέροις γίγνεσθαι φίλον.

hoc est:

Vulpinari non decet, nec vtrique parti illudere.

Quod in adulatorem competit, qui vt tectius versutiusque imponat, dissimulare se fingit ex composito. Meminit Aristophanes *in Vespis*, & alterius cuiusdam scolii, quod ita incipit: *χρήματα καὶ βίαν κλειταγόρᾳ τε κἀμοὶ μετὰ θετταλῶν.* Quod de Clitagora Thessalica poetria canebatur, & Thessalis, qui Atheniensibus suppetias tulerunt in bello aduersum tyrannos. meminit eius & Cratinus in comœdia quadam, *κλειταγόρας ᾄδειν*, Refertur & ab Athenæo li. 13. scolion quoddam quod inter sacrificandum cantatum fuisse ait a Pindaro in Xenophontis Corinthii gratiam conscriptum, cuius initium est, *ὦ κύπρου δέσποινα*, quod quia mendosum est, huc adscribere supersedeo. Item alterum eiusdem poetæ ad Hieronem Siculum libr. 14. Fit apud eundē lib. 10 mentio scolii Pindarici, quo cottabum, delibat Agathoni amasio. Meminit & Aristophanes *in Auibus*:

ἰσθ' ἱμάτιον τὸ σκόλιον ᾄδειν μοι δοκεῖ.

id est:

Videtur mihi scolion canere vestimenti gratia.

Hactenus de seclio satis superq; multa: cui opponi videtur, si vocis habeamus rationem, τὸ ὄρθιον μέλος, cuius meminit *in lib. de Musica* Plutarchus, scribens Terpandrum Methymnæum inuenisse modum τῆς ὀρθίου μελῳδίας, quasi dicas, recti cantus. Herodotus *in Clio* refert Arionem citharœdum in nauis tabulato (foros vocant) stantem concinuisse νόμον τὸν ὄρθιον, qui cantus erat fidicinis citharœdiue concitatior, & sonora voce prolatus, quomodo apud Homerũ Eris ὄρθια ἤϋσε, *alta voce exclamat*, vt exponit Suidas. Ita legitur Timotheus nobilissimus fidicen, quũ caneret τὸν ὄρθιον νόμον, Alexandrum Macedonẽ versibus vsq; eo impulisse concitasseque, vt ad arma proruerct. Scribit Suidas, Terpandrũ τὸν ὄρθιον νόμον & τρόχαιον nominib. suis donasse, a numeris quibus feruntur. Iulianus in epistola ad Iamblichum, κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι ὡς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τοῦ τέττιγος, τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. *Fidicini Orthium carmen canenti, ruptam chordam commit tente cicada, æqualibus modulis Pythius succinuit.*

Quo anni tempore conditus sit mundus disceptatio: & quod in Libra signo non absurde statuatur eius nascentis origo.

CAPVT IIX.

NOn ita pridem nata fuit inter me & sacrificum Amsterodamum controuersia non inineũda in symposiolo, in quod anni tempus inciderit genitalis mundi dies: quem tametsi a concepta opinione (quam altissime imbibitam mordicus tuebatur) dimouere non potui, quicquid tamen extemporanea illa contẽtio disceptanti tunc suggessit, haud prorsus ἀπροσδιόνυσον, visum est in miscellanea ista materia nõ abs re admiscere. Nam ille, quũ ver defenderet, cui primam crescentis mundi originẽ acceptã esse referendam putabat, temperiem eius temporis pro argumento quasi Achilleo minimeq; dubio adducebat: aduocans eodem & astrologorum de Ariete rudimentũ nescio quod: item scripturæ locum de primatu mensium Martio delato, qui *in Exodo* diserte sit perscriptus. Ego cõtra, qui autumnali æquinoctio deferri eam gloriam debere volebam, absolutam perfectionem καὶ πλειότητα rerum creatarum esse spectandã institi. Vt enim, inquam, animãtiũ omne gen⁹, siue gradiatur reptetue, siue volucre sit, aut aquis innatans, non incoatum aut nascens, ac veluti ex ouo prodiens, finxit Deus, sed iusto ætatis generationisque libramento robustũ: ita & plantas arboresq; cum suo quanq; fœtu, grandes atq; perfectas, & generando simili aptas, produxisse illum credibile est; quando & Adamum, e lutea terra & formatum & appellatum, absolutã virilis corporis firmitudinẽ iã tũ ab ipso natali, quo creatus fuit assumsisse constat: similiter & eius coniugẽ Heuam quomodo & lunam non gibberosam, nõ corniculatã, non diuiduam verum finxisse opinatur Seuerianus (cuius in vetus instrumen-

tum exstant scripta) sed integro orbe plenam adultamque. Neq; enim tyrocinium cœpisse, ac veluti ex informi imperfectoue rudimento adoleuisse mundum verisimile est, in qua sententia fuerüt Ethnici, naturam suam a simplici & imperfecto paulatim ad sui perfectionem, adiumento artis & temporis accessione peruenire somniantes. Alioqui nisi illud statuamus, in eadem nauicula fluctuare videbimur cum illis qui ambigunt, ouumne prius fuerit, an gallina. Quid, quod reuocare mundi ortum ad ver, quasi quo calor genitalis sit temperatus, ex quo animari cuncta & vegetari censent philosophi, est quadantenus negare, quod Deus ex nihilo pulcherrimum hunc mundi ornatum produxerit, sed quod potius ex beneficio prolifici illius & æquabilis caloris exstiterit? Neq; vero communi illa autoritate opinionem nostram stabilire est animus, quæ Dei opera perfecta esse loquitur: nam illa tametsi a quibusdam veluti Aiacis clypeus defensionis loco obiiciatur, nihil huc facit, est etenim aliorsum dicta, nempe in Dei operib. nihil esse quod in reprehensionē cadere culpariue queat. Prætereo itē autoritatē Isaaci Argyri hominis græci, qui in illa monasticæ vitæ tranquillitate, inter cæteras *ἀσχολίας*, quas altissimus secessus & philosophicū ociū suppeditat, demōstrationib. asseuerare contendit, Septembri mense conditū fuisse orbē, ac princeps anni initium vere existere pridie Calendarum Octobrium. Imo vero, inquam, quod tu modo pro te adduxti, ceu irrefragabile testimonium, e *duodecimo Exodi capite* petitum, pro me facit, tuamque opinionem conuellit prorsus & iugulat: quum nanque præcipit Deus Mosi, vt Nisan mensem, qui Martio nostro nunc respondet, inter anni menses primum habeat, non ordinem hic in annorum curriculo spectari ostendit (quem vel ipse Deus ab æterno a Septembri inchoauit, vel gens iudæa, cuius in Historiis antiquissima fides est, talem semper tenuit) sed principatū & dignitatem inter menses immutat, mandans vt primarii honoris prærogatiua Martio mensi deferretur, quo videlicet cōstaret gentē Iudaicam iugū Ægyptiorum grauissimum singulari Dei beneficio exsuisse: quo item mense posteris temporib. a mundanarum potestatū tyrannide ereptum nos iri, certissimo præsagio & fatali significaretur, nempe teterrimo Christi cruciatu in istum mensem incursuro expiandos. Deniq; quid euidentius indubitatiusue vsquam reperias, quodque mundi primordiū (cum quo & annum verti necesse est) firmius conuincat ad Septembrem referri debere, quā quod libri eiusdem tertio & vigesimo legitur, vbi mandat obseruari magna religione diem festum collectionis annuorū prouentuum, quæ fiat in anni exitu, coactis in horrea & frugib. & pomis: quod festū & tabernaculorū scenarūue nomine nūcupabatur. Quo ex loco manifeste liquet, sub æquinoctiū autumnale, exitū anni metiri

Mosen ex Dei omnia illi dictantis oraculo: nam si eo mense finis anni, eodem proximoue & initium eius sequi par est: ita vt si collectio frugum pomorumque in anni finem incurrit (quam nemini dubium est Sole Libram tenente fieri solitam) extra dubium cadet etiam initium anni in foribus adesse. Porro non absurde omnino fingitur primigenia mundi a Deo creati origo exstitisse in Libra (si vulgata ista signorũ nomina velut ab æterno imposita feremus) vt nimirum quoniam a sicco in frigidum declinat signum istud (sunt enim duæ istæ qualitates mortis, vtpote aridæ & frigidæ, affines ac consanguineæ) portenderet interitus legi obnoxium mundum fore, id quod indubitatum nobis cum Platonica schola habetur.

Rerum affluentiam communi mortalium vsui a Deo concessam, desinere sæpenumero ob quorundam maleuolentiam, variis exemplis comprobatur.

CAPVT IX.

DEi omnium largitoris munificentiam mortalibus ex æquo cunctis ad vsum præbitam tyrannice flagellasse ingrati quidam & malæuoli gratuitæ illius liberalitatis expensores legũtur, qui ad priuatos vsus, quod publici iuris Deus esse voluit, pro libidine interuertisse videntur, qua vecordia quid aliud cõsecuti fuerint, quam vt iratum numen largissimos beneficentiæ suæ fontes clauserit, exemplis aliquot quum veteribus, tum recentioribus, testatum facere non pigebit. vsque adeo non male nec citra numinis inspiratum cecinisse putandus est Ascræus ille vates, quando improbi hominis & scelesta in publicum consulentis pœnam dependere sæpenumero integras ciuitates ait. Sed ad rem. Salis Tragasæi, celeberrimæ & ab auctoribus omnibus decantatissimę memorantur fodinæ, e quibus asportare cunctis in Troade volentibus quantum libuisset, licuisse scribit Athenæus: sed cessasse euanuisseque salem illum fossitium illico, postquam Lysimachus rex vectigal imposuisset: qua re in miraculum cõuersa declaratoque per regem loco a vectigalium exactione immuni, rursus auctam fuisse salis illam restibilem copiam scribit. Refert idem auctor simile quid in Eresso vsu venisse, vbi non procul a mari subito exsiluerant fonticuli scatebræ frigidam profundẽtis, cuius potu ægri mirum in modum recreabantur: quæ salubris aquæ fama attraxerat multos longinquis e locis medicatum fontem hausturos. Quapropter Antigoni regis præfecti dum rem suam priuatam promouere satagunt, diuersam quandam aquam bibentibus propinandam imperarunt, ea ratione ægros ludificati: statimque ab eo tẽpore exaruit fontis scaturigo. Phylarchus item commemorat, fabam Ægyptiam, Colocasiæ nomine non ignotiorem, quæ nusquam locorum præterquam in Ægypto, seminari, neque sata crescere soleret, regnante Alexandro Epirota Pyrrhi regis filio su-

lio, subito ad Thyramin Thesprotiæ Epiri amnem paludoso in solo erupisse, & adultam vbere m edidisse fructum, perq; biennium totum sparsim lateque excreuisse: sed quum ille adhibitis custodibus, interdicto insuper graui addito cauisset, ne quis eo accederet propius ne dum fructus decerperet in tantum exaruisse lacum vt de cetero non modo non protulerit fructum, sed vt ne aquæ quidem vestigium vllum exstitisse vnquam apparuerit. Tribus vetusti seculi exemplis, totidem recentiorum temporum subiiciam. Locum accepi fuisse in regno Neapolitano, præstantissimi mellis aerii (quod ἀέριον μέλι Suidas, ἀέριον Galenus, vulgus hominum Manna nominat a voce hebræa Man, quę generice donum significat) prouentu nobilem, quem Neapolitani reges perpetuo muro claudendum curauerant, incertam ob caussam, siue vberior prouentus atque inde optimus reditus, siue purior eius collectio eos huc stimulauit. quacunque tandem de caussa denegato illius contactu, cœleste illud καὶ διοπετὲς donum in vniuersum cadere desiit: mox quum iussu Regum interrupta fuisset muri series, denuo labi affluenter, & a pube rustica coli passim cœpit. Repetitur iterum magno studio cingendi loci propositum, sed temerarium: siquidem circunquaq; præclusa muri lorica, stetit melleus ille imber, neque manauit amplius, donec dissipata disiectaque macerię illius crate, libero ingressu potitus rusticus cœtus, auidissime defluuium illud mannæ colligere permissu regum potuit. Alterum exemplum experta est Anglia, quod eo tempore quum vitam ibi degerem, audisse memini, haud liquido scio an in Suffolkiensi ditione, vbi portus fuit aut statio littoralis, tanta ostreorum copia scatens, vt vicinæ regionis egestatem laxare haud dubio cœlestis affluentiæ ostento potuerit, donec imposito assis vnius tributo (quod piscanti pro sporta qualibet ostreorum plena pendendum erat) desiit omnino ac distabuit fœcunda illa testacei generis captura. Tertio loco suggerit se haudquaquam silentio obliterandum aut oscitanter prætereundum Hollandicæ reipub. turpe vectigal in similem conchyliorum (quos voce Pliniana *Musculos* appellat lingua vulgaris) affluentissimam piscationem in Batauiæ insularum vna: nam simulatque subita illa & inaudita conchyliacei fętus abundantia crebris multorum sermonibus ad aulicæ turbæ aures dimanasset, illa, vt est ad eiusmodi aucupia quouis Argo oculatior, Harpyis rapacior, aduolat confestim, & edicto vectigal, licet minutum, imperat. Sed quid isto locupletandi fisci (quem non abs re lienem appellare solebat Traianus Imperator optimus, quod augescente eo cetera membra carpantur & distabescant) compendio profectum est? nempe vt dicto citius totum illum piscitii genus euanescerent, nunquam visum postea. Quod eadem insula factum vidit & in anguillarum captura, sed quæ abolito tributo restituta fuerit postliminio, vti narrauit

mihi vir ornatissimus magnæque auctoritatis D. Nicolaus Grudius, a commentariis ordini Velleris aurei, studiosorum summus patronus. Nempe salsissime itidem & verissime Aulicos, tineas, soricesque palatiorum appellabat Constantinus, vt apud Sex. Aurelium legitur. Quanto rectius Alexander Macedo idemque liberalius facturus fuisse putabitur, qui dicenti consiliario, quod ciuitates illi vectigales maiora imperatis tributa possent persoluere, respondit, se odisse hortulanum qui e radicibus factitaret olera: idem reipsa sentiens, quod eodem sensu Æmylio Recto Ægypti prætori, grauiora solito vectigalia imponenti, Tiberius Cæsar rescripsit, Tonderi pecus velle sese, non ad viuam vsque cutim deglubi. Nimirum ille qui solaris luminis vsum tam improbis quam bonis impertire se æqualiter profitetur, dona sua non ad potentiorum libidinem diripienda dispensandaque elargitur, sed vt mirificam illius bonitatem ac liberalitatem nulli clausam nos intuẽtes, gratitudinis admoneamur, & ad illius vnius cõstantem amorem accendamur. Laudatum est ab omnibus præclarum sanctissimæ Laconum reipub. institutũ, quod ex æquo omnes, *ἐπὶ τὰ ἴσα, καὶ τὰ ὅμοια*, hoc est, ad paria similiaq; cuncta vocabat.

Quid effata, & Carmen Theodoriti quoque & Eusebii loci excussi accuratius.

CAPVT X.

EFfatum, prӕter definitionem Ciceronis in Academicis, qua id esse dicitur, *quod aut verum aut falsum est, vt sit idem cum eo quod Græci ἀξίωμα vocant*, aliam quoque non vulgarem significantiam habere videtur, vt effata dicantur cum oracula (vocem hanc proprie accipiendo) a vatidicis vatibusq; edita: tum sententiæ certa lege prolatæ, precationesue certis verbis conceptæ. Siquidem Varro *lib. de Lat. ling.* 5 & Seruius *in* 6. *Æn.* effata proprie dici annotant augurũ preces: vnde & ager post pomœrium vbi captabantur auguria, *Effatus* vocabatur: quod & ex Aulo Gel. *lib.* 13. *cap.* 14. intelligi datur, *Effatum esse agrum extra pomœrium, qui determinat finem vrbani auspicii.* Prior illa significatio clarissime elucet e Cicerone *lib. de legibus* 2. verba legis adducente, quæ ita habent: *Eorum* (loquitur de publicis sacerdotibus) *autem duo genera sunto, vnum quod præsit cæremoniis & sacris, alterum quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita.* vbi effata ab effando ea dicuntur, quæ *ἐκλυτικὰ* & *ἐκλόγια* eadem etymi ratione a Græcis vocantur. siquidem Porphyrius acerbissimus sectæ Christianæ hostis, libros conscripsit *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*, quorũ apud Eusebium & Theodoretũ frequens est sparsim mentio: quẽ equidem librorum titulum, de effatorum philosophia siue commentatione vertendum latinius pariter & iustius autumo, quam hactenus cõuersus sit ab omnibus quos videre mihi licuit eorum auctorum

auctorum interpretibus, qui sine caussa illud transtulerunt. De electorum philosophia, quos vocabuli ambiguitas, & materiæ quæ in iis libris tractetur ignorantia fefellisse videtur. Sciendum itaq; trifariam illorum titulum, legi περὶ τῆς ἐκλεκτῶν, & ἐκλογίων φιλοσοφίας, & diuisim ἐκλογίων, de philosophia quæ ex effatis siue respōsis dæmonum vatumque peti possit: rimari namq; & perscrutari Græcæ theologiæ arcana inde contendit. docet istud dilucide Eusebius *lib. 5. de præparat. Euangelica*, de Porphyrio verba faciēs hūc in modum: διὰ τούτων & τῶν τούτοις ὁμοίων ὁ γενναῖος ἡμῖν φιλόσοφος ὁ θαυμαστὸς θεολόγος, ὁ τῶν ἀπορρήτων μύστης, τὴν ἐκ λογίων φιλοσοφίαν, ὡς ἀπόρρητα θεῶν περιέχουσαν λόγια παραφαίνει. id est: *Per hæc & his similia insignis ille Græcorum philosophus, admirandus Theologus, ille arcanorum mystes, effatorū philosophiam, velut continentem deorum arcana, quæ in vulgus eliminanda non sint publicauit.* Et lib. 4 ὅτι ς βιβλίων ἐν οἷς ἐπιγράψαι περὶ τῆς ἐκλογίων φιλοσοφίας, συναγωγὴν ἐποιεῖτο χρησμῶν τοῦ τε Ἀπόλλωνος, &c. *Iste igitur in libris quos inscripsit de effatorum philosophia, collegit oracula Apollinis aliorumq; Deorum & bonorum geniorum, &c.* Ex his abunde liquet, & quanto in errore versentur interpretes, & quod ἐκλόγια illis, effata Latinis pro responsis deorum & fatidicorum accipiantur, quando & Ammianus Marcellinus lib. 19 effata Delphorum solemnia vocet oracula. In altera vero significatione extulit Liuius, sed cōiunctim cum voce id expressius signante, carmine videlicet, vbi ait: *Quæ longo effata carmine non operæ est referre:* loquitur de ritu contrahendi fœderis certo verborum contextu: nam istud Carmen quoq; dicebatur, quod tametsi versibus poeticisque metris non constabat, certa tamen numerorum lege cadebat. Quo sensu apud Liuium in primo illud dictum est: *Lex horrendi carminis erat.* Et rursus: *Paucis verbis carminis mutatis.* Et manifestissime *lib. 9. quartæ decadis*, vbi sic ait: *Concione aduocata quum solenne carmen precationis, quod præfari priusquam populum alloquantur, magistratus solent peregisset consul, ita cœpit.* Et iterum: *Ex carmine sacro, præeunte verba sacerdote, precationes fecerant.* Item ex Cicerone pro Rabirio: *Crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis libentissime commemoras: Caput obnubito, infelici arbori suspendito.* Tale quid videtur fuisse, quem νόμον, hoc est, pedem appellat Galenus *in sexti Epidemiorum commentariis*, & memorat Iulius Pollux *lib. 4. cap. 12.*

De Campanis earumque vsu, ad varia olim munia apud Gentiles recepto.

CAPVT XI.

Paulinus Episcopus Nolanus diui Hieronymi æqualis, vir sanctimonia vitæ spectabilis, primus in suam ecclesiam campanæ vsum intexisse prodit~, quasi priori sæculo ignotus fuerit eius

vsus, id quod secus habet: verum sanctissimus vir abusum gentilium sacrorum correxit, & ad pia munia transtulit, vt nimirum eius strepitu exciri possent semotius habitantes ad conciones precationesque. Atque hinc fortasse tenuit consuetudo, vt Nolæ vocabulo cēserentur tintinnabula ab hac Campaniæ Nola, cuius apud Polybium Liuiumque fit mentio. Eisdem vero vsibus deputatas fuisse priscis seculis campanas inuenio, quibus hodie seruiunt. Olim si quis e vita excessisset, æra campanæue pulsabantur, vt peruetus Theocriti scholiastes annotat (qui mos in hunc vsque diem perdurat) quod is sonus credebatur esse καθαρὸς καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων, hoc est, auertere spectra & dæmonum ludibria. atque hinc receptum arbitror, cur tonante cœlo campanarū boatu perstrepatur. Non sum tamen nescius, subesse & aliam caussam, nimirum vt illarum complosu aerem longe lateq; diuerberante, vis tonitrui infringatur. Legimus & Lacones rege defuncto, lebetes vice campanarum complodere solere. Iam vero & Apollodorus *in libro, quem de diis inscripsit*, Hierophantam, hoc est, Proserpinæ sacerdotem tintinnabulum siue nolam, ἠχεῖον nominat, pulsare Athenis consueuisse scribit. Deinde campanæ sonitu apud Romanos populū in thermis statis horis vel aduocari vel dimitti solere, ex Martiali constat, vbi ait:

Redde pilam, sonat æs thermarum.

Præterea Græci in piscatorio foro sub cœnam pulsabant nolam, vt locuples est testis Plutarchus, adnotans *symposiac. lib 4* φιλόψους idest, helluones, obsonatoresque dici, qui in foro piscatorio esitarent, celeriterq; tintinnabuli pulsum exaudirent: Græce est, καὶ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας: quod ipsum & Geographus *lib.* 14. docet, de Iassiis loquens, qui citharœdo artem ostentanti tantisper aures præbuerunt, dum increpuisset nola quæ in in Cupediario erat foro, quo audito cuncti ad cœnam dilapsi solum illum destituerūt, præter surdastrum vnum, qui & ipse, intellecto quod ceteri simul cum nolæ crepitu diffluxissent, valere iusso citharœdo, confestim abierit curriculo: ita enim habet, ὡς δ᾽ ὁ κώδων ὁ κατὰ τὴν ὀψοπωλίαν ἐψόφησε, καταλιπόντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ ὄψον. Strabo *lib.* 15. scribit Persas in vnum locum cœtus cogere ante lucem nolæ sonitu, ψόφῳ χαλκοῦ πρὸ ὄρθρου. Samnæi, quod post Brachmanas secundū Indiæ philosophorum genus est, cœlibem ducens vitam, ad pulsum campanæ (ὑποσημαίνοντος κώδωνος) cœnacula vbi cibum capere solēt ingressi orant, a peractis precibus iterum διακωδωνίζειν, id est, campanulam pulsare, *vti refert libro quarto* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. *Porphyrius* Quin & excubitores nocturnis vigiliis nolam antiquitus pulsabant, ad cuius pulsum respondendum erat illico, vt Suidas refert, ex Aristophanis, vt puto, interprete: qui mos etiamnum apud Iccium portum (Caletum vocant) aliisq, locis præsidiariis obseruatur. Antileon in gratiam amasii Hipparini, vt refert Parthenius, nolam

nolam quæ in arce munitissima Heracleæ Italicæ præsidii indicium erat, asportauit clam occiso custode per insidias. Ita enim ait: λοχήσας τ̃ φύλακα τ̃ κώδωνα καθεκαίνει. Similiter si qua vis ingrueret, campani æris tinnitu indiciũ eius rei dabatur olim. Vnde *Thebaidos sexto* Papinius eleganter cecinit.

Procul auxiliantia gentes

Æra crepant.

& T. Liuius: *Campanorum*, inquit, *imbellis multitudo cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem.* Dion Cocceius *libr 54* scribit Augustum Cæs. quum ei per somnum visus fuisset Iupiter dicere, vt præsidii loco Iouem tonantem cui ædem vouerat, haberet, postero die Iouis statuę nolam appendi iussisse: cuius apud præsidiarios milites vsus salutaris erat. Eodem spectat illud Statii in Achilleide:

Paulumque exercita pulsu

Æra tacent.

Vbi loquitur de sacris Bacchi trietericis, quæ nocturno nolarum tintinnabulorumq; pulsu perstrepebant. Huc refer & Corybantia æra ex Virgilio. Nobilia sunt & Temesæa æra in succurrendo laboranti lunæ, apud Ouidium. Quin etiam æra Dodonæa multiplici repercussu obstrepera leguntur, de quibus Ausonius:

Nec Dodonæa cessat tinnitus aheni.

Adde quod qui ad consulendum oraculum proficiscebantur, χαλκαμάτων πάντοθεν περιψοφούντων, id est, æneatum nolarum crepitu vndique perstrepentium circumsonari soliti fuerint, *Plutarcho teste in capitum Romanorum enumeratione.* Legimus & tintinnabulis explorari equos, an sint consternaces κ ψοφοδεεῖς Sophocles Tragicus tribuit alicubi Troianis σάκος κωδωνοκρότον, hoc est, clypeum nolis quibusdam pulsatilibus sonorum

An supplicium rotarium veteribus cognitum fuerit. Inibi Ammiani locus animaduersus. Quod item tormenti genus Rota.

CAPVT XII.

AN dirissimi exẽpli supplicium apud Germanos nimisquam vsitatum, quo in latrones viarum infessores animaduertunt, rotarum radiis incussis membra diffringendo, quodq; lentæ mortis ludibrio, si quod aliud, vel maxime infame est, an illud, inquam, veteribus etiam inter exquisita pœnarum genera fuerit cognitum, inciderat in cõuiuio quæstio: cuius rei cognitio quum ad me esset reiecta, respondi illico, videri mihi atrocissimi huius tormenti genus apud Ammianum Marcellinum Palatinæ historiæ scriptorem exstare, postulatoque codice locum ostendi *ex 21. libro*, vbi sic ait: *Romulus post eum & Sabostius currui axi vincti, fuere dispicati, vt proni in studia seuis: alii rotarum pœna consumti sunt.* Certe, quantum ego peruideo, non suboleat mihi alterius sup-

plicii mentionem hic fieri, quam eius, de quo nata controuersia est: duorum enim simul meminit acerbissimorum suppliciorum, vnius quod Metii exemplo quadrigis in diuersa nitentibus corpus passim distrahit, quod iste displicare vocat (*nisi potius legendum sit voce Varroniana, displicati a displicando, quod in diuersum agi distendique significat*) alterius vero quod incussu rotæ distractis cruribus ceterisq; artubus, dirissimo cruciatu prorogatam mortis lentitudinem adfert, quod ipse rotarum pœna columi vocat, nonnulli crurifragium, quasi σκελοκοπεῖν Græce dicas, appellitant. Huius etiam similisue supplicii exemplum in Mario Iuniore factum legitur, apud Iulium Firmicum *lib. 1.* cuius fœditatem operosam auctoris verbis adscribam: *Prætorio*, inquit, *viro minori scilicet Mario, qui iudicio omnium bene meritus de repub. videbatur, Syllana iussione elisa sunt prius crura: deinde deiecta de statu corporis brachia humerum tenus dissoluta, ceciderunt: tertio amputata lingua vocem reliquit in faucibus: ad postremum omni parte corporis mutilata, oculi qui fuerant spectatores & superstites, eruuntur: & vix anima tantis vulneribus erogata est cum hinc inde membris fluentibus minutatim spiritus carperetur.* Alioqui olim in cruce suffixis effracta fuisse crura, etiam Euangelii pręcones testantur. Diuersum a rotaria hac lacinandi corporis ratione, tormenti genus fuit apud Gręcos Rota siue τροχὸς, quo serui rotis illigati, flagris proscindebantur: de quo Aristoph. ἐπὶ τροχοῦ γ' ἑλκόμενος μαστιγούμενος, id est, *Flagellandus in rota trahatur.* Suidas etiam Rotam exponit pro fidiculis, eculeoue, quo sontes extensi in quæstione habebantur: sic enim sonant eius verba τροχὸς, ὄργανον βασανιστικὸν καὶ διατεῖνον τὰ σώματα. Aristoph. ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλούμενον δεῖ σ' εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας hoc est: *Oportet te rota extortum, flagitia tua profiteri.*

Quid sit apud Synesium thiasotes, siue socius Cotyos.

CAPVT XIII.

APud Corinthum vrbem Veneri operatam, Cotys Dea colebatur, quæ & Cotytto, turpitudinis & præposteræ libidinis præses: in cuius tutela obsceni infamium amorum sectatores & cinædi erant, quod ex Suida facile constat. Hinc apud Synesium Ptolemaidis episcopum, luculentum sane auctorem, molles & effœminati homines parumque viri, θιασῶται Κότυος, id est: *sodales aut assecla Cotyos*, prouerbiali specie dicuntur: quod ex ipsius verbis abunde clare liquebit, ac primum in epistola cuius initiũ tale est, ὥσπερ ἄλλοτε πολλάκις ἐπὶ τῶν καιρῶν, &c *Quemadmodum sæpe alias oblata occasione prodesse tibi studuis, &c.* Sic inquit, ἀλλὰ κἂν πρεσβύτατος εἶναι δοκῇ, θαρρῶν ἀπόφαινε τὸν ἄνδρα ἡμίανδρον, αὐτόχρημα θιασώτην τοῦ Κότυος. hoc est: *At tu hominem tametsi integerrimus videatur, audacter pronuntia semiuirum esse, & reipsa Cotyos sodalem.* Alibi in epistola ad fratrem, flagitiosæ vitę hominem designans, ait

illum κοτυτίοι νεωκορεῖν, hoc eſt, *Cotyttus adisimum eſſe.* Clariſſime vero oſtẽdit hoc in Caluitii encomio, vbi poſtquam dixit Cliſthenes, Timarchos, alioſque omnes qui lucro formam proſtituunt, molles præterea & effœminatos vniuerſos eſſe τριχωτιάστας, hoc eſt, *calamiſtraturæ ſtudioſos*, ſubinfert. *Nunc, inquit, quod quis ſit ἀγρεύτης τῆς κότυος, id eſt, Cotys ſodalis, nullum aliud huius ſcæres indicium fuerit, quam ſi cincinnos componat ſæpius, & vnguento delibutos præferat, hunc in promtu eſt dici & Cotyos Deæ Chiorum & Ithyphallis*, hoc eſt, *Priapi ſacris operatum eſſe.* Quo loco *ſodalẽ Cothys* nuncupat eum, qui ſit profligatæ pudicitiæ. Apud Phauor. legitur *Cotys eſſe αἰσχρουργίας ποιητική*, apud Suidam, τῶν αἰσχρῶν ἔφορος. *Eupolis Com. cum Corinthiis*, aduerſus quos Baptas ſcripſit, obiicit Cotyn φορτικὴν δαίμονα, *grauem & improbam Deam*, quod apud Heſychium lectum eſt. Meminit huius Deæ & Æſchylus in Edonis, fabulæ id nomen eſt, his verbis σεμνὰ κότυς ἐν τοῖς ἠδωνοῖς, id eſt, *Veneranda & ſancta inter Edonos cotys.* Et libro decimo Strabo. *Illud vero obſerua, Syneſio Cotyn Chiorum diuam eſſe*, quam Suidas *Corinthiacam* faciat.

In Nicolao Alexandrino reſtituta vox perperam ab interprete interpolata.

CAPVT IV.

IN ea ſemper fui opinione, quod nunquam temere reponendum ſit, aut immutandum quidquam, ex recepta lectione apud auctores, ſiue Græcos, ſiue Latinos, niſi aliud euincat vel ratio, vel melioris notæ codicum conſenſus & auctoritas: eoſque qui hanc in partem impingunt, latæ culpæ reos iudicaui ſemper, qui temeritatis ſuæ conſcientiam tueri nequeant. Iſtud quum Nicolao Alexandrino Myrothecii Medici auctori (*quem Myrepſum nominat Fuchſius*) accidiſſe animaduerterem, ſuccurrere illi optimum fore ratus, luxatam particulam ſuoque loco emotam reponere medica ope, & reiecta ſuppoſititia, ſolidare ſum aggreſſus, quod ipſum non ægre laturum Fuchſium, pro ſuo candore (*qui germanæ eruditionis perpetuus comes eſſe debet*) exiſtimo. Locus eſt in deſcriptione vnguenti Populnei, vbi meminit, adipis ſuilli recentis ſalis expertis, Græce legitur ἀσιτίων, vt ipſe annotat: quam vocem, quia Grammaticorum vulgus *ieiunum* ſignificare ſcribit, reiicit ille, & numero ſummouet, lectionem eſſe corruptam affirmans, eiuſq; vice legendum potius αὐτῶν ἄλατος, arbitratur, ſed ſine ſale. Eſt enim vox illa ἄπαστος longe elegantiſſimę ſignificationis, pro, *non ſalito, aut ſalis experte*, cõpoſita ex α negandi particula, & πάσσειν, quod ſignat etiam *condire ſale, muriaue condiri antea ſalire.* Ita nanq; apud Phauorinum legas, πάσσειν, τὸ πάσσειν ἅλας αὐτοῖς ἐπιχέειν, *ad condituram ſalem adducere*: vnde deductum eſt illud apud Ariſtophanem ἐπίπαστα λείχειν, *ſalgama illingere.* Proinde quicquid ſale conditum non eſt ἄπαστον eleganter dicitur, quomodo iſte

lectionis fidem auctorum dictis fulciamus. Nam quod Delos e mari emerserit, præter nominis etymon παρὰ τὸ δηλωθῆναι, confirmat *Aristoteles, Plinius, & Eumenius rhetor.* Quod in Ægeo, inquit, mari semel contigit, vt quę operta fluctibus vagabatur, repēte insula Delos existeret. Quod autem diuisim Anapho & Rhodus legendum sit, ascribenda erunt propterea Plinii verba hunc locum confirmantia ex *li.2 c.87. Clare*, inquit, *iampridem Insula Delos & Rhodos, memoriæ produntur enata, postea minores, vltra Melon Anaphe.* Et paulo post: *Inter easdem Hiera, eademque Automate.* Equibus verbis distinctionis veritas simul & lectionis elucet clarius, q̃ vt admoneri debeat. De Rhodo vero præter Philonē *lib de mundo* consentit & Heraclid. *in lib. de Politeis:* ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν, id est: *Rhodon insulam antiquitus mari opertam fuisse perhibent, postea arefactam emersisse.* Quę quod Ophiusa olim dicta fuerit, idem auctor scribit, & Eustath. a multitudine serpentiū ibi nascentium, quos tempestate eo delatus Phorbas Triopæ filius sustulit, q, Hyginus addit *lib.2. Astro.* An vero eadē insula Pelagia appellata fuerit a Priscis communi omnium maris Insularum cognomine, quo ποντίαν, id est, *æquoream* eam dixit Pindarus, haud scio: certe inter omnia Insulæ cognomenta, quæ varia a Pli. *lib.5. c.31.* recensentur, nullum tale inuenio: *ostendit enim vetustatem esse antea Ophiusam: Asteriam ab astri similitudine, vt suspicor: Æthraeam a serenitate, qua tanta illic est, vt nūquam tanta nubila obducantur, vt non aliqua hora sol cernatur: Trinacriam a tribus eminentibus oppidis, Lindo, Gamiro, & Ialyso Corymbiam a racemorum hederæ specie: Pœessam ab herbido virore: & Atabyriam a rege. Addit Strabo lib. 14. Stadian quoq; appellatam, & Telchinida, a Telchinibus fascinatoribus:* quod repetit & Eustathius, Strabonis verbis libenter sua scripta exornans, nisi quod Stadiæ nomen in commentariis Dionysii, siue quod desideraretur in suo exemplari, siue quod suspectum sibi nomen præterire tacitum, quam proferre maluerit, plane omisit. Quod si diuinationi locus conceditur, pro, *Pelagia*, prę-cisa prima syllaba, *Lagia*, legero: siquidem certum est cognomina pleraque Insularum aliis atque aliis esse communia: quando & *Ophiusa* dicta sit *Cythnus*, & *Tenos*, Stephano Plinioque, & *Colubraria* in mari Iberico, testantibus Plinio & Solino. Similiter Asteriæ cognomen, quod Rhodo tribuit Plinius, etiam Delo cessit, si Callimacho, Solino, Stephano, aliis, credimus. Et sic de ceteris. Proinde fieri potuit vt a prouentu venatuue leporum appellari *Lagia* meruerit, ἀπὸ τῶν λαγῶν. Quod cognomen a simili euentu Delon obtinuisse refert Solinus. Quod ad *aureum imbrem* attinet, fabulæ assertores sunt Homerus in Bœotia, & in Olympiis Pindarus, his verbis:

ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν.

Vbi aureo imbre pluit Diuum rex.

De Rhodo loquitur. Quod sequitur, *Eleusin* in Bœotia, hoc aliquandiu suspensum animi me tenuit, quum scirem *Eleusina* ab auctoribus omnibus in Attica poni, *mysteriis Cereris nobilem*: itaq; suspicatus fui, reponi posse loco *Eleusina*, *Creusis* quod Bœotiæ *oppidulum* tradit esse Stephanus, & in Bœoticis Pausanias, *Thespiensium nauale*, præsertim quum ea vox affinitatis plurimum habeat cum *Eleusin*: putarimque fieri potuisse, quod scriptoris vitio *Eleusin*, pro *Creusis*, vt ignotiori nomine illo celebriori, reposita fuisset. Sed ita fluctuantem reduxit in viam Plinius, *capit. 92. secundi lib.* αὐτοῖς ὀνόμασι scribens, *similiter in Bœotia & Eleusina.* Quanquam is locus ex diametro pugnat cum isto: *illic enim haustum a mari Eleusina* prædicat Plinius, hic eandem ponit inter enatarum exempla. Quare hæc verba & Eleusin in Bœotia, transponenda esse arbitror in tertium genus terræmotuũ, post illa quę sequuntur, hunc in modum: *Et in Crissæo Helice & Bura, & Eleusin in Bœotia*: quandoquidem in vno capite referũtur etiam a Plinio, *titulo quæ vrbes haustæ sint a mari.* Iudicium eius rei penes doctos esto. De Vulcaniis insulis certa quoque res est, affirmante idem & Plinio *cap. 88. lib. 2.* vbi Æolias eas nominat: eædem enim sunt Hephæstiades, Vulcaniæ, Liparæorum, & Æoliæ, eiusdem auctoritate *lib. 3. cap. 8.* Porro quod *limum ruentes* legendum sit, non limes, ipse auctor declarat, subdens, & obliqui, vt obscurius a se dictum explanet: aut vt Aristotelis verba reddat, qui inquit, οἱ εἰς πλάγια σείοντες. Illud vero maioris momenti est, quod pro *Chrysea*, *Crissæum* reposui: pro quo sciendum Buram & Helicen in sinu Corinthio collocari a Plinio ca. 92. in hæc verba: *Pyrrham & Antissam circa Mæotim pontus abstulit, Helicen & Buram in sinu Corinthio; quarum in alto vestigia apparent.* Cõstat autem Corinthium sinum confundi cum Crissęo, sic dicto a Crissa Phocidis emporio qui sinus hodie a Venetis appellatur, *il golfo di Patras.* ita Strabo *lib. 7* ὅτι δὲ καὶ τὸν Ἀμβρακικὸν, καὶ Κορινθιακὸν, καὶ Κρισαῖον ἐκπληροῖ κόλπον, id est: *Quod mare implet Ambracium & Corinthiacum & Crissæum sinum.* De quo & Procopius *lib. 1. de bello Gothorũ*: Sinus qui Crissæus dicitur in Lechæum desinens, vbi & Corinthus ciuitas est. Buræ vero & Helices meminit Strabo *lib. 8. Arist. lib. de mundo*, & Callisthenes apud Senecam *lib. 6. natur. quæst.* Quale vero fuerit *oppidum Sucinium* in Ciminia, nusquam inuenio, pro quo *Fescennium* substitui, nõ valde deuium a vocis *Sucinium* literarum tractu, ductus auctoritate Virgilii, *qui in 7 Flauinia arua & Cimini cum lacum montemque coniungit*: nisi mauis *Fescenninum*, ex Portio Catone in Originibus, qui in secunda Thusciæ gente ad Ciminia iuga *Fescenninum* enumerat: aut si quis *Sutrium* malit reponi, cuius ibidem fit mentio: alius aliud substituat, si videbitur, neque enim exploratum est mihi quicquam, vt dicam ingenue: nam lo-

cap. 96. dicit simpliciter in sylua Ciminia loca esse, in quibus in terram depacta, extrahi nequeant, non addito loci oppidiue cōfinio: de cuius rei fabuloso ortu lege Seruij annotata *in 7. Æneid. At enim & lacus Ciminis & iugorum Ciminiorum* meminit Cato, vti syluę Plinius. Postremo *μυκητίας*. quam vocem pro *Mycrematica* substituimus, apud Aristot. *lib. de mundo*, vnde hæc per occasionem deflexa sunt, *terra motus ii dicuntur, qui mugitu quodam terram* [illegible] *quatiunt, παρὰ τὸ μυκᾶν. a mugiendo.* Ita enim inquit, *μυκητίαι δὲ σείοντες μετὰ ἤχου τὴν γῆν μετὰ βρόμου* Vnde subiicit postea Ammianus: *Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores, fremitusque terrenos.* Sed pro loci correctione video me pene iusti commentarii vicem expleuisse.

Galeni commentarius ex lib. 1. de Articulis, germanæ lectioni redditus.

CAPVT XVI.

Apud Hippocratem sub finem *lib. 1. de articulis* perperam legitur *στενοχωρίῃ* quum legendum ibi sit *στενοχωρίῃ*, vt ex Galeno discas, cuius tamen commentario vix quicquam deprauatius inquinatiusue inuenias, quem, vt est mendis prodigiose deformatus non pigebit subiicere, quod doctiores æqua iudicij lance, re [illegible] expensa, suum adiiciant calculum: cuius verba ita legi [illegible] tur fere [illegible] ὄνομα τῶν ἐν ὑγρῷ χωρίῳ ἔκ τε τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ [illegible] τὸ χώρας [illegible] ὡς [illegible] νομίζουσιν ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ στενόχωροι, ὅπερ καὶ [illegible] παρῆγον ἵνα [illegible] στενοχωρίης, [illegible] δηλώσεως τοῦ στενότητος· εὔδηλον δὲ τοῦτο κἀξ ὧν Σιμωνίδης εἶπε, [illegible] ἔχοντων, [illegible] τις [illegible] ἐν οὔρεσιν αἰὲρ λέγονται δὶς ἐν [illegible] μοῦνος τ᾽ ἐν ὑγρῷ συντυχὼν ἐν ἀτράπῳ. Quid, Deus bone illis monstrosius: nunc germanam, meo quidem iudicio, lectionem habe: *ἔστι οὐδέτερον ὄνομα τὸ στενοχωρίη ἔκ τε τοῦ στενοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ* [illegible] *χώρας [illegible] ὡς τινες νομίζουσιν ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ στενυγρὸν, ὅπερ καὶ αὐτὸ* [illegible] *σημαίνει τοῦ στενοῦ, κατὰ παραγωγὴν ἵνα [illegible] στενυγροχωρίης, [illegible] πλείονος δηλώσεως τοῦ στενότητος. εὔδηλον δὲ τοῦτο κἀξ ὧν Σιμωνίδης εἶπε [illegible] ἔχοντων*

οὐκ αὐτίς [illegible] ἐν οὔρεσι
[illegible] λεόντ᾽ ἴδεσθαι, οὐδὲ πάρδαλιν,
μοῦνος στενυγρῇ συντυχὼν ἐν ἀτράπῳ.

In quibus senarijs potest & *[illegible]* legi, vtraque lectione sensui accommodata, siue apricos, siue nemorosos montes dicas. Nostram lectionem defendit & Galenus *lib. Epidem. 6. part. 2.* vbi *στενυχωρίην* quid Hippocrati sit declarat, *οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ λέξει*, inquit, *καθάπερ [illegible] μὴ γινώσκοντες [illegible] τῶν Ἰώνων τὸ στενὸν ὀνομάζουσι στενυγρὸν.* & quæ sequuntur ex Simonide repetita. Hunc locū tametsi ante annos quatuordecim Bononiæ iam tum agenti mihi correctum, non potui non huc infarcire, vt emaculandi Græci codicis occasionem habeant medicæ rei studiosi.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER QVARTVS.

Error Grammaticorum in etymo vocis Euhyus.

CAPVT I.

INter varia Bacchi cognomenta nullum est ferme frequentius, quam *Euius*, apud Horatium aliosque poetas, quare mirari subit in voce trita & quotidiana, vt ita dicam, cur Latini Grammatici *Euhyus* scribant litera suis vocibus auia (vt cum Terentiano dicam) y scilicet, quum Græcorum more, a quorum ritibus tracta vox est, *Euius* rectius scribi debeat. Neque vero hoc solum, sed & etymon eius adiiciant ab υἱὸς, cuius in hoc cognomine nullum exstat vestigium, siquidem Cornutus Persii interpres vetustus Bacccho cognomen istud additum putat, quod quum desideratus esset in prælio Gigantæo, Iupiter exclamarit, εὖ υἱὲ, *heu fili*, ratus a Gigantibus interfectum. Neque multo scitius fabulatur Acron, ita dictum annotans, quod mutato in leonem Baccho quum concidisset gigas Iupiter factum speculatus laudansque exclamarit. εὖ υἱὲ, bone fili: quod ego verterem, macte virtute fili. Sed ille ineptius longe εὖ υἱὲ, interpretatur, *heu fili*, quasi legas dictum φεῦ υἱὲ. At enimuero valedicto illorum erroneo commento, *Euium* cum Græcis, qui εὔιον, scribendum assero, nomen deriuans ab εὐοῖ, quæ vox bacchantium propria est, ita in Orgiis suis Deo suo acclamantium: quam Demosthenes *in oratione de Corona*, Æschini obiicit in sacris illis identidem ab ipso acclamatam, & reperit ex eo Strabo li. 10. in hæc verba: τῶν δὲ Φρυγίων μέμνηται Δημοσθένης λοιδορῶν τὴν Αἰσχίνου μητέρα, καὶ αὐτὸν, ὡς τελούσῃ τῇ μητρὶ συνόντα καὶ συνθιασεύοντα, καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ σαβοῖ πολλάκις. id est: *Phrygiorum sacrorum meminit Demosthenes, accusans Æschinem: quod cum matre sacris illis operata consuetudinem habeat & commercium sodalitii, acclametque identidem Euæ Saba: quæ duæ voces transierunt in Bacchi Euii & Sabasii cognomina.*

Quid sit apud Ammianum, vt Pygmæi vel Thiodamas agrestis: eiusque locus correctus.

CAPVT II.

AMmianus *lib.* 22. vbi Iuliani Imp. animi inuictam constantiam, & susurronum contemtricem laudat prouerbiali schemate illud extulit: *Frustra virum circumlatrabant immobilem occultis inuectis, vt Pygmæi vel Thiodamas agrestis homo Lindius cum Hercule.* Ita enim legendum autumo, pro eo quod conn-

xa eo-

xa vocum serie Homolidius scriptum est. Innuit enim Iulianum nihilo magis commotum fuisse blateronum aulicorum iniuriis dicteriisque, quam Hercules Pygmæorum assultibus exterritus fuerit: imo ea ipsa contempsisse risisseq; veluti Thiodamantis Lindii probra conuiciaq; inultus neglexit Hercules. Ad illud de Pygmæis allusit Alciatus Iurisconsultus *in Emblemate quodam in eos, qui maiora viribus aggrediuntur, suæ imbecillitatis non conscii*, quod hunc in modum habet:

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cæteraque arma tenet,
Alcidem Pygmæa manus prosternere letho
Posse putat, vireis non bene docta suas.
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et saui implicitum pelle leonis agit.

De Thiodamante vero ambiguam inuenio historiam: nam Philostratus & Lactantius Lindium ex oppido Rhodi illum tradunt: Zezes & Callimachi interpretes Dryopem faciunt, quæ gens est furtis latrociniisque famosa. Cum quibus sentit & Pherecydes *in tertio historiarum apud Tarrhaeum*. Habet autem fabula ita. Quum in Thiodamantem Lindium terram aratro proscindentem ex improuiso incidisset famelicus Hercules, alterum ex iugo boum iugulat illo præsente & deuorat: quam ille iniuriam maledictis vlcisci fuit aggressus: at iste illum sibi amarissime conuiciantem cum risu & cachinnis audiit. Exinde mansit apud Lindios ritus & consuetudo, vt bos arator Herculi cognomento βουθοίνᾳ immoletur, cum multa dirarum imprecatione. Istud legas apud Philostratum in imaginum libro 2. apud Lactantium *libr. 1. cap. 21.* Et apud Nazianzenum στηλιτεύτικῷ πρώτῳ, cuius ista sunt verba: ὁ βουθοίνας τὸν γεωργὸν τυραννήσας καὶ τὸν ἀρότην βοῦν λαφύξας, καὶ τὴν κλῆσιν λαβὼν ἐκ τῆς πράξεως, hoc est: *Bouimanducus ille, qui oppresso vi agricola, bouem aratorem abliguriit, ex re ipsa nomen adeptus.* Et paulo post:

λινδίοις ὅσιον τὸ κακηγορεῖν τὸν βουθοίναν.

id est:

Pium opus habebatur apud Lindios diras imprecari Bouimanduconi Herculi, illique conuicia facere, cultus loco erat. Huc spectat illud ab eodem ad Nemesium obscurius dictum, καὶ λίνδος ὑφυβρίζουσ' ἱεροῖσι, *Lindus quasacris conuiciatur.* Sunt qui Herculem bis integrum deuorasse bouem scribunt, semel apud Lindum vrbem, & iterum apud Dryopas Thiodamantis bouem. Callymachus hymno εἰς ἄρτεμιν, fabulatur Herculem iam in Deos relatum, nihilominus inexplebilis edacitatis esse & gurgitem insignem,

οὐ γὰρ, inquit,
παύσατ' ἀδηφαγίης, ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη,

τῇ ποτ᾽ ἀροτριόωντι συνήντετο Θειοδάμαντι.
Manserat ingluuies, nec dum placata quierat,
Qua quondam occurrit sulcanti vomere terram
Thiodamanti.

Vbi interpres *in commentariis Græcis* annotat Thiodamantem fuisse Dryopum regem: cui subscribere videtur & Lucillius Tarrhæus ex Archilocho & Pherecyde scribens, Herculem, esuriente Hyla puero, relictoque a tergo pædagogo Licha, forte obuium Thiodamanti, poposcisse aliquantum cibi: cuius quum repulsam tulisset, ira succensum diripuisse e bobus alterum, eoque mactato epulatum fuisse: qua accepta iniuria Thiodamantem in vrbem regressum, compulisse oppidanos ad arma aduersus Herculem: ibi tum necessitate extrema circumuentum Herculem, etiam vxorem Deianiram armasse, prælioque superiorem, Thiodamantem neci dedisse, gentemque omnem in alias sedes transportasse. Hæc ille. Legitur autem non semel alias bouem totum absumsisse helluo insignis Hercules: nam refert Pindarus illum Coroni ædes ingressum, integrum bouem, vt ne reliquum quidem os vllum relinqueret, abligurriuisse: quod & Philostratus repetit loco antea citato. Quin & Ælianus *varia historia libr. 1.* & Athenæus *lib 10.* scribunt illum in contentionem venisse cum Leprea Cauconi, vel vt Ælianus, Glauconis filio, vter prior taurum deuoraret.

Locus apud Athenæum, & apud Io. Zezen, lectioni genuinæ restitutus, de Lityerse gulone.

CAPVT III.

INexplebilis ista Herculis & prodigiosa voracitas, admonet me quasi dedita occasione vt sanare instituam versus Sosithei Tragici scriptoris de simili gulone Lityerse, qui nothus Midę regis filius, Celænis in Phrygia regnauit homo vultu effero & truculento, sed bibo glutoque supra fidem maximus, qui totum vini dolium vno die ebibendo vacuabat, triumq; clitellariorum asinorum onus, panes deuorabat. Sed præstat auctoris ipsius verba ex fabula Daphnis siue Lityerses inscripta referre, perperam enim apud Zezen Sosibius nominatur versuum auctor, vt & fabulæ titulus Daphthis, pro Daphnis. Adscribam autem prius lectionem, quæ videtur mihi sanior, emendaturus postea corruptam vtrobique apud Athenæum *in decimo*, & Zezen *Chiliade 2.* Versus sunt senarii trimetri:

ἔστι δ᾽ ἐκείνου παῖς παρέγγραπτος νόθος·
μήτηρ δ᾽ ὁποίας ἡ τεκοῦσ᾽ ἐπίσταται,
ἐσθίει μ᾽ ἄρτους τρεῖς ὅλους, κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει δ᾽ ἅμα
καλὸν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον,
ἐργάζεται δ᾽ ἐλαφρὰ πρὸς τὰ φορτία.

Versum

Versum versu pro viribus conabor reddere:

At filius Midæ Celenis nothus,
Qua matre, dubium est. ipsa nouerit parens,
Tres quantum asellos prægraues panes vorat,
Breui die, simulque deterget bibens
Iustum cadum, decem amphorarum dolium,
Redditque iumentis onus portatile.

Apud Athenæum loco præallegato tres soli iambici leguntur, ad Polycleteam illam normam emendandi:

ἐσθίει μὲν ἄρτους τρεῖς ὅλους κανθηλίους,
τρεῖς τῆς βραχείας ἡμέρας. πίνει δ' ἕνα
καλὸν μετρητήν, τὸν δὲ κεραμοφόρον πίθον.

Posteriores duo apud Tzezen male quoque scribuntur hoc modo:

τῆς δὲ βραχείας ἡμέρας πίνει δ' ἅμα
καλλὰν μετρητήν.

In his pro τῆς δὲ, lege, τρεῖς τῆς, & loco καλλὰν, καλὸν, nisi velis ex Lityersæ æstimatione istud dici, qui dolium vini decem amphorarum capax, Cad: siue Metretæ nomine extenuando, velut rem nihili, & & potatu facilem vocitarit, quum tamen in mensura ingens sit discrimen: nam Metretes seu cadus (idem enim sunt) sextarios duos & septuaginta complet, *teste Nicandri interprete*: tantundem enim continent amphoræ duæ, quod doctissime collegit Georg. Agricola. At dolium decem amphorarum qui epotarit, is trecentos sexaginta sextarios in exhaustam alui voraginem demerserit: cuius rei fidem penes auctorem deposuero. Illud vero de hoc Lityerse proditum quoque memoriæ est, quod viatores compellere consueuerit ad resecandam falce colligédamue messem, quorum truncatis capitibus, lacera corpora intra manipulos illigabat: occisus ab Hercule postea, iustissimas immanitatis suæ pœnas, grauiores meritus, dedit.

Apud Galenum locus emendatus in Græcis codicibus.

CAPVT IV.

INcredibilis illa & extra controuersiam potentissima Romani Imperii maiestas compellit meminisse me Polemonis Laodiceni rhetoris dicti, ne vitio scriptorum vt est corruptum latere possit. Eius Polemonis complura memorātur a Philostrato in Sophistis egregia dicta: ad illud concinnum, & festiua breuitate memorabile est dicterium, quo Romam orbis compendium nominauit, quod a Galeno *libro 1. commentariorum περὶ ἄρθρων*, in scripta relatum est, sed corrupta Græcorum codicum fide, vbi de sua profectione ita loquitur: *Postquam diu multumque Smyrnæ egi, Romam absoluto secundo & tricesimo ætatis anno perrexi vrbem tanta hominum copia inundantem, vt laborasse putandus*

sit rhetor Polemon, dum eam orbis compendium appellat. Græce legendum est, ὡς ἐπινεῖσθαι πολέμωνα τὸν ῥήτορα τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴν αὐτὴν εἰπόντα, perperam enim in expletiuas voculas soluta est dictionis compages, in ἐπὶ τὸ μή. Huc adscribere libet elogium eiusdem vrbis Dionysii Halicarnassæi, vocantis eam ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάσσης ἁπάσης πόλιν, principem terra marique vrbem. Et alterum Iulii Frontini *ex libello de aquaductibus*, in hæc verba: *Regina & domina orbis radies, quæ terrarum Dea consistit, cui par nihil, & nihil secundum*: quod postremum ex Martiali in epigram. 12. mutuatus est ille, vbi sic ait:

> *Terrarum Dea gentiumque Roma,*
> *Cui par est nihil, & nihil secundum.*

Iuuenalis locus explicatus.

CAPVT V.

IVuenalis *satyra duodecima*, inter cetera quæ refert, Catullum naufragii metuentem in mare præcipitasse, enumerat,

> *Vrna cratera capacem,*
> *Et dignum sitiente Pholo.*

vastæ magnitudinis & ingentem designans: quod illum mutuatum esse ex Stesichoro Lyrico poeta arbitror, qui Centaurorum & Lapitharum conuiuium describens, ait Pholū (quem propterea hospitem Alcidæ nuncupat Lucanus) impleuisse Herculi craterem trium lagenarum capacem, quem prior ipse obbibisset: amplum autem fuisse oportuit, qui vrnam, hoc est, quatuor & viginti sextarios caperet, vt & τριλάγηνον. Est autem lagena vinarium vas sed fictile, in quo vinum asseruabatur in conuiuiis deplendum. Verba autem Stesichori ista sunt:

> σκύφιον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγηνον
> πῖεν ἐπισχόμενος, τό ῥά οἱ παρέθηκε φόλος κεράσας.

Hercules (de eo enim loquitur) *acceptum in manus scyphū plenum, trium lagenarum capacem, ori admouens obbibit, quem Pholus ipsi infuderat.* Meminit & Herculei crateris Statius, quem duo iuuenes vix portabant.

Vox, quassabundus, interpolata apud Macrobium.

CAPVT VI.

QVatiendi vocabulum ad temulentiam largioremque potationem traduxisse Horatium in Odis, exemplo Menandri in Adelphis, qui κραδαίνειν eo sensu vsurparit, & Philemonis Comici, annotatum est a me in commentariis, quos in eum auctorem scripsi: atque ab ea voce quassabūdum dici videri, pro ebrio, apud Macrobium in saturnal. 5. *cap.* 21. vbi ait, Herculem fictores veteres non sine caussa cum poculo fecerunt, & nonnunquam quassabundum & ebrium. Sed locum maiore cum retractatione diligentius

gentius examinans, non sectionis vstionisue illum indigere, sed molli tantum malagmate opus esse iudicaui, vti sanaretur: quod futurum est, si pro, *quassabundum* (quæ vox in prædicta significatione Latinis auribus satis peregrina est) reponas, *cassabundum*, quod vocabulum crebro cadentem notat, Sex. Pompeio teste, apud quem tamen male geminato ss scriptum inuenio, deductum a verbo casare, ex iteratiuorum siue frequentatiuorum classe: pro quo receptius est aliud, casitare.

Locus Horatii expositus ex Sermonibus, Cur insani porcum Laribus immolarent.

CAPVT VII.

De eo qui insania non vexetur, dictum est ab Horatio libro 2. Sermo. sat 3.

Immolet aquis
Hic porcum Laribus.

Cuius dicti rationem ab interpretibus non expendi demiror. Cõstat quidem ex Varrone *de re rustica lib.* 2. Et ex aliis, porco immolato expiari insanos, quod vel ex ioco Plautino *in Menæchmis* liquido ostenditur, vbi ait: *Quibus hic preciis vaneunt porci synceri? nummum a me accipe, iube te piari de mea pecunia, nam equidem insanum te esse certo scio.* Et iterum: *Iube, si sapis, porculum afferri tibi:* id quod dicitur homini insani cerebri & emotæ mentis. Cur vero id piaculi genus antiquis vsitatum fuerit, dicam ego quod ex arcanis illorum sacris erutum opinor. Maniam Græci insipientiam insaniamue dicunt, siue quod mentem vltra modum laxet, a μανόν, quod remissum & molle significat: siue quod pertinacius corpus teneat, & difficulter expellatur, quasi μονίαν dicas: siue quod ea capti solitudinem appetant, παρὰ τὸ μονοῦσθαι, *vti a Cœlio Aureliano scriptis est proditum.* At enim Maniam hanc, vndecũque appellationem sortita sit, Larum matrem fuisse cognominatam pronuntiauit Varro *lib. de analogia* 2. & ex eo repetiit Arnobius *lib. aduersus gentes tertio.* Quin & Sex. Pompeius Maniam Manium Deorum, qui iidem & Lares dicuntur, auiam matremue fuisse scribit: vtriusq; enim opinionis esse auctores. Hinc factum sane puto, vt vecordes homines & insani Laribus sacrificarent, vt qui eiusdem cum matre potestatis essent participes, aut qui propitio numine Maniam genitricem συμβωμὸν καὶ συνναον placarent insaniæque asperginem detergerent. Merito autẽ videtur immolari porcus Laribus, qui & Grundiles a grunniendi appellatione denominantur.

De nepotino luxu Chiesii cuiusdam Romani ciuis.

CAPVT VIII.

Nepotinis sumtibus superasse prodigorum omnium ingenia Caius Caligula memoratur a Suetonio Tranquillo. Cleopa-

træ luxum immanem cœna vnica refert Plinius. Sed reginæ potentissimæ & Imperatoris maximi ista exempla sunt, & quidem rara: at priuatum hominem ad prodigiosi luxus enormem licitationem, non macelli vnius, sed peregrini quoque orbis conturbatricem, aspirasse quis non merito maximo demiretur? Is fuit Augustinus quidam Chielius Rom. trapezites, qui Leoni x. Pontifici Max. totiq; purpurei senatus cœtui, exterorumque Regum Legatis, ob filium ab illo baptismi lauacro tinctum, splendidissima (vt ita dicam) reporia constituit, in quibus non satis fuit eduliorum omnis generis mistuumq; exquisitissimorum apparatus modum omnem ademisse, nisi etiam lances, pinaces, ceteraque cum escaria vasa, tum potus instrumenta ex argento affabre facta omnia in Tyberis præterlabentis alueum, inani luxus ostento, præcipitarentur, idque non vna modo, sed pluribus quoque vicibus, quotiescunque scenicum illud ferculorum & mēsarum choragium mutandum foret: atque ita paruo constitisse æstimādum erat, nisi & alieno ex orbe petitarum immani pretio auium (quas Psittaces nominamus) solæ linguæ variis in patinis conditæ, vltimo ferculo omnem luxus ostentationem longe superassent.

De luxu temporum præpostero apud Rom. Item Pacati Drepani locus expensus.

CAPVT IX.

Famosus istius hominis luxus refricat mihi memoriam plane similis luxuriæ Romanorum, in qua describenda quasi ex condicto certasse duo magni nominis Panegyristæ, qui ex vetustate nobis reliqui sunt, videntur, Mamertinus Promertinus Iuliani prætorio præfectus, & Latinus Pacatus Drepanus: ille in *Panegyrico* Iuliano, hic Theodosio Impp. dicto. Prioris verba sunt: *Quinetiam prandiorum ac cœnarum magnitudines R. P. sanciebat, cum quæsitissima dapes non gustu, sed difficultatibus æstimarentur, miracula auium, longinqui maris pisces alieni temporis poma, æstiuæ niues, hyberna rosa.* Hæc ille: quæ æmulatione quadam ductus alter exprimere voluisse videtur in hæc verba: Neminem vnum inueniri, qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piscem, peregrini aeris volucrem, alieni temporis florem. Nam dedicati illi ac fluentes, quales tulit sæpe respubl. parum se lautos putabant, nisi luxuria vertisset annum, nisi hybernæ poculis rosæ innatassent, nisi æstiuam in gemmis capacibus glaciem falerna fregissent. horum gulæ angustus erat noster orbis, nanque appositas dapes non sapore, sed sumtu. Illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Rom. imperium Colchus, aut famosa naufragiis mari amisissent, quos inuitæ quodammodo reluctantiq; naturæ hominum pericula rapuissent. Quæ verbosius adscripsi propterea, vt studiosi loca

loca committerent inter se atque conferrent, quanta breuitas, quanta item exornatio vtrinque hauriri queat ad scribēdi vsum. Illud vero quod sequitur in eodem auctore, expensu dignissimum puto, vbi ait: *Nonne cognouimus cuiusdam retro principis non prandia sæpe, sed fercula sest. rerum millies æstimata patrimoniorum equestrium pretia traxisse?* Quis enim aut sestertium millies, hoc est, vicies quinquies centena Coronatorum millia, vnico prandio, ne dicam nunc ferculo, absumi posse crediderit? aut ad eā summam ascendisse censum equestrem? sidem enim omnem transcendere magno discrimine videtur vtrunque: siquidem lautitiæ magnificentiæque vnicum exemplum, quod Cleopatra edidit, cui nihil alterui vlterius posset, centies sestertium collegit, hoc est, ducenta quinquaginta aureorum millia: & censum equestrem sub Iulio Cæs. quadringenta sestertia, hoc est, decem coronatorum millia pependisse constat. Interpolandum igitur nonnihil locum dubiæ fidei autumo, & legendum ἀξιοπιστοτέρως, sestertiis mille, quæ summa etiānū immanis est, quippe quę ad vigintiquinq; aureorum Coronatorum millia ascendat, & propiore aliquanto confinio attingat equestris census limites, quos cum imperio excreuisse verisimile est: vt ita legatur non prandia sæpe, sed fercula sestertiis mille æstimata, &c. Sentire autem illum puto de Vero Antonino Cæs. qui conuiuium opulentissimum dedit, quod æstimatum fuerit sexagies centenis millibus sestertiorum, vt id verbis Iulii Capitolini repetam, siue quod idem est, sexagies sestertium: qua taxatione audita M. Antonius Imp. ingemuisse dicitur, & publicum fatum doluisse quæ summa in caput collecta, centena quinquagena Coronatorum millia constituit: vt inde colligere liceat, fercula nōnulla ad mille sestertia peruenisse, hoc est, vigintiquinque millium aureorum summam. Equidem non detrecto, quin penes Budæum eiusmodi locorum ἀνυπόδικον æstimatorem, aliosq; polyhistoras, æquum sit iudicium.

Locus ex Velleio Paterculo ad examen renocatus.

CAPVT X.

VTi Cerias nubes, ferrum Adamas, succinum aceres, catena suos nexus ducit, ita trahit loci vnius occasio alterum: controuersia enim illa supputationis iniquioris in apparatu cœnæ extrahit hanc, quæ in rationem repetundarum cadere posse videtur, quæ talis est. Nocte quæ nefariam necem Iulii Cæs. coniuratorum manibus interfecti secuta est, constat ex Appiano *libro 2.* eius pecunias cum imperii codicillis, siue Antonii, siue Calpurniæ vxoris iussu, quo a minus secura in tutiorem Antonii domum deferrentur, fuisse transportatas, quarum summa immēsum dis repare inuenitur, nisi immutata paululum codicis Velleiani fide, conciliétur inter se auctorū consensus mutuus. Velleii

verba sunt: *HS septies millies depositum a C. Cæsare ad ædem Opis occupatum ab Antonio, actorum eiusdem, insertis falsis, ciuitatibusque corruptis, commentariis.* Quæ summa nimis quam immensa est, vt quæ ad Gallicanæ monetæ rationem rem reuocando, contineat centies septuagies quinquies centena Coronatorum millia. Cui tamen nihil derogandum putarem, quum longe maiora coegisse Tiberius dicatur, nisi obstaret Plutarchi auctoritas non vno in loco, quæ ad HS millies hanc summam deducit: sic enim ait in Cicerone: *Donec Cæsar Augustus ex Apollonia veniens, hereditatem C. Cæsaris accepit, & cum Antonio in contentionem descendit ob bis mille quingentas myriades, quas ille e substantia Cæsaris occupabat.* Hæc summa, si Romano more loqui insistamus, efficit HS millies, hoc est, vicies & quinquies centena coronatorum millia eademque fuerit cum Paterculi, si inducas expungasue vocem illam, *septies:* inciditque ferme cum altera, quam idem Plut. in *Antonio* ad quatuor talenta deduxit, quæ vicies & quater centena Coronat. millia constituunt, paululo minore summa, quam HS millies complectatur. sic enim sonant eius verba: *ἥτε γυνὴ καλπουρνία πιστεύουσα τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα κατέθετο πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας, εἰς λόγον τὰ σύμπαντα τετρακισχιλίων ταλάντων*, id est: *Vxor Cæs. Calphurnia maximam pecuniarum partem in ædes Antonii deposuit, illius fidei eas credens, ad summam in vniuersum quater mille talentorum.* Consensus horum locorum efficit, vt apud Paterculum legendum contendam sestertium millies, non autem septies millies, donec certiora edocear.

De Batauia locus in Panegyrista restitutus.

CAPVT XI.

IN Panegyrico Maximiano Augusto dicto, de cuius auctore dubia lis est, siue is Mamertinus fuerit, siue Belga, ita scriptum de Batauorum insula inuenio. *Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæsar vendicata atque purgata, quam obliquis meatibus callidis interfluit, quanquam diuortio sui Rhenus amplectitur, pene vt cum verbi periculo loquar terra non est, ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non solum qua manifeste palustris est, cedat ad nixum, & hauriat pressa vestigium, sed etiam vbi paulo videtur firmior, pedum pulsu tentata quassatur, & sentire se procul mota pondus testetur, ita vt res est, subiacentibus innatat, & suspensa late vacillat.* Quibus verbis ita graphice & ad amussim Batauiæ solum depinxit, vt nullus pictor melius, nullus rhetor ornatius magisue apposite dicendo assequi queat: nisi quod subesse mendas suspicio est, ita vt restituendam hũc in modum lectionem existimem. *Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæsar vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque diuortio sui Rhenus amplectitur, pene (vt cum verbi periculo loquar)*

ra non est, ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum quæ manifeste palustris est, cedat ad nixum, & reliqua. Nam quod pro, *callidu*, reposuerim *Scaldis*, non temere nec sine auctore facio. Quid enim aceruata bina epitheta, præter Latinorum ferme auctorum vsum, sibi volunt? quid callidi significatio, huic loco aliena, huc facit? Atenim ego facilem fuisse lapsum in duobus verbis non ita multum absimilis soni, ignorante scriptore quid Scaldis esset contenderim: nisi quis pugnet legendum esse *Vahalis*, quod alterius cornu Rheni nomen fuit, vel Cornelio Tacito teste, qui lib. 2. ita scribit: *Rhenus vno alueo continuus, aut modicas insulas circumueniens, apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, seruatque nomen & violentiam cursu, qua Germaniam prauehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, eiusque immenso ore eundem in Oceanum effunditur.* Quibus ex verbis facile liquet, alterum Rheni ostium, quod Belgicæ oram præuehitur, Mosæ nomine hodie clarum, Vahalim superioribus locis, vbi diuortii initium est, dictum fuisse, fortassis ab arenæ qua tingitur subrufso colore, quem Valum vocant, quo nomine equum (quo Belisarius fortissimus dux inuectus fuisse legitur in Gothorum exercitum) subrufi coloris designabant Gothi, iaculis solum illum appetentes, *vti apud Procopium legitur.* Quoniam autem Batauiæ solum ita ad ingressum intremit, & pressum sidit, concutiturque, quod de hac insula vt elegantissime, ita verissime dixit, hinc ego factum puto, vt Hollandiæ, quæ Batauiæ pars est, nomen a cauitate creatum sit: siquidem ad pedum pulsum concuti eam certum est, & procul etiam pondus videri sentire, atque vacillare, velut aquis innatantem, rideat licet Martinus Dorpius hanc nominis rationem. Addit & suam coniecturam de insulæ huius nomine Petrus Nannius noster *in suis symmictis*, illum legat, si quem iuuat ista cognitio.

Quod ethnici singulas corporis partes peculiaribus suis diis deputarint.

CAPVT XII.

ANilis & friuolæ gentilium superstitionis plenissimi sunt libri omnes: at illud insigniter ridiculam eorum opinionem testatam facit, quod singulas humani corporis particulas, singulos Deos obtinere existimarent: quod Tiberianus *in Prometheo* ita extulit, vt dicat Deos singulares sui partes homini contribuisse, quas sibi vindicent, suæq; tutelæ proprias agnoscant. Caput namq; Ioui deferunt, Neptuno pectus, cinctum Marti, quo spectasse Homerum putant in Agamemnone describendo:

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,

ἄρει δὲ ζωνὴν, εἰ καὶ δὲ ποσειδᾶωνι.

Frontem Genio sacram facit Seruius, *vnde*, inquit, *Deum venerantes frontem tangimus*. Supercilia in Iunonis tutela fuisse ait Sextus Pompeius, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam a Iunone tribui putabant, Lucina inde dicta. Oculos Cupidini Veneris filio, in quibus excubet, ceu specula quadam, tribuit Philostratus: Mineruæ eos sacros tradit Fulgentius. Aurem Memoriæ consecratam refert Seruius, quo respexit & Plinius lib. 11 ita scribens: *Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur*. Et Virgilius:

Cynthius aurem
Vellit & admonuit.

Locus item retro aurem dextram, Nemesi attributus fuit, quo referimus, vt Plinii verbis dicam, tacto ore proximum a minimo digitum veniam sermonis a diis ibi recondentes. Dextra Fidei sacra est, nam in fide porrigitur, de qua alibi a nobis dictum abunde est. Dorsum & posticæ partes Plutoni propiæ adscribuntur ab Artemidoro *lib. 1. Onirocrit.* vbi ait: νῶτα καὶ τὰ ὀπίσθια πάντα πλούτωνος αὐτὰ καλοῦσι ἴδια. Renes & inguina Veneri adiudicantur. Pedes Mercurio, *vt in libris τῶν φυσιολογουμένων scripto proditum est a Democrito*. Genua Misericordiæ cōsignauit antiquitas, quod ea supplices attingant, ad hæc manus tendant, hæc vt aras adorent, *vt inquit Plinius*. Misericordiam autem in dearum numero fuisse olim, testatur eius apud Athenienses ara teste Pausania & Philostrato. Tali plantæue pedum in Thetidis potestate fuerunt. Digiti Mineruæ consecrati, *Seruio teste*: quo referri potest illud Epigrammatarii Rufini:

ὄμματ' ἔχεις ἥρης, μελίτη, τὰς χεῖρας ἀθήνης,
τοὺς μαζοὺς παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς θέτιδος.

id est:

Lumina Iunonis tibi sunt, digitique Mineruæ,
Cum Thetidis talis, vbera Cyprigenæ.

De talis vnirum Item Fulgentii locus a mendis assertus.

CAPVT XIII.

Illud vero mirum mihi videtur, & feriatis ingeniis altiore indagine exquirendum, an talorum ratio ad libidinis pruriginem aliquid faciat, quod a Fulgentio Placiade annotatum est: ait enim in talo venas esse, quæ ad renum, femorum, atque virilium rationem pertineant, vnde & venę aliquæ ad pollicem vsque tendant, quod tractantes & physici & mulieres ad obtinendos partus, & ischiadicos eodem, vt inquit, phlebotomant loco, & emplastron entaticon (perperam enim ibi scribitur, emplastromentaticum, vna voce) quem styfiden vocauit, Africanus in Astrosophistis pollici & talo imponendum præcepit. Quin & Or-

phei

...ei testimonio affirmat illum locum principalem esse libidinis. Emplastron autem *ἐντάλικον* vocauit, quod appositum tentiginem virilium concitat, ἀπὸ τ̃ ...: quod & alio vocabulo obscuriore dixit Aphricanus *στοιδὴν*, ab arrectionis facultate *παρὰ τὸ ςύειν*. Ad quod verbum alludens veterum quispiam Comico lale, seipsum appellat *ἀςυμάχλα*, non arrigentem, ... *ὡς μὴ ςύοντα* ... quod in Iliados 6 apud Eustathium inuenias. Et apud Athenæum Diana virgo *σύμμαχον* ... dicitur. Itaque mirari satis non potui, qua fronte indoctus quidam, qui tamen Philomusi nomine gloriatur, in annotationibus illic suis scribere veritus non fuerit, *Emplastromentaticum* vocari omne id quod ad emplastrationem faciat: ac potius legendum contendit, *emplastron mentasticum*, quod e menta herba fieret. Et *Sterdin*, pro *Steside*, esse tanquam fulcimentum & columen valetudinis fidelioris, ... Dispeream, si quid vnquam in vita legi ineptius frigidiusque, quod vel Neronianas thermas refrigerare queat.

De Scytale Laconica.

CAPVT XIV.

Achæus Eretriensis poeta, qui pleraque studio obtenebrare dictus fuit, *in Iride Satyrica*, ænigmatice Laconicam Scytalen vocat ... κύρβιν ac κυρβὴν quidē, quod vt in κύρβεσι publicis videlicet tabulis leges exaratæ erant, ita in Scytale præcepta ad duces & imperatores militiæ inscribebantur. Spartanam vero a ciuitate, cui vni recepta in vsu missitandarum scytalarum ratio fuisse legitur. Implexam vero scriptamque, quoniam Scytalen circumuoluentes candido loro Lacones quæ volebant scribere consueuerant, *vt Athenæus lib. 10 exponit*. Elegantissime vero præter Suidam & Au. Gellium, describit Scytalen Ausonius *in quadam ad Paulinum epistola*, vbi varios enumerat occulte scribendi modos: sic enim canit:

Vel Lacedæmoniam Scytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus
Non respondentes sparso dabit ordine formas,
Donec consimilis ligni replicetur in orbes

In quibus versibus clarissime nominat Pergameum libellum, chartam Pergamenam designans, quod candidum lorum, *ἱμαντα λευκὸν* vocant Athenæus & Suidas: Aul. Gellius simpliciter lorum obscuriore sensu. Meminit Scytales Laconicæ Basilius *in epistola ad Candidianum*, ἐφοβούμην ... *ὡς οὐδεὶς* ... *Σπαρτιάτης* ... *σκυτάλην*. hoc est, *Quo tempore ceram soluebam, expansi literas intuens, non minore metu percussus, quam solet Spartanus criminis sibi conscius, inspecta Laconica Scytale.*

Ausonii versus de Mida rege expositi, & Petronii Arbitri.

CAPVT XV.

IN eadem Ausonii epistola, de Mida Lydiæ rege asininis auriculis deformato, eiusque rei indicio occulte a tonsore manifestato, intelligendi sunt versus illi:

Depressis scrobibus vitium regale minister
Credidit, idque diu texit fidissima tellus,
Inspirata dehinc vento cantauit arundo.

Quam fabulam quia cultissimis versibus reddidit Petronius Arbiter, non perinde omnium manibus extritus auctor, lubet hic adscribere eius verbis:

Sic commissa ferens, auidus reserare minister,
Fodit humum, regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonum, calamiq; loquentes
Inuenere Midam, qualem conceperat index.

Latius ista pertractat *Metamorphoseus undecimo* Ouidius.

Celeritatem illaudatam esse in scribendo, exemplis aliquot docetur.

CAPVT XVI.

MVltis placet extemporalis quædam scriptitandi ratio, & in conficiendis libris celeritas, velut expromti atque in numerato positi ingenii argumentum: at mihi secus videtur, probaturque impensius diligentia accurata & longiore tempore iudicii confirmatore expressa: illic verba velut primoribus in labris nata, aut superficiario ingenii æquore natantia eduntur: hic lectionis multifariæ opes tanquam e sanctiore quodam ærario reconditæ promuntur: illic suspecta facit omnia & cicatricosa, scribendi facilitas & cursus: hic habito delectu rerum verborumque pondera examinantur felicius, & exhibentur. Quid, quod celeriter nata, celeriter etiam intereunt? Et Horatius etiam in nonum annum premi, quo feliciter sub incude retractentur, opera monet. Idem reprehendendum carmen ait, quod non coercuerit multa dies & multa litura, ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια, καὶ ταχύτης, οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν. ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν, *vt in Pericle inquit Plutarchus*: nam operis facilitas celeritasque non addit illi pondus solidum aut duraturum, neque exactam pulcritudinem: at temporis longinquitas labori velut fœnerato accedens, ei quod nascitur, robur firmitatemque adiicit. Seneca nihil ordinatum esse dicit, quod præcipitatur & properat. Agatharchus pictor magnos sibi spiritus sumebat de pingendi celeritate: quod quum intellexisset Zeuxis, *Diu*, inquit, *ego pingo, quia pingo æternitati*, vti refert Valerius Maximus. Simi-

liter

liter pictori parum perito de celeritate glorianti, demonstrataque pinace illam modo a se pictam dictitanti, respondit nobilissimus pictor Apelles: *Etiam tacente te res loquitur ex tempore pictam.* Laudatur Lysiæ oratoris exemplum, negantis se scripturum festinato & præcipitanter composita, velut musteo quodam calore nata: οὐ γὰρ ἔγωγε, inquit, βούλομαι σπουδάζειν τὰ αὐτοσχεδιαζόμενα. Virgilium paucissimos die composuisse versus, auctor est Varus: imo vrsæ more parere se versus, ac lambendo fingere gloriatum ipsum fuisse refert Donatus. Sic scripsisse & Sallustium accepimus, *vt inquit Fabius*: & sane manifestus est etiam ex ipso opere labor. Isocratem decennium prope absumsisse in editione orationis Panathenaciæ commemorant Lysias, Fabius. Plutarchus tres propemodum Olympiadas insumtas refert. Conuenientissimum huic loco est illud Aristidæ Sophistæ dictum, a Philostrato *lib.* 2. in scripta relatum, quo Marco imper. sciscitanti quando ipsum auditurus foret, respondit: *Hodiernum diem exime, at cras audies, neque enim vomentium e numero sumus, sed elaborantium.* οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων. Ita Mar. Antonius librũ de ebrietate a se scriptum, euomuisse alicubi legitur, in probri loco. Scriptorum itaque præcipitatio ista & veluti abortus, nunquam in laudis loco ponenda est, quod ex tam multis clarorum virorum exemplis abunde colligitur.

Quis extemporalis dictionis monstrator & auctor fuerit.

CAPVT XVII.

EXtemporalis orationis, quam αὐτοσχέδιον & σχέδιον λόγον Græci vocant, princeps videtur fuisse Gorgias Leontinus, patre Carmantida natus, neglectum cultus in orationibus approbans, *vt in Eliacῶn 2. scribit Pausanias*: is enim Athenis in theatrum progressus, primus ausus fuit dicere, προβάλλετε, id est, *proponite*: innuens nihil omniũ latere se, & quauis de re proposita paratum disserere, *vt Flauius Philostratus commemorat.* Quod & Cicero non vno in loco repetit his verbis: *Is princeps ex omnibus ausus est in conuentu poscere, qua de re quisque vellet audire.* Quin apud Platonem Gorgias de omni re quæcunque in disceptationem quæstionemque vocaretur, copiosissime se dicturum profitetur. hinc γοργιαῖον apud Synesiũ prouerbialiter accipi videtur, pro eo *quod affectatum est & turgidum.* Et ab huius viri studio Thessali γοργιάζειν dicebant τὸ ῥητορεύειν oratorem agere, quod in Philostrati epistolis lectum est. Alii Æschinem Atrometi filium inuenisse τὸ σχεδιάζειν, hoc est, ex tempore orare, scribunt, qui tempore Mausoli Cariæ regis Rhodum profectus, extemporanea oratione illum celebrauit. Sunt qui a Pericle fluxisse σχεδίων λόγων fontes memorant: neque desunt qui ad Pythonem byzantinum huius inuẽtionis gloriam trahunt. Pausanias Anaximenem primum αὐτοσχεδίως εἰπεῖν, id est, ex tempore dicere inuenisse scribit.

Erasmi lapsus in apophtheg.

CAPVT XVIII.

POlycleti statuarii dictum est elegantiore & argutiore sensu, quam vt cõniuenter præteriri debeat, quod Erasmus ita reddidit: *Polycletus statuarius dicere solet, eorum opificium esse molestissimum, quibuscunque lutum perueniret ad vngues, plastas opinor ac figulos notans.* Hæc ille: sed toto cœlo a genuina dicentis sententia aberrans: quid enim gratiæ habet aut veneris: aut quam neutiquam verum est dicterium illud, quod figulorum molestissimum sit opificium? Longe aliud indicare voluit eius dicti auctor, nempe tunc maxima in difficultate versari opificem, & quemcunque alium operis auctorem, quando summa illi opera imponenda est quando ad vnguem perpoliendum est illud & elimandum, ne quid hiet, ne quid asperius resultet, neue quid protuberet: ars enim omnis a rudimento informi κ' ἀτυπώτῳ incipit, deinde paulatim formam addit, cuique rei suam & articulatim effigiat, perfecto demum opere & absoluto vltima manus accedit, quo tempore maximus auctorem manet labor: propterea inquit, χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γίνηται. hoc est: *Difficilimum esse opus quando in vngue versatur lutum.* Huc spectat parœmiacus ille loquendi modus, quo vt quidque est absolutum maxime, & exquisitissima diligẽtia curaque elaboratũ, ita ad vnguem illud esse factum dicimus. Illud vero addendum est obiter in Plutarcho, *libro sympos. 2.* vbi huius apophthegmatis fit mentio, vitiose legi ἔχει pro ὄνυχι.

Ammiani Marcellini loci aliquot emendati. Item Morilloni doctissimi hominis iudicium de oratione Iuliani.

CAPVT XIX.

EX Nazianzeno constat, Iulianum Imperat. quem ἀποστάτην nonnulli, vt Christianismi desertorem, Eustath semper παραβάτην, transgressorem nominat, orationem scripsisse duplici titulo inscriptam, ἀντιοχικὸν ἢ μισοπώγωνα: at Antiochicam quidem ab Orientis apice Antiochia, erga quam ciuitatem mirifice affectus fuit ob applausus & lętas acclamationes hominum salutare sidus illum nominantium: vel quod in ea vrbe Christum profitentium ingẽs esset numerus. Misopogona vero quasi barbæ insectatricem a gente Christum profitente, quæ magistri sui exemplo ea tempestate barbam alere consuerat. istud apud Ammianum quoque legitur lib. 22. sed corrupto altero titulo. Locum vt est vitiosus adscribam. Quo circa in eos deinceps sæuiẽs, vt obtrectatores & cõtumaces, volumen composuit inuectiuum, q Antiochiense, vel misso Pagonem appellauit, probra ciuitatis infensamenta annumerans. Vbi pro *misso Pagonem*, constanter legendum esse *Misopogonem*

gnum, indubitatum ex antedictis fit: rursus pro, *infensamenta*, diuulsim lege, *infer. sumente.* Eodem lib. vbi legitur, *vipereis*, vt ita dixerim, morsibus ab eo sæpius appetitus, *infullionatus*, vt ferebatur: scribendum est, *in fullonia natus.* Et iterum: *Vbiq; propinquant,* in speciem alicuius nominis vocis excipitur: repone, *numinis*, loco *nominis.* Apud eundem lib. 25. sic lege: *Recolebat sæpe dictum Lyrici Bacchylidis*, quem legebat iucunde id asserentis: vitiose nanque illic scriptum inuenies, *Basilidis.* Illud vero vt accessorium, sed minime otiosum aut περίεργον, adscribendum est de iudicio Antonii Morilloni super inscriptione libri Iuliani modo citati: est enim is vir multiiuga doctrina, & omnifaria, si quis alius, lectione, quemque humanitatis & philosophiæ omnis ἀφροδίτην καὶ χάριτας voces, quod de Porphyrio Eunapius dixit: is ergo retulit mihi ex oculata manuscriptorum codicum fide, orationem illam inscribi non Ἀντιοχικὸν denominatiue, sed Ἀντιόχῳ dentato titulo, ab Antiocho truculento & aspero tonsore, de quo mentionem fecerit Martialis alicubi, vbi ait: *Solum habet cor tonsorem qui timet Antiochum.* Sed an Græculo homini tanta fuerit rerum Romanarum sua ætate longe priorum cognitio, vt in Græcæ orationis inscriptione mordaci aceto condienda, Latini nominis ex hominum memoria vetustate prope aboliti vsucapione famam libri titulo acquirere satageret curiose, excutiendum aliis omitto.

Locus vnus & alter ex Ciceronis libris de Deorum natura, germanæ lectioni restituuntur.

CAPVT XX.

CAstigationes nobilis cuiusdam Grammatici longe eruditissimæ in Ciceronis dialogum de claris oratoribus, a me nuper lectæ, concitarunt me atque adeo inflammarunt, vt industria simili, licet impari, pulcerrimo parentis linguæ Romanæ operi ipse quoq; manus admouerem, palmam in medio omnibus propositam, si modo feliciter res pro votis caderet, cum aliis participaturus. Equidem restitutionis gloriam nullus mihi arrogo: sed ob diligentiam fortasse aliquantam in obseruando, & inuenta candide communicando præstitam, venire in gloriæ partem inuidebit, vti spero, nemo. Primum igitur vbi *lib. 2. de natura Deorum* in vulgaris codicibus legitur, *Aer autem* (vt Stoici disputant) *interiectus inter cælum & mare, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniux Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio*: lege ex Probo Valerio Grammatico vetustissimo, quod ei similitudo est ætheris. Rursus paulo post quæ sequuntur de Dianæ nomine: *Itaque vt apud Græcos Dianam, eamque luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus.* Ista lectione multum interpolata apud eundem Grammaticum hunc in modũ scribũtur,

& quidem meo iudicio scitius. Itaque vt apud Græcos Dianam, eandemque Luciferam, sic apud nos Iunonem in pariendo inuocant, quæ eadẽ Diana anniuaga dicitur, non a venando, sed quod in septem vagatur, tanquam venatibus, id est, quod inter septem inerrantes stellas vaga celeritate cursus, velut venationi operam dare videatur. Eodem in libro post: *Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa vndique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aer.* Probus hic legit, *animali.* Seruius etiam *spiritabili* legisse videtur, sic enim in tertium Æneidos annotat, ibi: *Per hoc cœli spirabile lumen.* *Spirabile*, inquit. *vitale, quo spiramus: & est sermo Ciceronis, quanquam ille spiritabile dixerit in libris de Deorum natura.* Aliquanto post qui sequitur locus, totus ex illius lectione annotabitur a me: qui librum illũ lectu dignissimum ad manum habuerit, discrimen obseruet. *Quem complexa summa pars cœli, quæ æther dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum, & cum aeris extremitate coniungitur. In æthere autem astra voluuntur, quæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraque sua momenta sustentant: sunt enim rotunda, quibus formis, vt ante dixisse videor, minime noceri potest. Sunt autem stellæ natura flammea, quocirca terræ, maris aquarum vaporibus alantur iis, qui a sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur, quibus altæ renouataque stellæ atque omnis æther effundant eadem, & rursum trahant indidem, nihil vt fere intereat, aut admodum paulum, quod astrorum ignes & ætheris flamma consumant. Ex quo euenturum nostri putant id de quo Panætium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mũdus ignesceret, quum humore consumto, neque terra ali posset, neque remaneret aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset. Itaque relinqui nihil præter ignem, a quo rursum animante, ac deo renouatio mundi fieret, denique ornatus oriretur.* Quod vltimum eo sensu dictum videtur, q ignis esset & efficiens & materialis caussa renouati mundi.

Versus Callimachi apud Plutarchum a mendis vindicati.

CAPVT XXI.

Apium coronam fuisse Isthmiaci certaminis victoribus, certum est, translata a Nemæis consuetudine, qui victores suos apio coronabant, more ab Hercule prius mõstrato. Quod & Plinius testatur li. 19. *Honos,* inquiẽs, *apio in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ.* Illud tamen discrimen ponit scholiastes Pindari, annotans in Isthmiis victori coronam fieri ex arente apio, in Nemæis ex virente viuoque. Hac de re leguntur elegantissimi versus Callimachi apud Plutarchum *in 5. sympostacon*, sed corruptissimi, quibus ille inducit Herculem clarius exponentem de apii corona, quam abolito pineæ vsu, autorauit ipse sacrumq; coronamentum constituit, qui ita legendi sunt:

καί μιν ἀλκείδαι πυλὺ γηγόπεροι
τῷδε, πὰρ αἰσακῷνι θεῷ πλέοντες ἀγῶνα,
θήσουσιν νίκης σύμβολον ἰσθμιάδος,
ζήλῳ τῷ νεμέηθι, πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
ἢ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τὰς Ἐφύρη.

Male enim & πολὺ, & πυρὶ γαίῃ, & ζηλωτῶν ἱμέηθιν, & ἦ pro ἢ, ibi legitur. quos versus tetrasticho inclusi:

Ante etiam multo ludos Neptune Corinthus
Magne tibi celebrans, æmula iam Nemees,
Symbolon Isthmiaca hoc palma dabit, abq; rogabit
Pinum, victori quam dedit ante Ephyra.

Inscriptio siue Epigraphe Odes Horatianæ defensa cõtra Glareanum. Virgilii item locus illustratus, & Sophoclis Scholiasta restitutus.

CAPVT XXII.

EPigraphe decimæquintæ odæ primi libri Horat. præfert Nerei vaticinium, quod in controuersiam ponit Grammaticus Porphyrion, quippe in cuius commentario, pro Nereo Proteus legitur. Sed Henricus Glareanus vir literatus, testimoniis & Herodori & Statii innixus (apud hunc enim Thetis agnoscere se veritatem dictorum Protei loquitur: illo etiam Paridi futura mala vaticinantem Proteum memorante) discedit pedibus in eam sententiam, vt pro Nereo Proteus substituatur, addens diserte, nihil tale de Nereo apud auctores inueniri. Sed manifesto in errore versari mihi deprehenditur: nam præterquam quod Pherecydes Syrius Nereum in varias formas mutabilē describit, ac vinculis impeditum ab Hercule instinctu filiarum Themidis illud faciente, fuisse compulsum, vt per responsa futurorum euentus panderet: tueri hanc inscriptionem potest & Euripides, qui in Oreste fabula inducit Glaucum Anthedonium ex Nerei vaticinio prædicētem Menelao, quid suis acciderit: vbi istum appellat νηρέως προφήτην. Pro quo sciendum, fingi illic Nereum per os Glauci oracula enūtiantis, futura aperire, quemadmodum apud Virgilium Phœbus ex oraculo Iouis vēturorum cognitionem illi dictantis, prædicere hominibus inducitur, quum ait:

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit.

Istud Græcis sonat ὑποφήτης & προφήτης, hoc est, effator & oraculorum enuntiator, quemadmodum de Apolline dixit Æschylus:

πατρὸς προφήτης ἐστὶ λοξίας διός. id est:
Apollo dicta patris effatur Iouis.

Quod autem ita sit attestatur idem clarius in ἱερείαις, *siue sacerdotibus*, (est hoc tragœdiæ nomen,) sic inquiens:

σῆμαιν' ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Quæ senarii clausula desideratur in Sophoclæis commentariis in *Oedipo Colonæo*. Latine ita sonat:

Quam celerrime permittere,
Inspirat ista Iuppiter Phœbo pater
Oracula.

Item Sophocles in fabula modo citata:

ὅπω σαφῆ καὶ σαφέστερον κλύω
φοίβου τε κ' αὐτοῦ Ζηνὸς, ὃς κείνου πατήρ.

id est:

Quo clarius mentem hauriam
Phœbi, Iouisque ipsius, est huic qui pater.

Sicut igitur *Iouis oraculum* dicitur, quod per Apollinem effatorem suum ediderit: ita & *Nerei vaticinium* dicetur, quod per Glaucum ὑποφήτην responderit, iuxta Euripidem: vel simplicius ex Pherecydis historia, quod iniectis vinculis vti Proteus Homericus, reddere coactus fuerit. Alioqui quid obstiterit quo minus eodem poeticæ ἐξουσίας iure liceat Horatio Nereum vaticinantem inducere, quo & apud Homerum Proteus, & apud Pindarú Triton Argonautis vaticinatus fuerit?

Ammiani locus assertus, de Diana Orsilochia.

CAPVT XXIII.

Dianam apud Latinos Lucinæ cognomento nuncupatam ignorat nemo, qui vel Terentium triuerit, quanquam in vocis etymo variari video: nam a luco Plinius: quod luci oculisque præsit, Varro: a producendo in lucem fœtu, quo nomine a parientibus inuocetur, maior turba deduci volunt. Ego postremæ sententiæ eo libentius accedo, quo constantius veteres in eo consentire animaduerto, quod Diana cum luna eadem sit, quam cóstat ex philosophorum pariter & medicorum placitis, in pariendi ratione multum adferre momenti vel ad facilitatem, vel secus: Luna etenim sui sideris humiditate laxat & distendit corporis meatus, rimasque aperit, id quod celerando partui salutare cum primis est. Hinc fit quod communiter tam Græci quam Latini eam ἔφορον τῆς λοχείας, velut tutelarem parientibus deam statuerunt: sciteque a Timotheo poeta ὠκυτόκος epitheto dicta est, a promouendo partu, in eo versu: Διὰ κυάνεον (alii legunt λαμπρόν) πόλον ἄστρων, διά τ' ὠκυτόκοιο σελάνας.

id est:

Per cærulea cæli sidera, & citiparam Lunam.

Quanquam is versus paululum corruptus legitur apud Macrobium *libro septimo*, & Plutarchum *in sympos. v. 3.* Huc spectat q Græci eam & εἰλείθυιαν & λοχείαν nominarit, non aliam quam Lunam

ram inuui volentes. Qua occasione apud Ammianum Marcellinum lib. 22. Dianæ epitheton germanæ lectioni restitutum iri putarim, si pro *Orsilodia, Orsilochiam* reponamus, Græce ὀρσιλοχείαν, παρὰ τὸ ὀρσύνειν τὴν λοχείαν, a promouendo partus labore. vbi sic legitur: *Diis enim hostias litantes humanas, & immolantes aduenas Dianæ, quæ apud illos dicitur Orsilodia, cæsorum capita fani parietibus præfigebant.* Lilius Gyraldus Arsilochen alicubi, & alio item loco Orsilochen citat, nullam tamen nomenclaturæ rationem adducit.

Qui sero quidem, sed cum profectu literas attigerint.

CAP. XXIIII.

NVllam ætatem quamuis grandem ad discendas literas seram esse, vt inertiæ patrocinium hinc excludatur, exemplorum abunde conquiri potest: sed tribus quatuorue contentus ero, vbi primo loco occurrit Eurydice Illyrica fœmina, quæ quamuis barbara, adultorum iam liberorum parens, ad literas animum applicuit, cuius ardens discendi desiderium epigrammate Musis posito consignatum est, quod commemorat Plutarchus:

γράμματα γὰρ μνημεῖα λόγων μήτηρ γεγαῶσα
παίδων ἡβώντων ἐξεπόνησε μαθεῖν. hoc est,

Eurydice grandæua pubentium iam prolium mater, satagit discere literas eruditionis monumenta. Secundo loco offert se M. Censorius Cato, qui rudi seculo, ætate iam declinata, *vt Fabius inquit*, literas Græcas didicit: vt esset hominibus documento, ea quoq; percipi posse quæ senes concupissent. Addam tertio Superianum Sophistam genere Lidium, qui quum natura tardiore ingenio esset, tantum profecit industria & labore, vt tricenario maior iã tum primum lectitare libros inceperit, & liberalibus disciplinis animum appellere, identidem a se reposcendo quæ didicerat, neque verberibus, neq; increpationibus parcendo in ea ætate, quod in pueris solet: etenim in balneis visebatur sæpe a se dilagellatus, vibicibus iniuriam in seipsum exercitam etiamnum testantibus: neq; spe sua falsus fuit. nam ad summum eruditionis culmen pertendit, vti refert Eunapius, qui Sophistarum vitas scripsit. Nostra vero ætate, aut paulo superiore, Aretinus, (qui apud Iurisperitos subtilissimus Doctor audit,) quum quadragenarius tyrocinium eius scientiæ caperet, aspersus fuit a quodam scommate tali, quod videretur sibi ille futurus aduocatus in altero seculo: nihilominus in ea scientia valde claruit. Accursius quoque, vt ferunt, interrogatus simili in re, iam grauis ætate, respondit, se tarde quidem incipere, sed eo maturius se absoluturum: id quod & præstitit in seculo barbaro, silentibus literis & melioribus artibus. Alii tamen istud Aretino quoque tribuunt, ac nescio an constantiore fama.

Quæ dicantur Barbara nomina apud Iamblichum.

CAP. XXV.

IAmblichus Calcidensis nobilissimus sanctissimusque inter Platonicos philosphus, a diuinarum rerum cognitione non alienus, *barbaras* voces plerumque nominat *Hebræas*, aut saltem gentis vicinæ Ægyptiorum: & Barbaros, ipsam gentem, quomodo & Amelius Plotini discipulus. Sed præstat ipsius verba Græce adscribere, eo magis, quod is auctor sua lingua non sit euulgatus: sic enim, inquit *in Theologia Phœnicum*, vbi negat eãdem seruare vel vim vel sensum translata verba: οὐδὲ γὰρ πάντως τὴν αὐτὴν διασώζει διάνοιαν μεθερμηνευόμενα τὰ ὀνόματα, ἀλλ' ἔστι τινὰ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἰδιώματα, ἀδύνατα εἰς ἄλλο ἔθνος διὰ φωνῆς σημαίνεσθαι, ἔπειτα καὶ εἰ οἷόν τε αὐτὰ μεθερμηνεύειν, ἀλλὰ τήν τε δύναμιν οὐκ ἔτι φυλάττει τὴν αὐτήν. ἔχει δὲ καὶ τὰ βάρβαρα ὀνόματα πολλὴν μὲν ἔμφασιν, πολλὴν δὲ συντομίαν, ἀμφιβολίας τε ἐλάττονος μετέχει καὶ ποικιλίας καὶ τοῦ πλήθους τῶν λέξεων. Quod Latine ita sonat: *Neque vero eandem omnino sententiam seruant nomina in aliam linguam transfusa, sed sunt peculiares suæ cuique genti proprietates, quæ nequeunt voce alteri gentâ significari: deinde si vel maxime transferantur, non tamen eandem vim obtinent. Habent autem barbara voces magnam efficaciam, & breuitatis gratiam, minusque habent ambiguitatis, minus variationis, neq; tanta verborum copia redundant.* Quæ postrema de Hebræis vocibus dicuntur, quibus mirificam inesse emphasin non magices modo periti, sed ex professo omnes fatentur, vsqueadeo, vt & Origines aduersus Celsum scribẽs, Hebrças voces transfundi aliam in linguã vetet, sed suis characteribus exaratas conseruari. Adde quod breuitas concisa, & quasi verborum inops, nullas variandi veneres præferẽs, nulla in lingua maior sit. Quod itidem Barbaro nomine intelligat Hebræos, facile ostẽdit *in eodem libro*, vbi Græcorum leuitatem cum Hebræorum constantia cõmittit, his verbis: φύσει γὰρ Ἕλληνές εἰσι νεωτεροποιοὶ, καὶ ἄττοντες φέρονται πανταχῇ, οὐδὲν ἔχοντες ἕρμα ἐν ἑαυτοῖς, οὐδ' ὅπερ ἂν δέξωνται παρά τινων διαφυλάττοντες. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὀξέως ἀφιέντες, πάντα κατὰ τὴν ἄστατον εὑρεσιλογίαν μεταπλάττουσι. βάρβαροι δὲ μόνιμοι τοῖς ἤθεσιν ὄντες καὶ τοῖς λόγοις βεβαίως τοῖς αὐτοῖς ἐμμένουσι, διόπερ αὐτοί τε εἰσὶ προσφιλεῖς τοῖς θεοῖς, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῖς προσφέρουσι κεχαρισμένους διαμείβειν δὲ αὐτοὺς κατ' οὐδένα τρόπον οὐδενὶ ἀνθρώπων θεμιτόν ἐστι: id est: *Græci natura noua appetunt, leuiq; momento quouis feruntur, nihil stabilis in se habentes, acceptaque ab aliis non continentes, sed id ipsum amittentes, cuncta refingunt, instabili verborum copia fluctuantes. At Barbari stabiles in affectionibus, etiam in verbis iisdem constanter persiuerant: quapropter Deo cari sunt, eique verba grata offerunt, quæ nulli hominũ fas est quouis modo commutare.* Quæ rursus de Hebrça gẽte dicta esse, non nemo intelligit, qui aut sacra Biblia lectione vel perfun-

ctoria

ctoria salutarit, & eius linguæ vel tenuem gustum salius attraxerit. Amelius quoque Platonicus philosophus Apamēsis, qui cum Plotino præceptore & Geminiano Romæ clari nominis fuit, & quem Proclus sæpius τὸν γενναῖον ἀμέλιον appellat, de Euangelio Iohannis sentiens, Barbarum nominat Iohannem, quoniam Hebræus esset ex Hebręis, ἑβραῖος ὢν ἐξ ἑβραίων, *vt Euseb. exponit.* Sic autē sonant Amelii verba: καὶ νὴ δί' ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀταξίᾳ καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι δι' οὗ πάντα ἁπλῶς γεγενῆσθαι, *& quæ sequuntur:* id est: *Ecastor Barbarus ille censet sermonem in principii ordine & confusione constitutum, apud Deum esse, & Deum esse, per quem cuncta absolute creata sunt.* Confirmat id lib. 8. aduersus Iulianum Cyrillus, βάρβαρον ὤν, ὡς οἶμαι, τὸν θεῖον ἰωάννην καλεῖ, διὰ τὸ ἀλλόθρουν ἴσως. *Barbarum,* inquit, *(ni fallor) diuum Iohannem vocat, eo quod externa lingua fuerat fortassis, Hebræus enim ex Hebræis fuit.*

Fabii Quintiliani locus qui diuersimode legitur, expensus.

CAPVT XXVI.

QVintilianus *lib. 1. Institutionum oratoriarum cap. 3.* agens de diuersitate ingeniorum in pueris, quorum aliqui calcaribus vrgeri, aliqui frenis reuocari volūt, quod de Ephoro & Theopompo magister Isocrates pronuntiauit, quidam pauoris seruili obsequio in officio continentur, quidam animum deiiciunt, hūc in modum loquitur: *Quosdam,* inquit, *continet metus, quosdam debilitat, alios continuatio extundit* (ita enim habet Lugdunense exemplar, eo sensu) *in quibusdam nihil accedere profectus videas, nisi continuo multum ac sæpe legendi vsu, cum alii solo impetu, & quod dicitur, prima coitione, id omne conficiant: illud in hebete ac stupido ingenio, hoc in industrio & sagace exsistit.* Coloniense legit, *continuatio contundit,* hoc est, *adobruit, atque prægrauat, velut fatiscentia ingenia.* In manuscripto exemplari scriptum inueni, retundit, id est, absterret. At fortassis haud absurde legetur, comminatio extundit facili lapsu in illa perpetua crate literarum eodem ductu cadentium, vt sit ista sententia auctoris: Quidam alacrius studia capessunt, non sponte, sed quasi minis ad id adacti, quum alii suopte impetu ad id ferantur: præsertim quum de animorum diuersitate loquatur, non de studiis, alioqui prima ex omnibus lectio integrior fuerit.

Ammiani Marcellini locus vindicatus.

CAPVT XXVII.

NOn est prætermittendus silentio Ammiani locus libro 19. vbi refert feminas luxisse immaturum obitum adolescentis Cynomolgorum regis filii, corruptus & ἡμιτελής, Fœminæ in-

quit, miserabili planctu in primæuo flore succisam spem gentis solitis fletibus conclamabant, vt lacrymare cultrices venereæ sępe spectantur in solennibus Adonidis sacris, quod simulacrum aliquod esse Phrygum * adultarum religiones mysticæ docent. Quem locum saucium esse & hiulcum loquitur vel adiecta asterisci nota: cum tamen sanari aliquo pacto posse existimo ex eiusdem auctoris verbis *libro 22.* vbi ritum Adoniorum exponens, sic inquit: *Euenerat hisdem diebus annuo cursu completo Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, vt fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto, quod in adulto flore sectarum est indicium frugum.* Ex his verbis manifestum fieri potest, priore illo loco legendum esse, non Phrygum, sed frugum: & vice, adultarum, si id minus pleno sensu prolatum est, adulto flore sectarum. Amat etenim is auctor certas quasdam phrases, veluti flosculos, aspergere suæ dictioni iteratis vicibus, quod ex ipsius lectione facilius obseruarit quis, quam vt in eo demonstrando pretium operæ sumatur. Porro ad superioris allegoriæ confirmationem facit quod apud Theocriti scholiasten lectum est, Adonidem mortuum sex mensium spatio perstitisse in Veneris complexu, totidemque in Proserpinæ: qua fabula significetur frumentum a satione, sex menses telluri adhærere: totidem etiam Veneri addictum, nempe aeris temperiei, hominumque vsibus.

Gratii poetæ locus restitutus.
CAPVT XXVIII.

APud Gratium poetam Maroni æqualem, qui Augusti tempore Cynegetica, hoc est, de venatione librum conscripsit, quo, vt Ouidius canit, apta venanti arma dat, inter lini genera texendis retibus accommoda, enumerat Setabinum Hispanici generis ad alios vsus, quam ad conficienda retia propter nimiam exilitatem aptius: sed non sine menda codicis impressi, in quo ad hunc modum legitur:

Hispanique alio spectantur Sutabes vsu.

Quo loco indubie legendum est *Setabes*: id enim oppidi editiore in monte siti nomen est, laudatissimi lini prouentu celebris. quanquam Strabo & nonnulli alii fluuium esse dicant. Certe Plinius *libro 19. capite primo*, Setabino lino secundam palmam tribuita nam de Retouino, quod in Italia crescit, loquens, ei a Setabi tertiam in Europa palmam dat. Quin & Sillius Italicus *lib. 3.* principatum illi tribuit, ibi:

Setabis & telas Arabum spreuisse superba,
Et Pelusiaco filum componere lino.

Commendat & Catullus sudaria Setaba, ob quæ per illiberalem iocum

ocum subrepta, commotior, Asinio hendecasyllabos inuectorios minitatur.

Sillii locus, & alter Gratii poetae explicati.

CAPVT XXIX.

IN versibus Sillianis modo citatis, Pelusiacum linum, pro laudatissimi vsus, tenuitatisque ratae, & candoris eximii lino ponitur, vt ex Plinio discas. Id vero sciendum est, fruticem illum, qui regno Neapolitano laetissimos prouentus hodie dat, olim vni Ægypto familiarem, bombycem lanuginemue netilem dedisse, cuius candor inimitabilis, nec aemula vsquam mollities fuisse praedicatur: gossypion xylonue nominant: vnde vestes sacerdotibus Ægypti gratissimae conficiebantur. de quo lino intelligendi sunt Gratii κυνηγετικῶν auctoris versus, qui sic habent:

Vix operata suo sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes aestiui turba Canopi.

Quibus innuit, aegre tantum lini suppeditari in Ægypti aruis, quantum ad vestes & indumenta sacerdotum Isiacorum sufficiat, qui in morem Saliorum tripudiis per vrbem ferebantur, sistrisque personabant, quos propterea *Sonipedem turbam* appellat: vti sacra Isidis Bubastia ab oppido Ægypti spectabili eius Deae templo nobilitato, quod Bubastin vocant, cuius & in primo meminit Diodorus: nam & Diana Bubastis dicebatur *Herodoto teste*. Nicomachus Gerasinus *in Theoreticis*, ἐβουβάστιον, διὰ τὸ ἐν βουβαστῷ τῆς αἰγύπτου ἱδρῦσθαι. Quod vero lineis amicirentur vestibus cultores Isidis sacerdotes notum est ex Iuuenali, qui eos linigerum & caluum gregem plangentis populi nuncupat *in sexta satyra*: & Plutarcho, vbi inquit: ὥστε φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε ἰσιακοὺς αἱ λινοφορίαι καὶ ξυρήσεις. id est: *Vt neque barba neque pallium philosophos facit, ita neque Isiacos linea amicula, aut rasura*. Facit fidem & Philostratus in epistolis, πάντα μὲν αἴρει τὰ σά, καὶ ὁ λινοῦς χιτὼν, ὡς ὁ τῆς ἴσιδος. id est: *Omnia tua me delectant, tuum lineum amiculum, quale est Isidis*. Hinc est etiam quod Ion Poeta dithyrambicus in Phoenice seu Caeneo, Ægyptum λινόζωνον epitheto vocat, quod vestes lineas longas trahat.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER QVINTVS.

De M. Antonio Bacchum mentiente. Item de eodem Mineruam ducente in vxorem: deque dote ab Atheniensibus oblata, inter Dionem & Senecam controuersia.

CAPVT I.

MArcus Antonius eo vesaniæ processit, vt se nouum Liberum patrem appellari iusserit, *Velleio Paterculo teste*, quum redimitus hederis, coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisq; succinctus, curru velut Liber pater vectus fuit Alexandriæ: neque id spectaculi genus in regia tantum Ægypti vrbe exhibuisse, sed Athenis quoque in medio Gręcię quasi theatro, legitur: siquidem Athenæus li. 4. ex Socratis Rhodii de bellis ciuilibus historia refert, Antonium non semel deductum fuisse in arcem Athenarum, tota ciuitate faces illi de tectis accensas pręferente: atque ab eo tempore Bacchum se nũcupari edicto præcepisse. Clarissime vero hanc rem memoriæ consignauit Seneca *suasoriarum lib. 1.* hisce verbis: *Antonius quum vellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi, habitu quoque & comitatu Liberum patrem imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus & liberis, & Διόνυσον salutauerunt: bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset: dixerunt despondere ipsos in matrimonium illi Mineruam Musam suam, & rogauerunt vt duceret: & Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta.* Hæc ille prolixius: at Dion breuius idem delibauit, sed in dotis nomine longe dissentit, cuius verba ex 48. historiarum libro a me Latine vtcunque reddita, adscribere est operæ precium. *Antonius nouum se Liberum patrem & ipsum nominabat, & ab aliis nuncupari volebat: siquidem & Athenienses præter hoc & alia, quum Mineruam illi despondere nt, recipere se nuptias ait, dotisque nomine myriadas centum ab ipsis exegit.* Discrimen τῶν κεφαλαίων obserua: ille mille talenta pro dote imperata scribit, hic centum myriadas drachmarum. At posterior calculus non transcendit summam centum millium Coronatorum aureorum: nam quum centum drachmæ decem coronatos pendant, decem millia drachmarum (quæ myriadis nomine, Græcis notiore vocabulo dicuntur) ad mille Coron. excurrunt, quæ summa centies cumulata, quadragies sestertium efficit, hoc est, centena aureorum millia. Quod ita esse, manifestum fit ex Plutarchi verbis in Antonio, qui vigintiquinque myriadas a Romanis decies sestertium dici affirmat, quæ istius capitis

ut capitis quarta pars est, vigintiquinque aureorum millia constituens. At multo maius est pecuniarum caput, quod exactum in eadem re fuisse commemorat Seneca, nimirum sextuplo maius, ad sexcenta aureorum Coron. millia sese extēdēs, quod Romano more ducēties quadragies sestertium dixeris. Quid certi ad committendos auctores discordes habeam, haud facile dixero: quid vero suspicer, possem: sed suspicionibus legentium aures onerare nolim. Eandem insaniam in cultu habituque Deos mentiendi, in aliis quoque principibus viris, lectione auctorum deprehendere est. Etenim Antigonus rex in omnibus Liberum patrem imitatus, hederam capiti circumposuit loco causiæ & diadematis Macedonici, thyrsum pro sceptro gerens, si Herodiano fidem habebimus. Et C. Caligula cognomēto dictus a manipulario habitu, quo inter milites vtebatur, non modo nouus Dionysius siue Bacchus appellari voluit, sed & vniuersum Dionysiacum habitum indutus incessit, in eo apparatu etiam iudicia exercens, *vt refert lib. 4. Athenæus*: & latius Dion. Cocceius *lib.* 58. in hæc fere verba: *Caligula interdum effœminatior spectabatur, thyrsum & cratera tenens: interdum virili specie clauam & leoninam gestabat, subinde facie læuigata & rasa: mox barbata visebatur, tridentem fuscinam aut fulmen prætentans: nonnunquam Palladi bellicæ virgini assimilatus.* Similiter & Commodus imperat. Herculem se & Iouis filium nominari voluit, & deposito imperatorio cultu omni, leonis exuuio indutus, clauam manu gestauit, quod de eo scribit Herodi. oculatus testis, & lib. 12. Athenæus.

Hugonis Eteriani Theologi antiqui locus emaculatus.

CAPVT II.

PAlma Ægypti, teste Dioscoride, κῦκας nuncupatur a nescio quo operculine an poculi vsu: eadem & ἄδιψος a tollenda leuandaue sitis iniuria, Plinio *lib.* 12. *cap.* 22. vocatur, quam mali cotonei odore esse dicit. De hac loqui Hugonem Eterianum theologum vetustum, qui de spiritu sancto tres aduersum Græcos libros edidit, certum est, mendosis licet codicibus, quum sic ait libri 1. initio: *Atqui dum supremæ philosophiæ principium delibare aggredior, aquatili videor mihi testitudini esse similis, quæ freta tranare cupiat: stupore cogitatus obsidetur, mens tabescit, lingua tanquam Ægyptiam palmam (quæ apud Græcos ἀδίατρος vocatur) gustauerit, retardatur.* Quo loco ἄδιψος repone, vel ex Solino Polyhistore, ex quo locum totum transumsit iste, cuius verba non pigebit adscribere c 31. cap. *Palma quoque Ægyptia dicēda. Res est, propria ad ipsos* (male in quibusdam legitur, *ad ipsam*) *vocatur*, vt dici oportuit, *eaque gustata arcet sitim.* Odor idem, qui & malis cydoniis. Sed demum sitim sedat, si priusquam maturuerit, decerpatur: nam si matura sumatur, sensum intercipit, gressum præpedit, linguam

retardat, obsessisque officiis mentis & corporis, imitatur vitium ebrietatis. Non est opus ostendere, quam feliciter παρωδεῖ aut alludit theologus ille non contemnendus, ad Solini verba, cuius animum patet conferenti.

Senecæ locus restitutus.

CAPVT III.

APud Senecam *libro de ira* hunc in modum scriptum inuenias. *Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria Tintentio Colura loci nomen est.* Equidem locum sanandum puto, si legas, *in Syria*, inde Rhinocolura loci nomen est, nisi & *Rhinocorura* cum Stephano ethnographo legère malis. Est autem Rhinocolura siue Rhinocurata, & Rhinocera Diodoro, Ægypti vrbs, Plinio etiam Palæstinæ adnumerata, cuius incolæ trunci omnes & mutilati naribus fuere: ex talibus nanque deducta fuit colonia ab Æthiopum rege Artisane, aut quod Seneca maluit, Persarum rege, qui mitiore pœna in sontes animaduertere putans, non gentem totam succidere, sed ad iniuriam superstitem viuere voluit. Euentui attestatur nominis etymon, Græci enim *ῥῖνα nasum* vocant, κόλουρον, *quicquid mutilum est, & parte truncatum.* Quod si *Rhinocurara* legas, ἀπὸ τοῦ τῶν ῥινῶν κουρᾶς. sin *Rhinocera* ἀπὸ τοῦ τὰς ῥῖνας κείρεσθαι, vtrobique a demessis truncatisque naribus, nominis rationem elicias. Sed præstat Diodori verba ex Bibliothecæ secundo subiicere, deinde Strabonis, quod in historia, istorum magnus sit consensus de Æthiopum rege, qui noui generis pœnæ delicias excogitarit: sic enim ille de Artisana Æthiope loquens scribit: *Latrocinia nouo more coercuit, noxios neque capitali pœna tollens, neque inultos sinens: quo constituto iudicio, coactos in vnum reos mitisententia condemnauit, & amputatis narium spiraculis in deserta loca abire compulit, conditamque ibi ciuitatem, ab excisis nasis Rhinoceram dixit: ea in Ægypti Arabiaque confiniis sita haud procul mari, cunctis vita adiumentis indiget.* Hæc ille. Strabo vero in 16 ita εἶτα ῥινοκόλουρα, ἀπὸ τῶν εἰσοικισθέντων ἐκεῖ ῥῖνας ὑπὸ κολουθέντων. τῶν γὰρ αἰθιόπων τις ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν αἴγυπτον, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεῖν τοὺς κακούργους, ἀποτέμνων τὰς ῥῖνας ἐνθάδε κατῴκισεν, ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσοντας ἀναιρεῖν, διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως. hoc est: *Sequitur Rhinocolura, ab incolis naribus truncatis nomen habens: Regum enim Æthiopum vnus Ægyptum aggressus, in maleficos capitali pœna animaduertere nolens, præfectis naribus eo loco habitare iussit, eos posthac a latrociniis temperaturos, ob faciei fœditatem.* Græce videtur mihi locus esse mutilus, vt substituto participio κοπέντων aut simili hunc in modum legatur: ἀπὸ τῶν εἰσοικισθέντων ἐκεῖ ῥῖνας κοπέντων ὑπὸ κολουθέντων: tale quid enim desiderari videtur.

De

De Cereris ἑρμόχου cognomento, a nemine explicata ratio.

CAPVT IV.

POlemon in nono ad Timæum refert Delphis exstitisse fanum Cereris ἑρμόχου cognomento, quasi si dicas Mercuriueliam, cuius obscura admodum & a nemine, quod sciam, hactenus prodita ratio, vt mirari subeat cur in operoso illo suo Syntagmate, eius ne meminerit quidem Lilius Gyraldus. Equidem quid hac de re sentiam, non grauabor in publicum proferre modo germana sit lectio, & non corrupta apud Athenæum Dipnosoph. decimo. Itaque Cereris ἑρμόχου siue Mercuriuehæ simulacrum ab Eresiis (est autem Eresus Lesbi ciuitas Theophrasti patria) apud Delphicum Apollinem fuisse consecratum arbitror, vbi pleræque omnes vrbes votiua donaria delphis deponebant, quod ager Eresius præstantissimum candidissimumque frumentum produceret, cuius pollinem Mercurius ad deos, si quando pane vesci voluerint, subuehere fingebatur: quod innuisse puto Archestratum poetam, vt in opere quod γαστρονομίαν inscripsit, quo congessit, quicquid ipse deliciarum vsquam viderit, orbem terrarum, abdominis gratia, lustrans. Eius hi sunt versus:

ἐν λέσβῳ κλεινῆς ἐρέσου περικύμονι μαστῷ,
λευκότερον χιόνος ... θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν,
ἄλφιτ', ἐκεῖ ... ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει.

hoc est:

Vberi agri diues Eresus circumflua ponto
Fert niue candidius frumentum, atque inde farinam,
Si quando est vsus superis, Cyllenius emtat.

Fuit tamen, ne quid dissimulem, quando pro ἑρμόχου, legendum suspicatus fuerim ἐριθάλου, a roscido & germineo virore segetis in culmos assurgentis.

Quid sit recoctum apud Horatium.

CAPVT V.

APud Horatium *lib. 2. sermonum, satyra 5. legitur.*

Plerunque recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.

Vbi per recoctum intelligo veteratorem insignem, qui longo vsu didicerit, quid distent æra lupinis: coctum nanque vocabant quicquid vetus & multi temporis exsistat, vel Seruio teste, cuiusmodi illud Persianum est:

Vt ramale vetus prægrandi subere coctum.

Quomodo & Virgilii illud *Æneidos vndecimo* accipi potest de robo dictum:

Solidum nodis & robore cocto.

quod ad elaborationem artis ingenio quæsitam torquet Donatus. Similiter accipi puto & incoctum apud Aul. Persium, vbi quid

potiſſimum in ſacris ſpectet Deus, ille expendens, iubet nos eo adferre ſanctos mentis receſſus, & incoctum generoſo pectus honeſto: ac incoctum quidem, hoc eſt, duratum & circa virtutum actiones diu multumq; exercitum. Haud abſimili ferme ſenſu dixit *Recoquere* Fabius *lib.12.c.6.* de M. Tullio loquens, qui ſe Apollonio Molini Rhodi rurſus formandum ac velut recoquendum dederit. Acron Recoctos dici ait ſcribas, qui ſæpius pro conſulibus ad prouincias miſſi, exercitatiores facti eſſent ex ipſa frequētia & vſu: qua ratione veterator Donato exponitur, a multarum rerum gerendarum vetuſtate deducto nominis etymo.

Vocabula aliquot Germanica e Græco fonte cadentia.

CAPVT VI.

GLoriantur Bayſius & Budæus, Gallos ab antiquo fuiſſe φιλέλληνας, argumento paucularum vocum eius idiomatis, quæ Græcæ linguæ veſtigia conſeruent. At quanto iuſtius nobis gloriari licebit Belgis, quorum in lingua aliquanto plura indubitatioraque ſymbola ac documenta vocum ex vberrimis Græcę linguæ fontibus ſcaturientium exſtant: quorum aliquot enumerare iuuat hoc capite: omnes etenim recenſere, infinitam otioſi feriatique ingenii operam requirit. Primum enim quis dubitet noſtrum, *tonge*, pro lingua & voce, a Gręcorum φθογγῇ manare? quam illi γλῶσσαν λίσπαν vocant, *lubricam & ſuauiter balbutientem linguam*, nos in ſimili re, *liſpe tonge* dicimus, quaſi λίσπαν φθογγὴν. fuſus quo laniſicæ vtuntur in trahendo penſo, nobis, *Clos* vocatur, illis κλωστὴρ, & inde verbum, *closkē & cloſſen*, a κλώθειν: ſic *clouwen*, pro filum torquere, ab illorum κλωθεῖν deſcendit. Nos *grauen* pro ſculpere efferimus, vt illi γράφειν pro ξέειν, teſte Euſtathio, *melcken* pro mulgere, ab ἀμέλγειν ſic: *ſtrouwen*, a στορεννύειν pro conſternere: *laper*, pro ſorbendo haurire, a λάπτειν & λαπτύζειν ſeu λάπτειν: *craſſen* pro ſacrificare cutim, a χαράσσειν: *gripen*, pro inuolare vnguibus, a γρυφῶν. huberden, pro contumeliari & conuicia facere ab ὑβρίζειν: *calephaten*, pro conſolidare & compingere hiulca, a καλαφάτης: qua voce naupegus vocatur, cuius munus eſt nauis commiſſuras rimáſque ſolidare ſtuppa aliaue materia, *ſtiuen*, pro durare roborareue, a στίβειν: deriuatur, vt *ſtiif*, στιβαρῦ vocem exprimit. rurſus in alia ſignificatione ſtiuen, pro durare & cōſtringere amylo lintea ſeu pepla dicunt fœminę, voce originem ſuam referente ad στύφειν, quod cogere ac conſtringere notat. *Scheren*, pro tondere cæſariem, originem ſuam debet χρειὴ, quod tonſuræ genus eſt. Crabbe, a καραβὸς, ex cancrorum genere, deducitur: ſtrop, pro fune intorto, a στροφὸς: *bulck*, pro naue oneraria, ab ὁλκὰς: burgum vocamus quem illi πύργον, vicinia literarum b & p. *nevele*, pro nebula, a νεφέλη, *plat*, pro lato, a πλατὺς. *colp*, pro ſinu aquæ, a κόλπος; ſic dici-

tur sinus maris *stribling*, pro refractario & peruerso homine, a στρεβλὸς fit: philum nominamus scurram, quem Græci φήλον: rijm, pro gelu & pruina, refert se ad κρυμὸς: *krebbe*, pro lecto pensili puerorum, κρεβάτιον sonat *kuul*, pro specu concauo κοῖλον sapit: sic *koij*, pro cauo loco, a κόιλ manat, quæ vox κοιλώματα significat: *kakken*, quod (bonos ello auribus) aluum deiecere notat, a voce κάκκη, quę τὰ ἀφόδευμα καὶ ἀποπάτημα signat, vt Aristophanis interpres exponit, nascitur. *vreesen* pro metuere, a φρίζειν: *coppen*, pro truncare capite, ab ἀποκόπτειν. *doorrijssen*, pro perfringere, a ῥύσσειν: *ansissen*, pro incitare canes & in aliquē animare acclamationibus, ab ἐπισίζειν: *sticken*, a στίζειν, pro notis signare, aut picturatis signis ornare aliquid: *climmen*, pro scalis ascendere, significationem κλίμακος includit: *brimstich*, pro pruriginoso & salace homine, spirat originem verbi βρεμίζειν, quod est, ὀργᾶν εἰς συνουσίαν: sic *buzen*, pro comessati poculisque indulgere, videtur manare a βύζην, quod confertim denotat, quando videlicet confertim καὶ ἀθρόως ingestum potum significare volumus, cuius vocabuli apud Arrianum vsus est. Itidem & φυκίζειν communi imposturæ nomine, pro fuco fallere, nostrum, *vernissen*, fecit: nisi potius φοινικίζειν in eam laudem vocemus, a quadam purpurissi significatione. Iam & βρέμειν pro sonitum ædere, nobis produxit, *bremmen*, duplicata mugiente illa literâ: *bauuen vel baffen*, a βαΰζειν fit, pro latrare: *fleren* pro nugari, a φλυαρεῖν: *clocken*, pro sonitum reddere, qualem angustioris vasculum solet, a κλώζειν, vnde & κλωσμὸς: *stropen*, pro inuertere, a στρέφειν: gargelen, a γαργαρίζειν. Neque illa silentio prætereunda sunt. *kniker*, pro homine præparco & sordido, quem & illi κνιπὸν appellant: *lampe*, a λαμπάς: tombe, a τύμβη: *stijle*, a στήλη pro columna: *diinen*, & postea *duinen*, pro littoralis harenæ collibus, a θῖνες: *ancker*, ab ἄγκυρα. Brabanti mals vocant quod tenellum est & molle, voce μαλακοῦ vestigium seruante: & *aiboi*, ab αἰβοῖ abominantis auersantisque aduerbio, quo & Aristophanes vtitur: quin & lampers tenue quoddam & pellucidum velamen nominant fœminæ, relucente in eo & λαμπροῦ voce: & nostrum *crachsich*, vicinitatem habet cum κορυζώδης, & croile, cum κρόκαλος: *lueren* cum λῆρειν pro nugis: & *thranen*, a θρηνεῖν pro illacrymari, quod vir amplissimus Nicolaus Grudius admonuit: & quam nos *nacht*, illi νυχθὰ poetice magis vocant. Annotaui olim *in commentario de Coma*, scepescheren dici ab opificibus, qui panni lanei villos longis forficibus detondent, quoties strictim ad ipsam vsque panni cutim, vt ita dicam, illos resecant, quod σκαφιοκουρίαν composita voce dicere liceat, a σκάφιον, quod cutim significat, & κουρὰ tonsura. Quid plura recensere attinet, quum Germanicarum vocum immensum pelagus totum pene ad Græcos fontes arcessi posse putet doctiss vndequaque Ant. Morillonus?

Tibulli versus explicatus. Cur Venus concha vehi dicatur.

CAPVT VII.

LEgenti mihi apud Tibullum *lib 3. elegia 3.* versum illum:

Et faueas concha Cypria vecta tua.

& apud Statium *lib 1. Syluarum* in Veneris oratione:

Et nostra potuit considere concha.

non satis explicata primo occursu videbatur ratio, cur Venerem sua concha vectam vterque poeta dicat, præsertim nullis adiuto commentariis: itaq; in altiorem cogitationem incubui, vt caussam dicti exquirerem rimando, quod aperui commodum Placiades, qui auctoritate Iubæ Maurusii in Physiologis, scribit, concham marinam toto corpore simul καὶ ἀθρόως aperto, in coitu misceri, atq; inde esse, quod Venus pingatur concha vehi. Adde huc quod cōchyliacei generis esus, libidinis incentiuum promoueat. Potest in caussæ partem vocari & Cythera insula natalis Veneri, concharum buccinarumq; prouentu copioso olim nobilis, vnde & πορφυρὶς antea dicta fuit: quo facit versiculus ille Martialis:

Lautior & conchis Galla Cytheriacis.

Illud quoque considerare poterit feriatus lector, cur apud Claudianum Venus exquiri mandat Tritonem marinum Deum, quo vecta per altum deferatur, quum huic Deo concham sonantem, qua inspirare possit tribuat Ouid. *lib metamorph 1.*

Immerito criminari nonnullos Græcorum librorum conuersionem.

CAPVT VIII.

NOn subiacebit, vt puto, criminandi aleæ, si in ista miscellanea materia locum dem & Diamastigosi nostræ, qua flagellare obiter libuit absurdam & præposteram quorundam eruditionis nomine se venditantium morositatem atque inuidiam, qui rempublicam literariam e versione Græcorum librorum, insignem accipere calamitatem clamitant, doctos (seipsos innuunt arbitror) sua messe fraudari, laborum fructus intercipi, ipsos in ordinem redigi, nihilque a Latinis hominibus Græcę linguæ imperitis, quos isti pro numeris habent, discrepare lectionis opibus criminantur: quos ego rogatos velim, vt paulisper æquis mea verba accipiant auribus: quod si nolint, secum illos cornicari & dicteria mea motis labris ruminare libenter passurus sum. Nā quum (vti præclare a Stoicis disseritur) ad tuendam societatem humanam coniunctionemque animorum vniendam, qua sine in belluinam feritatem abire omnia necessum est, nihil sit prius, nihil fortius, nihil tenacius ratione atque oratione (quæ duo affinitate vocum parum diuersa, re ipsa pene vnum Græci rectius q̄ nos vno verbo complectūtur) hę aūt in mutua institutione, cōmunicatione,

tione, & iudicio positæ sint: quid obsecro in mentem istis venit, vt lucem de rebus tollere contendant? alios quibus aut non par otium, aut non eadem discendi voluntas in teneris rudibusq; annis fuit. doceri prohibeant, vt non dicam, liuore perciti inuideant? Priscis temporibus quum adhuc nuda virtus placeret, vigebāt artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret, vt cum Petronio Arbitro dicam: & nunc ista vtilitatis publicæ ac iuuandæ rei literariæ ratio exsolescet, & in culpam vocabitur? procul absit ista ab artibus non sine iusta grauiq; caussa ingenuis dictis, macula. At demiror hos ipsos non videre, quam multa Cicero o Platone, Xenophonte, aliis, ad verbum pene transcripserit, illorum flosculis superbiat, vt etiam glorietur alicubi, myrothecion se omne Isocratis consumsisse: sed occæcauit illorum oculos teterrimum liuoris virus. Sciūt Ennium libros Euhemeri de Græca in suam, hoc est, Romanam linguam conuertisse. Plautum, Terentium, quis nescit suarum comœdiarum bonam partem e Menandro, Apollodoro, aliisque Comicis haud dissimulanter conuertisse? Fatetur & Cicero appendisse se suis hominibus aduersarias orationes duorum nobilissimorum oratorum Æschinis & Demosthenis: item Arati Phenomena, & Xenophontis Oeconomicum, Pythagoram a Zora Assyrio pleraque sua hausisse & ab Ægyptiis refert Alexander cognomento Polyhistor *libro de Pythagoræ symbolis*, quæ ille suis proculdubio communicauit. Quorsum magno memoriæ detrimento tempus teritur in perdiscendis variis linguis, nisi vt audita, lecta compertaque ad nostrum vsum trahamus, aliis communicemus, non solis nobis sapiamus? Quin igitur Pythagoræ, Zamolxi, Platoni, ceterisque Platonicæ scholæ sectatoribus, vt Plotino, Iamblicho, quotquot denique exoticam ab Ægyptiis & Hebræorum libris hausere philosophiam, & eam Græcis ac barbaris, hoc est, suis hominibus communicarunt, diem dicunt? Cur non & Ptolemæum tantopere a scriptoribus laudatum in ius vocant, qui magna cura conquisitos vndique etiam barbarorum libros in Græcum transfundi sermonem curauerit? Monet sapienter Cicero & identidem inculcat, nō solis nobis natos nos esse. Et Aristoteles nebuloni stipem conferens, humanitati illud se dare professus est. Quur non & nos similiter, si qd Græcorum auctorum lectione iuuamur, in commune libenter id proferemus, ac promiscuum genus hominum tum eorum qui nondum adamussim Græca perdidicerunt, tum eorum qui linguæ illius prorsus rudes fuerint, eo munere, quod haud ambiguo diuini nominis beneficio obtinuimus, demereri satagemus: Scio Lysidem Pythagoreum publicari nolle præcepta magnis parta sudoribus, vt in quorumuis manus veniant, exemplo mysteriorum Eleusiniorum, quæ profanos excludebāt. Scio insatiabile Alexādri

Macedonis pectus cõmouisse editionem auscultatoriorum librorum Aristotelis. Nec me fugit Ægyptios δυσμεταδότους apud Strabonem audire, quod difficulter sua dogmata peregrinis communicarent. Atenim isti non inuiderunt discendi auidis suarum traditionum cognitionem, sed profanari eas & illotis pedibus proculcari, aut sannionum materiam fieri noluerunt: quomodo & Plato, qui mysteria ex Hebræorum voluminibus altiora, suis passim libris interspersit, Geometriæ imperitos, hoc est, primarum scientiarum cognitione non imbutos a sua schola excludendos censuit, dictante istud scholæ titulo. Enimuero Momo Ligurino hi mihi videntur iniquiores: ille nanque in Venere calumniabatur sandalium stridulum nimisque loquax, cetera collaudabat: at isti Venerem illam transmarinam e Græcia hospitem prorsus denegant & subtrahunt oculis profane eruditorum, sic eos nuncupantes, qui Græca aut non salutarũt, aut non satis callent. Quorsum vero consumitur ista inuidia? an vt soli sciant, soli sapere existimentur? atqui occinet illis lepide Persius:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

An vero vt in suis scriptis alcititio ex auctoribus raris & quos nisi Græce doctus legere nemo possit, cultu splẽdeant, atq; exuberẽt? Huc eorum si spectat ratio, quid culta illa & nobilia sua scripta cessans ædere, agricolis similes, qui post labores multos subigendæ terræ impensos, maturam messem colligere negligunt: nisi fortassis hoc consilio celandis furtis suis obicem strui posse credant, ne plagii arcessantur, neue iuxta apologum graculi alienis contecti plumis deprehendantur. Atqui diuus Hieronymus iudicat satius esse alieni operis interpretẽ exsistere, quam informis corniculæ modo, alienis se coloribus adornare. Verum excusabunt forte pudorem quo minus edant: quin ergo aliis industria fortasse neutiquam inferioribus istam prouinciam cedunt? Siue etenim sua publicant, siue non publicant, vtrobique peccant, & inuidiæ suæ pœnas luunt: vt enim edant aliquid, eadem certe edunt, quæ e Græcis mutuati sunt, quos publicatos Latioque donatos calumniantur: siue non edant, socordiæ ista indubie est & maleuolentiæ seges. At hic supersedeo plura verba commutare cum irritabili genere.

Euclidis Geometræ theorema ad Pythagoram relatum, & a Vitruuio explicatum, & dissensio auctorum eodem pertinens. Item Laertii locus emendatus, Ciceronis indicatus.

CAP. IX.

EVclidis Megarensis, quem στοιχειωτὴν appellat identidem Proclus, a tradendis Geometriæ elementis tyrociniisque nobile legitur theorema, quod prima fronte obscurum multorum auctorum testimonio ad Pythagoram Samium refertur, ordine quadrage-

quadragesimum septimum, quod ita Latine sonat: *In trigonis rectangulis, quadratum lateris recto angulo subiacentis, æquale est, quadratis laterum rectum angulum circumscribentium.* Cuiusquidem obscuritatem ingeniose admodum discutit Vitruuius architecturæ *lib. 9. cap. 2.* & veluti dispulsa nube ob oculos clare exhibet, tres areas statuens, quarum prima sit trium, secunda quatuor, quinque pedum tertia, quæ tamen prioribus duabus par faciat spatium: namquum prima triplicato nouenarium numerum impleat: secunda quadrifariam increscens, sedecim constituat: tertia pari ratione insurgens, vigintiquinque æquabit, duabus illis quantitate respondens, atque æquale spatium cōplens: quippe quum sedecim superaddita nouenis, in vigintiquinque incurrant, quot pedes area tertia continet Sed quid moror auctoris ipsius verba adscribere? Nanque si sumantur regulæ tres, e quibus vna sit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque hæque regulæ inter se compositæ tangant alia aliam suis cacuminibus extremis schema habentes trigoni, deformabunt normam emendatam. Ad eas autem regularum singularum longitudines, si singula quadrata paribus lateribus describantur, quod erit pedum trium latus, areæ habebit pedes nouem: quod erit quatuor, sexdecim: quod quinque erit vigintiquinque. Itaque quantum areæ pedum numerum duo quadrata ex tribus pedibus longitudinis laterum & quatuor efficiunt, æque tantum numerum reddit vnum ex quinque descriptum. Id Pythagoras quum inuenisset, non dubitans a Musis se in ea inuentione monitum, maximas gratias agens, hostias dicitur iis immolauisse. Hactenus ille. Quod autem iste Pythagoræ inuentum vindicat, Thaleti tribuit Pamphila historica fœmina, quem primum trigoni orthogonion descripsisse asserit, ab Ægyptiis edoctum. Sed a Vitruuio stant plures auctores. Siquidem Proclus Diadochus libro 4. Euclidis theorema istud demonstratione astruens, sic inquit: *Qui vetera perscrutari satagunt audire est, theorema istud relegantes ad Pythagoram inuentorem, dictitantes eo inuento bouem immolasse.* Græce est βουθυτεῖν λεγόντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ εὑρέσει. Istud dictum alii supra fidem extollunt, hecatomben, hoc est, boum centuriam immolasse illum scribentes: nam Apollodorus calculator, quem λογιστικὸν *in Pythagora* Laertius, ἀριθμητικὸν appellat Athenæus *lib.* 10. scribit eum ἑκατόμβην θῦσαι εὑρόντα ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. id est: *Hecatomben sacrificasse, quod inuenisset; latus subiectum rectangulo trigono, tantundem valere, quantum ambientia.* Quæ verba apud Laertium & Athenæum paucis mutatis leguntur nisi quod Epigramma eam rem contestans, vel potius Epigrammatis pars corruptius legatur in Laertio, hoc pacto ex Athenæi lectione restituendum:

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα,
κλεινὸς ἐφ' ᾧ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην

vel ita ex Plutarcho, κεῖνο, ἐφ' ᾧ λαμπρὴν ἤγετο βουθυσίην
id est,

Pythagoras quando inuenit prænobile schema,
Multa hinc gratificans cæde boum superis.

Vnde elucescit, quidnam sit nouum illud, ob cuius inuentionem Cicero Pythagoram bouem immolasse ait, sic scribens *libr. de natura Deorum 3.* Pythagoras quum in Geometria quiddam noui inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur: sed id quidem nō credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Sentit isthic de ara Piorum dicta, de qua antea diximus nonnulla. Meminit huius rei & Plutarchus *in sympos. lib 8 c. 2.* hunc in modum scribens: Inter maxime geometrica theoremata, vel problemata potius, exstat illud, Duabus formis datis alteram adducere, partim æqualem, partim similem: quo inuento Pythagoram sacrificasse diis perhibent: multo nanque subtilius istud est & cōcinnius illo theoremate, quod demonstrat latus subiectum idem valere quod latera circa rectum angulum constituta.

Qu. Septimii Florentis locus a mendis vindicatus.

CAPVT X

EXstat Septimii Florentis Tertulliani, viri antiquitatis omnis scientissimi, sed labante simul cum imperio & Romani sermonis elegantia, in stylo durioris, liber de Pallio, monstrosissimè impressus, cui non possum non Pæoniam manum addere, quatenus datur, sanando locum vnum atque alterum: nam omnia mēdarum portenta resecare non vnus Hercules queat, vel multis Iolais adiutus. Ac primum vbi legitur: *Quanquam Tullius quingentis millibus non vnum orbem citri emit. quæ bis tantum Asinius Gallus pro menda eiusdem Mauritanæ numerat.* Hic ego, loco, *non vnum*, legendum autumo, *nummum*: pro citri, cedri: pro *menda*, *mensa*: idque Plinii auctoritate innixus, vnde ista mutuatus est: is nanque *lib 13. cap. 15.* loquens de Cedri arbore apud Mauros plurima ad mensarum insaniam expetita: *Exstat*, inquit, *hodie M. Ciceronis in illa paupertate. & quod magis mirū est, illo æuo empta HS. X. & com. memoratur & Galli Asinii HS. vndecim.* Qui locus, si summam pretii spectes longissime exorbitat ab immani precio quod Tertullianus reperit. Etenim Tulliana ista Plinii mensa, decem sestertiis æstimata, hoc est, decem millibus nummū, ducentorum quinquaginta Coronatorum aureorū sortem implet: at illa Tertulliani, quingentis sestertiis, siue, millibus nummum penditur, hoc est, duodecim millibus & quingētis aureis. Itaq; propiore cōsilio capitum, legendū in hoc auctore putarim hoc pacto: *Quanquam Tullius quingentis millibus nummū orbem cedri emit.* tametsi

alterius

alterius vel codicis vel scriptoris fidem secutus, etiam bis tantum in mensam cedrinam insumsisse Asinium Gallum prædicat, vbi vno sesterno plus insumtum refert Plinius. Sed transilio ad ea, quæ mox sequuntur. Itē qua lances centenarii ponderis Sylla molitur: vereor sane ne parua sit ista trutina, quum Rusilianus equidē seruus Claudii quingenaria promulsidem ædificat suprascriptis fortasse an mensis necessaria, cui si officina exstructa est, debuit & triclinium in mergo æque scalpellū acerbitat ei. Ego sic lego: *Quum Drusillanus equidem seruus Claudii quingenarium promulsidem ædificat, suprascriptis fortasse in mensis necessariam, cui si officina exstructa est, debuit & triclinium.* Nam quæ sequuntur verba, me non intelligere fateor ingenue. Res nota est ex Plinio *lib.* 33. *c.* 11. vbi sic loquitur: *Nostra ætas fortior fuit Claudii principatu, seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris, quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.* Quo loco obiter nota *promulsidem* a Tertulliano vocari q̄ Plinius *lancem* dixit, diuersa significatione q̄ a Grāmaticis exponatur, qui potionē ea voce notari annotant, conuiuis loco mulsi ad excitādam cibi auiditatē exhiberi solitam. quo sensu apud Ciceronem lib. epistol. nono accipi videtur, ibi: *Non eum quem tu solebas es promulsidæ conficere.* Redeo ad Tertulliani verba, quæ paulo post sequuntur. *Qua Asinius Cetus mulli vnius obsonium sextus detulit.* Huic loco Plin. optime medebitur, qui *li* 9. *c.* 17. de pisce mullo verba faciens, ita scribit: *Asinius celer e cōsularibus, hoc pisce prodigus, Claudio principe vnū mercatus octo millibus nūmum.* E quibus verbis in Septimio ita reposuerim: *Qua Asinius Celer mulli vnius obsonium sestertiis octo detulit.* Sestertia n. octo, idem caput cōstituunt q octona millia nūmum. Fuit aūt procliuis lapsus, quum imperitus exscriptor, ignarus quid sibi vellēt eæ notæ, sex 8 quib. sestertia octo significabantur, imitatus rudem picturam, vocem æque sibi ignotam, sexis delineauit. Rursus in eodem sic legitur: *Qua Æsopus histrio ex auibus eiusdem pretiositatis vt canoris & & loquacibus quibusque centum millium patinam confiscauit*: forte legendum rectius, *conflauit*. Aliter Plinius *libro* 10. *cap.* 51. patinam hanc sexcentis sestertiis taxatam ait, vt fortassis non centum, sed sexcentorum millium, Tertullianus ipse scripserit. Sed non minor in verbis continēti serie annexis error est, vbi ita scriptum inuenio: *Qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumtuosius esurire margarita.* Nanque vel ipso nomine pretiosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Ego sic distinguendum scribendumque censeo: *Sumtuosius esurire. Margarita nanque vel ipso nomine pretiosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset.* De Clodio Æsopi tragici histrionis filio, qui margarita ipso nomine pretiosa, hoc est, vniones & singularia naturæ opera absorpserit, & conuiuis absorbenda dederit, vide Plinium *libro* 9.

capite 35. vt toties in Tertulliano accuratam Plinianæ historię lectionem indicemus.

Adagium, Schema & triobolus.

CAPVT XI.

PRouerbium est apud Eustachium *in Iliados* 13. ab Erasmo prçteritum, χῆμα καὶ τριώβολον, cuius vsus erit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris, remissos & non nisi præmiolis expugnabiles: cui vitio dexterrimus quisque obnoxius ferme esse deprehenditur. Nata parœmia a Tragico Phrynicho, qui studii tantum atque operæ collocasse in saltationes Tragicas perhibetur, vt nouum genus modumue saltandi excogitantibus, triobolum præmii vice numeraret. Refertur ab aliis ad Pythagoram prouerbii origo, quem Iamblichus philosophus scribit, ingenioso dextroq; discipulo, sed ad excolendas disciplinas tardiori, proquolibet mathematico schemate, triobolum pependisse, vt præmii inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studioque discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) faces quasdam subderet.

Quis fuerit Aries Phryxi. Item Pausaniæ locus expensus & Theonis: nec non de Cnymisticis libris nonnulla.

CAPVT XII.

DE Phryxi ariete pleni sunt fabulatorum & poetarum libri omnes. Quis autem reuera fuerit aries ille, examinandum esse duxi latius. Scribunt Pherecydes & Hesiodus, Athamantis & Nepheles liberos fuisse Phryxum & Hellen. at Herodotus scribit, Athamanta Æoli filium Thebanorum regem ex Themisto coniuge proles suscepisse numero sex, Schœnea, Erythrior, Leuconem (quem Pausanias ante patrem decessisse ex morbo prodidit) Pœum, Tittonum vocat Zezes, natuque minimos Phryxum & Hellen, quos insidiis Inus nouercæ appetitos, fugisse patriis sedibus extorres, Hellenque in discessu diem obiisse. Comitem fugæ vectoremque perhibent omnes Arietem *Chrysomallon* (ita enim apud Germanicum Cæsarem lege, pro *Chrysoncillus*) quasi dicas, *aureo tectum vellere*, quem ex concubitu Neptuni cum Theophane Altidis filia in ouem transformata natum, fabulatur Hyginus & Germanicus. Eundem mactasse Phryxum victimam Ioui τῷ φυξίῳ, hospitatori, per quem periculum euaserat, iugulatique pellem Æetæ Colchorum regi dono dedisse, refert Eratosthenis auctoritate Theon Aratæus interpres: quo loco legendum ne sit φυξίῳ quod cognomen etiam est Iouis exsulum defensoris, teste Apollonii scholiaste, an vero λαφυστίῳ controuersum facit Pausanias *in Atticis*, & clarius etiam *in Bœoticis*, ita pertexēs fabulam: *Athamante*, inquit, *in monte Laphystio Phryxum pariter & Hellen*

imo laturo, ferunt missum fuisse ab Ioue pueris arietem, aurea lana insignem, cum quo illi fuga euaserint. Hunc Arietem fuisse ἐπίτροπον & quæstorem pecuniarum Athamantis Phrygiæ regis, exponit Palæphatus, qui cognita huius de interficiendo filio voluntate, vna cum Phryxo imposita in nauim magna vi opum, abnauigarit in Colchos, vbi Æetæ regis filiam Chalciopen coniugem duxerit. Dionysius in Argonauticωn secundo ait κριὸν siue Arietem, fuisse Phryxi alumnum, qui cognitis insidiis suus nouercæ, Phryxo auctor fuerit vt saluti suæ fuga consuleret, simulq; profectionis comes in Colchos adnauigarit. Diodorus Siculus Arietem Phryxi pædagogum diis immolatum Æetæ Colcho fuisse refert, eiusque pellem detractam, templiq; parietibus inter donaria more barbaro appensam, deauratamq; adhibitis custodibus seruari iussam fuisse. Alii arietem interpretantur nauim arietina forma, aut saltem arietis insigne in prora præferentem: ita Lucilius Tarthæus Phryxum ex quorundam opinione ἐπὶ κριοπροσώπου σκάφους, in nauicula cuius prora arietem prçferebat, mare traiecisse annotat: sic & Diodorus lib. 5. Simili ratione Herculem ad Erythiam siue Gades trãsuectum Scypho, hoc est, scyphiformi naue memorant Panyasis & Pherecydes. Sic Taurum, qui Europam vexit, nauem taurina specie fuisse refert Iulius Pollux: & Nymphis Heracleotes nauem, qua Phryges Bosphorum nauigarunt, insculptam habuisse tauri παράσημον, atque ab eius tauriformis nauis traiectu finxisse illos, quod bos fretum illud transmiserit, narrat. Differẽtem a supradictis opinionibus rationem adfert Suidas in dictione δέρας, dicens arietinum illud vellus a Phryxo donatum siue Æetæ socero, siue secundũm alios vxori Chalciope, fuisse libellum arietinis velleribus, chartisue pergamenis descriptum, in quo cõtinebatur auri conficiendi διὰ χημείας ratio omnis. Aureum istud vellus e solido auro, πάγχρυσον dicit Euripides; at Simonides *in hymno Neptuni*, ostro purpuræue flore tinctum fuisse ait. Illud vero per occasionem addendum est, libros de auri argentique chymia a priscis Ægyptiis conscriptos, magno studio conquisiuisse, & inuentos exussisse Diocletianum Imperat. Quin & Zosimus Alexãdrinus philosophus legitur scripsisse χημευτικῶν *lib. octo* & viginti ad Theosebiam sororem, indito libris & altero titulo, quo χειρόκμητα a manuario labore vocarentur.

Senecæ locus emendatus ex libro ad Albinam.

CAPVT XIII.

NOn possum inconniuenter præterire locum Senecæ non vno modo aut simpliciter mendosum, ex libro de consolatione ad Albinam, vbi sic scriptum inuenio. *Nunc transiliens ab ipsis, quarum amœna positio & opportunitas regionis pluris allicit, deserta loca & asperrimas insulas, Ciatum, & Symphum, Giarum, &*

Gorsitam pete. Hæc insularum nomina exiliis nobilitata, in meliorem faciem ita reponenda puto: *Sciathum & Siphnon, Gyarum, & Corcyram pete* nisi pro *Sciatho Cythnon* mauis legere aut Cianon: certe Cianon & Sciathon inter insulas a dispersione nominatas Sporadas, enumerat Plinius, at Cythnon inter Cycladas: inter quas ponitur ab omnibus & Siphnos in Creticum mare vergens, quæ & Siphnium astragalum in prouerbii ludicrum traxit. De Cyaro indubitata res est ex omnium scriptorum fide. Quod vero pro Gorsita Corcyram substitui, facit lubricus facilisq; deflexus literarum in vocibus & sono & tractu affinibus: nam C. maiusculum leui ductus momento in G deuiat, & r in t. Scit autem non nemo Corcyram Ionii sinus insulam esse, antea Melænam cognominatam, de qua Plinius, & in Dionysium Eustathius: nisi malit quis Cosyram insulam Africi maris substituere, infœcūdam illam & sterilem, vt pleraq; exiliorum loca, de qua Ouidius:

Molle e sterili vicina Cosyra.

Quid sit Catastus apud Vitruuium Calius erroris notatus.

CAPVT XIV.

CAtastus Vitruuio est seruus venalitius e catasta profectus, quam compedem ligneum exponunt quidam rectius, quam qui ad Græcam originem referentes vocabulum, locum esse putant, in quo venum exponantur seruilis cōditionis homines, quasi a καθιστᾶν, a sistendo istud fluxerit: priore enim in significato Plinii illud *lib.35.* accipi video: *Talem in catasta videre Chrysogenum Sylla.* Hic est Chrysogonus oratione Ciceronis pro Roscio Amerino nobilis. Similiter vsus est Tibullus *elegiarum li.2.* vbi periphrastice catastum describit, ibi:

Nota loquor. regnum ille tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Vitruuii vero locus est *libro architectura. 8. cap. 4* sic scribentis: *Vt quis ibi procrearentur voces ad cantandum egregias haberent, ideoq; semper transmarinos catastos emere formosos & puellas maturas, eosque coniungere, vt qui nascerentur ex his, non solum egregia voce, sed etiam forma essent non inuenusta.* Quo loco Calastros legit, exturbata veriore lectione, Cælius antiquarius, a vocalitate forsassis efformata, vt putauit, voce, a καλιστρέω verbo, quod *clamare* significat. Hos transmarinos catastos circumscripsit Plinius *libr. 35 cap 17.* decreta loquens vilissima: *Qua, inquit, pedes venalium trans mare aduectorum denotare instituerunt maiores.* De iisdem sensit ibidem, *cap. penultimo*, vbi ait: *Tantum que non eum laureatis fascibus remitteret illo, vnde creatis pedibus aduenissent.* In quam sententiam Synesius lib. *de insomniis*: ὥστε ὁ δεδεμένος ἐν πέδαις, καὶ λέλυται καὶ στρατεύεται καὶ στεφανηφορεῖ καὶ πανηγυρίζει, καὶ τυραννίζει, εἰ μὲν [illegible], εἰ δὲ [illegible], καὶ μετὰ τοῦτο [illegible]

ν. id est: *Vt vinctus in catasta & liberatur & ducat ordines, & coronatur, mensamque apponit, si lubet, Medicam, aut Siculam, interea pedum oblitus.* Exstat & catasti mentio apud Martialem *lib. 12. epigrammatum*:

Cum tibi Niliacos portet crystalla catastus.

De Asellis animalculis expensum iudicium ex Galeno, Plinio, & Cornario: & de voce Iulus.

CAPVT XV.

Bestiola est multipes, sub hydriis aquiminariisque nascens, & per muros scansim enitens, & ad contactum sese in pilæ modum contrahens, quam Latini multipedam, millepedam, & centipedam nominant, Græci *ὀνίσκον*, quasi Asellum a colore nuncupant, Dioscorides etiam *κύβαρίδα*, Galenus & Ægineta *ὄνον*, Aristoteles cum adiecto, *ὄνον πολύποδα*, *quasi asinum multipedem*: Asiana lingua *κύαμον* ob fabæ similitudinem, Galeni testimonio: nonnulli etiam *πολύποδα*, alii quoque *ἴουλον* velut *ἴον ὅλον*, quod toto corpore obseptis pedibus gradiatur, vt equidem existimo. Marcellus Medicus Cutionem a cutis duritia soliditateq; appellat, quod annotat Ianus Cornarius magnæ eruditionis & multiiugis lectionis vir. Nimirum Zezes apud Lycophronem *ἴουλον* exponit vermiculum multipedem per muros gradientem: & addit Etymologici auctor ita dictum *ἀπὸ τοῦ ἰέναι καὶ τῆς λειότητος τῆς πορείας*, *ab incessus facilitate*, siue *ἀπὸ τοῦ εἴλω καὶ πυκνῶς εἰλεῖσθαι*, *quoniam crebro in orbem volutatur.* cui animalculo, quia scolopēdræ instar bipartitum multorum pedum ordinem habeat, Lycophron comparat naues Paridis ob remorum duplicem ordinem, *ἰουλοπέζους*: quasi multiremes & aselli instar gressiles eas nuncupans. Theophrastus *in quadam ad Phaniam epistola* *ὄνον* vocari dicit auctoritate Sophoclis *in Surdis Satyris fabula*, sic dicentis: *κυλισθεὶς ὥσπερ ὄνος ἰσόπρηος*: id est: *volutatus Aselli instar serrati crenatiue*: *ἰσόπριον* enim dixisse videtur serræ similem, propter crenulas illas, quæ in aselli corpore arcuato visuntur: nisi legendum quis potius cēseat *κύπριος*, argumento descriptionis quam ex Galeno subiiciam, quod in sterquiliniis fere nascatur. Sed quid moror Galeni descriptionem describere ex *tertio de medicamentorum secundum locos compositione*, sic scribentis: *ζῶον ἐστὶ πολύπουν, ἐν τοῖς ὑδρηροῖς ἀγγείοις καὶ ἐν ταῖς κοπρίαις γεννώμενον, καὶ ἐπὶ τῶν δακτύλων ἐπιψαύσεις σφαιρούμενον.* Latine sonat: *Bestia est multipes, in aqualibus sterquiliniisq; nascens, & ad digitorum cōpressiones in globum se rotans.* Quod testimoniū de ea perhibet & Dioscorides. Poterat & Plinius de eodem animalculo videri sentire *lib. 29. cap. vltimo*. vbi hunc in modum scribit: *Millepeda, ab aliis cētipeda aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ villosum, multis pedibus, arcuatim repens, tactuq; cōtrahens se, oniscon Græci vocant, alii tylon.* Quā quidē Plinii descriptionem,

velus in re eadem adducit Cornarius. Sed duo sunt in ea quæ suspicionem mihi commouent, de hoc ipso animalculo passim noto fusci coloris aut subliuidi, in maceriis humectis aut vliginosis ruderibus stabulante, pluuiæque tempestatis indice, & ad contactum sese in gyrum contrahente, Plinium non agere: siquidem pilosum esse, & arcuatim repere illud suum prædicat, quorũ neutrum in hoc nostro apparet, quippe cuius in corpore crenato ne vestigium quidem pili vllum extet, neque arcus in morem inter reptandum incuruari conspicitur, nimirum toto corpore gradiens. Quapropter Plinium de ea potius bestiola loqui suspicio est, quæ non parum pilosa & arcuato corpore sese promouens, hortos perreptat, frondesque depascitur, quæ conuoluolus a voluendi argumento Catoni dicta videtur. Iudicium penes doctiores, quos ea cura tangit, relinquo. At quod ex Clitarcho in Glossis adfert Etymologici auctor, Polypum piscem a Lacedæmoniis ἴουλον vocari, perperam de pisce perscriptum arbitror, referendumq; puto ad istud de quo agimus, quodque multipedam simili de caussa Latinis dici annotauimus. Habet autem ἴουλος præter dictam, etiam alias significationes: nam & prima lanugo siue flos obsepientium genas mentumue pilorum, ἴουλος Græcis dicitur, vt apud Theodoritum *lib. de prouidentia 4.* πρότερον μὲν γὰρ ἴουλος αὐθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τριχῶν μετρία καλύπτει. id est: *Primo efflorescit lanugo, mox mediocris pilorum sylua genas operit.* Et apud Apollonium Rhodium *lib. 2. argonaut.* ἴσον τοῦ κακείνῳ ἐπιστιχόωντες ἴουλοι, hoc est: *Atque illi culmis lanuginis erumpebant.* Dicitur & ἴουλος capillaturæ contortio, quo sensu & metaphoricos extuli: sic videtur Plinius de auellanis loquens *capite 29 libri 16. Ferunt*, inquit, *& auellanæ iulos compactili callo, ad nihil vtiles.* Eratosthenes *in hymno Mercurii* Iulon pro lanificarum cantilena videtur vsurpasse ibi:

ἀχερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δινεῦσα λίθας τοὺς χέουσα, καλοὺς ἤειδεν ἰούλους.

id est:

Lanifica at supero in cœnaclo pensa trahebat,
Farq; parans salsum, festos cantabat Iulos.

Negat hoc Didymus, contenditque Iulon dici hymnum, in laudem Cereris, quod ex Semo Delio annotat & Athenæus lib. 14 & indicat Theodoritus *lib. de materia & mundo* sic inquiens: *Ne cantemus Iulum Cereri, neque Rhea Lityersan, nec Baccho dithyrambum.*

Fulmen cur telum trisulcum a poetis dicatur.

CAPVT XVI.

CVr a poetis telum trisulcum fulmẽ dicatur, neminem Grammaticorum subtiliore inquisitione consectatum fuisse demiror: quod quia intentatum est aliis & indictum, coniectura dabitur

bitur locus, & quidem multiplici. Aut enim trisulcum propterea dici putandum est, quia superiorum trium siderum, Saturni videlicet, Iouis, ac Martis, ignes ad terram deciduos, fulmina vocari tradiderunt principes doctrinæ viri, & præcipue sideris medio loco positi, quoniam cõtagium nimii humoris e superiore Saturni circulo & ardoris e subiecto Martis, per hunc modum egerat: vnde natum sit, quod fulmen Iupiter iaculari dicatur quod mitius existimatur, quum Saturni læuum & exsecrabile, Martis cremans habeatur. Ad quam rationem vocari potest diuisio trium generum fulminum a Seruio posita, vt fulmen quod afflat, hoc est (*vt interpretatur Seneca*) quod leui iniuria lædit, Ioui tribuatur: quod punit perimitque Saturno: quod incendit, Martis sideri. Aut secundum Plinianam rationem, quę tria fulminum genera tradit: primum siccum, quod non adurit, sed dissipat: alterum humidum, quod non vrit, sed infuscat: tertium clarum, quo quæ intus latent, liquantur, aut dispereunt, illæsis operimentis. Aut quia Ioui fulminum auctori, ex Hetruscorum in fulguralibus libris sententia, tres sint datæ manubiæ ex vndecim fulminum generibus, nouem numero diis attributis: quarum prima moneat placideque agat, ex sua ipsius sententia: secunda non omnino impune exerceatur ex duodecim deorum (quos Consentes vocat Varro) arbitrio: tertia peruastet misceatque summa commutet, neque id absque superiorum siue inuolutorum deorum nutu. Dicuntur autem (vt id obiter dicam) in Thuscorum literis iactus fulminum Manubiæ. *vt est apud Seruium*: quomodo manubias omnes albas & nigras, Palladis esse: rubras & sanguineas, Iouis, scribit Acron. Quid, quod Seneca ex Cecinna, qui de Hetrusca disciplina scripsit, tria fulminum genera tradat, *Consiliarium*, quod sequitur post cogitatum negotium, siue, vt Marcellinus ait, suadet dissuadetue aliquid fieri: *Auctoritatis*, quod re perfecta euentum bonum malumue denuntiat: *Status*, quod inopinatos opprimat. Adde huc tres fulminum species a Suida & Grammaticis positas, quorum vnum sit σκηπτὸς siue καταιβάτης, quod transfigit: ἀργής, quod afflat infuscatque: & ψολόεις, quod tactu perimit: quib. duo addit Zezes Lycophronis interpres, πρηστὴρ siue πυρόεις, de quo Iuuenalis illud loquitur:

Iratum cadat in terras & vindicet ignis.

& ἑλικίαν, quod turbine cieatur. Quicquid sit, fulmen trifariam semper armant auctores, vt Seneca tria eius genera facit, terebrans, discutiens, & vrens: & hoc rursus trifariam, vel afflando leuiterque perstringendo, vel accendendo, vel comburendo: Seruius Honoratus nunc quod terreat, afflet, & puniat, inter fulminum genera enumerat: nunc quod afflat, incendit, & scindit: nunc vero quod colorat transfigit, & afflat. Illud corollarii loco addẽdum est, fulmen diurnum, Iouis putatum fuisse, vnde & Dium

fulgur appellabatur, teste Sex. Pompeio: nocturnum vero Summani, quod repetitur & a C. Plinio *lib. 2 cap. 52.*

Martialis aliquot epigrammata auctori suo restituta.

CAPVT XVII.

NOn possum quin Martiali lepidissimo poetæ, epigrammata aliquot sua, hoc est, festiua, in impressis codicibus hactenus desiderata, ex venerandæ vetustatis exemplari in Anglia mihi olim descripta communicataque a Bigamo homine candidissimo restituam in hac materierum miscellanea turba: ac primum est *illud ad Ponticum:*

Pontice per reges discurris, & omnia lustras,
Magna quidem sequeris Pontice, magnus homo es.
Pontice si qua facis, sine teste facis; sine turba,
Non adhibes multos Pontice, cautus homo es.
Pontice te celebrem forma natura creauit,
Dignus eras Helena Pontice, pulcer homo es.
Pontice voce tua possis adamanta mouere,
Vox tua dulce sonat Pontice, dulcis homo es.
Pontice sic alies, sic te quoque decipit error.
Vis dicam verum Pontice, nullus homo es.

Ibidem de Vetula.

Tacta places, audita places, si non videaris
Tota places, neutro si videare places.

Ibidem de Milone.

Milo domi non est, peregre at Milone profecto
Arua vacant, vxor non minus inde parit.
Cur sit ager sterilis, cur vxor lactitet, edam:
Quo fodiatur ager non habet, vxor habet.

Ex lib. c. 12. In histrionem.

Ante Iouis statuam, crepuit satur histrio: pœnam
Iuppiter indixit, viuere de proprio.

Ad Milonem.

Thura, piper, vestes, argentum, pallia gemmas,
Vendere Milo soles, cum quibus emptor abit.
Coniugis vtilior merx est, quæ vendita sæpe
Nunquam vendentem deserit, aut minuit.

In effrontem.

Os atavi, patruique tuum, duo lumina patris,
Et matris gestas aera habere tua
Quum referas priscas, nullamque in corpore partem
Mentiris, frontem dic mihi cuius habes?

Ex quibus vnum atque alterum ex prioribus non satis Martialem spirant, vt meum libere arbitrium interponam: reliqua illius esse, vel Iouem lapidem deierarim. Hæc eo libentius ascripsi, quod doleam

eoleam lectionem variam Martialis epigrammatum, cum hac ipsa appendice ante sexenniũ typographo cuidam creditam, nondum in publicum exisse.

De ostracismo, Petalismo, & Ephyllophoresi, relegationis generibus. In his locus apud Phauorinum emendatus.

CAPVT XVIII.

OStracismus, quem testularum depositionem vocare licet, relegatio erat, genus exilii temporarium, ac ferme decennale, quo suæ exulanti substantiæ integræ intactæque reseruabantur: neque in deploratos homines & nefarios, sed velut reipub graues ac virtutis nomine odiosos magis, quam scelerum compertos, exercebatur, quod a Iulio Polluce *lib.* 8. perscriptum est. Nec enim flagitiorum pœna erat exostracismus, vt innuit Plutarchus, sed in speciem fastus grauiorisque potentiæ castigatio deductioque, at reuera liberale inuidiæ remedium & solamen quoddam: constat nanque prudentissimum quemque & consultissimum huic legi obnoxium maxime fuisse, & ostracismo exulasse: sic Aristides cognomẽto Iustus, sic Solon optimarum legum auctor, sic Themistocles, sic Thucydides, sic Xantippus, sic Alcibiades, magni viri omnes, eius legis iniuriam experti sunt. Sed in Hyperbolo extremæ improbitatis homine, quæ etiam in prouerbii ludicrum cõuersa est, desiit atque abrogatum est mal-go ve legis arbitrium: vt mox dicemus: nam Cimonem (quem falso Aristiden nominat Phauorinus *in dictione* ὀστρακίνδα, vbi pro Ἀριστείδης repone ὁ *Κίμων* ex Suida & Athenæo libro 13.) ob nefariam cum sorore Elpinices coniunctionem, incesti reum, merita animaduersione a populo per ostracismum exclusum censeo, grauiore quoque pœna dignum. Quin & Theseum primum omnium ostracismo eiectum prodidit Theophrastus, & ex eo Suidas. Quo nomine miror quod tanto post tempore Hippiam tyrannum legem de ostracismo inuexisse scribit Heraclides in fragmento de politiis, positam, vt ait, propter tyrannice agentes: nam si quem ob nimiam potentiam, aut popularis auræ fauorem, ad tyrannidem viam affectare creditum foret, ciues nomen suspecti testulis inscriptum deferebant. Quem morem obseruasse & Argiui & Milesii & Megarenses leguntur. Eandem legem ab Athenensibus transumentes Syracusani, priuati eam iuris sibi fecerunt, non testis, sed oliuæ foliis nomen rei inscribentes, & πεταλισμὸν inde, velut foliationem quandam, ἀπὸ τῶν πετάλων, id est, a frondibus, nominantes. Similis est ἐκφυλλοφόρησις, *per folia exactio*, apud Zezen omnigenæ historiæ scriptorem, nomine discrepans sed in re consentiens; cuius apud Dinarchum oratorem fit mentio aduersus Polyeuctum, quem ἐκφυλλοφορηθέντα, hoc est, foliorum suffragiis ab aris focisque exturbatum dicit. Reliquum est, vt ex Polluce Plutarcho in

Tibulli versus explicatus. Cur Venus concha vehi dicatur.

CAPVT VII.

Legenti mihi apud Tibullum *lib 3. elegia 3.* versum illum:

Et faueas concha Cypria vecta tua.

& apud Statium *lib 1. Syluarum* in Veneris oratione:

Et nostra potuit consuevere concha.

non satis explicata primo occursu videbatur ratio, cur Venerem sua concha vectam vterque poeta dicat, praesertim nullis adiuto commentariis: itaq; in altiorem cogitationem incubui, vt caussam dicti exquirerem timando, quod aperu & commodum Placiades, qui auctoritate Iubæ Maurusii in Physiologis, scribit, concham marinam toto corpore simul καὶ ἀθρόως aperto, in coitu misceri, atq; inde esse, quod Venus pingatur concha vehi. Adde huc quod cōchyliacei generis esus, libidinis incentiuum promoueat. Potest in caussæ partem vocari & Cythera insula natalis Veneri, concharum buccinarumq; prouentu copioso olim nobilis, vnde & πορφυρὶς antea dicta fuit: quo facit versiculus ille Martialis:

Lautior & conchis Galla Cytheriacis.

Illud quoque considerare poterit feriatus lector, cur apud Claudianum Venus exquiri mandat Tritonem marinum Deum, quo vecta per altum deferatur, quum huic Deo concham sonantem, qua inspirare possit tribuat Ouid. *lib metamorph* 1.

Immerito criminari nonnullos Græcorum librorum conuersionem.

CAPVT VIII.

Non subiacebit, vt puto, criminandi aleæ, si in ista miscellanea materia locum dem & Diamastigosi nostræ, qua flagellare obiter libuit absurdam & præposteram quorundam eruditionis nomine se venditantium morositatem atque inuidiam, qui rempublicam literariam e versione Græcorum librorum, insignem accipere calamitatem clamitant, doctos (seipsos innuunt arbitror) sua messe fraudari, laborum fructus intercipi, ipsos in ordinem redigi, nihilque a Latinis hominibus Græcæ linguæ imperitis, quos isti pro numeris habent, discrepare lectionis opibus criminantur: quos ego rogatos velim, vt paulisper æquis mea verba accipiant auribus: quod si nolint, secum illos cornicari & dicteria mea motis labris trutinare libēter passurus sum. Nā quum (vti præclare a Stoicis disseritur) ad tuendam societatem humanam coniunctionemque animorum vniendam, qua sine in belluinam feritatem abire omnia necessum est, nihil sit prius, nihil fortius, nihil tenacius ratione atque oratione (quæ duo affinitate vocum parum diuersa, reipsa pene vnum Græci rectius quā nos vno verbo compłectūtur) hę aūt in mutua institutione, cōmunica-

tione

tione, & iudicio positæ sint: quid obsecro in mentem istis venit, vt lucem de rebus tollere contendant? alios quibus aut non par otium, aut non eadem discendi voluntas in teneris rudibusq; annis fuit, docere prohibeant, vt non dicam, liuore perciti inuideant? Priscis temporibus quum adhuc nuda virtus placeret, vigebāt artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret, vt cum Petronio Arbitro dicam: & nunc ista vtilitatis publicæ ac iuuandæ rei literariæ ratio exsolescet, & in culpam vocabitur? procul absit ista ab artibus non sine iusta grauiq; caussa ingenuis dictis, macula. At demiror hos ipsos non videre, quam multa Cicero e Platone, Xenophonte, aliis, ad verbum pene transcripserit, illorum flosculis superbiat, vt etiam glorietur alicubi, myrothecion se omne Isocratis consumsisse: sed occæcauit illorum oculos teterrimum liuoris virus. Sciūt Ennium libros Euhemeri de Græca in suam, hoc est, Romanam linguam conuertisse. Plautum, Terentium, quis nescit suarum comœdiarum bonam partem e Menandro, Apollodoro, aliisque Comicis haud dissimulanter conuertisse? Fatetur & Cicero appendisse se suis hominibus aduersarias orationes duorum nobilissimorum oratorum Æschinis & Demosthenis: item Arati Phænomena, & Xenophontis Oeconomicum. Pythagoram a Zora Assyrio pleraque sua hausisse & ab Ægyptiis refert Alexander cognomento Polyhistor *libro de Pythagoræ symbolis*, quæ ille suis proculdubio communicauit. Quorsum magno memoriæ detrimento tempus teritur in perdiscendis variis linguis, nisi vt audita, lecta compertaque ad nostrum vsum trahamus, aliis communicemus, non solis nobis sapiamus? Quin igitur Pythagoræ, Zamolxi, Platoni, ceterisque Platonicæ scholæ sectatoribus, vt Plotino, Iamblicho, quotquot denique exoticam ab Ægyptiis & Hebræorum libris hausere philosophiam, & eam Græcis ac barbaris, hoc est, suis hominibus communicarunt, diem dicunt? Cur non & Ptolemæum tantopere a scriptoribus laudatum in ius vocant, qui magna cura conquisitos vndique etiam barbarorum libros in Græcum transfundi sermonem curauerit? Monet sapienter Cicero & identidem inculcat, nō solis nobis natos nos esse. Et Aristoteles nebuloni stipem conferens, humanitati illud se dare professus est. Quur non & nos similiter, si quid Græcorum auctorum lectione iuuamur, in commune libenter id proferemus, ac promiscuum genus hominum tum eorum qui nondum adamussim Græca perdidicerunt, tum eorum qui linguæ illius prorsus rudes fuerint, eo munere, quod haud ambiguo diuini numinis beneficio obtinuimus, demereri satagemus? Scio Lysidem Pythagoreum publicari nolle præcepta magnis parta sudoribus, vt in quorumuis manus veniant, exemplo mysteriorum Eleusiniorum, quæ profanos excludebāt. Scio insatiabile Alexādri

Macedonis pectus cōmouisse editionem auscultatoriorum librorum Aristotelis. Nec me fugit Ægyptios δυσμεταδότους apud Strabonem audire, quod difficulter sua dogmata peregrinis communicarent. At enim isti non inuiderunt discendi auidis suarum traditionum cognitionem, sed profanari eas & illotis pedibus proculcari, aut sannionum materiam fieri noluerunt: quomodo & Plato, qui mysteria ex Hebræorum voluminibus altiora, suis passim libris interspersit, Geometriæ imperitos, hoc est, primarum scientiarum cognitione non imbutos a sua schola excludendos censuit, dictante istud scholæ titulo. Enimuero Momo Ligurino hi mihi videntur iniquiores: ille nanque in Venere calumniabatur sandalium stridulum nimisque loquax, cetera collaudabat: at isti Venerem illam transmarinam e Græcia hospitem prorsus denegant & subtrahunt oculis profanæ eruditorum, sic eos nuncupantes, qui Græca aut non salutarūt, aut non satis callent. Quorsum vero consumitur ista inuidia? an vt soli sciant, soli sapere existimentur? atqui occinet illis lepide Persius:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

An vero vt in suis scriptis ascititio ex auctoribus raris & quos nisi Græce doctus legere nemo possit, cultu splēdeant, atq; exuberēt? Huc eorum si spectat ratio, quid culta illa & nobilia sua scripta cessans ædere, agricolis similes, qui post labores multos subigendæ terræ impensos, maturam messem colligere negligunt: nisi fortassis hoc consilio celandis furtis suis obicem strui posse credant, ne plagii arcessantur, neue iuxta apologum graculi alienis contecti plumis deprehendantur. Atqui diuus Hieronymus iudicat satius esse alieni operis interpretē exsistere, quam informis corniculæ modo, alienis se coloribus adornare. Verum excusabunt forte pudorem quo minus edant: quin ergo aliis industria fortasse neutiquam inferioribus istam prouinciam cedunt? Siue etenim sua publicant, siue non publicant, vtrobique peccant, & inuidiæ suæ pœnas luunt: vt enim edant aliquid, eadem certe edunt, quæ e Græcis mutuati sunt, quos publicatos Latioque donatos calumniantur: siue non edant, socordiæ ista indubie est & maleuolentiæ seges. At hic supersedeo plura verba commutare cum irritabili genere.

Euclidis Geometræ theorema ad Pythagoram relatum, & a Vitruuio explicatum, & dissensio auctorum eodem pertinens. Item Laertii locus emendatus, Ciceronis indicatus.

CAP. IX.

EVclidis Megatensis, quem στοιχειωτὴν appellat identidem Proclus, a tradendis Geometriæ elementis tyrociniisque nobile legitur theorema, quod prima fronte obscurum multorum auctorum testimonio ad Pythagoram Samium refertur, ordine quadrage-

quadragesimum septimum, quod ita Latine sonat: *In trigonis rectangulis, quadratum lateris recto angulo subiacentis, aquale est, quadratis laterum rectum angulum circumscribentium.* Cuiusquidem obscuritatem ingeniose admodum discutit Vitruuius architechturæ *lib. 9. cap. 2.* & veluti dispulsa nube ob oculos clare exhibet, tres areas statuens, quarum pri m a sit trium, secunda quatuor, quinque pedum tertia, quæ tamen prioribus duabus par faciat spatium: namquum prima triplicato nouenarium numerum impleat: secunda quadrifariam increscens, sedecim constituat: tertia pari ratione insurgens, vigintiquinque æquabit, duabus illis quantitate respondens, atque æquale spatium cõplens: quippe quum sedecim superaddita nouenis, in vigintiquinque incurrant, quot pedes area tertia continet Sed quid moror auctoris ipsius verba adscribere? Nanque si sumantur regulæ tres, e quibus vna sit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque hæque regulæ inter se compositæ tangant alia aliam suis cacuminibus extremis schema habentes trigoni, deformabunt normam emendatam. Ad eas autem regularum singularum longitudines, si singula quadrata paribus lateribus describantur, quod erit pedum trium latus, areæ habebit pedes nouem: quod erit quatuor, sexdecim: quod quinque erit vigintiquinque. Itaque quantum areæ pedum numerum duo quadrata ex tribus pedibus longitudinis laterum & quatuor efficiunt, æque tantum numerum reddit vnum ex quinque descriptum. Id Pythagoras quum inuenisset, non dubitans a Musis se in ea inuentione monitum, maximas gratias agens, hostias dicitur iis immolauisse. Hactenus ille. Quod autem iste Pythagoræ inuentum vindicat, Thaleti tribuit Pamphila historica fœmina, quem primum trigoni orthogonion descripsisse asserit, ab Ægyptiis edoctum. Sed a Vitruuio stant plures auctores. Siquidem Proclus Diadochus libro 4. Euclidis theorema istud demonstratione astruens, sic inquit: *Qui vetera perscrutari satagunt audire est, theorema istud relegantes ad Pythagoram inuentorem, dictitantes eo inuento bouem immolasse.* Græce est βουθυτεῖν λέγοντας αὐτὸν ἐπὶ τῇ εὑρέσει. Istud dictum alii supra fidem extollunt, hecatomben, hoc est, boum centuriam immolasse illum scribentes: nam Apollodorus calculator, quem λογιστικὸν in *Pythagora* Laertius, ἀριθμητικὸν appellat Athenæus *lib.* 10. scribit eum ἑκατόμβην θῦσαι εὑρόντα ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. id est: *Hecatomben sacrificasse, quod inuenisset, latus subiectum rectangulo trigono, tantundem valere, quantum ambientia.* Quæ verba apud Laertium & Athenæum paucis mutatis leguntur nisi quod Epigramma eam rem contestans, vel potius Epigrammatis pars corruptius legatur in Laertio, hoc pacto ex Athenæi lectione restituendum:

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα,
κλεινὸς ἐφ' ᾧ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην

vel ita ex Plutarcho, κεῖνος, ἐφ' ᾧ λαμπρὴν ἤγετο βουθυσίην.
id est,

Pythagoras quando inuenit praenobile schema,
Multa hinc gratificans caede boum superis.

Vnde elucescit, quidnam sit nouum illud, ob cuius inuentionem Cicero Pythagoram bouem immolasse ait, sic scribens *libr. de natura Deorum 3.* Pythagoras quum in Geometria quiddam noui inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur: sed id quidem nō credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Sentit isthic de ara Piorum dicta, de qua antea diximus nonnulla. Meminit huius rei & Plutarchus *in sympos. lib 8 c. 2.* hunc in modum scribens: Inter maxime geometrica theoremata, vel problemata potius, exstat illud, Duabus formis datis aliedam adducere, partim aequalem, partim similem: quo inuento Pythagoram sacrificasse diis perhibent: multo namque subtilius istud est & cōcinnius illo theoremate, quod demonstrat latus subiectum idem valere quod latera circa rectum angulum constituta.

Qu. Septimii Florentis locus a mendis vindicatus.

CAPVT X

EXstat Septimii Florentis Tertulliani, viri antiquitatis omnis scientissimi, sed labante simul cum imperio & Romani sermonis elegantia, in stylo durioris, liber de Pallio, monstrosissime impressus, cui non possum non Paeoniam manum addere, quatenus datur, sanando locum vnum atque alterum: nam omnia mēdarum portenta resecare non vnus Hercules queat, vel multis Iolais adiutus. Ac primum vbi legitur: *Quanquam Tullius quingentis millibus non vnum orbem citri emit. quae bis tantum Asinius Gallus pro menda eiusdem Mauritaniae numerat.* Hic ego, loco, *non vnum*, legendum autumo, *nummum*: pro citri, cedri: pro *menda*, *mensa*: idque Plinii auctoritate innixus, vnde ista mutuatus est: is namque *lib 13. cap. 15.* loquens de Cedri arbore apud Mauros plurima ad mensarum insaniam expetita: *Exstat*, inquit, *hodie M. Ciceronis in illa paupertate. & quod magis mirū est, illo aeuo emta H-S. & sem. memoratur & Galli Asinii H S. vnd. cim.* Qui locus, si summam pretii spectes longissime exorbitat ab immani precio quod Tertullianus reperit. Etenim Tulliana ista Plinii mensa, decem sestertiis aestimata, hoc est, decem millibus nummū, ducentorum quinquaginta Coronatorum aureorū sortem implet: at illa Tertullian. quingentis sestertiis, siue, millibus nummum penditur, hoc est, duodecim millibus & quingētis aureis. Itaq; propiore cōsilio capitum, legendū in hoc auctore putarim hoc pacto: *Quanquam Tullius quingentis millibus nummis orbem cedri emit.* tametsi

alterius

alterius vel codicis vel scriptoris fidem secutus, etiam bis tantum. in mensam cedrinam insumsisse Asinium Gallum prædicat, vbi vno sestertio plus insumtum refert Plinius. Sed transilio ad ea, quæ mox sequuntur. Itē qua lances centenarii ponderis Sylla molitur: vereor sane ne parua sit ista trutina, quum Rusikanus equidē seruus Claudii quingenaria promulsidem ædificat supraseriptis fortassean mensis necessaria, cui si officina exstructa est, debuit & triclinium in mergo æque scalpellū acerbitat ei. Ego sic lego: *Quum Drusillanus equidem seruus Claudii quingenarium promulsidem ædificat, suprascriptis fortasse in mensis necessariam, cui si officina exstructa est, debuit & triclinium.* Nam quæ sequuntur verba, me non intelligere fateor ingenue. Res nota est ex Plinio *lib.* 33. *c.* 11. vbi sic loquitur: *Nostra ætas fortior fuit Claudii principatu, seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris, quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.* Quo loco obiter nota *promulsidem* a Tertulliano vocari q̄ Plinius *lancem* dixit, diuersa significatione q̄ a Grāmaticis exponatur, qui potionē ea voce notari annotant, conuiuis loco mulsi ad excitādam cibi auiditatē exhiberi solitam. quo sensu apud Ciceronem lib. epistol. nono accipi videtur, ibi: *Non eum quem tu soletus es promulside conficere.* Redeo ad Tertulliani verba, quæ paulo post sequuntur. *Qua Asinius Cetus mulli vnius obsonium sex* *detulit.* Huic loco Plin. optime medebit", qui *li* 9. *c.* 17. de pisce mullo verba faciens, ita scribit: *Asinius celer e cōsularibus, hoc pisce prodigus, Claudio principe vnū mercatus octo millibus nūmum* E q bus verbis in Septimio ita reposuerim: *Qua Asinius Celer mulli vnius obsonium sestertiis octo detulit.* Sestertia n. octo, idem caput cōstituunt q octo,a millia nūmum. Fuit aūt proclvis lapsus quum imperitus exscriptor, ignarus quid sibi vellēt eæ notæ, sex 8 quib. sestertia octo significabantur, imitatus rudem picturam, vocem æque sibi ignotam, sexis delineauit. Rursus in eodem sic legitur: *Qua Æsopus histrio ex auibus eiusdem pretiositatis vt canoris & & loquacibus quibusque centum millium patinam confiscauit*: forte legendum rectius, *conflauit*. Aliter Plinius *libro* 10. *cap.* 51. patinam hanc sexcentis sestertiis taxatam ait, vt fortassis non centum, sed sexcentorum millium, Tertullianus ipse scripserit. Sed non minor in verbis continēti serie annexis error est, vbi ita scriptum inuenio: *Qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumtuosius esurire margarita.* Nanque vel ipso nomine pretiosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Ego sic distinguendum scribendumque censeo: *Sumtuosius esurire. Margarita nanque vel ipso nomine pretiosa debausit, credo ne mendicius patre cœnasset.* De Clodio Æsopi tragici histrionis filio, qui margarita ipso nomine pretiosa, hoc est, vniones & singularia naturæ opera absorpserit, & conuiuis abiorbenda dederit, vide Plinium *libro* 9.

capite 35. vt toties in Tertulliano accuratam Plinianæ historię lectionem indicemus.

Adagium, Schema & triobolus.

CAPVT XI.

PRouerbium est apud Eustathium *in Iliados* 13. ab Erasmo prę-teritum. χῆμα καὶ τριώβολον, cuius vsus erit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris, remissos & non nisi præmiolis expugnabiles: cui vitio dexterrimus quisque obnoxius ferme esse deprehenditur. Nata parœmia a Tragico Phrynicho, qui studii tantum atque operæ collocasse in saltationes Tragicas perhibetur, vt nouum genus modumue saltandi excogitantibus, triobolum præmii vice numeraret. Refertur ab aliis ad Pythagoram prouerbii origo, quem Iamblichus philosophus scribit, ingenioso dextroq; discipulo, sed ad excolendas disciplinas tardiori, proquolibet mathematico schemate, triobolum pependisse, vt præmii inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studioque discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) faces quasdam subderet.

Quis fuerit Aries Phryxi. Item Pausaniæ locus expensus & Theonis: nec non de Gnymnisticis libris nonnulla.

CAPVT XII.

DE Phryxi ariete pleni sunt fabulatorum & poetarum libri omnes. Quis autem reuera fuerit aries ille, examinandum esse duxi latius. Scribunt Pherecydes & Hesiodus, Athamantis & Nepheles liberos fuisse Phryxum & Hellen. at Herodotus scribit, Athamanta Æoli filium Thebanorum regem ex Themisto coniuge proles suscepisse numero sex, Schœnea, Erythrón, Leuconem (quem Pausanias ante patrem decessisse ex morbo prodidit) Pœum, Titronum vocat Zezes, natuque minimos Phryxum & Hellen, quos insidiis Inus nouercæ appetitos, fugisse patriis sedibus extorres, Hellenque in discessu diem obiisse. Comitem fugæ vectoremque perhibent omnes Arietem *Chrysomallon* (ita enim apud Germanicum Cæsarem lege, pro *Chrysomellus*) quasi dicas, *aureo tectum vellere*, quem ex concubitu Neptuni cum Theophane Altidis filia in ouem transformata natum, fabulatur Hyginus & Germanicus. Eundem mactasse Phryxum victimam Ioui τῷ φυξίῳ, sospitatori, per quem periculum euaserat, iugulatique pellem Æetæ Colchorum regi dono dedisse, refert Eratosthenis auctoritate Theon Aratæus interpres: quo loco legendum ne sit φυξίῳ quod cognomen etiam est Iouis exsulum defensoris, teste Apollonii scholiaste, an vero λαφυστίῳ controuersum facit Pausanias *in Atticis*, & clarius etiam *in Bœoticis*, ita pertexēs fabulam: *Athamantis, inquit, in monte Laphystio Phryxum pariter & Hellen*

illo

imo laturo, ferunt missum fuisse ab Ioue pueris arietem, aurea lana insignem, cum quo illi fuga euaserint. Hunc Arietem fuisse ἐπίτροπον & quæstorem pecuniarum Athamantis Phrygiæ regis, exponit Palæphatus, qui cognita huius de interficiendo filio voluntate, vna cum Phryxo imposita in nauim magna vi opum, abnauigarit in Colchos, vbi Æetæ regis filiam Chalciopen coniugem duxerit. Dionysius in Argonauticωn secundo ait κριὸν siue Arietem, fuisse Phryxi alumnum, qui cognitis insidiis Inus nouercæ, Phryxo auctor fuerit vt saluti suæ fuga consuleret, simulq; profectionis comes in Colchos adnauigarit. Diodorus Siculus Arietem Phryxi pædagogum diis immolatum Æetæ Colcho fuisse refert, eiusque pellem detractam, templiq; parietibus inter donaria more barbaro appensam, deauratamq; adhibitis custodibus seruari iussam fuisse. Alii arietem interpretantur nauim arietina forma, aut saltem arietis insigne in prora præferentem: ita Lucilius Tarrhæus Phryxum ex quorundam opinione ἐπὶ κριοπρῴρου σκάφους, in nauicula cuius prora arietem pręferebat, mare traiecisse annotat: sic & Diodorus lib. 5. Simili ratione Herculem ad Erythiam siue Gades trãsuectum Scypho, hoc est, scyphiformi naue memorant Panyasis & Pherecydes. Sic Taurum, qui Europam vexit, nauem taurina specie fuisse refert Iulius Pollux: & Nymphis Heracleotes nauem, qua Phryges Bosphorum nauigarunt, insculptam habuisse tauri παράσημον, atque ab eius tauriformis nauis traiectu finxisse illos, quod bos fretum illud transmiserit, narrat. Differẽtem a supradictis opinionibus rationem adfert Suidas in dictione δέρας, dicens arietinum illud vellus a Phryxo donatum siue Æetæ socero, siue secundum alios vxori Chalciope, fuisse libellum arietinis velleribus, chartisue pergamenis descriptum, in quo cõtinebatur auri conficiendi διὰ χημείας ratio omnis. Aureum istud vellus e solido auro, πάγχρυσον dicit Euripides; at Simonides *in hymno Neptuni*, ostro purpuræue flore tinctum fuisse ait. Illud vero per occasionem addendum est, libros de auri argentique chymia a priscis Ægyptiis conscriptos, magno studio conquisiuisse, & inuentos exussisse Diocletianum Imperat. Quin & Zosimus Alexãdrinus philosophus legitur scripsisse χυμευτικῶν *lib. octo* & vigintĩ ad Theosebiam sororem, indito libris & altero titulo, quo χειρόκμητα a manuario labore vocarentur.

Senecæ locus emendatus ex libro ad Albinam.

CAPVT XIII.

NOn possum inconniuenter præterire locum Senecæ non vno modo aut simpliciter mendosum, ex libro de consolatione ad Albinam, vbi sic scriptum inuenio. *Nunc transiliens ab ipsis, quarum amœna positio & opportunitas regionis plures allicit, deserta loca & asperrimas insulas, Ciatum, & Symphum, Giarum, &*

Gorsitam pete. Hæc insularum nomina exiliis nobilitata, in meliorem faciem ita reponenda puto: *Sciathum & Siphnon, Gyarum, & Corcyram pete* nisi pro *Sciatho Cythnon* mauis legere aut Cianon: certe Cianon & Sciathon inter insulas a dispersione nominatas Sporadas, enumerat Plinius, at Cythnon inter Cycladas: inter quas ponitur ab omnibus & Siphnos in Creticum mare vergens, quæ & Siphnium astragalum in prouerbii ludicrum traxit. De Cyaro indubitata res est ex omnium scriptorum fide. Quod vero pro Gorsita Corcyram substitui, facit lubricus facilisq; deflexus literarum in vocibus & sono & tractu affinibus: nam C. maiusculum leui ductus momento in G deuiat, & r in t. Scit autem non nemo Corcyram Ionii sinus insulam esse, antea Melænam cognominatam, de qua Plinius, & in Dionysium Eustathius: nisi malit quis Cosyram insulam Africi maris subijt tuere, infœcundam illam & sterilem, vt pleraq; exiliorum loca, de qua Ouidius:

Melite sterilis vicina Cosyra.

Quid sit Catastus apud Vitruuium Calius erroris notatus.

CAPVT XIV.

CAtastus Vitruuio est seruus venalitius e catasta profectus, quam compedem ligneum exponunt quidam rectius, quam qui ad Græcam originem referentes vocabulum, locum esse putant, in quo venum exponantur seruilis cōditionis homines, quasi a καθιστᾶν, a sistendo istud fluxerit: priore enim in significato Plinii illud *lib.35.* accipi video: *Talem in catasta videre Chrysogenum Sylla.* Hic est Chrysogonus oratione Ciceronis pro Roscio Amerino nobilis. Similiter vsus est Tibullus *elegiarum li.2.* vbi periphrastice catastum describit, ibi:

Nota loquor. regnum ille tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Vitruuii vero locus est *libro architecturæ. 8. cap. 4* sic scribentis: *Vt qui ibi procrearentur voces ad cantandum egregias haberent, ideoq; semper transmarinos catastos emere formosos & puellas maturas, eosque coniungere, vt qui nascerentur ex his, non solum egregia voce, sed etiam forma essent non inuenusta.* Quo loco Calatros legit, exturbata veriore lectione, Cælius antiquarius, a vocalitate fortassis efformata, vt putauit, voce, a καλεῖν verbo, quod *clamare* significat. Hos transmarinos catastos circumscripsit Plinius *libr. 35 cap 17.* decreta loquens vilissima: *Qua, inquit, pedes venalium trans mare aduectorum denotare instituerunt maiores.* De iisdem sensit ibidem, *cap. penultimo,* vbi ait: *Tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, vnde creati pedibus aduenissent.* In quam sententiam Synesius lib. *de insomniis:* ὥστε ὁ δεδεμένος ἐν ποσὶν, καὶ λιθόντα καὶ μετρόντα, καὶ στρατηγοφορεῖ καὶ περιβλέπεται τρέμουσα, ... ἐπανῆκε, ...

m. id est: *Vt vinctus in catasta & liberatur & ducitur ordines, & coronatur, mensamque apponit, si lubet, Medicam, aut Siculam, interea pedum oblitus.* Exstat & catasti mentio apud Martialem *lib. 12. epigrammatum:*

Cum tibi Niliacus portet crystalla catastus.

De Asellis animalculis expensum iudicium ex Galeno, Plinio, & Gornario: & de voce Iulus.

CAPVT XV.

BEstiola est multipes, sub hydriis aquiminariisque nascens, & per muros scansim enitens, & ad contactum sese in pilæ modum contrahens, quam Latini multipedam, millepedam, & centipedam nominant, Græci ὀνίσκον, quasi Asellum a colore nuncupant, Dioscorides etiam κυβαρίδα, Galenus & Ægineta ὄνον, Aristoteles cum adiecto, ὄνον πολύποδα, *quasi asinum multipedem:* Asiana lingua κύαμον ob fabæ similitudinem, Galeni testimonio: nonnulli etiam πολύποδα, alii quoque ἴουλον velut ἴον ὅλον, quod toto corpore obseptis pedibus gradiatur, vt equidem existimo. Marcellus Medicus Cutionem a cutis duritia soliditateq; appellat, quod annotat Ianus Cornarius magnæ eruditionis & multiiugis lectionis vir. Nimirum Zezes apud Lycophronem ἴουλον exponit vermiculum multipedem per muros gradientem: & addit Etymologici auctor ita dictum ἀπὸ τοῦ ἰέναι καὶ τῆς λειότητος τῆς πορείας, *ab incessus facilitate,* siue ἀπὸ τοῦ εἴλεσθαι καὶ πυκνῶς εἰλεῖσθαι, *quoniam crebro in orbem volutatur.* cui animalculo, quia scolopēdræ instar bipartitum multorum pedum ordinem habeat, Lycophron comparat naues Paridis ob remorum duplicem ordinem, ἰουλοπέζους: quasi multiremes & aselli instar gressiles eas nuncupans. Theophrastus *in quadam ad Phaniam epistola* ὄνον vocari dicit auctoritate Sophoclis *in Surdis Satyris fabula,* sic dicentis: κυλίνδεις ὥσπερ ὄνος ἰοπρίων: id est: *volutatus aselli instar serrati crenatiue:* ἰοπρίων enim dixisse videtur serræ similem, propter crenulas illas, quæ in aselli corpore arcuato visuntur: nisi legendum quis potius cēseat κόπριος, argumento descriptionis quam ex Galeno subiiciam, quod in sterquiliniis fere nascatur. Sed quid moror Galeni descriptionem describere ex *tertio de medicamētorum secundum locos compositione,* sic scribentis: ζῶον ἐστὶ πολύπουν, ἐν τοῖς ὑδρηροῖς ἀγγείοις καὶ ἐν ταῖς κοπρίαις γινόμενον, καὶ ἐν ταῖς τῶν δακτύλων ἐπιψαύσεσι σφαιρούμενον. Latine sonat: *Bestia est multipes, in aqualibus sterquiliniisque nascens, & ad digitorum cōpressiones in globum se rotans.* Quod testimoniū de ea perhibet & Dioscorides. Poterat & Plinius de eodem animalculo videri sentire *lib. 29. cap. vltimo.* vbi hunc in modum scribit: *Millepeda, ab aliis cētipeda aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ, villosum, multis pedibus, arcuatim repens, tactuque cōtrahens se, oniscon Græci vocant, alii tylon.* Quā quidē Plinii descriptionem,

velus in re eadem adducit Cornarius. Sed duo sunt in ea quæ suspicionem mihi commouent, de hoc ipso animalculo passim noto fusci coloris aut subliuidi, in maceriis humectis aut vliginosis ruderibus stabulante, pluuiæque tempestatis indice, & ad contactum sese in gyrum contrahente, Plinium non agere: siquidem pilosum esse, & arcuatim repere illud suum prædicat, quorũ neutrum in hoc nostro apparet, quippe cuius in corpore crenato ne vestigium quidem pili vllum extet, neque arcus in morem inter reptandum incuruari conspicitur, nimirum toto corpore gradiens. Quapropter Plinium de ea potius bestiola loqui suspicio est, quæ non parum pilosa & arcuato corpore sese promouens, hortos perreptat, frondesque depascitur, quæ conuoluolus a voluendi argumento Catoni dicta videtur. Iudicium penes doctiores, quos ea cura tangit, relinquo. At quod ex Clitarcho in Glossis adfert Etymologici auctor, Polypum piscem a Lacedæmoniis *ἴουλον* vocari, perperam de pisce perscriptum arbitror, referendumq; puto ad istud de quo agimus, quodque multipedam simili de caussa Latinis dici annotauimus. Habet autem *ἴουλος* præter dictam, etiam alias significationes: nam & prima lanugo siue flos obsepientium genas mentumue pilorum, *ἴουλος* Græcis dicitur, vt apud Theodoritum *lib. de prouidentia* 4. *πρῶτον μὲν γὰρ ἴουλος ἐξανθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τριχῶν μετρία καλύπτει*. id est: *Primo efflorescit lanugo, mox mediocris pilorum sylua genas operit.* Et apud Apollonium Rhodium *lib. 1. argonaut.* *ἴουν πω καρφείνῳ ἐπισταχύοντες ἴουλοι*, hoc est: *Atque illi culmi lanuginis erumpebant.* Dicitur & *ἴουλος* capillaturæ contortio, quo sensu & metaphoricῶs extulisse videtur Plinius de auellanis loquens *capite 29 libri 16.* *Ferunt*, inquit, *& auellana iulos compactili callo, ad nihil vtiles.* Eratosthenes in *hymno Mercuris* Iulon pro lanificarum cantilena videtur vsurpasse ibi:

ἠχερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δινδαλίδας τολίχουσα, καλοὺς ἤειδεν ἰούλους.

id est:

Lanifica at supero in cœnaclo pensa trahebat,
Farq; parans salsum, festos cantabat Iulos.

Negat hoc Didymus, contenditque Iulon dici hymnum, in laudem Cereris, quod ex Semo Delio annotat & Athenæus lib. 14 & indicat Theodoritus *lib. de materia & mundo* sic inquiens: *Ne cantemus Iulum Cereri, neque Rhea Lityersan, nec Baccho dithyrambum.*

Fulmen cur telum trisulcum a poetis dicatur.

CAPVT XVI.

CVr a poetis telum trisulcum fulmẽ dicatur, neminem Grammaticorum subtiliore inquisitione consectatum fuisse demiror: quod quia intentatum est aliis & indictum, coniectuit dabitur

bitur locus, & quidem multiplici. Aut enim trisulcum propterea dici putandum est, quia superiorum trium siderum, Saturni videlicet, Iouis, ac Martis, ignes ad terram deciduos, fulmina vocari tradiderunt principes doctrinæ viri, & præcipue sideris medio loco positi, quoniam cõtagium nimii humoris e superiore Saturni circulo & ardoris e subiecto Martis, per hunc modum egerat: vnde natum sit, quod fulmen Iupiter iaculari dicatur. quod mitius existimatur, quum Saturni sæuum & exsecrabile, Martis cremans habeatur. Ad quam rationem vocari potest diuisio trium generum fulminum a Seruio posita, vt fulmen quod afflat, hoc est (*vt interpretatur Seneca*) quod leui iniuria lædit, Ioui tribuatur: quod punit perimitque Saturno: quod incendit, Martis sideri. Aut secundum Plinianam rationem, quę tria fulminum genera tradit: primum siccum, quod non adurit, sed dissipat: alterum humidum, quod nõn vrit, sed infuscat: tertium clarum, quo quæ intus latent, liquantur, aut dispereunt, illæsis operimentis. Aut quia Ioui fulminum auctori, ex Hetruscorum in fulguralibus libris sententia, tres sint datæ manubiæ ex vndecim fulminum generibus, nouem numero diis attributis: quarum prima moneat placideque agat, ex sua ipsius sententia: secunda non omnino impune exerceatur ex duodecim deorum (quos Consentes vocat Varro) arbitrio: tertia peruastet imisque summa commutet, neque id absque superiorum siue inuolutorum deorum nutu. Dicuntur autem (vt id obiter dicam) in Thuscorum literis iactus fulminum Manubiæ. *vt est apud Seruium*: quomodo manubias omnes albas & nigras, Palladis esse: rubras & sanguineas, Iouis, scribit Acron. Quid, quod Seneca ex Cecinna, qui de Hetrusca disciplina scripsit, tria fulminum genera tradat, *Consiliarium*, quod sequitur post cogitatum negotium, siue, vt Marcellinus ait, suadet dissuadetue aliquid fieri: *Auctoritatis*, quod re perfecta euentum bonum malumue denuntiat: *Status*, quod inopinatos opprimat. Adde huc tres fulminum species a Suida & Grammaticis positas, quorum vnum sit σκηπτὸς siue κεραυνοβάτης, quod transfigit: ἀργής, quod afflat infuscatque: & ψολόεις, quod tactu perimit: quib. duo addit Zezes Lycophronis interpres, πρηστὴρ siue πυρώδης, de quo Iuuenalis illud loquitur:

Iratum cadat in terras & vindicet ignis.

& ἰλικίαν, quod turbine cieatur. Quicquid sit, fulmen trifariam semper armant auctores, vt Seneca tria eius genera facit, terebrans, discutiens, & vrens: & hoc rursus trifariam, vel afflando leuiterque perstringendo, vel accendendo, vel comburendo: Seruius Honoratus nunc quod terreat, afflet, & puniat, inter fulminum genera enumerat: nunc quod afflat, incendit, & scindit: nunc vero quod colorat transfigit, & afflat. Illud corollarii loco addẽdum est, fulmen diurnum, Iouis putatum fuisse, vnde & Dium

doleam lectionem variam Martialis epigrammatum, cum hac ipsa appendice ante sexennium typographo cuidam creditam, nondum in publicum exisse.

De ostracismo, Petalismo, & Ephyllophoresi, relegationis generibus. Inibi locus apud Phauorinum emendatus.

CAPVT XVIII.

OStracismus, quem testularum depositionem vocare licet, relegatio erat, genus exilii temporarium, ac ferme decennale, quo suæ exulanti substantiæ integræ intactæque reseruabantur: neque in deploratos homines & nefarios, sed velut reipub. graues ac virtutis nomine odiosos magis, quam scelerum compertos, exercebatur, quod a Iulio Polluce *lib.* 8 perscriptum est. Nec enim flagitiorum pœna erat exostracismus, vt inquit Plutarchus, sed in speciem fastus grauiorisque potentiæ castigatio deductioque, at reuera liberale inuidiæ remedium & solamen quoddam: constat namque prudentissimum quenque & consultissimum huic legi obnoxium maxime fuisse, & ostracismo exulasse: sic Aristides cognomento Iustus, sic Solon optimarum legum auctor, sic Themistocles, sic Thucydides, sic Xantippus, sic Alcibiades, magni viri omnes, eius legis iniuriam experti sunt. Sed in Hyperbolo extremæ improbitatis homine, quæ etiam in prouerbii ludicrum conuersa est, desiit atque abrogatum est malignæ legis arbitrium: vt mox dicemus: nam Cimonem (quem falso Aristiden nominat Phauorinus *in dictione ἐξοστρακισμός*, vbi pro Ἀριστείδης repone ὁ Κίμων ex Suida & Athenæo libro 13.) ob nefariam cum sorore Elpinices coniunctionem, incesti reum, merita animaduersione a populo per ostracismum exclusum censeo, grauiore quoque pœna dignum. Quin & Theseum primum omnium ostracismo eiectum prodidit Theophrastus, & ex eo Suidas. Quo nomine miror quod tanto post tempore Hippiam tyrannum legem de ostracismo inuexisse scribit Heraclides in fragmento de politiis, positam, vt ait, propter tyrannice agentes: nam si quem ob nimiam potentiam, aut popularis auræ fauorem, ad tyrannidem viam affectare creditum foret, ciues nomen suspecti testulis inscriptum deferebant. Quem morem obseruasse & Argiui & Milesii & Megarenses leguntur. Eandem legem ab Atheniensibus transumentes Syracusani, priuati eam iuris sibi fecerunt, non testis, sed oliuæ folus nomen rei inscribentes, & πεταλισμὸν inde, velut foliationem quandam, ἀπὸ τῶν πετάλων, id est, a frondibus, nominantes. Similis est ἐκφυλλοφόρησις, *per folia exactio*, apud Tzetzen omnigenæ historiæ scriptorem, nomine discrepans sed in re consentiens; cuius apud Dinarchum oratorem fit mentio aduersus Polyeuctum, quem ἐκφυλλοφορηθῆναι, hoc est, foliorum suffragio ob aris foeri que exturbatum dicit. Reliquum est, vt ex Polluce Plutarcho in

Aristide, Aristophanis scholiaste, & Zeze, ritum quo ostracismus peragebatur, subiiciam: is ita habet. Quum visum erat potentiorum aliquem a laribus patriisque sedibus extorrem eiicere apud Athenienses, positis pro tempore tabernaculis (vt Pollux habet) aut tabulatis (vt Aristophanis interpres) aut clathris cancellisue (vt Plutarchus) in orbem vndique obsepiebatur forum, relictis decem liberis accessibus, per quos aditus pateret omnibus tributim commeantibus ad deponendas in vrnam appositam testulas, ὄστρακα appellabant, quæ in exilium abituri nomen inscriptũ habebant: quibus collectis omnibus inibatur testularum numerus ab his qui iudicio præsidebãt (ii erant prętores nouem & senatus) quæ si expleuissent sex millium numerum, reo solum vertendum erat intra diem decimum: at si non ascendisset eo numerus, mansitare domi fas erat. exulantẽ autem facultates suæ sequebãtur, & reditus annui ex agris. In eo discrepat Zezes, quod non, vt illi, in forum, sed in Cynosarges, id gymnasii nomen erat Athenis, testulas afferri cõsueuisse annotat. Illud vero memoratu dignissimum est Aristidis factum, quod quum rusticus quidam literarum prorsus rudis illum forte obuium habuisset, quid hominis esset, ignarus, postulassetque ab eo Aristidæ nomen in testula porrecta describi, ille admiratus percunctatusque, ecqua in re fraudi ipsi fuisset Aristides, rustico negante ac ne de facie quidem virum nosse prædicante, sed iusti nomen, quod ille audiret, molestum sibi esse dicente, nihil respondens ille & nomen inscripsit, & testulam reddidit. Quomodo autem in Hyperbolo exterminium istud desierit, quia dicturum me recepi, non possum non addere ex Plutarcho: quum nanque gliscentibus hominum studiis Aristides & Nicias (quorum ea tempestate magna in republica auctoritas atque potentia habebatur) factionibus dissiderent, populo ad testulas discessionem parante, illi animaduerso periculo, quo alterutri testularum suffragio cadendum erat, studia partium sibi addictarum in vnum conciliantes, testulas in Hyperboli caput curi subornarunt: qua re offensus populus, illusum sibi factamque iniuriam insimulans, lege in vniuersum antiquata Hyperbolum absoluit. Aristophanis scholiastes dicit, hunc non obtemperasse legi patriæ, fractis iam Atheniensium rebus & pessum euntibus. Ostracismi meminerunt & Aristoteles *in Politicis, & in oratione de corona* Demosthenes. Ab ostracismi, quo florentes hominum fortunæ subito vertuntur, ratione, manasse videtur adagium, ὀστράκου περιστροφή, *testulæ conuersio*, quo vsus est Eunapius Sardianus *in Chronographia* in hæc verba scribens: ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε ῥωμαίοις. hoc est: *Romanis feliciter præter spem res cecidit, tanquam in diuersum prolapsa testula.*

Quale

Quale vinum fuerit murrina, siue myrina.

CAPVT XIX.

MYrrinam, myrrhinum & murinam, potissima tamen lectione myrinam, vini potionem intelligi inuenio myro odoramentoue conditi, *μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, vt li. 12. inquit Ælianus:* hoc est, *odore fragrante vinum imbutum bibebant.* Vocatq; vero eam mixtionē *μυῤῥινίτην οἶνον*, cuius meminerit Philippides Comicus: nisi forte *μυρίνην* cum Polluce legi præstiterit. Neque a myrrhæ condimento ita appellatur, tametsi myrrhæ odore condita vina ex Plinio intelligamus, prĝter vetustiorum codicum consensum, qui omnes myro legunt, quod ab Hermolao annotatum est: siquidem murinam Plinius *libr. 14. cap. 13 & in Pseudolo* Plautus, vinum esse dulce testantur: sic enim loquitur Pseudolus:

Quid si opus sit, vt dulce promat indidem, ecquid habet?

Cui respondet Charinus:

Rogas, inquiens,
Murinam passum, defrutum, mellinam.

Quibus verbis apparere dicit Plinius non inter vina modo murinam, sed inter dulcia quoque nominatum. Ita Fabius Dorsennus, seu potius Flauius:

Mittebam vinum pulcrum, murinam.

A myro ergo, non a myrrha, cuius admixtione amaresceret, appellationis myrinæ fontem arcessere oportet, vtcunq; fulgentius in myrrhæ significationem consentiat: delicatam enim fuisse potionem & ganeæ propriam, præter auctores modo nominatos, docere potest & Sutrius siue Succius Comœdiarum scriptor, vbi Glyceram meretriculam a dulcedine nomen habentem introducit ita loquentem:

Myrinū mihi adfer, quo virilibus armis occurram fortiuscula.

Confirmat hoc in primis Iulius Pollux *libr. 6. cap. 2.* hic inquiens: *ἦν δέ τις καὶ μυῤῥίνης οἶνος μύρῳ κεκερασμένος, οἱ δὲ τὸν γλυκὺν οὕτως οἴονται κεκλῆσθαι.* id est: *Erat & myrinum vinum, myro odoramentoue permistum: sunt qui eo nomine dulce vocari existimant.* Quæ verba cū Plinianis consonant. Item Aul. Gellius *lib 10. cap. 23.* de Romanis Latiisque mulieribus verba faciens ex historiis ita scribit: *Bibere autem solitas ferunt loram, passum, murinam & quæ id genus optāt, potu dulcia.* Quæ quidem verba repetita videntur ex Varrone *lib. 1. de vita populi Romani,* vbi sic ait: *Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murinam quidam Plautum appellare putant.* Quem locum annotans Hermolaus, pro sapam, male *garum*, citat. Adde huc Sexti Pompeii iudicium, qui murinam potionis genus exponit, quod Grĝce dicatur nectar. Quid, quod in supplicationibus publicis ad pul-

uinaria deorum apponi solebat ædilium iussu murrina, velut proprius deorum potus, quos nectare & ambrosia pastos credidit antiquitas. Apud Petronium Arbitrum quidam se myrinum poculum ebibisse ait, ad libidinis concitamentum. Quibus auctorum testimoniis omnibus euidens fit & manifestum, murinam dulciariam fuisse potionem & ganeatam, & cum aromatite vino si non eandem, non admodum pugnantem, aut ab eo diuersam, quod ex Plinii loco antea citato liquere potest. Aliud longe ab hoc diuersum est Myrtinum & Myrtacum vinum, de quo Columella *lib. 13. Palladius cap. 17. Cato, Dioscorides in quinto, Plinius lib. 14. cap 16.*

De Ceryces significatione multifaria. Item apophthegmatis duobus apud Erasmum lux data.

CAPVT XX.

Κῆρυξ vocis significatio late patet: nam & præconem notat, & nomen proprium, & caduceatorem fecialemue, & pocillatorem, & buccinam siue muricem piscem. quarum omnium significationem documentum & testimonium multiplex dabo. Primum omnium κήρυκος præconis munus esse scribit Herodotus, sacris libationibusque præesse, concionem aduocare, dicturos citare: vnde Demosthenis illud de Corona, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται præterea attentos reddere, silentium indicere atque imperare, vt linguis faueren, idque tam in sacris quam in certaminibus, quod Græci dicunt καταχηρύξαι ἡσυχίαν, & κατασιγάσαι, & ἀποκηρύξασθαι. Plautus *facere populo audientiam* dixit. Item *bona proscripta proclamare pretiaq; conficere*, hoc est, *auctionem facere*: iudices quoque & agonistas nominatim appellare, deorumque ferias indicare, in Cerycis munus deuoluit antiquitas, quæ omnia in præconem nobis cadunt: adde huc, est & obscura quædam explicare, vnde & ἑρμηνέας vocari posse Ceryceas ait Pollux, qua ratione Mercurius deorum κῆρυξ, velut interpres, a Simonide dicitur, vbi de Maia loquitur, αὕτη γὰρ Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι θεῶν κήρυκα τέχ' ἑρμείαν id est: *Hæc Cyllenes in montibus Deorum Ceryca edidit Mercurium* Quid, quod in tutela Mercurii præcones habebantur ἑρμαϊκοὺς κηρυκεύοντες, quomodo apud Sophoclem in Trachiniis Lichas præco de se ait. ἀλλ' εἴπερ ἐγὼ ἑρμοῦ δὲ πομπεύων τέχνην. hoc est, *siquidem ego Mercurii munus obeo.* Accedit quod Mercurius cum Pandroso Cecropis filia (sic enim nominatur ab Eustathio, tametsi aliam ponat Pausanias) consuetudinem habens, filium genuit Ceryca nomine, a quo Ptolemæus κηρύκων genus deduci ait: de quo annotandum venit ex Pausania *in Atticis* prolixius, quod Ceryx iste, quem Ceryces gentilitio nomine nuncupati, natum ex Mercurio & Aglauro Cecropis filia prædicant, fuerit natu minor liberorum Eumolpi (nā maior Immaradus vocabatur.) cui suffragatur & Androtion ora-

ror, Eumolpo filiũ extitisse Ceryca scribẽs, Musæi poetæ proauũ, abauũ eius Eumolpi, qui primus Hierophanta factus, initia mysteriorum Eleusiniorum condiderit. Præconum autem virtus in vocalitate præcipua fuit habita: vnde clamosus gallus a simili κῆρυξ ἀλεκτρύων in tragœdia audit: quo spectat κήρυκος etymõ, quod ἀπὸ τοῦ γηρύειν, a clamore deducit Eustathius. vnde & Eurybatæ præconi nomen apud Homerum, παρὰ τὸ εὐρὺ βάζειν quod eminus sonora eius vox exaudiri facile posset & Stentorem præconem epitheto χαλκεόφωνος insignat idem poeta. qua in parte continuato spiritu quam diutissime verba trahere, & quod πόδα quasi pedem nominabant, edicti genus longissimis periodis constans, absque spiritus resorptu, recitare, laudi fuit, & inter examinationis probationisque modos habitum. vt testatur Pollux. & meminit in Epidemiis Galenus, ibi, καθάπερ οἱ κήρυκες ὅταν τὸν πόδα λεγόμενον ἐκφωνῶσιν. Præconum, quando populo facere audientiam iubebant, solennis erat acclamatio ista ἀκούετε λαοί, Audi populus: vnde manauit argutia faceti illius dicti Stratonicici citharœdi, qui quum apud Mylassa Cariæ vrbem parum populosam peregrinaretur, cõspicatus multa templa, rares homines medio in foro exclamauit præconum ritu, ἀκούετε ναοί, audite fana. In postrema dictione gratia est, Latinis auribus inimitabilis, vnica litera sono affini variante dicti sententiam. Meminit huius Athenæus lib 8. & in Iliados 17. Eustathius. Ab hoc præconis officio ductum est verbum damnatorium ἐπικηρύττειν quasi per præconem indicere præmium tollẽdi alicuius: quoties namque e medio sublatũ quempiam volebant, proclamabant cædis mercedem, aut viui capitis: ita Xerxi Græcia ἐπεκήρυξεν χρήματα ei qui viuum interfecti ue caput Athenas attulisset, centum talentorum proposito præmio, quod apud Etymologici auctorem lectum est. Ex eodem fonte fluxit ἀποκηρύττειν, & ἐκκηρύττειν, pro edicto exterminare. Illius vsus est apud Synesium lib. de insomniis: εἰ μὴ καὶ τὸ καθεύδειν ἐκ τῆς ἀρχῆς αὐτοὺς ἀποκηρύξειεν. id est, nisi etiam extra suam ditionem edicto expellat dormiendi voluntatem. Huius vero apud Athenæum de Lysimacho rege, qui præconis voce extra regni sui fines, philosophastros omnes exegit, quod Græce est, ἐξεκήρυξε. Iam vero quod Ceryx etiam pro feciali & caduceatore accipiatur, docet Eustathius Iliados 10. vbi θείους & ἱεροὺς κήρυκας Homerico epitheto nuncupari contendit non præcones modo, sed etiam eos qui reipub. nomine legationes obeũt, & feciales, denique sequestros omnes. Græca verba sunt, τοὺς δημηγορικοὺς, καὶ εἰρηνικοὺς ἐξυπηρετουμένους πρεσβείας καὶ πολέμων λύσεσι, μέσους τε γινομένους εἰς τὸ καθῆκον. indicat & Vlpianus in commentariis in Demosth. orationem aduersus Timocratem, annotans duplices esse Cerycas, alterum popularem, alterũ belli communem, deductorem legatorum fecialium, ad conueniendum de pace cum perduellibus, manu gestantem pro symbolo caduceũ, quod

κηρύκειον vocitatur. Habebat autem caduceus in summa sui parte serpentes binos, spiris circumplexos, aduersa efflantes sibila, ὄφεις περιαγκυλοτιλίζοντας καὶ ἐμπεπλεγμένους, vt inter annotationes in Athenagoram legisse memini. Hi autem Ceryces idem ius cum fecialibus, & eandem prope potestatem habuisse videntur: penes nanque illos erat fœdera contrahere, inducias pacisci (vnde & σπονδοφόρους & ἐκεχειροφόρους dici illos posse innuit Pollux) pacem inire ac bellum denuntiare, quæ ferme in fecialibus suis, quos εἰρηνοδίκας velut pacis sequestros interpretatur Dionys. Halicarn libro secundo complectitur: quod clarissime liquere etiam potest ex Thucydide nitidissimo scriptore: ac de belli quidem denuntiandi potestate libro primo, προπέμψαντες κήρυκα πρότερον πόλεμον προερῦντα Κερκυραίοις. *Præmisso feciali qui Corcyræis bellum indiceret prius.* at de pace, idem lib. 4. de Arribæo loquens, qui ἐπικηρυκεύετο ἕτοιμος ὢν Βρασίδᾳ μέσῳ δικαστῇ ἐπιτρέπειν, *Legatos mittebat, paratus Brasidæ arbitro rem permittere.* De horum Cerycum officio Plato *libr. 12. de legibus.* Vnde deprehendi potest friuolam esse Grammaticorum elusionem in discrimine vocum κῆρυξ & πρέσβυς, illum militiæ, hunc pacis legatum interpretantium. Nouem autem fuisse Ceryas cum præcones tum caduceatores in Græcorum exercitu, traditum est a nonnullis, quorum nomina sint Eurybates & Talthybius Agamemnonis, Asphalion & Eteonæus Menelai, Dius Aiacis, Eurybates alter Vlyssis, Stentor, Thootes, & Calchas. Dixi deinde κήρυκας etiam pocillatores antiquitus fuisse dictos, infundendi cyathis vini ministerio præfectos, quos οἰνοχόους posterior ætas vocauit, quod diserte profitetur *in decimo Dipnosoph.* Athenæus, sic vsum esse Homerum scribens, ibi:

φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν
κῆρυξ ἰδαῖος, ἠδὲ χρύσεια κύπελλα.

Et iterum:

αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
ὅρκια πιστὰ θεῶν συνάγον. κρητῆρι δὲ οἶνον
μίσγον.

Vtrobique Ceryeis voce pro pincerna acceptâ, vt ille voluit, adeoque late patuit eius vocis vsus, vt ad coquos etiam extendi auctor sit Clidemus apud Athenæum. Postremo Geryx etiam purpuræ piscis e turbinato genere species est, qui murex & buccinum Plinio dicitur, atque etiam conchylium, quod indubitatum facit Archippus Comicus:

κῆρυξ θαλάσσης τρόφιμος, υἱὸς πορφύρας. id est:
Murex mari satus, prolesq; purpura.

Eustathius item *in 17. Iliad.* κήρυκα præter alia dicit esse θαλάσσιον ὄστρεον ἔχον ὀξύτητας κύκλῳ, marinum ostreum asperum vndequaque in orbem & salebrosum: a quo occasio ioci festiuissimi arrepta est Stratonico citharœdo, cuius modo memineram, ludente in homonymia

monymia Ceryci Is etenim Abderam (Thraciæ vrbis est) profectus ad certamen ibi propositum, quum animaduertisset suos priuatim cuilibet popularium esse præcones, qui mensis initium ludis celebre proclamarent, eosq; plures propemodum quam pro ciuium numero, cœpit summis pedum digitis ingredi, defixo humi obtutu: quod factũ admirantibus illius hospitibus, interrogatus ecquid subiti mali pedibus accidisset, valere se quidem pedib. professus est, & adulatores ad cœnam cursu præuertere posse, metuere tamen valdeq; solicitum esse, necubi in Ceryca pedem impingat: ambigue ludens in voce ancipiti, tum præconem, tum muricem denotante. Quid enim veneris insit in dicterio, si dixerit, *vereri se ne pedem impingat in præconem*? quid item taciti cauilli mõstretur incessu illo sublimi, si propter præcones in extremis digitorum articulis gradiatur? certe vtrobiq; nihil, quantum ego peruideo. Proinde & iocose fecit, ita inambulans, vt timere illũ agnoscas: & non minus argute metum detexit, vereri se dictitans, ne pedem murici, idem cum præcone græce sonanti, suffigeret. Itaq; parum gratiæ (bona viri pace dixerim) habere mihi videtur Erasmi versio, quæ sic sonat: *Illud vnum metuo, ne ingrediens præconis pedẽ offendam.* Præter supradictas significationes κῆρυξ etiam ex accipitrum genere esse legitur apud Suidam, sed quam bene, nescio, suspectus enim mihi locus habetur, & pro ἱέραξ legendum ἱέρης videtur.

Doctoralem lauream conferendi ritus non multum diuersus a Græcorum agonibus.

CAPVT XXI.

Recte a maioribus nostris viris cum prudentibus tum æqui rectiq, consultis, institutum fuisse hunc nõ dissimilem Græcorum in ludicro certamine ritibus, morem capessendi triumphalem lauream, aut vt dicam simplicius, Magisterii insignia, iudico: illic nanq; absoluto stadii curriculo victor brauium ferebat, non plebeio quouis, sed Agonothetis solis decernentibus: hic decursa studiorum meta, laborum præmium, qui victor reposcit, publico in phrontisterio templiue adyto, decernendis pronunciandisq; præmiis destinato, lauream sibi debitam accipit, non sub arbitris vulgaræ & triuialis Mineruæ hominibus, quibus facile ob oculos fucus obiici possit, verum a Doctorum (si dicere licet) ἀυδιγεθῶν senatu. Iam (vti testatur grauissimus auctor Themistius) Elæi siue Pisatæ tanti Olympiacum illum suum oleastrum fecere, vt præter ingenuos, quiq; parentes legitimos docere possent, & τὴν ῥίζαν τ̃ βλάστης ἀκίβδηλον, vt ipsius vtar verbis, ad exercendi cursus munus nullum admitterent, imo tales ceu profanos & reiiculos a sacris illis carceribus quã longissime arcerẽt. Quod si profano in certamine, vbi corporis tantummodo habitus, artuumq; torositas ac firma compactio spectatur, adeo obnixe ge-

deris labem fugiebant veteres, quid ni & in ingenii (quoad eius fieri possit) certamine idem fiat? vbi qui diuinæ illius auræ particulam, mentem videlicet, parentem potest ostendere, atque a suppotititii fœtus iniuria se vindicare, is demum ad hanc mercedem aspirare merito maximo possit, dum tamen præbito ingenii specimine, studiique peracti ratione reddita, in quæstione habitus, iudicii aleam subierit, ne ad modum Æsopici asini sub Leonis exuuio latitantis fallere quoquo modo possit. Accedit huc, vti omnem sibi viam ad hunc aspirandi honorem præclusam esse, inertes sciant. Neque illud silentio transmittendum esse videtur, quod apud seculum prius, non par erat quouis in loco palmam obtinuisse honos: at præcipuum ex quatuor totius Græciæ ciuitatibus penes Elæos fuisse, ex classicorum scriptorum monumentis constat. Quanquam & reliqui non caruerint sua gloria: nam Delphi Pythiis gloriantur. Isthmiis superbiunt Corinthii, Nemæorum panegyri efferunt se Argiui: omnium tamen vt antiquissima, quippe ab Hercule instituta, ita facile in reliquis celeberrima iure maximo Elæi sua Olympia prædicant. Neq; hoc æuo eadem vbiuis locorum accepti honoris istius habetur ratio: imo vt ingenue dicam, primum locum cum ob antiquitatis reuerentiam, tum propter studiorum natalitia, Bononiensi academiæ vno ore omnes deferunt, cuius est vbique terrarum nominis dignitas, claritudinis fama, vt ceteras suo splendore facile obliteret. In cuius quidem vrbis studiorum parentis præconium digredi, superuacaneum esse puto, quando illa plures sui buccinatores repererit, quam aut procos Penelope, aut encomiastas Helena: & si maxime suis eam dignis coloribus adumbrare coner, nihilo hercle facilius assequar, quam Venerem Apellæam pictor e plebe vnus. Alioqui non sum ignarus, apud priscos Romanos sacra Bonæ deæ alieniore verborum vsu profanasse, inexpiabilis criminis loco fuisse habitum: neque minori crimini obnoxium me fore reor, si sacratissimam illam academiam, quam ceu Musarum quoddam adytum colo, veneror, atq; suspicio, minus digna, quam par fuerit, oratione deterere instituero.

HADRIANI IVNII ANIMADVERSORVM LIBER SEXTVS.

Poemation quod falso Ouidii nomine circumfertur, auctori suo Lucano redditur, emendaturque.

CAPVT I.

MVltæ sunt caussæ, cur scriptores non pauci natiua sua gloria dulcissimo laborum suorum fructu priuati fuerint, vel abolitis penitus operum titulis, vel proprio nomine inducto, adiectoque supposititio. In caussam vocari possunt aut pudenda plagiariorum furta, aut vetustatis sui nimiũ confidentis error quasi per manus ad posteros transmissus, aut supina librariorum oscitantia, aut iudiciorum morositas. Sic Iornandus compendium historiæ Romanæ ex L. Floro transcripsit: sic Cassianus Bassus scholasticus, qui ex rei rusticæ scriptoribus opus varium (cui γεωπονικὰ ab agriculturæ studio nomen est) concinnauit, filioque dedicauit, nunc Constantini nomine obscuratus legitur. L. Cęlius Arrianus medicus, cuius exstant celerum & tardarum passionum libri, Aureliani nomine notior nunc est. Arnobio, qui septem duntaxat aduersum gentes libros edidit, octauus accreuit, quum sit Minutii Felicis. Octauius ab interlocutorum vno ita vocitatus, noua ratione obliterandi auctoris. Eros Iulia medicus, qui in nomen Iuliæ Augustæ dominæ suæ libertus concessit, corrupta nomenclatura, Trotula quasi Eroiulia nunc audit, minus Latine vitio barbari seculi loquens: quod quidem haud vanum est doctissimi Morilloni iudicium. Eandem iniuriam sensit & Anneus Lucanus, cuius legitur iuuenile carmen ante vicesimum ætatis annum procusum, quodque alieni nominis mangonio inter Ouidiana opuscula subrepsit, reclamante carminis maiestate, Nasonianæ simplicitati longe dissimili. Nomen germanum auctoris, cum eo, ad quem scriptum fuit, integrum, & ab inuidæ vetustatis dente immune seruauit exemplar repertum in bibliotheca ecclesiæ Deiparæ virginis Atrebatensis, quæ Reuerendissimum illustrissimumque D. Antonium Perrenotum Episcopum agnoscit, præclarum virtutum omnium domicilium, & literatorum Mecœnatem incomparabilem. Carminis talis illic visitur inscriptio: *Lucani poema ad Calpurnium Pisonem ex libro Catalecton* Ex quo perspicitur error impressorum codicum, in quibus legitur, *Ad Pisonem*, ad quem exstat & Horatii Ars poetica: multum etenim discrepat temporum ratio, vt idem fuerit Piso, cui & Horatius scripserit, & cui Lucanus. Fuit autẽ iste C. Piso ex nobilissima

Calphurniorum familia, qui vna cum Lucano Neroniana coniuratione absumtus est, quem iisdem pene verborum lenociniis, & specioso coloribus earundem dotium apparatu descripsit Cor. Tacitus hist. libr. 15. quibus illum depinxit Lucanus, vt vel inde Lucani esse conuincantur. Taciti verba subiicere non abs re fuerit, quod aditum aperiant ad rectius intelligendum poemation: ea habent hunc in modum. *C. Piso Calphurnio genere ortus, ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut species virtutibus similes. Nanque facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduersus amicos, & ignotis quoque comi sermone & congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum aut voluptatum parsimonia. Lenitati ac magnificentiae & aliquando luxui indulgebat, &c.* Quae verba cum Luciani dictis si expendas, non ouum ouo similius inuenias. Sed praestat totum tamen adscribere, quod multa sint in eo perperam transposita in codicibus vulgatis, multa hic lectione interpolli correctiora, quemadmodum videbit quilibet, quem poema conferre non pigebit, ab humanissimo doctissimoque Morillone nobis communicatum:

Vnde prius coepti surgat mihi carminis ordo,
Quosue canam titulos, dubius feror. hinc tua Piso.
Nobilitas, veterisque citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes:
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos: quae, si deesset tibi forte creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso Consule fasti,
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cuius laus est in origine sola.
Felix, qui tantis animum natalibus aequas,
Et partem tituli non summam ponis in illis,
Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraq. Pisonis tulerit cognomina primus,
Humida callosa cum pinseret hordea dextra?
Nec si cuncta velim, breuiter decurrere possim:
Et prius aetherias moles circumuaga flamma
Annua bissenis reuocabit mensibus astra,
Quam mihi priscorum titulos, operosaq. bella
Contigerit memorare: manus sed bellica patrum
Armorumq. labor veteres docuere Quirites,
Atq. illos cecinere sui per carmina vates.
Nos quoq. pacata Pisonem laude nitentem

Ex-

Exæquamus auis. tamen etsi bella quierunt,
Non periit virtus: licet exercere togata
Munera militiæ: licet & sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.
Hinc quoq; seruati contingit gloria ciuis,
Altaq; victrices intexunt limina palmæ.
Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum,
Scande super titulos, & auita laudis honores,
Armorumq; decus præcede forensibus actis.
Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente
Laurea facundis cesserunt arma togatis.
Quæq; patrum claros quondam visura triumphos
Olim turba vias impleuerat agmine denso,
Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mæstos
Defensura reos vocem facundia mittit:
Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice caussas:
Seu capitale nefas operosa diluis arte
Laudibus ipsa tuis resonant fora. tu quoq; Piso
Iudicis affectum, possessaq; pectora ducis
Victor, sponte sua sequitur quocunq; vocasti:
Flet, si flere iubes: gaudet gaudere coactus:
Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modo non solum rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?
Nam, tu, siue libet pariter cum grandine nimbos,
Densaq; vibrata iaculari fulmina lingua,
Seu iuuat adstrictus in nodum cogere voces,
Et dare subtili viuacia verba catena,
Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Atridæ.
Dulcia seu mauis, liquidoque fluentia cursu
Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nec te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus
Excipit, & meritas reddit tibi curia voces.
Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa
Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,
Cum tua bis senos numeraret purpura fasces,

Cæsareum grato cecinisti pectore numen?
Huc etiam tota concurret ab vrbe iuuentus,
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus:
Tunc enim leuibus veluti proludit in armis,
Compositisque suas exercet litibus artes.
Quin etiam facilis Romano profluit ore
Græcia, Cecropiisque sonat grauis æmulus vrbi.
Testis Acidalia quæ condidit alite muros,
Euboicam referens fœcunda Neapolis arcem.
Qualis io superi, qualis nitor oris amœnis
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verba
Impleuere locos. hinc exornata figuris
Aduolat, excusso velox sententia torno.
Magna quidem virtus erat, & si sola fuisset,
Eloquio sanctum modo permulcere Senatum,
Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes:
Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus, & insigni præstringit imagine visus.
Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum
Possumus: ingenita stat nobilitatis in illo
Pulcer honos, & digna suis natalibus ora.
Additur huc & iusta fides, & plena pudoris
Libertas, animusque mala ferrugine purus:
Ipsaque possesso mens est opulentior auro.
Quis tua cultorum iuuenis facunde tuorum
Limina pauper adit, quem non animosa beatum
Excipit, & subito iuuat indulgentia censu?
Quodque magis dono fuerit preciosius omni,
Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum,
Natalesue mouent: probitas spectatur in illis.
Nulla superborum patiuntur dicta iocorum:
Nullius subitos adfert iniuria risus.
Vnus amicitia summos tenor ambit & imos.
Rara domus tenuem non aspernatur amicum,
Raraque non humilem calcat fastosa clientem.
Illic casta licet mens, & sine crimine constet
Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.
Sed lateri nullus comitem circumdare quærit,
Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces:
Nec quisquam vero precium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vicibusque regatur ab illo:
Sed miserum parua stipe munerat, vt pudibundos
Exercere sales inter conuiuia possit.

Ista procul labes, procul hæc fortuna refugit
Piso tuam venerande domum, tu mitis & acri
Asperitate carens, positoque per omnia fastu,
Inter vt æquales vnus numeraris amicos:
Obsequiumque doces, & amorem quæris amando.
Cuncta domus varia cultorum personat arte,
Cuncta mouet studium. nec enim tibi dura clientum
Turba, rudisue placet, misero quæ freta labore
Nil nisi summoto nouit præcedere vulgo:
Sed virtus numerosa iuuat, tu pronus in omne
Pectora ducis opus, seu te grauiora vocarunt,
Seu leuiora iuuant. nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet: nec semper in armis
Bellica turba manet: nec tota classicus horror
Nocte dieque gemit: nec semper Gnosius arcus
Destinat, exemto sed laxat cornua neruo.
Et galea miles caput, & latus ense resoluit.
Ipsa vices natura subit, variataque cursus
Ordinat, inuersis & frondibus explicat annum.
Non semper fluidis adopertus nubibus æther
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.
Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos:
Ver fugit æstates: æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & vndis.
Ignea quinetiam superum pater arma recondit,
Et Ganymedeæ repetens conuiuia mensæ,
Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.
Temporibus seruire decet: qui tempora certis
Ponderibus pensauit, eum si bella vocabunt,
Miles erit: si pax positis toga gestiet armis.
Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.
Felix illa dies, totumque canenda per orbem,
Quæ tibi, vitales cum primum traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
Mira subest grauitas inter fora: mirus omissa
Paulisper grauitate lepos. si carmina forte
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu;
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulsas,
Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,
Et te credibile est Phœbo didicisse magistro.
Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena
Publica securis exsultent otia terris.
Nec pudeat Phœbea chelys si creditur illis
Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.

Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles,
Quamuis mille rates Priameius vreret heros,
Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
Ille dulce melos Nereius extudit heros
Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.
Armatis etiam si forte rotare lacertis,
Inq; gradum clausis libuit consistere membris,
Et vitare simul, simul & captare petentem:
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Flectis, & obliquis fugientem cursibus vrges,
Et nunc viuaci scrutaris pectora dextra,
Nunc latus aduersum nec opimo percutis ictu.
Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.
Heret in hac populus spectacula, totaq; ludos
Turba repente suos iam sudabunda relinquit.
Te si forte iuuat studiorum pondere fessum,
Non languere tamen, lusuq; mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta,
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu,
Qui stetit in speculis, hic se committere rixa
Audet. & in predam venientem decipit hostem.
Ancipites subit ille moras, similisque ligato
Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra,
Clausaque deiecto populetur mœnia vallo.
Interea scitis, quamuis acerrima surgant
Prælia, militibus, plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis,
Et tibi captiua resonat manus vtraque turba.
Sed prius emenso Titan versetur Olympo,
Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.
Felix, & longa iuuenis dignissime vita,
Eximiumq; tua gentis decus, accipe nostri
Certus & hoc veri complectere pignus amoris.
Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est: animum, non carmina iacto.
Tu modo latus ades: forsan meliora canemus:
Et Vires dabit ipse fauor, dabit ipse feracem

Spes animum: dignare tuos aperire penates,
Hoc solum petimus: nec enim me diuitis auri
Imperiosa fames, & habendi saeua libido
Impulerit, sed laudis amor iuuat optime tecum
Degere, cumq; tuis virtutibus omne per aeuum
Carminibus certare meis. sublimior ibo,
Si famae mihi pandis iter, si detrahis vmbram.
Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret? quid inertis condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
Armamenta ferat, tereti q; fluentia malo
Possit & excusso dimittere vela rudente?
Ipse per Ausonias Aeneia carmina gentes
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Maeoniumque senem Romano prouocat ore,
Forsitan illius nemoris latuisset in vmbra,
Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,
Ignotus populis, si Maecenate careret.
Qui tamen haud vni patefecit limina vati,
Nec sua Vergilio permisit nomina soli.
Maecenas Tragico quatientem pulpita gestu
Euexit varium Maecenas alta Toantis
Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.
Carmina Romanis etiam resonantia chordis,
Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.
O decus, & toto merito venerabilis aeuo
Pieri tutela chori, quo praeside tuti
Non vnquam vates inopi timuere senectae.
Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota
Si mentem subiere tuam, memorabilis olim
Tu mihi Maecenas tereti cantabere versu.
Possumus aeternae nomen committere famae:
Si tamen hoc vlli de se promittere fas est,
Et Deus vltor abest superest animosa voluntas,
Ipsaq; nescio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum: tu Piso latentem
Exsere. nos humilis domus & syncera parentum;
Sed tenuis fortuna sua caligine celat.
Possumus impositis caput exonerare tenebris,
Et lucem spectare nouam. si quid modo laetus
Annuis, & nostris subscribis candida votis.
Est mihi, crede, meis animus constantior annis,
Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Coeperit, & nondum vicesima venerit aestas.
Quod si tam valido mihi robur mentis inesset,

Et solidos primos impleret spiritus annos,
Auderem voces per carmina nostra referre
Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
Sed nec odorinos audet Pan lionis alis
Parua referre sonos, nec si velit improba, possit.
Sic & Aedonia superantur voce cicada,
Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.
Quare age Calliope, posita grauitate forensi,
Limina Pisonis mecum pete. plura supersunt,
Qua laudare velis inuenta penatibus ipsis.

Ciceronis locus a menda vindicatur. Eiusdem verba in Nonio desiderata reponuntur.

CAPVT II.

INter reliquias laceri de Repub. M Tullii operis leguntur ex libro primo hæc verba de pietate quę patriæ debetur, transcripta ex Nonio Marcello, vbi de differentia in significato vocis *Antiquus* agit. sic enim inquit: *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quam si quis (vt aiunt) curauerit: maior ei profecto quam parenti debetur gratia.* Quæ verba vt sunt corrupta, nec genuinam Tulliani nitoris facilitatem seruāt, ex vetustissimo nostro codice manuscripto ita persanaueris. *Et est antiquior parens, quam is qui creauit:* vult enim plus deberi patriæ communi plurimorum parenti, quam priuatis vniuscuiusque nostrum geniturę auctoribus. Post superiorem Ciceronis sententiam, in manuscripto meo leguntur ista, in excusis hactenus desiderata. *M. Tull. ad Cæsarem iuniorem libr. 3. Ego autem antiquissimum Scythis oriundum, quibus antiquior lætitia est, quam lucrum.* Sentit, ni fallor, de Anacharsi philosopho sapiente, patria Scytha, qui pecuniam fastumque regium prę animi tranquillitate, quam docet Philosophia, contēsit, quod de illo alibi lectum est. Ne vero putet quispiam adulterinam esse librorum ad Cæs. iuniorem inscriptionem, cui iacet facile Nonius, non semel eorum librorum testimoniis vsus: vt paulo ante hunc locum in verbo *Vindicare*: M. Tull. ad Cæs. iuniorem *lib. 1. Quasi si me ad id beneficium accerseres, quo per te me vna cum repub. in libertatem vindicassem.* Quorum verborum prior pars in aliam faciem conuersa, in meo codice legitur hunc in modum. *Qui si nihil ad id beneficium adderes.*

Adagium quo vsus est Varro obliteratum, in vsum reuocatur, emendaturque.

CAPVT III.

ELegans est apud D. Hieronymum parœmia, non dubium ex Græco fonte deriuata, qua simile simili, vt Cascam Casco obtigisse

tigisse innuere volentes, dignum accessisse patellæ operculum dicebāt Grece sonat festiuius εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα: ac si dicas, Inuenit olla seu patella operculum. Huius prouerbii emblemate Menippearum vnam exornauit Varro. Constat autem ferme prouerbiales esse illorum librorum titulos, vt ostendunt illæ inscriptiones, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον & γνῶθι σεαυτόν. &, Mutuum muli scabūt. Item, αἰὼν πολεμεῖ, quod deprauatum est apud Marcellum, in Anoputio, in voce olliceres. Cōsimiliter & istud de quo loquimur adagiū apud eūdē paulo post ita vitiose legitur scriptū: Murmurari pro Murmurare. Varro heutenulo pastopoma περὶ υἱῶν μυκήτων: vbi cū ex artificiosa coniectura, tum manuscripti codicis opera, germana talis lectio reponenda venit: Varro εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων: id est, reperit olla operculum, de nuptiis. Eam vero lectionem ipse literarum ductus commonstrat, heuren e lopas to poma: nam postremum illud, περὶ γεγαμηκότων, his ipsis characteribus præfert exemplar manuscriptum, quod consonat cum alterius tituli significato, quo Caium Caiæ obuenisse gratulantes, aut mordaci sale Cascam Casco nupsisse insimulantes, dignum patellæ operculum obtigisse prouerbialiter dicimus.

De Myrmecide Varronis locus a menda vindicatus & declaratus.

CAP. IV.

INter minutorum operum, quæque visum præ nimia exilitate pene subterfugerint, artifices, primum locum Myrmecidæ Milesio tribuit antiquitas: is nanque inter cetera laudatæ industriæ monumenta, quadrigam sculpsisse ex ebore legitur, quam cum agitatore suo, musca alis suis cooperuerit, quod a Plinio Polyhistore libro septimo, capite vigesimoprimo, & lib. 36. capite quinto, literis proditum est, & ab Æliano in omnigenæ historiæ primo repetitur. Addit quoque Plinius nauem apiculæ pennis absconditam inter eius opera. Ælianus etiam elegiacum distichon in sesamo minuto legumine descriptum aureis literis. Certe Cicero minutorum opusculorum fabricatorem fuisse non dissimulat in Academicis. De eo sentit M. Varro lib. de Latina lingua sexto, corrupta in excusis exemplaribus Myrmetidis voce pro Myrmecide. Ita nanque ibi lego: Etenim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoueant nigras setas.

De columbis Æliani locus ab interprete perperam conuersus emendatur.

CAPVT V.

MIrum est quod de columbis in literas relatum ab Athenæo est auctoritate Aristotelis, quod videlicet pullis exclusis co-

lumbus inspuat, saliuaq; eos lustret ad abigendam fascini vim ita enim scriptum inuenias apud illum libr. 9. ἐπιφάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστερῶδες γένος. καὶ γενομένων τῶν νεοττῶν ὁ ἄρρην ἐμπτύει ὡς μὴ βασκανθῶσι. Quæ verba hunc in modum transcripsit in primo Ælianus, ἐκ διαδοχῆς φασὶν ἐπῳάζειν τὰς περιστεράς εἶτα τῶν νεοττῶν γενομένων, ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς. ἀπελαύνων αὖ πᾶν τὸ φθόνον. φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἄρα οὕτω. in quibus vertendis operam lusisse interpres mihi videtur, totoque, quod aiunt, cœlo aberrasse, dum ea latinis auribus fide nescio qua sic appendit: *Columbas successione perhibent oua incubare, deinde pullis effectis, masculum eos fouere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, vt inquiunt, ne si non faciat contentiones & lites exerceant.* Cum ego potius hac ratione vertendum duxerim: *Alternis incubant oua columba, vti perhibent: deinde pullis enatis mas inspuit, liuorem procul abigens, vt ne quid illis fascinus efficiat.* Vbi in postremis Æliani verbis dubito an non rectius legi possit, δι' ἀρᾶς, pro δι' ἄρα, vt ad fascinantium imprecationes referatur.

Locus Aristotelis & item Athenæi expensus cum Plinii verbis.

CAPVT VI.

MEntio de saliuatione columbarum prouocat, vt Aristoteli genuinam dictionem, pro adulterina, quæ in vulgatis libris legitur, reponam, vbi de simili columbarum inspuitione verba facit. Locus exstat *libro de historia animalium nono.* ita descriptus: γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν φροντίζει τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς, τῆς διαμασωμένης, ἐμπτύει τοῖς νεοττοῖς διοιγνὺς τὸ στόμα, ἀποπαρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν. Hic vox illa ἁρμοττούσης suspecta mihi habetur & supposititia pro ἁλμυριζούσης, a sciolo quopiam in contextum intrusa: hanc etenim lectionem defendere mordicus neque sine ratione posse mihi videor, ex Plinio ita legente: is nanque verbum pene de verbo reddens sic inquit. libri decimi capite 34. *Pullis primo salsiorem terram collectam guttura in ora inspuunt, præparantes tempestiuitatem cibo.* Accedit Athenæi *in dipnosoph.* auctoritas, verba Aristotelis citantis hunc in modum: ὁ δ' ἀριστοτέλης φησὶν ὡς αἱ περιστεραὶ γενομένων τῶν νεοττῶν τῆς ἁλμυριζούσης (quanquam impressus codex transposita vna litera λαμυριζούσης præferat) γῆς διαμασωμένης, ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν id est: *Columbas ait ss Aristoteles pullis enatis salsiusculam terram præmansam aperto ore inspuere, hac ratione eos capiendo cibo præparantes.* Quod autem non careat ratione, cur pullos suos salsioris terræ manso muniant columbæ, salis temperamentum docebit abunde, quod a medicis & physicis discas: nobis satis est non vanam interpolandæ vocis viam commonstrasse.

Theodori

Theodori Gazæ lapsus in Pyrallidis auis voce manifestatur. Item Catulli versus e Græco fonte indicatus.

CAPVT VII.

NEque vero otiosum fuerit reliquam partem de columbis exsequi data semel occasione, in qua impegisse Gazam hominem doctissimum certo mihi persuadeo, vti mox indicabo. Inuenio autem columbarum plura genera, quam aut quaterna, quod voluit Callimachus *libro de auibus*: aut quina, vt Aristoteli visum est. Nam primo est περιστερὰ seu Attice περιστερὸς, ab amoris vehementia nomine indito, nobis *columba & columbus*, quo postremo vsus est Catullus in epigrammate ad C. Cæsarem, versu ex Alexidis Comici Concurrentibus translato. Vt albulus columbulus Dionæus: sic enim iste antea, ὁ λευκὸς ἀφροδίτης εἰμὶ περιστερός. Deinde est τρυγὼν, qui nobis *turtur*: proximo loco φάσσα, nostri *palumbim* siue *palumbum* dicunt: deinceps οἰνὰς, quam *Vinaginem* vocat Gaza, sylucstris columbæ genus. additur & πελειὰς, ab eodem Liuia coloris liuidi argumento. Adiicitur alicubi ab Aristotele & φὰψ, quam cum φάσσῃ cōfundens Theodorus palumbem vertere non dubitauit, cuius apud Athenæum meminit & Æschylus Tragicus, ibi:

πτεροῖσιν δύστανον ἀθλίαν φάβα.

Septimum genus dici πυραλλὶδα inuenio, cuius meminerunt præter Aristotelem Athenæus & Ælianus, cuius auis etymon ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne deducens Gaza, ignariam vocauit, quum potius ἀπὸ τοῦ πυροῦ, id est, *a tritico*, in quod pabuli gratia insolet, Frugipetam dixisse debuerit: sonat nanque πυραλλὶς tritici assultatricem, παρὰ τὸ ἅλλεσθαι εἰς τὸν πυρόν: neque enim in genere columborum itidē vt in insectis inuenias, qui ad lucernas aut ad ignem aduolent, sed bene qui fruges triticeaque sata impetant, vti alii legumina. Longe siquidem alia est hæc pyrallis, ab animalculo illo igniario, quod Pyralis Plinio, nōnullis etiam pyrausta vocatur, quod multo iustius ignarium Gaza nuncupauerit, quam istud columbæ genus.

Nonii Marcelli testimonia duo ex Homero interpolata beneficio codicis manuscripti.

CAPVT VIII.

NOnii Marcelli doctissimi extra omnē aleā Grammatici lectionē plurimū antiquitatis elegantiorisque literaturæ cognitioni conducere, inficias ire potest nemo: sed tam crebris ille vulneribus saucius atq; lacer est, tot tantisque maculis καὶ ὑπωπίοις fœde deturpatus, vt difficilimam suscepturus sit maximeque arduam prouinciam, qui Pæoniam manum illi autori admouere satagat: bonam tamen me operam nauaturum aliquando in

ſanando eo confido, idque vetuſti codicis manuſcripti beneficio, quod vbi commodum videbitur, primo quoque tempore præſtiturus ſum. In eo igitur auctore, vbi de ventorum proprietatibus agit, ὑποσολοικιζόμενοι leguntur duo Homerici verſus, nihil ad loci intelligentiam facientes, aut etymi rationem, de quo agit, ſpectantes. Sed præſtat integrum locum adſcribere, qualis in impreſſis libris legitur. *Auſtrum*, inquit, *qui Græce νότος, dictum ab humore & nebula, quod νότις Græce humor latina interpretatione dicatur, ac ſit is ventus ſudoris effector, vt eſt Homeri:* σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε ζέφυρός τε δυσαὴς. Hunc ego verſum, Ariſtarchi ius ſi vſurpare fas ſit mihi, vt ſuppoſititium eius loci iugulo, illiúſque vice, exemplaris manuſcripti fidem ſecutus ſcribo, κατὰ δὴ νότος ῥέεν ἱδρώς: quaſi iſto hemiſtichio dicti ſui fidem auctor quærat, quod Notus ventus ſudoris ſit effector, quum Homero νότος ἱδρὼς fuerit dictus, ac ſi auſtrinum ſudorem dicas, nempe humidum. Nam in altero illo verſu nulla viſitur aut humoris aut ſudorificæ qualitatis mentio. Sequitur deinde: Boream, hoc eſt, aquilonem ἀπὸ τῆς βοῆς, quod ſonorus ſit & procelloſus. Homerus, καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. In alio loco, ἐπὶ κραιπνὸν βορέην πέλει κύματι ἄξειν. Huius poſterioris in locum ſubſtitue ex libro ſcripto non ſemel antea citato binos Homeri verſus ex Iliados decimoquarto, in quibus manifeſto Boreæ etymon exprimitur, quod ille indicauit:

> ὅτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον
> παντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ βορέω ἀλεγεινῇ.

Varronis monumentorum inſcriptiones a maculis aſſeruntur apud Non. Marcellum.

CAPVT IX.

TAm ſpiſſis maculis deturpatæ atque adulteratæ ſunt apud eundem ſcriptorem luculentiſſimi auctoris M. Varronis librorum inſcriptiones, vt conniuenter eos aut diſſimulanter non queam præterire. Nihil enim occurrit ibi frequentius quam *Varro Euaemonibus*: ſed vitiata lectione, quum conſtanter vbique manuſcriptus codex, quem ego magnifacio, & σταθμῷ ταλάντῳ quam Hectoris corpus apud Lycophronem, digniorem iudico, *Eumenidibus* legat: ita γερονδιδασκάλῳ paſſim ex eo reponendum eſt, pro γέροντος διδασκάλου, efficto nomine ad inſtar ὀψιμαθοδιδασκάλου, quem Alexis Comicus docuerat. Ruſus vbicunque Tithonio & Titone & Tiſone περὶ γήρως inuenitur, ſcribendum eſt Tithono περὶ γήρως. Tithonus enim Auroræ delitiæ ad extremum ſenium peruenit. Item quoties citatur Varro Sciamachia περὶ τάφης, legi debet, περὶ τύφου, *de fuſtu*, cum vmbratili enim pugna commune quid habet iactantia? eam ſiquidem lectionem in voce Lucuus emendatiorem inuenias. Iam vero in dictione *Vulgata*,

vbi legitur, Varro Crono περὶ ταφῆς, ex manuscripto substitue, *Cycno*, pro *Crono*. Eandem vocem ex eodem adde in vocabulo *Iteris* vbi de mutata declinatione agitur, hoc pacto: *Varro cycno* περὶ ταφῆς: rectissime namque titulum illum scriptum inuenias *capite de numeris & casibus*, hunc in modum, Varro κύκνῳ περὶ ταφῆς cōuenit etenim titulus vterque in cygni morte sepulturam suam funusque lugubri cantu præcinentis. Mutuatus autem fuit titulum ab Alexide Comico, quem in κύκνῳ pro teste aduocat Athenæus *lib. 2.* Iam vero & corruptissima lectione citatur Varro noprādis, in dictione *Papauer*, quum Admirandis ibi scribi oporteat hac ratione: *Varro admirandis, Infriasse papauerem.* pro eo quod est in vulgatis codicibus, *Varro noprandis*: infrias sene papauerem Nostram lectionem confirmat Fl. Sosipater *artis Grammaticæ libr. 1.* quem vide si lubet. Præterea apud Nonium *in dictionibus Amnium & Singultu*, perperam legitur, Varro περὶ πλούτου, *de diuitiis*, quum manifestario scribi debeat περίπλου, siue περίπλῳ, in lustratione terrarum. Sic in vocabulo *Spissum*, pro περὶ πλοῦ, περὶ φίλου. Erraremus, ex manuscripti exemplaris fide legemus, περίπλῳ, περὶ φιλοσοφίας, *Et ne erraremus*, &c. Et certe minus deprauata est lectio in voce *Lucuus*, vbi sic legitur: *Varro periplum libro secundo*, περὶ φιλοσοφίας pro, περίπλου. Insuper in voce *Præcox*, pessime scribitur *Peridebo*, pro, Synephebis, aut saltem Ephebo περὶ ἐμμονῆς, vti alibi rectius legitur. Rursus in voce *Conscribillauit*, pro, *Varro columna* ἡρακλῆς, reposito ex nostro codice, *Varro columna Herculis*, περὶ δόξης. Iterum *in dictione Plaga*, loco eius quod ibi legitur, *Varro lege Meniados*, admirantes quod sereno inde tenuisset: restitue sic, *Varro lege Menia: Admirantes quod sereno intonuisset.* Demum quotiescunque vel Marco vel Bimargo scriptum reperitur, syncera & genuina libri inscriptio reponenda est Margopoli: is enim eius est titulus, quem etiam περὶ ἀρχῆς, de dominatu nuncupauit: per Margopolin vrbem Romam, insanam luxuique deditam, mihi visus innuere. Ceterum quod mendum in voce *Olitatem* est, *Varro in glaperiton*, certa ratione sanare non ausim, nisi quatenus suspicioni eruditæ locus esse potest, quando legi posse videatur non male γλώττα περιορῶν, vel vna dictione γλωττοπεριορῶν, qua voce rabula denotatur: vestigia enim harum literarum ferme mōstrat manuscriptus codex in quo exstat ita, glotto peri oron.

Delentur plurima menda in epigraphis fabularum Plauti, Cæcilii, Accii, aliorumque, apud Nonium commissa.

CAPVT X.

QVid obstat quo minus in corrigendis nonnullis aliorū poetarum epigraphis eandem remediorū adhibēdorum viam cōmmōstrem, vibices & hyposphagmata suis spleniis inducturus.

Ac primum quidem festiuissimi Plauti, pro cuius Asinaria fabula notissima, perperam Sisennaria legitur apud Nonium Marcellum in vocabulo Cursura. Neque satis plene legas apud eundem *in dictione Oculitus*, Corni qui amant, pro eo quod est, *Plautus Cornicularia* (est enim & istud fabulæ nomen, sed quæ temporum iniuria abolita est) *Qui amant, &c.* Similiter *in voce Prafica*, parum rite ista leguntur: *Plautus friuola, superboque omnes atgutando praficas* Clarius ita, *Plautus Friuolaria:* Superaboque ōmnes, & sic deinceps: nam Friuolariam agnoscit & Charisius. Illud vero deprauatissime omnium scriptum est *in dictione Clunes.* Plautus: *Ambroico quas lupus ab armis valeo:* pro quo lego constanter, *Plautus ἀγροικῷ, quasi lupus ab armis valeo, clunes afertos gero:* quod spectat ad vulgare dictum, quo lupum armos validos habere, sed impotētem atque imbecillum clunibus prædicamus. Quod autem ἀγροικῷ legendum sit, vel solus literarum ductus euincat: manuscriptum certe exemplar abroico scribit. Constat autem ἀγροικὸν fabulam Plauto fuisse attributam, nam Plauti adulterinam agnoscit apud Aul. Gellium Varro *libro de comœdiis Plautinis*, M. Aquilio eam ascribens: alioqui Philemon Comicus & Antiphanes similiter ἀγροικὸν scripsisse memorantur ab Athenæo. Secundo loco ad Cæcilium (cui primas inter Comicos defert Sedigitus) transeamus, qui Plotium scripsit a Menandro conuersam fabulam, *Gellio teste*, quod nomen deprauatum est apud Nonium in dictione, *Opulentias*, vbi *Potio*, legitur male. Scripsit idem & ὀβολοστάτην, quod nomen laceris artubus disparatum est in tres voces, *obolio*, ista te, quum in Nonio dictione Delica, iunctim legi debeat, Cæcilius *obolostate.* Similis luxatio deartuatione in vocabulo *Pulcritas* visitur: sic enim illic legas, *Cacilius arpaio : Me ne dii boni quid illud est pulcritatis.* Ego sic corrigo, Cæcil ἁρπαζομένη: *Dii boni quid illud est pulcritatis.* Rursus in vo--, *Collum: Cacilius Sarpazo: Mane hunc collum ludo pracipi sub* . E o repono, *Cacilius* ἁρπαζομένη: Hunc collum ludo præcidi ii be quæ lectio integra mansit in dictione *Exlex.* Citat & Sosipater Cæcilii ἁρπαζόμενον, solo masculei sexus discrimine: adducit & ex Philemonis Comici ἁρπαζομένῳ testimonium Athenæus. Neque minor est menda in eodem loco, vbi contiguis verbis ista legūtur: *Idem scenophebis: cadretim res redit, smo collum non res.* Ego restituo ex manuscripto: *Idem Synephebis: Ad restim res redit, &c.* Quo in loco non possum quin etiam lepidissimum Næuii dicterium a menda repurgem. Vbi nanque legitur, *Nauius. Cor vtrum scapula plus angulus colli habeat nescio:* locum ita ex meo codice emaculo: *Nauius Colace: Vtrum scapulæ plus, an collus calli habeat, nescio.* Quod autem Cæcilii fabula fuerit Synephebi, neminem fugerit qui Ciceronis libellum *de senectute* triuerit, testimonium inde petentis. Scripsit Cæcilius & Hypobolimæum, quasi sub-

si subdititium dicas, cuius fabulæ meminit & Sosipater, quam de Menandro aut Alexi de Comicis conuertisse videtur: quæ lectio apud Non. mansit integra in verbo *Rabere*, nisi quod pro Astrabia, manuscriptus codex habet *Rastraria*: ait in voce *Singulatim*, pro *hypoboli*, *Hypobolymæum* legit: eandemque esse fabulam contenderim, quam Nonius alibi *Subdititium* vocat, Græcam, vt opinor, vocem exprimere volens. Præter hæc citatur Ennius Hectoris *lustris*, tu λύτροις legito: ita vocantur dona redemtoria, quibus Priamus Hectoris mortui corpus ab hoste Achille redemit. Huc adde Accii Æneadas siue Decium, qua fabula Romanorum ab Ænea genus ducentium, ac præcipue Deciorum, pro patria mortem oppetentium virtutem extulisse videtur, quod indicat versus ille, quo apud hunc poetam Decius iunior se pro patriæ salute diis manibus deuoturum confirmat, ad patris exemplum, sic inquiens: *Patrio exemplo & me dicabo atque animam deuorabo hostibus.* Proinde in verbo *Ignouit*, male scriptum est, *Accius Æneadis decimo*: scribendumque, *Accius Æneadis aut Decio*, ita distinguendum est in voce *Sanguis*, vbi perperam, *Accius Æneadis: Aut Decio vim Gallicam.* rectissime vero in dictione, *Tumulti*, *Accius Æneadis vel Decio.* Neque silentio obmittam Laberii ῥιλονησίαν, quam ad imitatioem ἀκεσρίας Comici Antiphanis dedisse illum verisimile est, vtraque voce sarcinatricem significante. Itaque apud Nonium *in aduerbio Efflictim*, quando legitur, *Laberius bello.* instria domina nostra priuignum suum amat efflictim; legendum autumo, *Laberius Belonistria.* Reddamus vero & Afranio Comico suam fabulam & lectionem integram: nam in voce *Spissum* ex manuscripto codice ita lego: *Afranius incendio: itaque spissum videtur fieri, non possum domi meum virum exspectare, quem mihi studeo iamdudum dari*: pro quo vulgati codices habent, *Afranius cado: &* pro *possum possunt*: pro studeo, studio. Sed forte quis pro Cædo, Cæco reposuerit, quod memoretur & Plauti & Titinnii eo nomine fabula a Charisio. Ego vetusti exemplaris fidem sequor. Neque mihi tempero, quin Pomponii Comici locum interpolem: nam vbi in voce *Primiter*, hunc in modum scriptum exstat: *Pomponius Accius geminis: quin bono animo es, video. eripis primiter dapes:* vetustus codex legit, *Pomponius Maccis geminis: quin bono animo es video, eripuisti primitus de pannib.* quæ lectio confirmatur & ab ipso Nonio postea, vbi docet, *pannibus* dici pro *pannis.* Quin & Pomponium Secundum Maccis geminis prioribus testem aduocat alicubi Fl. Sosipater, ita vt binas hoc nomine fabulas dedisse iste comicus videatur.

Quintiliani locus corrigitur, & Ennii apud Marcellum, item Varronis.

CAPVT XI.

Illud item, tametsi non magni momenti, apud Fabium libr. 1c.

non debet non etiam in hunc ordinem referri, quo de Plauti fabulis censuram fert, sic inquiens: *In comœdia maxime claudicamus*, licet Varro dicat Musas, Ælii Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent. Plerique codices quos secuti videntur Petrus Crinitus & Lilius Gyraldus, vterque in libris de poetis, scripserunt *Elpii Stolonis*: at ego *Ælii Stilonis* legendum arbitror: iudicium enim illud de Plauto ex magistri sui verbis repetisse Varronem probabile est: is autem fuit Ælius Stilo, quod in primo Grammatices a Sosipatro dictum est, & Prisciano *lib.6.* Quin & huius ipsius Stilonis crebra fit mentio *in fragmentis Sex. Pompeii*: velut ibi, vt vnum ex multis adferam, Sonticũ morbum in 12. (videlicet tabulis) significare ait Ælius Stylo certum cum iusta caussa. Meminit eius & Plinius *lib.9. natur. hist. & 33. capit.1* Item Varro *lib.4. de lingua Latina*, vbi vitiose *Cornelius Stilo* scribitur, pro *Ælius Stylo*. Porro quia similitudinis quid habet cum superiore censura, Ennii sententia, alieno, vt apparet, stomacho prolata de illo ipso, sed prodigiose deprauata apud Nonium, subiicietur a me integritati suæ reddita:

Enni poeta salue, qui mortalibus,
Versus propinas flammeos medullitus.

Iambici sunt trimetri, pro quib. praue legitur *in verbo Propinare*:
En vocas elue quis mortalibus, &c.

Apud M. Varronem libro de lingua Latina versus Pacuuii emendatus.

CAPVT XII.

PAcuuianus versiculus exstat apud Varronem *lib. de Latina lingua 6.* monstruose conspurcatus, hunc in modum:

Halyconis retu litus peruulgans furor.

Hunc ego integritati suæ sic restitutum iri melius, imo indubitatius censeo:

Halcyonis ritus littus peruolans feror.

Videtur autem senarius detortus ex illo Alcmanis Lyrici:

ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται.

Nota est de Ceyce Trachiniorum rege eiusque coniuge Alcyone fabula, qui cum eo fastus elati forent, vt propriis nominibus, cõpellari abnuerent, ascitis Iouis Iunonisque nominibus, vindice Dei ira exstincti in auium formam transierũt, ille naufragio submersus in Cerylum, hæc luctu exanimata ob mariti desiderium, in halcyonem. Porro istud grauis superbiæ exemplum prouocat me ad ad scribendum inauditum Pallantis Claudii Cæs. liberti fastidium qui libertos suos non modo non dignabatur alloquio, sed etiam nihil vnquã domi, nisi nutu aut manu significasse proditur a Cornelio Tacito: aut si plura demonstranda forent, scripto vtebatur, ne videlicet vocem cum illis consociaret.

Aul. Gellii & Ausonii poetæ locus a vitio vindicatus.

CAPVT XIII.

APud Ausonium poetam *in Centone nuptiali* perperam ita legitur: *Quid antiquissimi poetæ Liuii ερωτοπαιγνίων libros loquar?* quo loco ἐρωτοπαιγνίων legendum esse procliuia plus certum est ex Prisciano & Sosipatro Grammaticis: nam fœdior etiam in Gellianos codices irrepsit error *libri secundi cap. 24* hunc in modum: *Huius legis Lælius poeta meminit in Crotopagniis*: vbi non titulus tantum libri male habet, sed & auctoris nomen corruptum est, pro Liuio Lælius. Constat autem Liuium Andronicum pluseulos libros ἐρωτοπαιγνίων olim scripsisse, quibus Amatories lusus prosecutus fuit: quam inscriptionem æmulati postero tempore Næuius & Pacuuius Erotopægnion libros edidisse leguntur apud Non. Marcellum, vtrunq; enim auctorem Erotopægnion citat: nam in voce *Latibulet*, mendose scriptum est, *erotopeenion*. Quod vero sequitur in Ausonio: *Quid Euemmum, quem Menander sapientem vocauit? Euemerum* lego: is etenim scriptor Messenius patria, libidines obscœnas spurcosque deorum amores carmine euulgauit, ab Ennio postea in latinam linguam conuersus. Vnde sic quoque apud Sex. Pompeium legendum est: *Quam rem in medio (quod aiunt) positam Varro & Euemerus (non Eumerus) ineptiis μύθοις inuoluere maluerunt, quam simpliciter referre.*

Hiulcus locus in quo senarii duo Græci desiderabantur, apud Ammianum expletur.

CAP. XIV.

GEnios (quos & præstites, quod actionibus humanis præsint, vocat Martianus Felix) hominum custodes cum Heliodo credidit omnis antiquitas, ita dictos quoniam a genitura vnicuique adsocientur, quos a Virgilio etiam *manes* appellari autumat Seruius. De iis sic Ammianus hist. lib. 21. *Ferunt enim*, inquit, *theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis visa, quos multiplices auxere virtutes: idque & oracula & auctores docuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem hi senarii duo leguntur.* Hactenus ille: sed quorum testimonium aduocat iambici desiderantur, relicta lacuna quem ex Eusebio de præparatione Euangelica 13. explere licet; illic enim integri leguntur hi duo, de quibus loquitur, senarii:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

hoc est:

Mortalium cuilibet nato simul
Vitæ custos rectorque genius iungitur.

animantium species Venerem solum aspectum suum aprorum abhorruisse, ἐπεὶ συὸς εἰκὸν μορφῆς Ἄρης κεχαρισμένον θανατηφόρον ἰὼν ἐν Ἀδωνις Ζηλομανὴς ἔμελλεν Ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.

id.est:

Mars quia Zelotypus, speciem suis improbus olim
Mentitus, pulcrum letali vulnere Adonim Confecerat.

De Garo locus Martialis interpolatus & expositus.

CAPVT XVII.

GArum tantopere prisco seculo nobilitatum, constat saniem fuisse cruentam ex intestinis piscium, præcipue scombrorum quos macquarellos recentior ætas nominat, eliquatam, quod a salsamentis conditaneo iure βρεχχηρὸν epitheto dixit *in Triptolemo fabula* Pherecrates Comicus. Laudatissimum autem maximique pretii fuit, quod *Garum sociorum* vocitabant superbo admodum titulo, vnde pulcre Epigrammatarius in xeniis:

Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fastosum, munera rara, garum.

Sic enim interpollem locum dare placuit ex vetustissimo eoque emendatissimo exemplari manuscripto, pro eo quod in excusis est, fæcosum. qui nanque potuit commendare garum fæcosum, rarissimi muneris nomine, quum illud quod fæculentum aut fæcis instar in cophino delicuerit, halecis nomine notius nuncupatum fuerit? At illud, sociorum superbo nomine dictum, agnouit Plinius libro nono, vbi M. Apitium hominem ad omne genus luxus mirum, mullos in sociorum garo (nam ea quoque res, inquit, cognomen inuenit) necari præcellens putarit. Item Ausonius ad Paulinum scribens: *Scis autem*, inquit, *me id nomen muriæ, quod in vsu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum & Græca vocabula fastidientes, Latinum in gari appellatione non habebant: sed quocunque nomine loquar, liquor iste Sociorum vocatur.* Vides vt superbum arrogansque nomen vtrobique audiat garum. At ne quis fastuosum respuat elliptice pro fastuoso, velut alienum a poeticis numeris, exemplum adferam testimonii loco ex Annæi Lucani elegantissimo opusculo ad L. Calpurnium Pisonem scripto, vbi sic legitur.

Raraque non humilem calcat fastosa clientem.

M. Varronis locus apud Nonium Marcellum emendatus.

CAPVT XVIII.

MAgnam inuidiam omnibus seculis sustinuit magnatum potentia, quod inferiores se oppresserint semper. Nam sententiam appositissime reddidit Varro in Menippeis *libro quem Margopolim, siue περὶ ἀρχῆς inscripsit*, versibus ita vt nunc leguntur, corruptionibus apud No. Mar. vnde ea ipsa sentētia exsculpi nequeat. sic etenim apud illum *in verbo Comest*, legere est:

Nam

Nam humanis omnia sunt paria, qui te plus vrget,
Pisceis vt sæpe minutos magnus comest, vt aueis enecat accipiter.

Tu repone versus suis numeris ita ex manuscripto codice, cuius fidem sæpius iam antea approbauimus.

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, vrget: pisceis vt sæpe minutos
Magnus comest, vt aueis enecat accipiter.

Citat ita corruptos, vt antea indicauimus, etiam Perottus in glorioso illo suo Copiæ cornu.

Philostrati locus expositus contra Lilii Gyraldi sententiam.

CAPVT XIX.

MOrsinius poeta traducitur ab Aristophane frigidus ac insulsus, quo nomine explosus sæpenumero fuit & exsibilatus e theatro, vt indicant scholia. Hinc putat Lilius Gyraldus multæ alioqui lectionis vir in historia poetarum quam scripsit, profectum esse responsum Apollonii Tyanæi ad Domitianum Cæsarem, *οὐ μήν με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτι μόρσιμός εἰμι*, hoc est, vt ipse interpretatur: *Non me rex occides, non enim Morsinius ego sum.* Qua in re pudendus hominis error elucescit, quum *μόρσιμος* illic a fato neci destinatum significet, volueritque Tianæus Cæsari Homerico versiculo indicare, nondum fatale suum adesse tempus, quo a fatis decretum sibi sit mori: siquidem fidem dicti comprobauit euentus, vti prodidit Philostratus, disparuisse illum ex oculis subito euanidum scribẽs: ita rectius versiculum illum conuertere sic liceat,

Non me interficies, nanque hoc tibi fata negarunt.

Reperiũtur Philostrati verba etiam a Suida, apud quem perperam *Δομίνιον* pro *δομικαῖον* scriptum est *in voce μόρσιμος.*

Germanici Cæsaris locus emendatur.

CAPVT XX.

IN Arati phænomena, præter Achillem & Theonem qui Græce scripserunt, circumferuntur hodie Germanici Cæsaris nomine commentaria, quę tametsi docta sint & multam auctorum nobis ignotorum mentionem faciant, haud facile mihi Germanici nomen probant. in iis castigandis operam collocare, esset Augiæ repurgare stabulum: nequeo tamen quin locum vnum atque alterum de luna sub calcem libri a mendis liberem. nam vbi de Lunæ potentia agit, detrimenta eius & augmẽta, non solum terramq; sed & lapides & cerebra (male etenim legitur, *crebra*) animantiũ, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentire dicit, quæ in lunæ crementis eiecta vermiculos parturiant. Cuius rationem legas apud Plinium lib. 18. cap. 32. monentẽ stercus nisi decrescẽte

Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles,
Quamuis mille rates Priameius vreret heros,
Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
Illo dulce melos Nereius extudit heros
Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.
Armatis etiam si forte rotare lacertis,
Inq; gradum clausis libuit consistere membris,
Et vitare simul, simul & captare petentem:
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Flectis, & obliquis fugientem cursibus vrges,
Et nunc viuaci scrutaris pectora dextra,
Nunc latus aduersum nec opimo percutis ictu.
Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.
Haeret in hac populus spectacula, totaq; ludos
Turba repente suos iam sudabunda relinquit.
Te si forte iuuat studiorum pondere fessum,
Non languere tamen, lususq; mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta,
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu,
Qui stetit in speculis, hic se committere rixae
Audet, & in praedam venientem decipit hostem.
Ancipites subit ille moras, similesque ligato
Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra,
Clausaque deiecto populatur moenia vallo.
Interea sectis, quamuis acerrima surgant
Praelia, militibus, plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis,
Et tibi captiua resonat manus vtraque turba.
Sed prius emenso Titan versetur Olympo,
Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.
Felix, & longa iuuenis dignissime vita,
Eximiumq; tuae gentis decus, accipe nostri
Certus & hoc veri complectere pignus amoris.
Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est: animum, non carmina iacto.
Tu modo laetus ades, forsan meliora canemus:
Et vires dabit ipse fauor, dabit ipse feracem

Spes animum: dignare tuos aperire penates,
Hoc solum petimus: nec enim me diuitiis auri
Imperiosa fames, & habendi saeua libido
Impulerat, sed lauuis amor iuuat optime tecum
Degere, cumque tuis virtutibus omne per annum
Carminibus certare meis. sublimior ibo,
Si fama mihi pandis iter, si detrahis umbram.
Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret? quid inertis condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
Armamenta ferat, teretique fluentia malo
Possit & excusso dimittere vela rudente?
Ipse per Ausonias Æneia carmina gentes
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Maeoniumque senem Romano prouocat ore,
Forsitan illius nemoris latuisset in umbra,
Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,
Ignotus populis, si Maecenate careret.
Qui tamen haud uni patefecit limina vati,
Nec sua Virgilio permisit nomina soli.
Maecenas Tragico quatientem pulpita gestu
Euexit Varium Maecenas alta Toantis
Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.
Carmina Romanis etiam resonantia chordis,
Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.
O decus, & toto merito venerabilis aeuo
Pierii tutela chori, quo praeside tuti
Non unquam vates inopi timuere senectae.
Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota
Si mentem subiere tuam, memorabilis olim
Tu mihi Maecenas tereti cantabere versu.
Possumus aeterna nomen committere fama:
Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,
Et Deus vltor abest superest animosa voluntas,
Ipsaque nescio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum: tu Piso latentem
Exsere. nos humilis domus & syncera parentum;
Sed tenuis fortuna sua caligine celat.
Possumus impositis caput exonerare tenebris,
Et lucem spectare nouam, si quid modo laetus
Annuis, & nostris subscribis candida votis.
Est mihi, crede, meis animus constantior annis,
Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Coeperit, & nondum vicesima venerit aestas.
Quod si tam valido mihi robur mentis inesset,

Et solidos primos impleret spiritus annos,
Auderem voces per carmina nostra referre
Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parua referre sonos, nec si velit improba, possit.
Sic & Aedonia superantur voce cicada,
Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.
Quare age Calliope, posita grauitate forensi,
Limina Pisonis mecum pete. plura supersunt,
Qua laudare velis inuenta penatibus ipsis.

Ciceronis locus a menda vindicatur. Eiusdem verba in Nonio desiderata reponuntur.

CAPVT II.

INter reliquias laceri de Repub. M. Tullii operis leguntur ex libro primo hæc verba de pietate quę patriæ debetur, transcripta ex Nonio Marcello, vbi de differentia in significato vocis *Antiquus* agit. sic enim inquit: *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quam si quis (vt aiunt) curauerit: maior ei profecto quam parenti debetur gratia.* Quæ verba vt sunt corrupta, nec genuinam Tulliani nitoris facilitatem seruãt, ex vetustissimo nostro codice manuscripto ita persanaueris. *Et est antiquior parens, quam is qui creauit:* vult enim plus deberi patriæ communi plurimorum parenti, quam priuatis vniuscuiusque nostrum genituræ auctoribus. Post superiorem Ciceronis sententiam, in manuscripto meo leguntur ista, in excusis hactenus desiderata. *M. Tull. ad Cæsarem iuniorem libr. 3. Ego autem antiquissimum Scythis oriundum, quibus antiquior lætitia est, quam lucrum.* Sentit, ni fallor, de Anacharsi philosopho sapiente, patria Scytha, qui pecuniam fastumque regium prę animi tranquillitate, quam docet Philosophia, contẽsit, quod de illo alibi lectum est. Ne vero putet quispiam adulterinam esse librorum ad Cæs. iuniorem inscriptionem, euincet facile Nonius, non semel eorum librorum testimoniis vsus: vt paulo ante hunc locum in verbo *Vindicare*: M. Tull. ad Cæs. iuniorem *lib. 1. Quasi si me ad id beneficium accerseres, quo per te me vna cum repub. in libertatem vindicassem.* Quorum verborum prior pars in aliam faciem conuersa, in meo codice legitur hunc in modum. *Qui si nihil ad id beneficium adderes.*

Adagium quo vsus est Varro obliteratum, in vsum reuocatur, emendaturque.

CAPVT III.

ELegans est apud D. Hieronymum parœmia, non dubium ex Græco fonte deriuata, qua simile simili, vt Calcam Calco obtigisse

rigisse innuere volentes, dignum accessisse patellæ operculum dicebāt Grece sonat festiuius εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα: ac si dicas, Inuenit olla seu patella operculum. Huius prouerbii emblemate Menippearum vnam exornauit Varro. Constat autem ferme prouerbiales esse illorum librorum titulos, vt ostendunt illæ inscriptiones, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον & γνῶθι σεαυτόν. &, Mutuum muli scabūt. Item, αἰὼν πολλαμοί. quod deprauatum est apud Marcellum, in Anoputio, in voce olliceres. Cōsimiliter & istud de quo loquimur adagiū apud eūdē paulo post ita vitiose legitur scriptū: Murmurari pro Murmurare. Varro heurenulo pastopoma περὶ ὑστ̃ μυκήτων: vbi cū ex artificiola coniectura, tum manuscripti codicis opera, germana talis lectio reponenda venit: Varro εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων: id est, reperit olla operculum, de nuptiis. Eam vero lectionem ipse literarum ductus commonstrat, heuren e lopas to poma: nam postremum illud, περὶ γεγαμηκότων, his ipsis characteribus præfert exemplar manuscriptum, quod consonat cum alterius tituli significato. quo Caium Caiæ obuenisse gratulantes, aut mordaci sale Cascam Casco nupsisse insimulantes, dignum patellæ operculum obtigisse prouerbialiter dicimus.

De Myrmecida Varronis locus a menda vindicatus & declaratus.

CAP. IV.

INter minutorum operum, quæque visum præ nimia exilitate pene subterfugerint, artifices, primum locum Myrmecidæ Milesio tribuit antiquitas: is nanque inter cetera laudatæ industriæ monumenta quadrigam sculpsisse ex ebore legitur, quam cum agitatore suo, musca alis suis coopeceruerit, quod a Plinio Polyhistore libro septimo, capite vigesimoprimo, & lib. 36. capite quinto, literis proditum est, & ab Æliano in omnigenæ historiæ primo repetitur. Addit quoque Plinius nauem apiculæ pennis absconditam inter eius opera Ælianus etiam elegiacum distichon in sesamo minuto legumine descriptum aureis literis. Certe Cicero minutorum opusculorum fabricatorem fuisse non dissimulat in Academicis. De eo sentit M. Varro lib. de Latina lingua sexto, corrupta in excusis exemplaribus Myrmetidis voce pro Myrmecide. Ita nanque ibi lego: Etenim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoueant nigras setas.

De columbis Æliani locus ab interprete perperam conuersus emendatur.

CAPVT V.

MIrum est quod de columbis in literas relatum ab Athenæo est auctoritate Aristotelis, quod videlicet pullis exclusis co-

lumbus inspuat, saliuaq; eos lustret ad abigendam fascini vim ita enim scriptum inuenias apud illum libr 9. ἐπῳάζει δ' ἐκ διαδοχῆς καὶ τὸ περιστερίδες θῆλυς. καὶ γενομένων τῶν νεοττῶν ὁ ἄρρην ἐμπτύει ὡς μὴ βασκανθῶσι. Quæ verba hunc in modum transcripsit in primo Ælianus, ἐκ διαδοχῆς φασὶν ἐπῳάζειν τὰς περιστερὰς εἶτα τῶν νεοττῶν γενομένων, ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς. ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον. φασὶν ἵνα μὴ βασκανθῶσι δὴ ἄρα ἔστιν. in quibus vertendis operam lusisse interpres mihi videtur, totoque, quod aiunt, cœlo aberrasse, dum ea latinis auribus fide nescio qua sic appendit: *Columbas successione perhibent ouis incubare, deinde pullis effectis, masculum eos fouere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, vt inquiunt, ne si non faciat contentiones & lites exerceant.* Cum ego potius hac ratione vertendum duxerim: *Alternis incubant oua columba, vti perhibent: deinde pullis enatis mas inspuit, liuorem procul abigens, vt ne quid illis fascinus officiat.* Vbi in postremis Æliani verbis dubito an non rectius legi possit, δι' ἀρὰς, pro δι' ἄρα, vt ad fascinantium imprecationes referatur.

Locus Aristotelis & item Athenai expensus cum Plinii verbis.

CAPVT VI.

MEntio de saliuatione columbarum prouocat, vt Aristoteli genuinam dictionem, pro adulterina, quæ in vulgatis libris legitur, reponam, vbi de simili columbarum inspuitione verba facit. Locus exstat *libro de historia animalium nono.* ita descriptus: γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν φροντίζει τῆς ἁρμοστικῆς τροφῆς, ἣς διαμασησάμενος, ἐμπτύει τοῖς νεοττοῖς διοιγνὺς τὸ στόμα, παρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν. Hic vox illa ἁρμοστικῆς suspecta mihi habetur & supposititia pro ἁλμυριζούσης, a sciolo quopiam in contextum intrusa: hanc etenim lectionem defendere mordicus neque sine ratione posse mihi videor, et Plinio ita legente: is nanque verbum pene de verbo reddens sic inquit libri decimi capite 34. *Pullis primo salsiorem terram collectam guttura in ora inspuunt, praeparantes tempestiuitatem cibo.* Accedit Athenæi *in dipnosoph.* auctoritas, verba Aristotelis citantis hunc in modum: ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησὶν ὡς αἱ περιστεραὶ γενομένων τῶν νεοττῶν τῆς ἁλμυριζούσης (quanquam impressus codex transposita vna litera λαμυριζούσης præferat) γῆς διαμασησάμεναι, ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν id est: *Columbas dicit Aristoteles pullis enatis salsiusculam terram pramansam aperto ore inspuere, hac ratione eos capiendo cibo praeparantes.* Quod autem non careat ratione, cur pullos suos salsioris terræ manso muniant columbæ, salis temperamentum docebit abunde, quod a medicis & physicis discas: nobis satis est non vanam interpolandæ vocis viam commonstrasse.

Theodori

Theodori Gazæ lapsus in Pyrallidis auis voce manifestatur. Item Catulli versus e Græco fonte indicatus.

CAPVT VII.

NEque vero otiosum fuerit reliquam partem de columbis exsequi data semel occasione, in qua impegisse Gazam hominem doctissimum certo mihi persuadeo, vti mox indicabo. Inuenio autem columbarum plura genera, quam aut quaterna, quod voluit Callimachus *libro de auibus*: aut quina, vt Aristoteli visum est. Nam primo est περιστερὰ seu Attice περιστερός, ab amoris vehementia nomine indito, nobis *columba & columbus*, quo postremo vsus est Catullus in epigrammate ad C. Cæsarem, versu ex Alexidis Comici Concurrentibus translato. Vt albulus columbulus Dionæus: sic enim iste antea, ὁ λευκὸς ἀφροδίτης εἰμὶ τῆς περιστερός. Deinde est τρυγών, qui nobis *turtur*: proximo loco φάττα, nostri *palumbim* siue *palumbum* dicunt: deinceps οἰνάς, quam *Vinaginem* vocat Gaza, syluestris columbæ genus. additur & πελειάς, ab eodem Liuia coloris liuidi argumento. Adiicitur alicubi ab Aristotele & φὰψ, quam cum φάττα cōfundens Theodorus palumbem vertere non dubitauit, cuius apud Athenæum meminit & Æschylus Tragicus, ibi:

σιτουμένην δύστανον ἀθλίαν φάβα.

Septimum genus dici πυραλλίδα inuenio, cuius meminerunt præter Aristotelem Athenæus & Ælianus, cuius auis etymon ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne deducens Gaza, ignariam vocauit, quum potius ἀπὸ τοῦ πυροῦ, id est, *a tritico*, in quod pabuli gratia insolet, Frugipetam dixisse debuerit: sonat nanque πυραλλὶς tritici assultatricem, παρὰ τὸ ἅλλεσθαι εἰς τὸν πυρόν: neque enim in genere columborum itidē vt in insectis inuenias, qui ad lucernas aut ad ignem aduolent, sed bene qui fruges triticeaque sata impetant, vti alii legumina. Longe siquidem alia est hæc pyrallis, ab animalculo illo igniario, quod Pyralis Plinio, nōnullis etiam pyrausta vocatur, quod multo iustius ignarium Gaza nuncupauerit, quam istud columbæ genus.

Nonii Marcelli testimonia duo ex Homero interpolata beneficio codicis manuscripti.

CAPVT VIII.

NOnii Marcelli doctissimi extra omnē aleā Grammatici lectionē plurimū antiquitatis elegantiorisque literaturæ cognitioni conducere, inficias ire potest nemo: sed tam crebris ille vulneribus saucius atq; lacer est, tot tantisque maculis καὶ ὑπωπίοις fœde deturpatus, vt difficilimam suscepturus sit maximeque arduam prouinciam, qui Pęoniam manum illi autoti admouere satagat: bonam tamen me operam nauaturum aliquando in

sanando eo confido, idque vetusti codicis manuscripti beneficio, quod vbi commodum videbitur, primo quoque tempore præstiturus sum. In eo igitur auctore, vbi de ventorum proprietatibus agit, ὑπὸ ὀλιγωρίας leguntur duo Homerici versus, nihil ad loci intelligentiam facientes, aut etymi rationem, de quo agit, spectantes. Sed præstat integrum locum adscribere, qualis in impressis libris legitur. *Austrum*, inquit, *qui Græce νότος, dictum ab humore & nebula, quod νότις Græce humor latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector, vt est Homeri:* σὺν δ᾽ εὖρός τε νότος τ᾽ ἔπεσε ζέφυρός τε δυσαής. Hunc ego versum, Aristarchi ius si vsurpare fas sit mihi, vt suppositirium eius loci iugulo, illiusque vice, exemplaris manuscripti fidem secutus scribo, κατὰ δὴ νότος εἶσιν ἱδρώς: quasi isto hemistichio dicti sui fidem auctor quærat, quod Notus ventus sudoris sit effector, quum Homero νότος ἱδρὼς fuerit dictus, ac si austrinum sudorem dicas, nempe humidum. Nam in altero illo versu nulla visitur aut humoris aut sudorificæ qualitatis mentio. Sequitur deinde: Boream, hoc est, aquilonem ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit & procellosus. Homerus, καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων In alio loco, ἐπὶ κρατερὸν βορέω καὶ κύματα ἄξειν. Huius posterioris in locum substitue ex libro scripto non semel antea citato binos Homeri versus ex Iliados decimoquarto, in quibus manifesto Boreæ etymon exprimitur, quod ille indicauit:

> οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον
> ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ βορέω ἀλεγεινῇ.

Varronis monumentorum inscriptiones a maculis asseruntur apud Non. Marcellum.

CAPVT IX.

TAm spissis maculis deturpatæ atque adulteratæ sunt apud eundem scriptorem luculentissimi auctoris M. Varronis librorum inscriptiones, vt conniuenter eos aut dissimulanter non queam præterire. Nihil enim occurrit ibi frequentius quam *Varro Eumenonibus*: sed vitiata lectione, quum constanter vbique manuscriptus codex, quem ego magnifacio, & σκύλμων ἀνάλεκτον quam Hectoris corpus apud Lycophronem, digniorem iudico, *Eumenidibus* legat: ita γεροντοδιδασκάλῳ passim ex eo reponendum est, pro γέροντος διδασκάλου. efficto nomine ad instar ἀσωτοδιδασκάλου, quem Alexis Comicus docuerat. Rursus vbicunque Tithonio & Titone & Tisone περὶ γήρως inuenitur, scribendum est Tithono περὶ γήρως. Tithonus enim Auroræ delitiæ ad extremum senium peruenit. Item quoties citatur Varro Sciamachia περὶ ἐ-φῆς, legi debet, περὶ τύφου, de fastu, cum vmbratili enim pugna commune quid habet iactantia? eam siquidem lectionem in voce Lucilius emendatiorem inuenias. Iam vero in dictione *Vulgus*,

vbi legitur, Varro Crono περὶ ταφῆς, ex manuscripto substitue, *Cycno*, pro *Crono*. Eandem vocem ex eodem adde in vocabulo *Iteris* vbi de mutata declinatione agitur, hoc pacto: *Varro cycno περὶ ταφῆς*: rectissime nanque titulum illum scriptum inuenias *capite de numeris & casibus*, hunc in modum, Varro κύκνῳ περὶ ταφῆς. conuenit etenim titulus vterque in cygni morte sepulturam suam funusque lugubri cantu præcinentis. Mutuatus autem fuit titulum ab Alexide Comico, quem in κύκνῳ pro teste aduocat Athenæus *lib. 2*. Iam vero & corruptissima lectione citatur Varro noprãdis, in dictione *Papauer*, quum Admirandis ibi scribi oporteat hac ratione: *Varro admirandis, Infriasse papauerem*. pro eo quod est in vulgatis codicibus, *Varro noprandis*: infrias lene papauerem. Nostram lectionem confirmat Fl. Sosipater *artis Grammaticæ libr. 1.* quem vide si lubet. Præterea apud Nonium *in dictionibus Amnem & Singultũ*, perperam legitur, Varro περὶ πλούτου, *de diuitiis*, quum manifestario scribi debeat περίπλου, siue περιπλοῦ, in lustratione terrarum. Sic in vocabulo *Spissum*, pro περὶ πλοῦ, περὶ φίλου. Errare mus, ex manuscripti exempiaris fide legemus, περιπλοῦ, περὶ φιλοσοφίας, *Et ne erraremus*, *&c.* Et certe minus deprauata est lectio in voce *Lucuns*, vbi sic legitur: *Varro periplum libro secundo*, περὶ φιλοσοφίας pro, περιπλοῦ Insuper in voce *Præcox*, pessime scribitur *Perideko*, pro, Synephebis, aut saltem Ephebo περὶ ἐμμονῆς, vti alibi rectius legitur. Rursus in voce *Conscribillaut*, pro, *Varro columna* ἀρχαϊκῆς, reponito ex nostro codice, *Varro columna Herculis*, περὶ δόξης. Iterum *in dictione Plaga*, loco eius quod ibi legitur, *Varro lege Mentados*, admirantes quod sereno renuisset: restitue sic, *Varro lege Menia: Admirantes quod sereno intonuisset.* Demum quotiescunque vel Marco vel Bimargo scriptum reperitur, syncera & genuina libri inscriptio reponenda est Margopoli: is enim eius est titulus, quem etiam περὶ ἀρχῆς, de dominatu nuncupauit: per Margopolin vrbem Romam, insanam luxuique deditam, mihi visus innuere. Ceterum quod mendum in voce *Oluitatem* est, *Varro ingloperiton*, certa ratione sanare non ausim, nisi quatenus suspicioni eruditæ locus esse potest, quando legi posse videatur non male γλῶττα περιόρων, vel vna dictione γλωττοπεριόρων, qua voce rabula denotatur: vestigia enim harum literarum ferme mõstrat manuscriptus codex in quo exstat ita, glotto peri oron.

Delentur plurima menda in epigraphis fabularum Plauti, Cæcilii, Accii, aliorumque, apud Nonium commissa.

CAPVT X.

QVid obstat quo minus in corrigendis nonnullis aliorũ poetarum epigraphis eandem remediorũ adhibẽdorum viam commõstrem, vibices & hyposphagmata suis spleniis inducturus.

Ac primum quidem festiuissimi Plauti, pro cuius Asinaria fabula notissima, perperam Sisennaria legitur apud Nonium Marcellum in vocabulo Cursura. Neque satis plene legas apud eundem *in dictione Oculitus*, Corni qui amant, pro eo quod est, *Plautus Cornicularia* (est enim & istud fabulæ nomen, sed quæ temporum iniuria abolita est) *Qui amant, &c.* Similiter *in voce Prasica*, parum rite ista leguntur: *Plautus friuola, superboque omnes argutando præficas* Clarius ita, *Plautus Friuolaria: Superaboque omnes*, & sic deinceps: nam Friuolariam agnoscit & Charisius. Illud vero deprauatissime omnium scriptum est *in dictione Clunes*. Plautus: *Ambroico quas lupus ab armis valeo:* pro quo lego constanter, *Plautus ἀγροικῷ, quasi lupus ab armis valeo, clunes desertos gero:* quod spectat ad vulgare dictum, quo lupum armos validos habere, sed impotẽtem atque imbecillum clunibus prædicamus. Quod autem ἀγροικῷ legendum sit, vel solus literarum ductus euincat: manuscriptum certe exemplar abroico scribit. Constat autem ἀγροικὸν fabulam Plauto fuisse attributam, nam Plauti adulterinam agnoscit apud Aul. Gellium Varro *libro de comœdiis Plautinis*, M. Aquilio eam ascribens: alioqui Philemon Comicus & Antiphanes similiter ἀγροικὸν scripsisse memorantur ab Athenæo. Secundo loco ad Cæcilium (cui primas inter Comicos defert Sedigitus) transeamus, qui Plotium scripsit a Menandro conuersam fabulam, *Gellio teste*, quod nomen deprauatum est apud Nonium in dictione *Opulentias*, vbi *Potio*, legitur male. Scripsit idem & ὀβολοστάτην, quod nomen laceris artubus disparatum est in tres voces, *obolio*, ista te, quum in Nonio dictione Delica, iunctim legi debeat, Cæcilius *obolostate*. Similis luxatio deartuatione in vocabulo *Pulcritas* visitur: sic enim illic legas, *Cæcilius arpaio : Me ne dii boni quid illud est pulcritatis.* Ego sic corrigo, Cæcil ἁρπαζομένη: *Dii boni quid illud est pulcritatis.* Rursus in vo--, *Collum: Cæcilius Sarpazo: Mane hunc collum ludo præcipi sub* . E o repono, *Cæcilius ἁρπαζομένη*: Hunc collum ludo præcidi ii be quæ lectio integra mansit in dictione *Exlex*. Citat & Sosipater Cæcilii ἁρπαζόμενον, solo masculei sexus discrimine: adducit & ex Philemonis Comici ἁρπαζομένῃ testimonium Athenæus. Neque minor est menda in eodem loco, vbi contiguis verbis ista legũtur: *Idem scenophebis: cadretim res redit, smo collum non res.* Ego restituo ex manuscripto: *Idem Synephebis: Ad restim res redit, &c.* Quo in loco non possum quin etiam lepidissimum Næuii dicterium a menda repurgem. Vbi nanque legitur, *Næuius. Cor verum scapula plus angulus colli habeat nescio:* locum ita ex meo codice emaculo: *Næuius Colace: Vtrum scapulæ plus, an collus calli habeat, nescio.* Quod autem Cæcilii fabula fuerit Synephebi, neminem fugerit qui Ciceronis libellum *de senectute* triuerit, testimonium inde petentis. Scripsit Cæcilius & Hypobolimæum, quasi sub-

si subdititium dicas, cuius fabulæ meminit & Sosipater, quam de Menandro aut Alexi de Comicis conuertisse videtur: quæ lectio apud Non. mansit integra in verbo *Rabere*, nisi quod pro Astrabia, manuscriptus codex habet *Rastraria*: ait in voce *Singulatim*, pro *hypoboli*, *Hypobolymæum* legit: eandemque esse fabulam contenderim, quam Nonius alibi *Subditiuum* vocat, Græcam, vt opinor, vocem exprimere volens. Præter hæc citatur Ennius Hectoris *lustris*, tu λυτροις legito: ita vocantur dona redemtoria, quibus Priamus Hectoris mortui corpus ab hoste Achille redemit. Huc adde Accii Æneadas siue Decium, qua fabula Romanorum ab Ænea genus ducentium, ac præcipue Deciorum, pro patria mortem oppetentium virtutem extulisse videtur, quod indicat versus ille, quo apud hunc poetam Decius iunior se pro patriæ salute diis manibus deuoturum confirmat, ad patris exemplum, sic inquiens: *Patrio exemplo & me dicabo atque animam deuorabo hostibus.* Proinde in verbo *Ignouit*, male scriptum est, *Accius Æneadis decimo*: scribendumque, *Accius Æneadis aut Decio*, ita distinguendum est in voce *Sanguis*, vbi perperam, *Accius Æneadis: Aut Decio vim Gallicam.* rectissime vero in dictione, *Tumulti, Accius Æneadis vel Decio.* Neque silentio obmittam Laberii Σιλονηρίαν, quam ad imitatioem ἀκεστρίας Comici Antiphanis dedisse illum verisimile est, vtraque voce sarcinatricem significante. Itaque apud Nonium *in aduerbio Efflictim*, quando legitur, *Laberius bello.* instria domina nostra priuignum suum amat efflictim; legendum autumo, *Laberius Belonistria.* Reddamus vero & Afranio Comico suam fabulam & lectionem integram: nam in voce *Spissum* ex manuscripto codice ita lego: *Afranius incendio: itaque spissum videtur fieri, non possum domi meum virum exspectare, quem mihi studeo iamdudum dari*: pro quo vulgati codices habent, *Afranius cado: &* pro *possum possunt*: pro studeo, studio. Sed forte quis pro Cædo, Cæco reposuerit, quod memoretur & Plauti & Titinnii eo nomine fabula a Charisio. Ego vetusti exemplaris fidem sequor. Neque mihi tempero, quin Pomponii Comici locum interpolem: nam vbi in voce *Primiter*, hunc in modum scriptum exstat: *Pomponius Accius geminis: quin bono animo es, video. eripis primiter dapes:* vetustus codex legit, *Pomponius Maccis geminis: quin bono animo es video, eripuisti primitus de pannib.* quæ lectio confirmatur & ab ipso Nonio postea, vbi docet, *pannibus* dici pro *pannis.* Quin & Pomponium Secundum Maccis geminis prioribus testem aduocat alicubi Fl. Sosipater, ita vt binas hoc nomine fabulas dedisse iste comicus videatur.

Quintiliani locus corrigitur, & Ennii apud Marcellum, item Varronis.

CAPVT XI.

Illud item, tametsi non magni momenti, apud Fabium libr. 10.

non debet non etiam in hunc ordinem referri, quo de Plauti fabulis censuram fert, sic inquiens: *In comœdia maxime claudicamus*, licet Varro dicat Musas, Ælii Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent. Plerique codices quos secuti videntur Petrus Crinitus & Lilius Gyraldus, vterque in libris de poetis, scripserunt *Elpii Stolonis*: at ego *Ælii Stilonis* legendum arbitror: iudicium enim illud de Plauto ex magistri sui verbis repetisse Varronem probabile est: is autem fuit Ælius Stilo, quod in primo Grammatices a Sosipatro dictum est, & Prisciano *lib.6.* Quin & huius ipsius Stilonis crebra fit mentio *in fragmentis Sex. Pompeii*: velut ibi, vt vnum ex multis adferam, Sonticū morbum in 12. (videlicet tabulis) significare ait Ælius Stylo certum cum iusta caussa. Meminit eius & Plinius *lib.9. natur.hist.& 33.capit.1* Item Varro *lib.4. de lingua Latina*, vbi vitiose *Cornelius Stilo* scribitur, pro *Ælius Stylo*. Porro quia similitudinis quid habet cum superiore censura, Ennii sententia, alieno, vt apparet, stomacho prolata de illo ipso, sed prodigiose deprauata apud Nonium, subiicietur a me integritati suæ reddita:

Enni poeta salue. qui mortalibus,
Versus propinas flammeos medullitus.

Iambici sunt trimetri, pro quib. praue legitur *in verbo Propinare*: *En vocas elue quis mortalibus, &c.*

Apud M. Varronem libro de lingua Latina versus Pacuuii emendatus.

CAPVT XII.

PAcuuianus versiculus exstat apud Varronem *lib. de Latina lingua 6.* monstruose conspurcatus, hunc in modum:

Halyconis ritu litus peruulgans furor.

Hunc ego integritati suæ sic restitutum iri melius, imo indubitatius censeo:

Halcyonis ritu littus peruolans feror.

Videtur autem senarius detortus ex illo Alcmanis Lyrici:

ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται.

Nota est de Cæyce Trachiniorum rege eiusque coniuge Alcyone fabula, qui cum eo fastus elati forent, vt propriis nominibus, cōpellari abnuerent, ascitis Iouis Iunonisque nominibus, vindice Dei ira exstincti in auium formam transierūt, ille naufragio submersus in Cerylum, hæc luctu exanimata ob mariti desiderium, in halcyonem. Porro istud grauis superbiæ exemplum prouocat me ad ad scribendum inauditum Pallantis Claudii Cæs. liberti fastidium qui libertos suos non modo non dignabatur alloquio, sed etiam nihil vnquā domi, nisi nutu aut manu significasse proditur a Cornelio Tacito: aut si plura demonstranda forent, scripto vtebatur, ne videlicet vocem cum illis consociaret.

Aul.

Aul. Gellii & Ausonii poetæ locus a vitio vindicatus.

CAPVT XIII.

APud Ausonium poetam *in Centone nuptiali* perperam ita legitur: *Quid antiquissimi poetæ Liuii ἐρωτοπαιγνίων libros loquar?* quo loco ἐρωτοπαιγνίων legendum esse procliuius plus certum est ex Prisciano & Sosipatro Grammaticis: nam fœdior etiam in Gellianos codices irrepsit error *libri secundi cap. 24* hunc in modum: *Huius legis Lælius poeta meminit in Crotopegniis*: vbi non titulus tantum libri male habet, sed & auctoris nomen corruptum est, pro Liuio Lælius. Constat autem Liuium Andronicum pluseulos libros ἐρωτοπαιγνίων olim scripsisse, quibus Amatories lusus prosecutus fuit: quam inscriptionem æmulati postero tempore Næuius & Pacuuius Erotopægnion libros edidisse leguntur apud Non. Marcellum, vtrunq; enim auctorem Erotopægnion citat: nam in voce *Latibulos*, mendose scriptum est, *erotopecnion*. Quod vero sequitur in Ausonio: *Quid Eunum, quem Menander sapientem vocauit? Euemerum* lego: is etenim scriptor Messenius patria, libidines obscœnas spurcosque deorum amores carmine euulgauit, ab Ennio postea in latinam linguam conuersus. Vnde sic quoque apud Sex. Pompeium legendum est: *Quam rem in medio (quod aiunt) positam Varro & Euemerus (non Eumerus) ineptiis μύθοις inuoluere maluerunt, quam simpliciter referre.*

Hiulcus locus in quo senarii duo Græci desiderabantur, apud Ammianum expletur.

CAP. XIV.

GEnios (quos & præstites, quod actionibus humanis præsint, vocat Martianus Felix) hominum custodes cum Hesiodo credidit omnis antiquitas, ita dictos quoniam a genitura vnicuique adsocientur, quos a Virgilio etiam *manes* appellari autumat Seruius. De iis sic Ammianus hist. lib. 21. *Ferunt enim*, inquit, *theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis visa, quos multiplices auxere virtutes: idque & oracula & auctores docuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem hi senarii duo leguntur.* Hactenus ille: sed quorum testimonium aduocat iambici desiderantur, relicta lacuna quam ex Eusebio de præparatione Euangelica 13. explere licet: illic enim integri leguntur hi duo, de quibus loquitur, senarii:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

hoc est:

Mortalium cuilibet nato sub
Vita custos rectorque genius iungitur.

Hos itaque diligens lector suo in codice adscribere poterit. Citat eosdem non plene tamen Theocriti scholiastes *Idyllio secundo* his verbis: *δαίμων ἀνδρὶ πειρᾶται δι' ἧς γλυφίδων.*

Quæ dicatur apud Petronium Arbitrum margarita tribacca, ibidemque locus castigatus.

CAPVT XV.

APud Petronium Arbitrum Satyrographum de ciconia leguntur sequentes versus mendis referti:

> *Ciconia etiam grata peregrina hospita,*
> *Pietatis cultrix gracilis pes e tota l.stria*
> *Auis exsul hyemis, titulus trepidi temporis,*
> *Nequitia nidum in cacabo fecit meo.*
> *Quo margarita cara tribaca indica.*
> *An vt matrona ornata faleris pelagus*
> *Tollat pedes indomita instrato extraneo.*

quos ita legendos iudico:

> *Pietatis cultrix, gracilipes glotoristria,*

aut vt alii malunt, choralistria,

> *Auis exsul hyemis, titulus tepidi temporis,*
> *Nequitia nidum in cacabo fecit tuo.*

Inuehitur enim in Romæ luxum. Pergit deinde per interrogationem conuitiatoriam:

> *Quo margarita cara, tribacca Indica?*
> *An vt matrona ornata phaleris pelagiis,*
> *Tollat pedes, &c.*

hic tribaccam dixisse mihi videtur margaritam, quę tribus baccis vnionibusue inauri insertis constabat: solebant enim binos ternosque elenchos (ita vocant margaritas in longum fastigiatas) aureabractea coniunctos auribus suspendere. Quod non reticuit Plinius acerrimus luxuriæ Romanæ exagitator, quum *lib 9. ca. 35.* sic ait: *Hos digitis suspendere & binos ac ternos auribus fœminarum gloria est.* At baccarum appellatio pro vnionibus, vel in illo Virgilii elucescit: *Colloque monile baccatum.* Quod autem *Indica* legendum sit, docebit etiam Plinius loco antea citato: nam quum principatum culmenque rerum omnium pretii margaritas tenere dixisset, subiungit, *Indicum eas maxime Oceanum mittere.* Phaleras vero pelagias apposite vocat ipsas margaritas, velut ornamenta fœminarū cultus e pelago, hoc est, conchyliis marinis quęsita. Quod vero in eiusdem Arbitri fragmento aliquanto post legitur: *Visebamus nos omnia per foramen valua, quod paulo ante ansa hostialis rupta laxauerat.* Rectius hunc in modum scribetur, *quod paulo ante ansa ostii disrupta laxauerat.* Item sub finem versus illos,

> *Cui lasos viridisq; Thasos, quem Lydus adorat*
> *Septifluus, templumque tuis imponit hipoplis.*

ita concinno atque repono:

Cui Lesbos, viridisque Thasos, quem Lydus adorat
Septifluus, templumque suis imponit Hypœpis.

Est autem Lydiæ oppidulum Hypœpa, vt in vndecimo Metamorph. testatur Ouidius,

Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypœpis.

Alioqui etiam Dianæ sacer hymnus Hypœpus est, Theodorito teste.

Quam ob caussam Ægyptii olim & Iudæi a suilla abstinuerint.
CAP. XVI.

QVa ratione moti Ægyptii a suum esu abstinuerint, se religione ne, an odio & auersatione quadam animantis, controuersum posuerunt auctores: nam Ælianus *libro de Animalibus decimo*, illos propterea suem odisse commemorat, quod carnibus humanis non abstineat: non immerito ergo illos auersari bestiam anthropophagon. Eudoxus aliam adducit caussam, cur Ægyptii sues non iugulent, quod greges earum aruis immittere consueuerint, vt proculcando rostrisque fodiendo humum euerterent & sata adobruerent, quo sic contecta ab volucrum iniuria immunia essent. Quæ ratio repetitur etiam a Callistrato apud Plutarchum *in sympo siacon quarto*, vbi ait, Sacerdotes Ægyptios suem ideo colere, quod prima rostri acumine tellurem findendo, aratri vsum ostenderit: vnde rustico instrumento Vomeri nomen ὕνις, a sue videlicet, quæ ὗς illis dicitur, quanquam refertur illic & alia caussa, qua suillæ carnis esus contagiosus esse perhibetur, & vitiligines, lepras, cutisque aspredines conciliare, quæ vitia illi non sine iustissima caussa detestati fuerint. Quibus dictis consonat quod a Manethone Ægyptio proditum est, eos qui suillo lacte vtuntur, lepram & alphos incurrere. Annotatur & illud ab Æliano, sues Soli Lunæque inimicas ab Ægyptiis existimari, ac propterea Lunæ immolari, nec alteri Deorum cuiquam. Sic Athenienses in mysteriis Cereri sacris suem mactare, velut segeti satisque aduersam. Equidem bestiæ in victu obscœnitatem, qua præ ceteris luto delectatur, ac in sterquiliniis locisque cœnosis libentissime volutatur, in caussa potissimum fuisse arbitror, cur suillæ esus edicto legis Mosaicæ Iudæis prohibitus fuerit, vt allegorico tropo absterrerentur a peccatorum lutulento volutabro. Cur vero suem Veneri immolasse Argiui legantur (quod Callimachi testimonio scribit Athenæus) euenisse puto, sacrique occasionem natam ex Adonidis Veneri tantopere dilecti nece, quem suis dente occubuisse scribunt auctores. Quod confirmauit & Sex. Pompeius, sic scribens: *Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt poeta, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea.* Consimilia scribit & Nonnus Panopolitanus *Dionysiacon lib. 41.* dicens, inter ceteras

animantium species Venerem solum aspectum suum aprorumue abhorruisse, ἐπεὶ συὸς εἰκόνα μορφῆς Ἄρης κερχαρόδοντα θανατηφόρος ἰὸν ἰάψας Ζηλομανὴς ἤμελλεν Ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.

id est:

Mars quia Zelotypus, speciem suis improbus olim
Mentitus, pulcrum letali vulnere Adonim Confeceret.

De Garo locus Martialis interpolatus & expositus.

CAPVT XVII.

GArum tantopere prisco seculo nobilitatum, constat saniem fuisse cruentam ex intestinis piscium, præcipue scombrorum quos macquarellos recentior ætas nominat, eliquatam, quod & salsamenti conditaneo iure σαπρὸν epithero dixit *in Triptolemo fabula* Pherecrates Comicus. Laudatissimum autem maximique pretii fuit, quod *Garum sociorum* vocitabant superbo admodum titulo, vnde pulcre Epigrammatarius in xeniis:

Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fastosum, munera rara, garum.

Sic enim interpollem locum dare placuit ex vetustissimo eoque emendatissimo exemplari manuscripto, pro eo quod in excusis est, fæcosum. qui nanque potuit commendare garum fæcosum, rarissimi muneris nomine, quum illud quod fæculentum aut fæcis instar in cophino delicuerit, halecis nomine notius nuncupatum fuerit? At illud, sociorum superbo nomine dictum, agnouit Plinius libro nono, vbi M. Apitium hominem ad omne genus luxus mirum, mullos in sociorum garo (nam ea quoque res, inquit, cognomen inuenit) necari præcellens putarit. Item Ausonius ad Paulinum scribens: *Scis autem*, inquit, *me id nomen muria quod in vsu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum & Græca vocabula fastidientes, Latinum in gari appellatione non habebant: sed quocunque nomine loquar, liquor iste Sociorum vocatur.* Vides vt superbum arrogansque nomen vtrobique audiat garum. At ne quis fastuosum respuat elliptice pro fastuoso, velut alienum a poeticis numeris, exemplum adferam testimonii loco ex Annæi Lucani elegantissimo opusculo ad L. Calpurnium Pisonem scripto, vbi sic legitur.

Raraque non humilem calcat fastosa clientem.

M. Varronis locus apud Nonium Marcellum emendatus.

CAPVT XVIII.

MAgnam inuidiam omnibus seculis sustinuit magnatum potentia, quod inferiores se oppresserint semper. Eam sententiam appositissime reddidit Varro in Menippeis *libro quem Margopolim, siue περὶ ἀρχῆς inscripsit*, versibus ita vt nunc leguntur, corruptioribus apud No. Mar. vnde ea ipsa sentētia exsculpi nequeat. sic etenim apud illum *in verbo Comest*, legere est:

Nam humanis omnia sunt paria, qui te plus vrget,
Pisceis vt sæpe minutos magnus comest, vt aueis enecat acipiter.

Tu repone versus suis numeris ita ex manuscripto codice, cuius fidem sæpius iam antea approbauimus.

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, vrget: pisceis vt sæpe minutos
Magnus comest, vt aueis enecat accipiter.

Citat ita corruptos, vt antea indicauimus, etiam Perottus in glorioso illo suo Copiæ cornu.

Philostrati locus expositus contra Lilii Gyraldi sententiam.

CAPVT XIX.

MOrsimus poeta traducitur ab Aristophane frigidus ac insulsus, quo nomine explosus sæpenumero fuit & exsibilatus e theatro, vt indicant scholia. Hinc putat Lilius Gyraldus multæ alioqui lectionis vir in historia poetarum quam scripsit, profectum esse responsum Apollonii Tyanæi ad Domitianum Cæsarem, οὐ μὲν με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι, hoc est, vt ipse interpretatur: *Non me rex occides, non enim Morsimius ego sum.* Qua in re pudendus hominis error elucescit, quum μόρσιμος illic a fato neci destinatum significet, volueritque Tianæus Cæsari Homerico versiculo indicare, nondum fatale suum adesse tempus, quo a fatis decretum sibi sit mori: siquidem fidem dicti comprobauit euentus, vti prodidit Philostratus, disparuisse illum ex oculis subito euanidum scribēs: ita rectius versiculum illum conuertere sic liceat,

Non me interficies, nanque hoc tibi fata negarunt.

Reperiūtur Philostrati verba etiam a Suida, apud quem perperam Δορμίνον pro δορμιζωῶν scriptum est *in voce* μόρσιμος.

Germanici Cæsaris locus emendatur.

CAPVT XX.

IN Arati phænomena, præter Achillem & Theonem qui Græce scripserunt, circumferuntur hodie Germanici Cæsaris nomine commentaria, quę tametsi docta sint & multam auctorum nobis ignotorum mentionem faciant, haud facile mihi Germanici nomen probant. in iis castigandis operam collocare, esset Augiæ repurgare stabulum: nequeo tamen quin locum vnum atque alterum de luna sub calcem libri a mendis liberem. nam vbi de Lunæ potentia agit, detrimenta eius & augmēta, non solum terram, sed & lapides & cerebra (male etenim legitur, *crebra*) animantiū, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentire dicit, quæ in lunæ crementis eiecta vermiculos parturiant. Cuius rationem legat apud Plinium lib. 18. cap. 32. monentē stercus nisi decrescēte

luna non tangendum esse, eo quod omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiant. Sequitur deinde in Germanico: *Denique crementis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebra manibus fistulascunt: tu lege, terebraminibus.* Illud vero, *Nemoribus quoque adesse dicitur, quod omnis venatio plus nocte quam die dormiat*: legito ex Placiade, apud quem integrius ista perscripta sunt, *plus nocte pascatur, dieque dormiat.* Postremo quæ mox subnectuntur, in hanc formam reponito. *Sive Endymionem* (expungendo, quod) *amasse fertur, quia nocturni roris humor, quem ἀπόῤῥοια siderum atque ipsius lunæ* (pro, *qui est siderum quoque animandis herbarum succis insudat, pastoralibus prosit successibus* (pro, *& past. prosunt success.*) Porro versus ille Germanici de Iouis nutrice capra Amalthęa, qui sic in vulgatis codicibus excusus legitur,

Sidere qua claro gratum te gestat alumnum.

purius rectiusque scriptus citatur a Lactantio Firmiano *libro primo capite vigesimo primo:*

Gratum testatur alumnum.

Omissa quædam in impressis Nonii Marcelli exemplaribus, suis locis reponuntur.

CAPVT XXI.

NEque male collocaturum me operam arbitror, si quædam in Nonio Marcello omissa a chalcograhis, suis quæque locis interseram: nam omnia quæ sparsim toto opere desiderantur reponere, non vnius libri materia fuerit. Primum vbi agit de vocabulis ab A litera incipientibus, *in voce Absthemius*, adduntur in manuscripto ista: *Absthemius est qui nouit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri.* Deinde in litera B, post explicatam dictionem Biuiras, subnexa leguntur hæc: *Bouinatores quos nunc malitiosos & tergiuersatores dicimus.* Lucilius lib. 11. *Hic strigosus bouinator, ore improbus duro.* Præterea ante dictioné Cóspiciliú, infarcienda veniunt ista quæ sequuntur. *Commemoramentum. Cæcilius Plotio: Pudebat, credo commemoramentum stupri.* Rursus *in voce Depsere*, citatur quidem Homerus *in Odyssæa*, sed omittitur testimonium poetę, loci hiatum commóstrante lacuna, quod ex Odysseæ duodecimo codex meus recte adscribit, κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. Denique quod in vocabulo Satu, ex Accii Telepho corruptissime nunc legitur, *Profecti quanquam est ortus meliori satu*: ita corrigito: *Profecto haudquaquam est ortus mediocri satu.* Id quod corollarii vice adiicere libuit.

Plinii Secundi locus vnus & item alter emaculantur.

CAPVT XXII.

EOrum qui Plinianæ historiæ libris castigandis manum admouerunt, vel sola nomina enumerare difficile fuerit, vtque

adeo multi sunt: omnes certe in præclaram laudatissimamque operam incubuerũt: & vt res feliciter ceciderit, non tamen potuerunt immensum illud mendarum pelagus exinanire, cum propter altissimam minimeque vniformem rerum abditarum scientiam, tum propter meliorum codicum eorumque præcipue auctorum, vnde opus tam varium consutum est, penuriam. Iuuabit tamen & in hanc partem vocari, optimeque de rerum naturę cognitione merito scriptori opem ferre pro nostra facultate quædam sanando, nonnulla indicando, seduli que lectoris industriam acuendo. Primum enim *lib.* XVIII. *cap.* XXVIII. vbi legitur vulgo, *A solstitio ad fidiculæ occasum* VI. *Kalend. Iunii Cæsari Orion exoritur.* Quis non videt, Iulii aut Iulias legi oportere? quippe cum præcesserit illud a solstitio, quod olim ad sextum Kal. Iulii computabant illud vero quod mox sequitur de Procyone, *Et autem magnopere pertinens:* lege vti in Cæsaris Dictatoris tabula de astris legitur, ad ęstum magnopere pertinens: est enim illud sidus in primis æstuosum Deinde illud XVI. *Kalend. Augusti Assyria Procyon exoritur:* in Cæsare scribitur loco Procyon, *Chiron*, quod mihi suspectum est. Præterea, *Dein postridie, fere vbique:* alias legitur, *post triduum fere.* Quod autem eodem capite de tempestatum generibus legitur, insigni macula deturpatum est, atque ita ex meliori codice reponendum: *Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque similia intelliguntur: quæ cum plenilunio acciderint, vi maiore impelluntur.* pro quo in vulgatis libris legimus, *quæ cum acciderint, vis maior appellatur* Quæ lectio fatua est omnino, nihilque salis Pliniani habet: at prior illa plena est, nusquam *inanis*, & aperta, qua vis ingens plenilunii in tempestates declaratur. Neq; vero otiosum fuerit diuersam lectionem indicare in sequentis capitis initio, ibi: *Nanq; Vergiliæ priuatim attinent ad fructus:* aliter legitur, *primatum tenent.*

Arnobii locus a macula vindicatus, & Eusebii interpretis insignis error.

CAPVT XXIII.

ARnobius Lactantii præceptor, pius cumprimis scriptor, & durior licet, abstrusissimæ tamen antiquitatis & omnigenæ eruditionis cognitione refertissimus, septem aduersus gentes libros scripsit, a sciolis & nasutioribus male aliquibus in locis habitos, in quorum quinto, vbi mysteriorum Eleusinorum ritum suggillat, & quid ab initiatis respondeatur, recenset, macula non leuis in excusis libris insedit, quando sic ibi legitur: *Ipsa denique symbola quæ rogati sacrorum in acceptionibus respondetis: ieiunaui, atque ebibi cyceonem, ex sta sumsi, & in calathum misi, accepi rursus, in cistulam transtuli.* quum pro illo, *exsta sumsi*, reponendum sit, *e cista sumsi.* Emendationis viam aperuit Eusebius *Euangel. præ-*

par. lib 2. totidem verbis repetens illorum symbolon quod conceptis verbis accinere solebant: sic enim inquit, κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων, ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. hoc est: *Hac formula est tessera Eleusiniorum mysteriorum: Ieiunaui, cyceonem bibi, e cista sumsi, operatus in calathum deposui, & e calatho iterum in cistam.* Vides aperte, e cista legi debere: nusquam enim extorum fit mentio, victimas non admittentibus his sacris, sed placentas, sesama, papauerum capita, & id genus alia, quæ mysticis illis cistulis includebantur, vti paulo post idem auctor commemorat. Ceterum Eusebii lectio mouit mihi stomachum, interpretis Georgii Trapezuntii verba & ineptam versionem cum Græcis conferenti, quę citatur etiam a Lilio Gyraldo *in syntagmate de Proserpina*, hunc in modum: *Sed nequeo latius huius Pherephatta sacra enarrare, quasillum, rapinam Edonea, terra hiatum, sues Eubolei quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas fuisse aiũt: vnde Megarenses in Thesmophoriis sues immittunt.* Quam absurdissimam versionem ita interpolauero. *Visne Proserpina florum collectionem tibi narrem? & calathum, raptum a Plutone factum, terræ discessionem, & Eubulei sues simul cum Deabus telluris hiatu haustas, qua de caussa in Cerealibus edita voce exclamantes, porcos exigunt atque eliminant. Id nanque sonat verbum* μεγαρίζειν. Græca verba, quia cuiuis obuius auctor est, in præsentia omitto, vt prolixitatis fastidium vitem.

Varronis verba emendantur apud Nonium.

CAPVT XXIV.

LAudatissima est & saluberrima eadem sententia, μηδὲν ἄγαν, Nihil nimiũ: de cuius auctore varia est disceptatio: nam Chiloni dictum istud ascribunt Pindarus & Critias: Theophrastus Sisypho: plerique Thaleti Milesio: nonnulli Sodamo, vti testatum facit Thegeaticum oraculum, quod ita habet:

> Σώδαμ' ἔλεξεν ὃ Σώδαμος ἐπηράτου ἐς μ' ἀνέθηκεν,
> μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Quod innuit Sodamum Eperati filium, votiuæ tabulæ positorem, has extulisse sententias, *Ne quid nimis*: &, *Tempori omnia recte fieri.* Dictum autem illud, μηδὲν ἄγαν, corrupte legitur verbis Varronis apud Nonium, *in dictione Medioximum*, vbi ita scriptum inuenias: *Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis,* ἄγαν μηδὲν. reponito quod admonuimus, ἄγαν μηδὲν, ex fide exemplaris vetusti manu exarati.

Velleius Paterculus a menda liberatur.

CAPVT XXV.

APud Velleium Paterculum, qui mira compendii felicitate res Romanas adstrinxit, vbi de Corinthi ruina scribit, error non

tio vulgaris in impressis codicibus inoleuit. Siquidem vbi legitur, *L. Mummius Corinthum post annos nongentes quinquaginta duos, quam a Belete Hipponis filio erat condita funditus eruit*: ex historia scribendum, *quam ab Alete Hippotis filio erat condita*. Aletes nanque Hippotis filius ab Hercule sextus Corinthum, antea Ephyren dictam, in Isthmo condidit, vti ostenditur eiusdem scriptoris verbis, & confirmat Pindari scholiastes *in Isthmiis*: vnde & ἀλητιάδαι, inquit, vocantur Corinthii: quo nomine vsus est & Callimachus versibus a me alicubi superius correctis, ibi:

καί μιν ἀλητιάδαι πουλὺ γηθότερον.

Aletes enim de Corinthi regno Dodonæum adiit oraculum, vbi responsum illi fuit, tum de . um imperium vrbis obtenturum, vbi glebam illi quispiam porrexerit, addito consilio vt rem aggrederetur solemni festo, quo frequens populus coronatus incederet. Itaque Corinthum veniens, ab agricola panem poposcit, cuius vice glebam donatam accepit, festumque tunc agebatur forte quo ciuitas parentalia defunctorum manibus agebat: quocirca cunctis ad suorum monumenta occupatis, adortus vrbem Aletes pacto prius cum natu minore Creontis regis filiarum connubio, reseratis per illam portis, arcem obtinuit, vrbisque imperio potitus est. Hæc paulo prolixius ex Pindari Græcis scholiis in Nemea: quanquam & apud Erasmum in adagio, *Iouis Corinthus*, fabula ista legatur ex eodem transcripta.

In Athenæo repositi duo hactenus desiderati senarii versus.

CAPVT XXVI.

LEpidum mistæque elegantiæ ænigma apud Athenæum *Dipnosophistarum decimo* legitur de Somno ex cognomine Alexis Comici fabula sed duobus senariis iambicis mutilatum, quos ex Eustathio Iliad. vltimo reponere libuit, vt & hiatũ indecorum velut ancteribus additis sanaremus, & sensum pleniorem redderemus: quæ ita habent:

οὐ θνητὸς, οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ
σύγκρασιν, ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει,
μήτ' ἐν θεοῦ (alias θεοῖς) ζῆν, ἀλλὰ φύεσθαί τ' ἀεὶ
καινῶς φθίνειν τε τὴν παρουσίαν, πάλιν
ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ' ἅπασιν ὤν.
Pu. ἀεὶ σὺ χαίρεις ὦ γύναι μ' αἰνίγμασι.
Fœ. ὃ μὴν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.
Pu. τίς οὖν τοιαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν,
Fœ. ὕπνος βροτείων ὦ κόρη παυστὴρ πόνων.

Vbi coniugata quæpiam, virgini ænigma proponit & explicat, dicens esse quendam neque mortalem neq; rursus immortalem, sed vtriusque temperamento constantem, quippe qui neq; hominis portionem, neq; item dei, viuendo obtineat, sed cuius semper

Canos capillos morbo in isto nutricat.

Vnde & διχμηνόφοροι dicuntur qui obliquant cæsariem: & κόρμος cognomen fuit eius qui primus capillitium radi sibi passus est: hinc & κουρεῖον pro tonstrina apud Athenæum. Vendicat sibi locum in hoc ordine & χαίτη, inpropriè tamen, vt quæ *setam* notet. χαίτας πλεξαμένη, id est, *comas pectentem Iunonem facit* Homerus: quod vocabulum etiam ad folia trásfert Archestratus, quum ait, μήτηρ οἰνοφύου δένδρος χαίτην ἀποβάλλει significans vitem pampinos suos exuere. Huc referuntur & τρίχες, istud nomen adeptæ ἀπὸ τοῦ τρίζειν, quod inter tondendum stridorem ædant, vt annotat Phauorinus: vnde & tricæ Latinis dictæ, teste Nonio Marcello, demta aspiratione. Item τρίχωσις, & τρίχωμα, de quo αἰώρημα τρίχωμα Hesychio capillitium exponitur, quod sursum per frontem ad verticem assurgit. Addatur huc & λάχνη poeticum vocabulum, vt & σμήνεργις apud Pollucem & Lycophronem in Alexádra. Μαλλὸς quoque accedit, quæ vox tamen hirsutiorem & villorum instar oblongam comam notat propriè: a quo μάλλιον diminutiue Stoicorum familiari more *in Epigrammatis legitur.* Quin & κέρας veteribus capillitium notat, quo sensu κέρᾳ ἀγλαὸν Paridem nominat, sed conuitio, Homerus, quod ad inescandas & ad stuprum solicitandas virgines coma lasciuiret: tametsi Herodotus & Appion Grammatici in istum Homeri locum annotant, esse quoddam plexus crinium genus, instar cornu effigiati, vnde illi nomen: variis siquidem modis ornare capillos satagebant maiores, quemadmodum plenius dicetur postea: alioqui *crinem* κέρας dixisse illos simpliciter, ostendunt voces κείρειν, id est, *tondere*, & κουρὰ *tonsura*, quas a κέρας deriuari vult grauissimus auctor Plutarchus, Archilocho etiam κεροπλάστην nominante hominem ornandæ comæ & componendæ studiosum. Potest & ὀρθόκρανος φόβη ex Sophocle huius rei fidem facere, *surrectis crinorum formido.* Superioribus Græcis vocabulis respondent Latina ista, *Coma, pilus, capillus* composita voce quasi capitis pilus, crinis ἀπὸ τοῦ κρίνειν, *a discretione* dictus, auctore Festo Pompeio: adiicit Isidorus, quod vittis discernantur crines, esseque mulierum propriè voluit. Cæsaties, a cædendo, quam virorum tantum vult esse Seruius. Succedunt deinde Antiæ, pili fronte propendentes, quos ἀντήλιας illis dici ex Polluce intelligimus: iidem etiam *Propendulis*, & *Antenentuli* nostris dicti, & *Caprona*, quasi a capite pronæ, vt Nestori videtur. Lucillius satyra septima.

Aptari caput, atq; comas fluitare capronas
Altas frontibus immissas, vt mos fuit illis.

Sequuntur Cincinni & Cirri intorti crines, quos Martialis annulos, Claudianus *orbes*, Plautus etiam *Cinnos* dixit:

Iam ego istos fictos compositos, crispos cinnos tuos
Vnguentatos vsq; ex cerebro expellam.

Græci

Græci ἕλικας ab imitatione capreolorum vitis sese illaqueantium: πλοκαμίδας a plectendo: βοστρύχους, quod in racemi formam intorti pendeant, ὅτι μετὰ χύματος βοτρυοειδῶς ἀπήρτηνται, iuxta Homer illud,

πλόχμοι βοτρυόεντες ἐπιρρώοντο κάρηνα.

Sic apud Theodecten Phaseliten, Græcum sigma maiusculum Σ ἑλικτῷ βοστρύχῳ, quasi in gradus fracto capillo, id est, cincinno assimilatur: atque itidem apud Euripidem in *Theseo*, vbi rudis literarum pastor Thesei nomen explicaturus, tertiam literam cincinno comparat,

τρίτον δὲ, *inquiens*, βόστρυχός τις ὡς ἑλισσόμενος.

Eosdem Eupolis & Theocritus κικίννους dixerunt. Sic Comicus: ὥσπερ ἐγχέλυς χρυσοῦς ἔχων κικίννους. id est, *Cincinnos gerens aureos anguillarum instar implicātes sese*: quos & κρωβύλους in *Vespis* dixit Aristophanes: ita enim interpres exponit περιεστεμμένας καὶ πεπημελημένας τρίχας, circumplexos & compositos cura crines. Hos & ὀπλίγγας a nitelæ argumento dici annotat Herodianus Grammaticus, *vt in illo Epigrammate:*

αἱ δ' ὀπλίγγαι δ' αἰὲν ἄλειφα ῥέει.

hoc est:

Cincinni semper rore fluunt liquido.

Quin & βότρυς in ea significatione accipitur apud Coluthum Lycopoliten, pro *intorto cincinnorum globo in racemi spissitudinem coacto*, vbi ait:

χρυσείοις δ' ἑκάτερθε ἀνασσόμενος πλοκάμοισι
βότρυς ἀκερσεκόμης ζεφύρῳ σφαλίζετο χαίτην.

Crinibus auratus spissatus vtrinque racemus,
Intonsus motas zephyri nutabat auras.

Eos a deliciarum & comturæ significatione χλιδῶνας appellauit Sophocles: στημονίας Cratinus, quod præ exilitate stamini sint similes. nonnulli etiam παραγναθίδας, quod circum aures in temporibus crispentur, auctore Polluce. Dicuntur præterea πλοκαμοὶ & πλόκοι ab implicando. Sophocles:

ὅπως ἀπὸ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.

Velut hunc ipse plexum prajeco.

Et in Epigrammate ad Dianam:

σοὶ πλόκον εἰκαίας τόνδ' ἀνέθηκε κόμας.

Hunc tibi cincinnum Delia sacro comæ.

Et iterum:

παρθένε ἱμερτὰς κειραμένη πλοκάμους.

Detondens cirros virginis aureolos.

At Lycophron simpliciter etiam pro capillo πλόκον vsurpauit in eo versu:

κρηπῖδα πηγῷ περὶ κυανωπῷ πλόκῳ. hoc est,

Humum prouerret albida calus coma.

Sunt inter Grammaticos curiosuli, qui fœminarum πλοκαμοὺς

Ac primum quidem festiuissimi Plauti, pro cuius Asinaria fabula notissima, perperam Sisennaria legitur apud Nonium Marcellum in vocabulo Cursura. Neque satis plene legas apud eundem *in dictione Oculitus*, Corni qui amant, pro eo quod est, *Plautus Cornicularia* (est enim & istud fabulæ nomen, sed quæ temporum iniuria abolita est) *Qui amant, &c.* Similiter *in voce Præfica*, parum rite ista leguntur: *Plautus frinola, superboque omnes argutando præficas* Clarius ita, *Plautus Friuolaria: Superaboque omnes*, & sic deinceps: nam Friuolariam agnoscit & Charisius. Illud vero deprauatissime omnium scriptum est *in dictione Clunes*. Plautus: *Ambroico quas lupus ab armis valeo:* pro quo lego constanter, *Plautus ἀγροικῷ, quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero:* quod spectat ad vulgare dictum, quo lupum armos validos habere, sed impotētem atque imbecillum clunibus prædicamus. Quod autem ἀγροικῷ legendum sit, vel solus literarum ductus euincat: manuscriptum certe exemplar abroico scribit. Constat autem ἀγροικὸν fabulam Plauto fuisse attributam, nam Plauti adulterinam agnoscit apud Aul. Gellium Varro *libro de comœdiis Plautinis*, M. Aquilio eam ascribens: alioqui Philemon Comicus & Antiphanes similiter ἄγροικον scripsisse memorantur ab Athenæo. Secundo loco ad Cæcilium (cui primas inter Comicos defert Sedigitus) transeamus, qui Plotium scripsit a Menandro conuersam fabulam, *Gellio teste*, quod nomen deprauatum est apud Nonium in dictione *Opulentiam*, vbi *Potio*, legitur male. Scripsit idem & ὀβολοστάτην, quod nomen laceris artubus disparatum est in tres voces, *obolio*, ista te, quum in Nonio dictione Delica, iunctim legi debeat, Cæcilius *obolostate*. Similis luxatio dearticulatione in vocabulo *Pulcritas* visitur: sic enim illic legas, *Cæcilius arpaio: Me ne dii boni quid illud est pulcritatis.* Ego sic corrigo, Cæcil. ἁρπαζομένῃ: *Dii boni quid illud est pulcritatis.* Rursus in vo[illegible], *Collum: Cæcilius Sarpazo: Mane hunc collum ludo præcipi sub* [illegible] o repono, *Cæcilius ἁρπαζομένῃ*: Hunc collum ludo præcidi [illegible] be quæ lectio integra mansit in dictione *Exlex*. Citat & Sosipater Cæcilii ἁρπαζόμενον, solo masculei sexus discrimine: adducit & ex Philemonis Comici ἁρπαζομένῳ testimonium Athenæus. Neque minor est menda in eodem loco, vbi contiguis verbis ista legūtur: *Idem scenophebis: cadratem res redit, imo collus non res.* Ego restituo ex manuscripto: *Idem Synephebis: Ad restim res redit, &c.* Quo in loco non possum quin etiam lepidissimum Næuii dicterium a menda repurgem. Vbi nanque legitur, *Næuius. Cor vtrum scapula plus angulus colli habeat nescio:* locum ita ex meo codice emaculo: *Næuius Colace: Vtrum scapula plus, an collus calli habeat, nescio.* Quod autem Cæcilii fabula fuerit Synephebi, neminem fugerit qui Ciceronis libellum *de senectute* triuerit, testimonium inde petentis. Scripsit Cæcilius & Hypobolimæum, quasi sub-

& subdititium dicas, cuius fabulæ meminit & Sosipater, quam de Menandro aut Alexi de Comicis conuertisse videtur: quæ lectio apud Non. mansit integra in verbo *Rabere*, nisi quod pro Astrabia, manuscriptus codex habet *Rastraria*: ait in voce *Singulatim*, pro *hypoboli*, *Hypobolymaeum* legit: eandemque esse fabulam contenderim, quam Nonius alibi *Subditiuum* vocat, Græcam, vt opinor, vocem exprimere volens. Præter hæc citatur Ennius Hectoris *lustris*, tu λύτροις legito: ita vocantur dona redemtoria, quibus Priamus Hectoris mortui corpus ab hoste Achille redemit. Huc adde Accii Æneadas siue Decium, qua fabula Romanorum ab Ænea genus ducentium, ac præcipue Deciorum, pro patria mortem oppetentium virtutem extulisse videtur, quod indicat versus ille, quo apud hunc poetam Decius iunior se pro patriæ salute diis manibus deuoturum confirmat, ad patris exemplum, sic inquiens: *Patrio exemplo & me dicabo atque animam deuorabo hostibus.* Proinde in verbo *Ignouit*, male scriptum est, *Accius Æneadis decimo*: scribendumque, *Accius Æneadis aut Decio*, ita distinguendum est in voce *Sanguis*, vbi perperam, *Accius Æneadis: Aut Decio vim Gallicam.* rectissime vero in dictione, *Tumulti, Accius Æneadis vel Decio.* Neque silentio obmittam Laberii Σιλονησπίαν, quam ad imitatioem ἀκεσπίας Comici Antiphanis dedisse illum verisimile est, vtraque voce sarcinatricem significante. Itaque apud Nonium *in aduerbio Efflictim*, quando legitur, *Laberius bello.* instria domina nostra priuignum suum amat efflictim; legendum autumo, *Laberius Belonistria.* Reddamus vero & Afranio Comico suam fabulam & lectionem integram: nam in voce *Spissum* ex manuscripto codice ita lego: *Afranius incendio: itaque spissum videtur fieri, non possum domi meum virum exspectare, quem mihi studeo iamdudum dari*: pro quo vulgati codices habent, *Afranius cado: &* pro *possum possunt*: pro studeo, studio. Sed forte quis pro Cædo, Cæco reposuerit, quod memoretur & Plauti & Titinnii eo nomine fabula a Charisio. Ego vetusti exemplaris fidem sequor. Neque mihi tempero, quin Pomponii Comici locum interpolem: nam vbi in voce *Primiter*, hunc in modum scriptum exstat: *Pomponius Accius geminis: quin bono animo es, video. eripis primiter dapes:* vetustus codex legit, *Pomponius Maccis geminis: quin bono animo es video, eripuisti primitus de pannib.* quæ lectio confirmatur & ab ipso Nonio postea, vbi docet, *pannibus* dici pro *pannis*. Quin & Pomponium Secundum Maccis geminis prioribus testem aduocat alicubi Fl. Sosipater, ita vt binas hoc nomine fabulas dedisse iste comicus videatur.

Quintiliani locus corrigitur, & Ennii apud Marcellum, item Varronis.

CAPVT XI.

ILlud item, tametsi non magni momenti, apud Fabium libr. 10.

non debet non etiam in hunc ordinem referri, quo de Plauti fabulis censuram fert, sic inquiens: *In comœdia maxime claudicamus*, licet Varro dicat Musas, Ælii Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent. Plerique codices quos secuti videntur Petrus Crinitus & Lilius Gyraldus, vterque in libris de poetis, scripserunt *Elpsi Stolonis*: at ego *Ælii Stilonis* legendum arbitror: iudicium enim illud de Plauto ex magistri sui verbis repetisse Varronem probabile est: is autem fuit Ælius Stilo, quod in primo Grammatices a Sosipatro dictum est, & Prisciano *lib.6.* Quin & huius ipsius Stilonis crebra fit mentio *in fragmentis Sex. Pompeii*: velut ibi, vt vnum ex multis adferam, Sonticũ morbum in 12. (videlicet tabulis) significare ait Ælius Stylo certum cum iusta caussa. Meminit eius & Plinius *lib.9. natur. hist. & 33. capit.1* Item Varro *lib.4. de lingua Latina*, vbi vitiose *Cornelius Stilo* scribitur, pro *Ælius Stylo*. Porro quia similitudinis quid habet cum superiore censura, Ennii sententia, alieno, vt apparet, stomacho prolata de illo ipso, sed prodigiose deprauata apud Nonium; subiicietur a me integritati suæ reddita:

Enni poeta salue, qui mortalibus,
Versus propinas flammeos medullitus.

Iambici sunt trimetri, pro quib. praue legitur *in verbo Propinare*;
En vocas elue qui mortalibus, &c.

Apud M. Varronem libro de lingua Latina versus Pacuuii emendatus.

CAPVT XII.

PAcuuianus versiculus exstat apud Varronem *lib. de Latina lingua 6.* monstruose conspurcatus, hunc in modum:

Halyconis ritu litus peruulgans furor.

Hunc ego integritati suæ sic restitutum iri melius, imo indubitatius censeo:

Halcyonis ritus littus peruolans feror.

Videtur autem senarius detortus ex illo Alcmanis Lyrici:

ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται.

Nota est de Ceyce Trachiniorum rege eiusque coniuge Alcyone fabula, qui cum eo fastus elati forent, vt propriis nominibus, cõpellari abnuerent, ascitis Iouis Iunonisque nominibus, vindice Deûm ira exstincti in auium formam transierũt, ille naufragio submersus in Cerylum, hæc luctu exanimata ob mariti desiderium, in halcyonem. Porro istud grauis superbiæ exemplum prouocat me ad ad scribendum inauditum Pallantis Claudii Cæs. liberti fastidium qui libertos suos non modo non dignabatur alloquio, sed etiam nihil vnquã domi, nisi nutu aut manu significasse proditur a Cornelio Tacito: aut si plura demonstranda forent, scripto vtebatur; ne videlicet vocem cum illis consociaret.

Aul. Gellii & Ausonii poetæ locus a vitio vindicatus.

CAPVT XIII.

APud Ausonium poetam *in Centone nuptiali* perperam ita legitur: *Quid antiquissimi poetæ Liuii χοροπαιγνίων libros loquar?* quo loco ἐρωτοπαιγνίων legendum esse procliuius, ita plus certum est ex Prisciano & Sosipatro Grammaticis: nam fœdior etiam in Gellianos codices irrepsit error *libri secundi cap. 24* hunc in modum: *Hu us legis Lælius poeta meminit in Crotopægnio*: vbi non titulus tantum libri male habet, sed & auctoris nomen corruptum est, pro Liuio Lælius. Constat autem Liuium Andronicum pluseulos libros ἐρωτοπαιγνίων olim scripsisse, quibus Amatories lusus prosecutus fuit: quam inscriptionem æmulari postero tempore Næuius & Pacuuius Erotopægnion libros edidisse leguntur apud Non. Marcellum, vtrunq; enim auctorem Erotopægnion citat: nam in voce *Latibulet*, mendose scriptum est, *erotopernion.* Quod vero sequitur in Ausonio: *Quid Euemum, quem Menander sapientem vocauit? Euemerum* lego: is etenim scriptor Messenius patria, libidines obscœnas spurcosque deorum amores carmine euulgauit, ab Ennio postea in latinam linguam conuersus. Vnde sic quoque apud Sex. Pompeium legendum est: *Quam rem in medio (quod aiunt) positam Varro & Eu-merus (non Eumerus) ineptis μύθοις inuoluere maluerunt, quam simpliciter referre.*

Hiulcus locus in quo senarii duo Græci desiderabantur, apud Ammianum expletur.

CAP. XIV.

GEnios (quos & præstites, quod actionibus humanis præsint, vocat Martianus Felix) hominum custodes cum Hesiodo credidit omnis antiquitas, ita dictos quoniam a genitura vnicuique adsocientur, quos a Virgilio etiam *manes* appellari autumat Seruius. De iis sic Ammianus hist. lib. 21. *Ferût enim*, inquit, *theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis visa, quos multiplices auxere virtutes: idque & oracula & auctores docuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem hi senarii duo leguntur.* Hactenus ille: sed quorum testimonium aduocat iambici desiderantur, relicta lacuna quam ex Eusebio de præparatione Euangelica 13. explere licet: illic enim integri leguntur hi duo, de quibus loquitur, senarii:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

hoc est:

Mortalium cuilibet nato sum
Vitæ custos rectorque genius iungitur.

Hos itaque diligens lector suo in codice adscribere poterit. Citat eosdem non plene tamen Theocriti scholiastes *Idyllio secundo* his verbis: δαίμων αἰνδρὶ πιεζεῦσαι δ᾽ ὗς χλοομένη.

Quæ dicatur apud Petronium Arbitrum margarita tribacca, ibidemque locus castigatus.

CAPVT XV.

Apud Petronium Arbitrum Satyrographum de ciconia legũtur sequentes versus mendis referti:

Ciconia etiam grata peregrina hospita,
Pietatis cultrix gracilis pes e tota l-stria
Auis exsul hyemis, titulus trepidi temporis,
Nequitia nidum in cacabo fecit meo.
Quo margarita cara tribaca iudica.
An vt matrona ornata faleris pelagus
Tollat pedes indomita instrato extraneo.

quos ita legendos iudico:

Pietatis cultrix, gracilipes gloteristria,

aut vt alii malunt, choralistria,

Auis exsul hyemis, titulus tepidi temporis,
Nequitia nidum in cacabo fecit tuo.

Inuehitur enim in Romæ luxum. Pergit deinde per interrogationem conuitiatoriam:

Quo margarita cara, tribacca Indica?
An vt matrona ornata phaleris pelagiis,
Tollat pedes, &c.

hic tribaccam dixisse mihi videtur margaritam, quę tribus baccis vnionibusue in auri insertis constabat: solebant enim binos ternosque elenchos (ita vocant margaritas in longum fastigiatas) aureæ bracteæ coniunctos auribus suspendere. Quod non reticuit Plinius acerrimus luxuriæ Romanæ exagitator, quum *lib 9. ca. 35.* sic ait: *Hos digitis suspendere & bi os ac ternos auribus fœminarum gloria est.* At baccarum appellatio pro vnionibus, vel in illo Virgilii elucescit: *Colloque monile baccatum.* Quod autem *Indica* legendum sit, docebit etiam Plinius loco antea citato: nam quum principatum culmenque rerum omnium pretii margaritas tenere dixisset, subiungit, *Indicum eas maxime Oceanum mittere.* Phaleras vero pelagias apposite vocat ipsas margaritas, velut ornamenta fœminarũ cultus e pelago, hoc est, conchyliis marinis quęsita. Quod vero in eiusdem Arbitri fragmento aliquanto post legitur: *Visebamus nos omnia per foramen valua, quod paulo ante ansa hostialis rupta laxauerat.* Rectius hunc in modum scribetur, *quod paulo ante ansa ostii disrupta laxauerat.* Item sub finem versus illos,

Cui lesos viri disq; Thasos, quem Lydus adorat
Septifluus, templumque tuis imponit hipoplis.

ita

ita concinno atque repono:

Cui Lesbos, viridisq; Thasos, quem Lydus adorat
Septifluus, templumq; suis imponit Hypœpis.

Est autem Lydiæ oppidulum Hypœpa, vt in vndecimo Metamorph. testatur Ouidius,

Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypœpis.

Alioqui etiam Dianæ sacer hymnus Hypœpus est, Theodorito teste.

Quam ob caussam Ægyptii olim & Iudæi a suilla abstinuerint.

CAP. XVI.

QVa ratione moti Ægyptii a suum esu abstinuerint, se religione ne, an odio & auersatione quadam animantis, controuersum posuerunt auctores: nam Ælianus *libro de Animalibus decimo*, illos propterea suem odisse commemorat, quod carnibus humanis non abstineat: non immerito ergo illos auersari bestiam anthropophagon. Eudoxus aliam adducit caussam, cur Ægyptii sues non iugulent, quod greges earum aruis immittere consueuerint, vt proculcando rostrisque fodiendo humum euerterent & sata adobruerent, quo sic contecta ab volucrum iniuria immunia essent. Quæ ratio repetitur etiam a Callistrato apud Plutarchum *in sympoliacon quarto*, vbi ait, Sacerdotes Ægyptios suem ideo colere, quod prima rostri acumine tellurem findendo, aratri vsum ostenderit: vnde rustico instrumento Vomeri nomen ὕνις, a sue videlicet, quæ ὗς illis dicitur, quanquam refertur illic & alia caussa, qua suillæ carnis esus contagiosus esse perhibetur, & vitiligines, lepras, cutisque aspredines conciliare, quæ vitia illi non sine iustissima caussa detestati fuerint. Quibus dictis consonat quod a Manethone Ægyptio proditum est, eos qui suillo lacte vtuntur, lepram & alphos incurrere. Annotatur & illud ab Æliano, sues Soli Lunæque inimicas ab Ægyptiis existimari, ac propterea Lunæ immolari, nec alteri Deorum cuiquam. Sic Athenienses in mysteriis Cereri sacris suem mactare, velut segeti satisque aduersam. Equidem bestiæ in victu obscœnitatem, qua præ ceteris luto delectatur, ac in sterquiliniis locisque cœnosis libentissime volutatur, in caussa potissimum fuisse arbitror, cur suillæ esus edicto legis Mosaicæ Iudæis prohibitus fuerit, vt allegorico tropo absterrerentur a peccatorum lutulento volutabro. Cur vero suem Veneri immolasse Argiui legantur (quod Callimachi testimonio scribit Athenæus) euenisse puto, sacrique occasionem natam ex Adonidis Veneri tantopere dilecti nece, quem suis dente occubuisse scribunt auctores. Quod confirmauit & Sex. Pompeius, sic scribens: *Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt poeta, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea.* Consimilia scribit & Nonnus Panopolitanus *Dionysiacon lib. 41.* dicens, inter ceteras

animantium species Venerem solum aspectum suum aprorumque abhorruisse, ἐπεὶ συὸς εἰκόνι μορφῆς ἄρης κεχαρηόσιν θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλει Ζηλομανὴς ἤμελλεν ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.

id est:

Mars quia Zelotypus, speciem suis improbus olim
Mentitus, pulcrum letali vulnere Adonim Confecerat.

De Garo locus Martialis interpolatus & expositus.

CAPVT XVII.

GArum tantopere prisco seculo nobilitatum, constat saniem fuisse cruentam ex intestinis piscium, præcipue scombrorum quos macquarellos recentior ætas nominat, eliquatam, quod a salsamenti conditaneo iure ταριχηρὸν epithero dixit *in Triptolemo fabula* Pherecrates Comicus. Laudatissimum autem maximique pretii fuit, quod *Garum sociorum* vocitabant superbo admodum titulo, vnde pulcre Epigrammatarius in xeniis:

Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fastosum, munera rara, garum.

Sic enim interpollem locum dare placuit ex vetustissimo eoque emendatissimo exemplari manuscripto, pro eo quod in excusis est, fæcosum. qui nanque potuit commendare garum fæcosum, rarissimi muneris nomine, quum illud quod fæculentum aut fæcis instar in cophino delicuerit, halecis nomine notius nuncupatum fuerit? At illud, sociorum superbo nomine dictum, agnouit Plinius libro nono, vbi M. Apitium hominem ad omne genus luxus mirum, mullos in sociorum garo (nam ea quoque res, inquit, cognomen inuenit) necari præcellens putarit. Item Ausonius ad Paulinum scribens: *Scis autem*, inquit, *me id nomen muriæ, quod in vsu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum & Græca vocabula fastidientes, Latinum in gari appellatione non habebant: sed quocunque nomine loquar, liquor iste Sociorum vocatur.* Vides vt superbum arrogansque nomen vtrobique audiat garum. At ne quis fastosum respuat elliptice pro fastuoso, velut alienum a poeticis numeris, exemplum adferam testimonii loco ex Annæi Lucani elegantissimo opusculo ad L. Calpurnium Pisonem scripto, vbi sic legitur.

Raraque non humilem calcat fastosa clientem.

M. Varronis locus apud Nonium Marcellum emendatur.

CAPVT XVIII.

MAgnam inuidiam omnibus seculis sustinuit magnatum potentia, quod inferiores se oppresserint semper. Nam sententiam appositissime reddidit Varro in Menippeis *libro quem Margopolim, siue περὶ ἀρχῆς inscripsit*, versibus ita vt nunc leguntur, corruptioribus, apud No. Mar. vnde ea ipsa sentētia exsculpi nequeat. Sic etenim apud illum *in verbo Comest*, legere est:

Nam humanis omnia sunt paria, qui te plus vrget,
Pisceis vt sæpe minutos magnus comest, vt aueis enecat accipiter.

Tu repone versus suis numeris ita ex manuscripto codice, cuius fidem sæpius iam antea approbauimus.

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, vrget: pisceis vt sæpe minutos
Magnus comest, vt aueis enecat accipiter.

Citat ita corruptos, vt antea indicauimus, etiam Perottus in glorioso illo suo Copiæ cornu.

Philostrati locus expositus contra Lilii Gyraldi sententiam.

CAPVT XIX.

MErsinius poeta traducitur ab Aristophane frigidus ac insulsus, quo nomine explosus sæpenumero fuit & exsibilatus e theatro, vt indicant scholia. Hinc putat Lilius Gyraldus multæ alioqui lectionis vir in historia poetarum quam scripsit, profectum esse responsum Apollonii Tyanæi ad Domitianum Cæsarem, οὐ μήν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι, hoc est, vt ipse interpretatur: *Non me rex occides, non enim Morsinius egò sum.* Qua in re pudendus hominis error elucescit, quum μόρσιμος illic a fato neci destinatum significet, volueritque Tianæus Cæsari Homerico versiculo indicare, nondum fatale suum adesse tempus, quo a fatis decretum sibi sit mori: siquidem fidem dicti comprobauit euentus, vti prodidit Philostratus, disparuisse illum ex oculis subito euanidum scribẽs: ita rectius versiculum illum conuertere sic liceat,

Non me interficies, nanque hoc tibi fata negarunt.

Repertũtur Philostrati verba etiam a Suida, apud quem perperam Δομίνιον pro Δομετιανὸν scriptum est *in voce* μόρσιμος.

Germanici Cæsaris locus emendatur.

CAPVT XX.

IN Arati phænomena, præter Achillem & Theonem qui Græce scripserunt, circumferuntur hodie Germanici Cæsaris nomine commentaria, quę tametsi docta sint & multam auctorum nobis ignotorum mentionem faciant, haud facile mihi Germanici nomen probant. in iis castigandis operam collocare, esset Augiæ repurgare stabulum: nequeo tamen quin locum vnum atque alterum de luna sub calcem libri a mendis liberem. nam vbi de Lunæ potentia agit, detrimenta eius & augmẽta, non solum terram, sed & lapides & cerebra (male etenim legitur, *crebra*) animantiũ, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentire dicit, quæ in lunæ crementis eiecta vermiculos parturiant. Cuius rationem legas apud Plinium lib. 18. cap. 32. monentẽ, stercus nisi decrescẽte

luna non tangendum esse, eo quod omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiant. Sequitur deinde in Germanico: *Denique crementis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebra manibus fistulascunt: tu lege, terebraminibus.* Illud vero, *Nemoribus quoq; adesse dicitur, quod omnis venatio plus nocte quam die dormiat*: legito ex Placiade, apud quem integrius ista perscripta sunt, *plus nocte pascatur, dieque dormiat.* Postremo quæ mox subnectuntur, in hanc formam reponito. *Siue Endymionem* (expungendo, quod) *amasse fertur, quia nocturni roris humor, quem ἀπόῤῥοια siderum atque ipsius lunæ* (pro, *qui est siderum quoque animandu herbarum succis insudat, pastoralibus prosit successibus*(pro, *& past. prosunt success.*) Porro versus ille Germanici de Iouis nutrice capra Amalthea, qui sic in vulgatis codicibus excusus legitur,

Sidere quæ claro gratum te gestat alumnum.

purius rectiusque scriptus citatur a Lactantio Firmiano *libro primo capite vigesimo primo:*

Gratum testatur alumnum.

Omissa quædam in impressis Nonii Marcelli exemplaribus suis locis reponuntur.

CAPVT XXI.

NEque male collocaturum me operam arbitror, si quædam in Nonio Marcello omissa a chalcograhis, suis quæque locis interseram: nam omnia quæ sparsim toto opere desiderantur reponere, non vnius libri materia fuerit. Primum vbi agit de vocabulis ab A litera incipientibus, *in voce Absthemius*, adduntur in manuscripto ista: *Absthemius est qui nouit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri.* Deinde in litera B, post explicatam dictionem Biuiras, subnexa leguntur hæc: *Bouinatores quos nunc malitiosos & tergiuersatores dicimus.* Lucilius lib. 11. *Hic strigosus bouinator, ore improbus duro.* Præterea ante dictioné Cõspiciliũ, infarcienda veniunt ista quæ sequuntur. *Commemoramentum. Cæcilius Plotio: Pudebat, credo commemoramentum stupri.* Rursus *in voce Depsere*, citatur quidem Homerus *in Odyssea*, sed omittitur testimonium poetę, loci hiatum commõstrante lacuna, quod ex Odysseæ duodecimo codex meus recte adscribit, κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. Denique quod in vocabulo Satu, ex Accii Telepho corruptissime nunc legitur, *Profecti quanquam est ortus meliori satu*: ita corrigito: *Profecto haudquaquam est ortus mediocri satu.* Id quod corollarii vice adiicere libuit.

Plinii Secundi locus vnus & item alter emaculantur.

CAPVT XXII.

EOrum qui Plinianæ historiæ libris castigandis manum admouerunt, vel sola nomina enumerare difficile fuerit, vsque

adeo multi sunt: omnes certe in præclaram laudatissimamque operam incubuerũt: & vt res feliciter ceciderit, non tamen potuerunt immensum illud mendarum pelagus exinanire, cum propter altissimam minimeque vniformem rerum abditarum scientiam, tum propter meliorum codicum eorumque præcipue auctorum, vnde opus tam varium consutum est, penuriam. Iuuabit tamen & in hanc partem vocari, optimeque de rerum naturę cognitione merito scriptori opem ferre pro nostra facultate quædam sanando, nonnulla indicando, seduloque lectoris industriam acuendo. Primum enim *lib.* XVIII *cap.* XXVIII. vbi legitur vulgo, *A solstitio ad fidiculæ occasum* VI. *Kalend. Iunii Cæsari Orion exoritur.* Quis non videt, Iulii aut Iulias legi oportere? quippe cum præcesserit illud a solstitio, quod olim ad sextum Kal. Iulii computabant. Illud vero quod mox sequitur de Procyone, *Et autem magnopere pertinens:* lege vti in Cæsaris Dictatoris tabula de astris legitur, ad ęstum magnopere pertinens: est enim illud sidus in primis æstuosum. Deinde illud XVI. *Kalend. Augusti Assyria Procyon exoritur:* in Cæsare scribitur loco Procyon, *Chiron*, quod mihi suspectum est. Præterea, *Dein postridie, fere vbique:* alias legitur, *post triduum fere.* Quod autem eodem capite de tempestatum generibus legitur, insigni macula deturpatum est, atque ita ex meliori codice reponendum: *Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procella, ceteraque similia intelliguntur: quæ cum plenilunio acciderint, vi maiore impelluntur.* pro quo in vulgatis libris legimus, *quæ cum acciderint, vis maior appellatur.* Quæ lectio fatua est omnino, nihilque salis Pliniani habet: at prior illa plena est, nusquam ἀσαφής, & aperta, qua vis ingens plenilunii in tempestates declaratur. Neq; vero otiosum fuerit diuersam lectionem indicare in sequentis capitis initio, ibi: *Nanq; Vergiliæ priuatim attinent ad fructus:* aliter legitur, *primatum tenent.*

Arnobii locus a macula vindicatus, & Eusebii interpretis insignis error.

CAPVT XXIII.

ARnobius Lactantii præceptor, pius cumprimis scriptor, & durior licet, abstrusissimæ tamen antiquitatis & omnigenæ eruditionis cognitione refertissimus, septem aduersus gentes libros scripsit, a sciolis & nasutioribus male aliquibus in locis habitos, in quorum quinto, vbi mysteriorum Eleusinorum ritum suggillat, & quid ab initiatis respondeatur, recenset, macula non leuis in excusis libris insedit, quando sic ibi legitur: *Ipsa denique symbola quæ rogati sacrorum in acceptionibus respondetis: ieiunaui, atque ebibi cyceonem, ex cista sumpsi, & in calathum misi, accepi rursus, in cistulam transtuli.* quum pro illo, *ex cista sumpsi*, reponendum sit, *e cista sumpsi.* Emendationis viam aperuit Eusebius *Euangel. præ-*

par. lib 2. totidem verbis repetens illorum symbolon quod conceptis verbis accinere solebant: sic enim inquit, κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων, ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. hoc est: *Hac formula est tessera Eleusiniorum mysteriorum: Ieiunaui, cyceonem bibi, e cista sumsi, operatus in calathum deposui, & e calatho iterum in cistam.* Vides aperte, e cista legi debere: nusquam enim extorum fit mentio, victimas non admittentibus his sacris, sed placentas, sesama, papauerum capita, & id genus alia, quæ mysticis illis cistulis includebantur, vti paulo post idem auctor commemorat. Ceterum Eusebii lectio mouit mihi stomachum, interpretis Georgii Trapezuntii verba & ineptam versionem cum Græcis conferenti, quę citatur etiam a Lilio Gyraldo *in syntagmate de Proserpina*, hunc in modum: *Sed nequeo latius huius Pherephatta sacra enarrare, quasillum, rapinam Edonea, terræ hiatum, sues Eubolei quas eadem hiatu simul & duas deas absorptas fuisse aiũt: vnde Megarenses in Thesmophoriis sues immittunt.* Quam absurdissimam versionem ita interpolauero. *Visne Proserpinæ florum collectionem tibi narrem? & calathum, raptum a Plutone factum, terræ discessionem, & Eubulei sues simul cum Deabus telluris hiatu haustas, qua de caussa in Cerealibus edita voce exclamantes, porcos exigunt atque eliminant. Id nanque sonat verbum* μεγαρίζειν. Græca verba, quia cuiuis obuius auctor est, in præsentia omitto, vt prolixitatis fastidium vitem.

Varronis verba emendantur apud Nonium.

CAPVT XXIV.

LAudatissima est & saluberrima eadem sententia, μηδὲν ἄγαν, Nihil nimiũ: de cuius auctore varia est disceptatio: nam Chiloni dictum istud ascribunt Pindarus & Critias: Theophrastus Sisypho: plerique Thaleti Milesio: nonnulli Sodamo, vti testatum facit Thegeaticum oraculum, quod ita habet:

Σῶτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου ὅς μ' ἀνέθηκεν,
μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Quod innuit Sodamum Eperati filium, votiuæ tabulæ positorem, has extulisse sententias, *Ne quid nimis*: &, *Tempori omnia recte fieri.* Dictum autem illud, μηδὲν ἄγαν, corrupte legitur verbis Varronis apud Nonium, *in dictione Medioximum*, vbi ita scriptum inuenias: *Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis,* ἄγαν μῆλον. reponito quod admonuimus, ἄγαν μηδὲν, ex fide exẽplaris vetusti manu exarati.

Velleius Paterculus a menda liberatur.

CAPVT XXV.

APud Velleium Paterculum, qui mira compendii felicitate res Romanas adstrinxit, vbi de Corinthi ruina scribit, error non

Sion vulgaris in impressis codicibus inoleuit. Siquidem vbi legitur, *L. Mummius Corinthum post annos nongentes quinquaginta duos, quam a Belete Hipponis filio erat condita funditus eruit,* ex historia scribendum, *quam ab Alete Hippotis filio erat condita.* Aletes nanque Hippotis filius ab Hercule sextus Corinthum, antea Ephyren dictam, in isthmo condidit, vti ostenditur eiusdem scriptoris verbis, & confirmat Pindari scholiastes *in Isthmiis*: vnde & ἀλητίδαι, inquit, vocantur Corinthii: quo nomine vsus est & Callimachus versibus a me alicubi superius correctis, ibi:

καί μιν ἀλητίδαι πουλὺ γεραίτερον.

Aletes enim de Corinthi regno Dodonæum adiit oraculum, vbi responsum illi fuit, tum de . um imperium vrbis obtenturum, vbi glebam illi quispiam porrexerit, addito consilio vt rem aggrederetur solemni festo, quo frequens populus coronatus incederet. Itaque Corinthum veniens, ab agricola panem poposcit, cuius vice glebam donatam accepit, festumque tunc agebatur forte quo ciuitas parentalia defunctorum manibus agebat: quocirca cunctis ad suorum monumenta occupatis, adortus vrbem Aletes pacto prius cum natu minore Creontis regis filiarum connubio, reseratis per illam portis, arcem obtinuit, vrbisque imperio potitus est. Hæc paulo prolixius ex Pindari Græcis scholiis in Nemea: quanquam & apud Erasmum in adagio, *Iouis Corinthus*, fabula ista legatur ex eodem transcripta.

In Athenæo repositi duo hactenus desiderati senarii versus.

CAPVT XXVI.

Lepidum mistæque elegantiæ ænigma apud Athenæum *Dipnosophistarum decimo* legitur de somno ex cognomine Alexis Comici fabula sed duobus senariis iambicis mutilatum, quos ex Eustathio Iliad. vltimo reponere libuit, vt & hiatū indecorum velut ancteribus additis sanaremus, & sensum pleniorem redderemus: quæ ita habent:

οὐ θνητὸς, οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ
σύγκρασιν, ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει,
μήτ' ἐν θεοῦ (alias θεοῖς) ζῆν, ἀλλὰ φύεσθαί τ' ἀεὶ
καινῶς φθίνειν τε τὴν παρουσίαν, ἔμπαλιν
ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ' ἅπασιν ὤν.
Πυ. παίζειν σὺ χαίρεις ὦ γύναι μ' αἰνίγμασι.
Γυ. ἃ μὲν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.
Πυ. τίς οὖν τοιαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν,
Γυ. ὕπνος, βροτείων ὦ κόρη παυστὴρ πόνων.

Vbi coniugata quæpiam, virgini ænigma proponit & explicat, dicens esse quendam neque mortalem neq; rursus immortalem, sed vtriusque temperamento constantem, quippe qui neq; hominis portionem, neq; item dei, viuendo obtineat, sed cuius semper

nouo quodam modo & nascatur & intereat spectrum, nunc præsens, nunc inuisibile cunctis, tamen illum mortalibus haud ignotum. Respondet virgo, ludi se ænigmatibus. cui illa vicissim se manifesta & obuia prodere profitetur: proinde virgo sciscitatur, quis ille sit puer, cuius tanta vis esse perhibeatur. Demum illa nodum explicat, dictitans eum Somnum esse, qui mortalium laboribus quietem adferat.

HADRIANI IVNII HORMANI MEDICI DE COMA COMMENTARIVM.

De Coma vocabulorumque eo spectantium multiplici supellectile & significatione.

CAPVT I.

VOces instituti operis proprias enumerare singulatim atque enucleare postremo loco institueram, quia Grammatices propria sit ista tractatio, ac propterea quia fastidii plenior, in calcē operis eā reiicere visum erat. Sed ab eo instituto reuocauit me omnium pene eorum qui de re quapiam commentarios scripsere consensus, quos a vocum finitione auspicatos fere video, vt lectori constaret, qua de re institueretur oratio. Accedit eodem quod toto hoc in genere vocum istarum sæpius recurrat mentio in citandis auctorum testimoniis, quorum nisi prius explicata, obscurior foret ratio, præsertim quum non Læliis, sed Consentinis (vt Lucillii vtar verbis) non eruditionis culminibus, sed literarum amantibus parentur ista, a depromturo candide in medium opes lectione non parum multa in penum conditas. Coma itaque (vt inde auspicer) Græcorum κόμη respondet, nomenque habere videtur ἀπὸ τοῦ κομεῖν, id est, a curando & ornando, vt Artemidoro placet, qui vocabulum istud τὸ ἐπιμελεῖσθαι significare ait, quoniam studio excoli requirat, alioqui eo indigna nomine. Sūt qui Comam quasi κόσμον & capitis ornamentum dici autumant: qua ratione & arborum folia κόμαι dicuntur, quod ad ornatum sint comparata. Vnde hyems ventorumque iniuria exsuere plantas honore suo & exspoliare comis legitur, vbi frondes decutit. Ita Flaccus, *Arboribus redire comas simul cum vere ait*, & Osiris apud Tibullum, *viridem docuit cadere falce comam*, hoc est, putare ramos & frondes arborum. Nec desunt qui, ἀπὸ τοῦ κόπτειν, id est, a cædendo, vocis originem deriuare malint, vt ab eius verbi præterito κέκομμαι descendat. Quorum opinioni refragari videntur Seruius simul & Tib. Donatus, nobilissimi Grammatici, quorum ille Comas esse capillos non tonsos annotat, hic comarum significatione

tione prolixitatem monstrari scribit: vsque adeo non esse fidendum etymologiæ videtur, vt eam non immerito ἀλάζονα μάρτυρα Galenus dixerit; mendacem videlicet testem. Hinc descendit κομᾶν varie acceptum, modo pro luxuriare capillis, quomodo κομήτης λειμὼν, pascuum læto graminis prouentu abundans a Tragicis dicitur: & quemadmodum Scamander pingebatur minime κομῶν, hoc est, coma exuberans (quod inquit Philostratus) propter incendium, quo iuxta fabulam ripæ eius conflagrauerant: in qua significatione & κουρειᾶν, pro *comare*, efferunt illi, quasi tonsuræ indigere, auctore Polluce, licet eas voces discrepare tradat Ammonius. Interdum κομᾶν simpliciter pro *abundare* capitur. Sic Scyron insulam τῇ σχίνῳ κομῶσαν. lentisci copia scatentem dixit Philostratus iunior. Et Procopius de fano istud extulit, καὶ ἐκόμα τοῖς ἀναθήμασιν, *donariis refertum est*. Præterea tropice pro superbire cristasque attollere ob res bene gestas, idem accipi annotat Hammonius, Aristophanes *Nebulis*: κἀγὼ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητὴς οὐ κομῶ. id est: *Equidem tantus ego poeta nihilo magis ferocio*. Herodotus, ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε, hoc est, *superbiit ob assumptam tyrannidem*, siue *magnos sumsit spiritus, iam regnum adeptus*. Significat & ἔθειρα comam, sed proprie quam comendo alimus, & in qua nutrienda studium ponimus, iuxta consuetudinis legem, ἢ ἐξ ἔθους τημελουμένη, vt Theocriti scholiastes ait. Eandem & φόβην nominat Tragœdia, vnde illud Sophoclis *in Antigone*:

πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος.

id est:

Omnem deglubens campestris sylua comam.

Quæ quidem vox horroris terrorisue significationem quandam insinuare videtur, si eius etymon spectemus. Idem *in Oedipo Coloneo*:

εἰς δ' ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν.

id est:

Metus subiuit capitis in summam comam.

Æschylus in Promotheo metaphorice pro solis radio, quem comæ instar diffundit, extulit:

σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος.

hoc est:

Adustus crine solis torrido
Florem nitoris exsues.

Eiusdem classis est & κρὶξ, cuius vsus est in eo versu:

πορφυρέην ἤμησε κρίκην.

Purpureum secuit crinem.

quod de Niso dictũ est. Æscylus in *Agamemnone* κόρσας dixit capitis pilos.

λευκαὶ δὲ κόρσαι τῇδ' ἐπανθίζουσι νέου. id est

Hh

Canos capillos morbo in isto nutricat.

Vnde & δοχμοκόρσαι dicuntur qui obliquant cæsariem: & κόρσης cognomen fuit eius qui primus capillitium radi sibi passus est: hinc & κορσοτήριον pro tonstrina apud Athenæum. Vendicat sibi locum in hoc ordine & χαίτη, inproprie tamen, vt quæ *setam* notet. χαίτας πλεκομένην, id est, *comas pectentem Iunonem facit* Homerus: quod vocabulum etiam ad folia trãsfert Archestratus, quum ait, μήτηρ οἰνοφόρου βότρυος χαίτην ἀποβάλλει significans vitem pampinos suos exluere. Huc referuntur & τρίχες, istud nomen adeptæ ἀπὸ τοῦ τρίζειν, quod inter tondendum stridorem ædant, vt annota: Phauorinus: vnde & tricæ Latinis dictæ, teste Nonio Marcello, demta aspiratione. Item τρίχωσις, & τρίχωμα, de quo αἰώρημα τρίχωμα Hesychio capillitium exponitur, quod sursum per frontem ad verticem assurgit. Addatur huc & λάχνη poeticum vocabulum, vt & σμήνεγξις apud Pollucem & Lycophronem in Alexãdra. Μαλλὸς quoque accedit, quæ vox tamen hirsutiorem & villorum instar oblongam comam notat proprie: a quo μάλλιον diminutiue Stoicorum familiari more *in Epigrammatis legitur.* Quin & κέρας veteribus capillitium notat, quo sensu κέρᾳ ἀγλαὸν Paridem nominat, sed conuitio, Homerus, quod ad inescandas & ad stuprum solicitandas virgines coma lasciuiret: tametsi Herodotus & Appion Grammatici in istum Homeri locum annotant, esse quoddam plexus crinium genus, instar cornu effigiati, vnde illi nomen: variis siquidem modis ornare capillos satagebant maiores, quemadmodum plenius dicetur postea: alioqui *crinem* κέρας dixisse illos simpliciter, ostendunt voces κείρειν, id est, *tondere*, & κουρὰ *tonsura*, quas a κέρας deriuari vult grauissimus auctor Plutarchus, Archilocho etiam κεροπλάστην nominante hominem ornandæ comæ & componendæ studiosum. Potest & ὀρθόκρανος φόβη ex Sophocle huius rei fidem facere, *surrecti* *ex* *pilorum formido.* Superioribus Græcis vocabulis respondent Latina ista, *Coma, pilus, capillus* composita voce quasi capitis pilus, crinis ἀπὸ τοῦ κρίνειν, *a discretione* dictus, auctore Festo Pompeio adiicit Isidorus, quod vittis discernantur crines, esseque mulierum proprie voluit. Cæsaries, a cædendo, quam virorum tantum vult esse Seruius. Succedunt deinde Antiæ, pili fronte propendentes, quos προκόμιον illis dici ex Polluce intelligimus: iidem etiam *Propendulus*, & *Antecessuli* nostris dicti, & *Caprona*, quasi a capite pronæ, vt Nestori videtur. Lucilius satyra septima.

Aptari caput, atq; comas fluitare caprones
Altas frontibus immissas, vt mos fuit illis.

Sequuntur Cincinni & Cirri intorti crines, quos Martialis annulos, Claudianus *orbes*, Plautus etiam *Cinnos* dixit:

Iam ego istos fictos compositos, crispos cinnos tuos
Vnguentatos vsq; ex cerebro expellam.

Græci

Græci ἕλικας ab imitatione capreolorum vitis sese illaqueantium: πλεκτάνας a plectendo: βοστρύχους, quod in racemi formam intorti pendeant, ὅτι μετὰ χύματος βοτρυοειδῶς ἀπῃώρηνται, *iuxta Homer. illud,*

πλόκαμοι βοτρυόεντες ἐπεῤῥώοντο κίοντι.

Sic apud Theodecten Phaseliten, Græcum sigma maiusculum Σ ἑλικτῷ βοστρύχῳ, quasi in gradus fracto capillo, id est, cincinno assimilatur: atque itidem apud Euripidem in *Theseo*, vbi rudis literarum pastor Thesei nomen explicaturus, tertiam literam cincinno comparat,

τρίτον δὲ, *inquiens*, βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.

Eosdem Eupolis & Theocritus κικίννους dixerunt. Sic Comicus: ὥσπερ ἐγχέλυς χρυσοῦς ἔχων κικίννους. id est, *Cincinnos gerens aureos anguillarum instar implicātes sese*: quos & κικίννους *in Vespis* dixit Aristophanes: ita enim interpres exponit περιεστραμμένας καὶ πεπημελημένας τρίχας, circumplexos & compositos cura crines. Hos & ὀσλίγγας a nitelæ argumento dici annotat Herodianus Grammaticus, *ut in illo Epigrammate:*

ἐκ' ὀσλίγγων δ' αἰὲν ἄλειφα ῥέει.

hoc est:

Cincinni semper rore fluunt liquido.

Quin & βότρυς in ea significatione accipitur apud Coluthum Lycopoliten, pro *intorto cincinnorum globo in racemi spissitudinem coacto*, vbi ait:

χρυσείοις δ' ἑκάτερθεν ἐλασσόμενος πλοκάμοισι
βότρυς ἀκερσεκόμης ζεφύρῳ συφλίζετο χαίτην.
Crinibus auratis spissatus vtrinque racemus,
Intonsus motas zephyri nutabat auras.

Eos a delitiarum & comturæ significatione χλίδας appellauit Sophocles: στημονίας Cratinus, quod præ exilitate stamini sint similes. nonnulli etiam παρωτίδας, quod circum aures in temporibus crispentur, auctore Polluce. Dicuntur præterea πλόκαμοι & πλόκοι ab implicando. Sophocles:

ὥσπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.
Velut hunc ipse plexum praseco.

Et in Epigrammate ad Dianam:

σοὶ πλόκον οἰκείας τόνδ' ἀνέθηκε κόμας.
Hunc tibi cincinnum Delia sacro comæ.

Et iterum:

παρθένε ἱμερτὰς κειραμένη πλοκάμους.
Detondens cirros virginis aureolos.

At Lycophron simpliciter etiam pro capillo πλόκον vsurpauit in eo versu:

κρηπῖδα πηγῷ νίφει κυλλωσεῖ πλόκῳ. hoc est,
Humum prouerret albida calua coma.

Sunt inter Grammaticos curiosuli, qui fœminarum πλοκάμων

(quem πλοκάδα Pherecrates priuatim vocat) virorum πλοκάμους faciant, cuius vsus apud Homerum & paulo ante est commonstratus, & legitur alio loco:

> πλόχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο,
>
> *Cæsaries nodata auro, argentoque nitente.*

Non desunt qui apud Virgilium in eo versu, *Et rubra cornua cristæ*, cornua pro intortis cincinnis accipiant: neque alia habuisse cornua Mosen, quam eiuscemodi cincinnos asseuerent: quomodo Armenii & Lydi sacerdotes incedunt hac ætate cincinnis spectabiles, seu potius crobylis, quos Iuuenalis quoque *cornua* appellat. Est autem crobylus crinium vtrinque in acumen intortorum plexus, qui (si Thucydidis scholiastæ credimus) viris attribuitur: in pueris σκόρπιος vocatur, in fœminis κόρυμβος: vnde & illud apud Suidam lectum, κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβωμένην, id est, *comam nutriens aureo strophio implexam*. Erat & κρώβυλος reticulum comam constringens quod Etymologici auctor & Creon *in primo rhetoricorum* annotant Cyprios κορδύλην sua lingua, Persas κίδαριν, vel vt alii κιδάριον, Athenienses κρώβυλον appellare. Plutarchus *libello de tacente Pythia*, loquẽs de oraculis vbi sacerdotes antiquitus in aureos crobylos capillitium frangebant, ἐξαφθῶσα, inquit, τὸ περιττὸν ἡ χρεία κρωβύλους τε χρυσοῦς ἀφῄρηται, καὶ ξυστίδας μαλακὰς ἀπημφίασε, καὶ κόμην σοβαρωτέραν ἀπέκειρε. id est, *Vsus superfluitatem nimiam abolens, aureos crobylos sustulit, amicula mollia reiecit, & fastuosiorem comæ syluam detõdit.* Vsus est hac voce Q. Septimius Florens *libro de velandis virginibus. Debebũt*, inquit, *etiam & ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* Qui locus in editione Germanica corruptus est. pro crobylis *scrobulos* legẽte Beato Rhenano, & mox *strobulos*: qua de re in Miscellaneis nostris plenius. Theophylactus scholasticus *in epistola quadam*, κρωβύλῳ, inquit, καὶ τέττιγι ὁ Γοργίας σεμνύνεται, μήπω τοῖς ἰούλοις κατασκιάσας τὸ πρόσωπον. *Crobylo & cicada superbit Gorgias, nondum inumbrante malas lanugine.* Ceterum cicadas, quarum est crebra apud auctores mentio, aureas crinibus innodabant Athenienses, ostendere volentes eo argumento indigenas se esse. Thucydides *initio historiæ* de Atheniensibus loquens, ἐπειδή, inquit χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Hoc Latine sonat ita: *Postquam desiere lineis vti tunicis, & religatos capitis cirros aureis implicare cicadis.* Philostratus libr. 2. Heroicorum: ὁ δράκων ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν ἀκροπόλει οἰκῶν, δοκεῖ μοι τὸν Ἀθηναίων ἀσπάσασθαι δῆμον ἐπὶ τῷ χρυσῷ ὃν ἐκεῖνοι τέττιγας ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἐποιοῦντο, id est, *Draco Mineruæ qui etiamnum in arce stat videtur populũ Atheniensem salutare, propter aurum quod illi in cicadas capitum ornamenta conuertebant.* Gregorius Nazianzenus:

Tertulliani locus emendatus.

τεττιγοφόρων τέττιγα πλόκων ὑπὲρ γῆς γαίης
γηγενέος.

Cecropida indigena natam tellure cicadam
Innodant cirris.

Lucianus in nauigio: οἱ πρόγονοι ἡμῶν οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾶν τοὺς γέροντας, ἀναδεδεμένους κρώβυλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον. Quod est: *Maioribus nostris decorum videbatur senes coma luxuriare, religantes crobylum aurea cicada exceptum.* Quem morem expressit & in Ciri Virgilius, seu quicunque alius eius poematii auctor est, de Niso Pandionide loquens:

Aurea solemni comtum quem fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicada.

Asius poeta Samius popularibus suis Iunonis festum celebrantibus morem fuisse scribit, vt depexis contortisque cincinnis auro micantibus, ac desuper cicadis redimitis lucum frequentarent: cuius versus est,

χρυσεῖαι δὲ κόρυμβαι, ἐπ' αὐτῶν τέττιγες.

Porro non omiserim illud, Cirros capitis pilos attonsos, a Græco κείρεσθαι, quod *tonderi* significat, manifesto errore interpretatum esse Isidorum & Merulam, cuius occasionem dedisse Ouidius male intellectus, meo quidem iudicio potest: quum de Scylla patricida loquens in auem mutata, κεῖριν, hoc est, Latine si efferas, Cirin (quæ eadem est cum Galerita) nominatam testatur, quod patriam cæsariem attondisset. Habet enim ita: *Isidor. error.*

Ciris & a tonso est hoc nomen adepta capillo. *lib. metamorph.*

Huic autem vocabulo consonat τὸ κείρεσθαι etymon: at Cirrus pure puteque Romana vox est, quasi in circum tortus, vt annotant Grammatici, siue de capitis pilo efferatur, siue Polypi capillamentum (quod simili translatione & πλόκαμοι & πλεκτάνας illi appellant) significet. In pilorum ordinem veniunt & μυοσόβαι, qua voce intelligit Ammianus *promissas philosophorum barbas*, abigendis videlicet æstate muscis comparatas, quas ζήλαιον πώγωνα Synesius dixit. Fuisse olim in vsu & appositiтiam comam legimus (quem morem nec dum in Anglia antiquatum apud matronas videre est) quam & adoptiuam forsitan non male dixerimus cum Palladio rusticarum rerum scriptore, qui arbores per insitionem inoculationemue acquirere adoptiuas comas loquitur: φενάκην communi imposturæ nomine, teste Libanio dicunt Græci, & πηνίκην: item προσθετὴν κόμην, Ælianus προσθέτους: præterea & ὑπέσχον & προκόμιον Pollucis testimonio eadem gens nuncupat, Latini *galericulum*, Iuuenalis *galerum*, ibi:

Nigrum flauo crinem abscondente galero.

Qu. Septimius Florens sutile & textile capillamentum dixit: *Tranquillus simpliciter capillamentum, quo Othonem Syluium ad obtegendam capillitii raritatem, capiti annexo vsum commemorat. Insuper*

& πιλίδιον Græcis vult dici Budæus *commentariis in Pandectas*, exponens ἐμπεπλασμένην κόμην apud Demosthenem in orat. περὶ παραπρεσβείας, id est, *de male obita legatione*: sed perperam, *vt in nostris Animaduersorum libris ostendimus*. Talis fuit coma emtitia, quam Epigrammatarius Lucilius Nicyllæ cuidam obiicit, quæ nundinata fuerat galericulum atrum, quo canos velaret, vt ętatem mentiretur. Epigramma quia lepidum est, lubet hic ascribere:

Τὰς τρίχας ὦ Νίκυλλα τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν,
ἃς σὺ μελαντάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

Tingere te perhibent quidam Nicylla capillos,
Quos mercata atros ipsa foro extuleras.

Explicata hactenus vocabulorum quæcunque ad comæ materiam attinent sylua, restare videbantur duæ voces, quę quia momentum omne ducunt in argumento nobis proposito, eas silentio transmittere non duxi operæ fore pretium. Sunt autem hæ, κείρεσθαι & ξυρᾶσθαι: illam *tondendi*, hanc *radendi* vocabulo exprimunt Latini, constantiores in obseruatione harum vocum discriminis tuenda: contra leuiores Græci, qui confundere suas, & promiscue alteram pro altera ponere interdum videntur: vnde multus passim apud auctores ipsos & interpretes irrepsit error, ac forte supini ori oscitantiæ adscribenda caussa. Atque vt plura loca, quorum in hoc commentario fiet sparsim mentio, omittam, ascribam vnum aut alterum, indicasse contentus. Euripides *in Troadibus* coniungit vtranq;, κουρὰν ξυρηκῆ, tonsuram acuta nouacula factam, rasuram intelligi volens. Hecubam enim inducit κουρᾷ ξυρηκεῖ πενθίμῳ κρατὸς ἐκ πορθουμένου, id est, *tonsura rasili lugubri capite nudato, miserabilem suam facere sortem*. Iam vero quod *in Actis cap.* 18. legitur, κειράμενος τὴν κεφαλὴν, hoc est, *tonso capite*, Erasmus vir extra omnem controuersiam longe doctissimus vertit, *raso capite*, respiciens (vt arbitror) magis ad lustrationis modum, quam ad vocis significationem. De simili nanque lustratione legitur aliter vicesimo primo capite, in hæc verba, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν, id est, *vt radant caput*: simulans enim illic se Nazaræum Paulus, raditur nuncupato voto. Nazaræi nanque nouaculæ subiiciebant caput, crines cōsecratos igne adolendos pręben-
Num. 6. tes: quod & in Samsono factum est, *Iudicum* 16. vbi rursus & rasuræ pariter & tonsuræ fit mentio. Eadem censura in profanis scriptoribus, & quidem frequentius occurrit. Apertissimum vero discrimen inter rasum tonsumque iudicauit, qui Æmylio Recto Ægypti Prætori grauiora consuetis vectigalia imperanti rescripsit, *Tondere pecus se velle, non radi*. Is fuit Tiberius, cuius dictum istud
Lib. 57. recenset ita Dion, κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ᾽ οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι: nimirum humaniter, haud mancipiorum modo, tractandos prouinciales innuēs. Nunc missam facientes illam tractationem ad rem ipsam accedamus.

De

De rasura capillorum pariter & barba, viroque non esse eradendam barbam.

CAPVT II.

PRiusquam de rasura verba faciamus admonitum lectorem æquum velimus, nostrum non esse institutum de rasura sacerdotali (quam vitiose minusque Romane tonsuram nũcupamus) agere, aut eam vllo dicterio aspergere: neque enim tam læua nobis mens est, vt priscorum instituta Pontificum reuellere, Ecclesiæ ritus actis per tot iam secula firmissimis radicibus validos oppugnare, in animum induxerimus vnquam: siquidem diserte profitemur, laudabili, quippe vetustissimo, neque mysterii cuiusdam experte ritu sancitam fuisse læuigandi rasili honore sacerdotum verticis rationem, non tam vt detectis capitibus (quod plerique opinantur) exstaret discrimen aliquod inter sacros ordines & inter prophanum genus hominum: verum vel maxime vt partis vnius depili nuditate, deglabrationem vniuersi corporis in Leuitis exprimerent, eoque facto admonerentur ex professo liberationis atq; discessus a curis mundanis, adde huc & perfectionis vitæ & absolutæ sanctimoniæ, quam etiam circulari schemate designari existimant. Sed adducamus huc verba Theodoreti Cyrensis Episcopi, disertissime declarantis, cur Leuitæ radere cunctos pilos carnis suæ iubeantur, hunc in modum: *αἱ τρίχες τῆς νεκρώσεως σύμβολον, νεκραὶ γὰρ αὗταί εἰσι, καὶ ὀδύνης αἴσθησιν οὐ δεχόμεναι· τὴν ἀληθῆ τοίνυν ζωὴν ἔχειν κελεύει τοὺς τῷ θεῷ λειτουργοῦντας, καὶ μηδὲν ἔχειν νεκρὸν μηδὲ δυσῶδες.* Quod ita sonat] Latine: *Pili mortiferæ conditionis symbolum habent, mortui etenim & ipsi sunt, nec doloris sensum recipiunt: propterea præcipit Deo sacrificantes, veram amplecti vitam, nihilque admittere aut mortuum aut spurcum.* Quibus verbis & legis diuinæ voluntas intelligitur, & mysterium sub illo tectorio latens explicatur. Eam Leuitici generis legem amplexi videntur & Ægyptii sacrifici, quos Synesius Prolemaidos episcopus commemorat totum leuigasse corpus, erasis pilis, vsque adeo vt ne cilia quidem reliqua fecerint, ne quid scilicet sordium spurcitiæue in peragendis sacris excidens, diuinum cultum contaminaret: quod ex Herodoto desumsit, asserente, illos eam in radendis vniuersi corporis partibus operam nauare tertio quoque die, ea ipsa de caussa. Inficiatur tamen Iulius Pollux ab illis supercilia radi, quod ea, vt & palpebrarum pili, a primo ortu epascantur. Subscribit Herodoto Diogenes Laertius, qui Eudoxum Geometram insignem apud sacerdotes Ægyptios quaternum mẽsium spatio supra annum substitisse ait, *rasis & pube & superciliis*, *ξυρόμενόν τε ἥβην καὶ ὀφρῦς*. Artemidorus quoq; in Onirocriticis vsitatam peculiariter Ægyptiis sacrificis totius capitis rasuram ostendit. Sic Isidis Ægyptiæ

Num. 8.

In Euterpe.

Sat. 6. cultores linigeros rasos fuisse legimus: vnde *caluum gregem* acerbo morsu illos nominat Satyrographus. Quos æmulatus Commodus Antoninus, dum sacris Isidis operaretur, caput rasisse traditur in Capitolini & Spartiani historiis. Huc spectat illud Plutarchi *libro de Iside & Osyride*, quo negat Isiacum esse protinus, cui rasus sit vertex: non hercle plus, quam philosophum, qui barbam crinemque promittat, vilique lacerna induatur. Vnde manauit vox illa D. Hieronymi in Ezechielem commentariis, *superstitionem gentilem rasa habuisse capita*. Adde huc Samanæos ex philosophis Indis homines continentissimos, vitæque austeritate decantatissimos, qui superfluam pilorum materiam deradebant, ξυρώμενοι τοῦ σώματος τὰ περιττά, *vt in libris de abstinentia ab animatis testatur Porphyrius*. Ceterum quod ad vetustatis opinionem attinet, qua inter nascentis ecclesiæ primordia rasuram verticis vsitatam fuisse probari possit, documéto est Simonis Magi factum, qui falso Apostolorum æmulus, imo flagitiosissimus fidei corruptor, ad imitationem quandam illorum, quadrangula rasura verticem nudari instituit: quam in pristinam melioremq; hoc est, orbicularem mutari Anicetus pientissimus pontifex censuit: qua de re Ægidius Massæus & Bedas *annalium libr.* 5. Taceo quod apud Ethnicos Sabinorum Sacrifici æneis vsi fuerint cultris in radendo, idque auctoritate Carminii vetustissimi Grammatici. Atque ista quidem de rasura sacerdotali dicta sunto: nam quod ad reliquam rationem de cura comæ attinet, ne quis aliorsum q̃ dicta sunt accipiat: vtque innocentiæ suus constet honos, cum profanis hominibus rem mihi esse contestor. Fuisse autem senos ferme obseruatos ab antiquis modos, quibus recrementitiam crinium syluam tollerent, inuenio: nam aut tondebant forficula, aut radebant nouacula, aut digitis vellebant, aut volsellis eradicabant, aut deglabratoriis medicamentis exstringebant, aut denique pice resinaue exstirpabant: quas quidem omnes decaluandi capitis vias a prima illa eaque sola tondendi ratione sequestrabimus, ac sub rasuræ nomine & capite, velut sub vna Myconο, comprehendemus. Rasura itaque generice loquendo, seruilis mihi habetur ridicula ac morionum propria: mollitiei macula infamis: ignominiæ, calamitatis, damni, noxæque index: indecora, quippe caluitio depili affinis, imo voluntarium vltroque accersitum caluitium: deniq; scriptis diuinis repugnans: atq; (si de barba sit sermo) impietatis etiam ingratitudinisq; erga Naturam & Deum rea. Quibus dictis vt fidem quæramus, non tam proprio ingenio aut industria freti, quam luculentis auctorum testimoniis, rem docebimus. Diximus primo loco seruilem esse rasuram: certe Græcorum mancipia rasa fuisse constat. testatur hoc ipsum in Auibus Aristophanes:

Cap. 44.

ἔπειτα δοῦλος ὢν κάρην ἔχεις. id est:

Quo

Quo iure nutrix seruus exsistens comam?

Apud Romanos serui manumittendi rasis capitibus Prætorem adibant, ibique virgula, a Vindicio quodam vindicta nuncupata, pulsati, seruitutem exsuebant: vnde Amphitryone festiuissimus Plautus inquit:

Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.

Quem morem & in Tito commemorat Plutarchus, & in Mithridatico Appianus: idque in Feroniæ libertorum Deæ templo fieri consueuisse addit Seruius. Hinc est quod grauis auctor Polybius Prusiam Bithyniæ regem indignum tanti nominis maiestate scribit quod pileatus raso capite obuiam procedere Legatis Romanis solitus esset: quod ipsius factum refert etiam loco paulo ante citato Appianus, addens illum Romanis verbis eorum libertum se professum fuisse. Dacas, qui & Daui, seruitiis nobiles solum, rasisse totum caput legimus, relicto in vertice cirro intacto: id quod apud Rutenos & Sarmatas, quos Moscouitas nominamus, obseruari etiamnum audio, vt caput radatur seruis totum, pendula in alterutris temporibus crinium spira relicta. Alanos quoque ἐν χρῷ ξυρεῖσθαι, hoc est, *ad viuam vsque cutem radi solere* annotat Eustathius. Idem & Scythis genti non minus barbaræ receptum fuisse arbitror: quanquam Clearchus ad iniuriam ab hostibus genti illatam referat: atque inde natum verbum ἀποσκυθίζειν, quod est, *cutim capitis simul cũ crinitũ sylua abscindere:* abusiue vero, *comam abradere:* nisi si σκύθην, quod Stephano teste *ferrum* notat, verbum istud deformasse dicamus. Vtitur eo verbo *in Electra* Euripides, vbi illa cæsariem nouacula derasam Oresti commonstrat:

κὴ χεῦτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ

Caput comamque demessam nouacula.

Apud eundem Hecuba Helenam conuiciis flagellat insolenter se gerentem, quum debuerit ob antea commissa tonso capite pœnitudinis testimonium dare:

φρίκῃ τρέμουσαν, κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην

hoc est:

Metu trementem, & ferro succisam comas.

Itidem Riphæi pariter viri & fœminæ capillos rasisse produntur. Cæsar *in Commentariis*, Britannos omnem corporis partem rasitauisse, præter caput & superius labrum, memoriæ prodidit, quod barbariei illorum attribuendum est. Cicero *in orat. pro Roscio Comœdo*, in C. Fannio Chærea rasuram vix mancipio dignam detestatur his verbis: *Qui idcirco capite & superciliis semper est rasis, ne vllum viri boni pilum habere dicatur.* Et iterum: *Nonne ipsum caput & supercilia penitus abrasa, olere malitiam & calliditatem videntur?* Deinde quod diximus, morionibus peculiare esse radi, a veteribus hodierna consuetudo mutuauit, quibus vi- *Morionum propria rasura.*

ua cute tenus crineis ancidimus, vt ingenii mentisque inopia omnimoda significetur: eadem ratione, qua seruis dimidium eius ademisse apud Homerum Iupiter dicitur: alioquin & Artemidorus *in primo* ὀνειροκριτικῶν, Gelotopœis, stolido atque ludicro hominum generi ad ciendos tantum risus comparato, rasuram in mores receptam fuisse testatur. Iam vero & in flagitiosæ mollitiei notam abiisse rasuram, præsertim menti, docent eunuchi, quod genus hominum (nam virorum nomine non dignatur eos Epicurus, quod sint animo enerues & fœminei τὴν ψυχὴν ἀνανδρωθέντες, quæ eius sunt verba) molle & esse, & vocari, nemo inficias ire queat, neque alio nomine, quam quod glabelli sint, virilitatisque signum, barbam videlicet, non producant. Quibus porro assimilari & eadem in classe censeri debent, qui se rasitandos tonsoribus præbent. Neque sine caussa est, quod rasi vulgari conuitio fœminæ audiunt. Fidem facit & Clisthenis rasura, quæ prouerbio Græco locum dedit: nam κλεισθένην ὁρᾶν, *Clisthenem videre*, de homine delicato semper raso efferunt, qui vt iuuentam mentiretur, ridicule, imo flagitiose radi quotidie se passus est: quo nomine & pathicus Straton in comœdia traducitur ab Aristophane:

Mollitiei index rasura.

εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐξυρημένος.

hoc est:

Eunuchus huc ades rasus nouacula.

Quod ne quis miraculi vice habeat, cur idē instituerit Africanus Scipio, obseruandum est eius mollitiem in cultu corporis multorum libris testatam esse, sed gestarum rerum gloria, vel fatali potius felicitate obliteratam fuisse. Cuius exemplum secutus Diuus Augustus, non vno nomine mollitiei notatus, cultris semper vsus est, teste Plinio. Adde huc & Siculi Dionysii factum, audaciæ viro cumprimis indignæ plenissimum, qui cultros metuens tonsorios, vt a Cicerone in Officiorum libris proditum est, filiabus tradebat vstulandos candente carbone crines: quod idem in Tusculanis, candentibus iugulandium putaminibus factum refert: de quo ita Diodorus magnæ in historia fidei scriptor: *Vsque adeo*, inquit, *fidebat, vt plerunque & cæsariem & barbam promitteret, ne cogeretur nouacula subiicere principes corporis partes: quod si tamen ferret vsus aliquando, tondendum vt foret caput, amburebat crines, ita demum securum maxime tyrannidis statum volēs demonstrare, si nemini fidas.* Sed præstat auctoris verba adscribere, quod plus habeant gratiæ: οὕτω ἐπὶ τοσοῦτον ἀπίστως διέκειτο πρὸς ἅπαντας, ὥστε κατὰ μὲν τὸ πλεῖστον κομᾶν καὶ πωγωνοτροφεῖν, ὅπως μὴ συναναγκασθῇ τοῖς τοῦ κουρέως σιδήροις παραβαλεῖν τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος. εἰ δὲ ποτὲ χρεία γένοιτο τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, περιέκαιε τὰς τρίχας, μίαν ἀσφάλειαν τυραννίδος ἀποφαινόμενος τὴν ἀπιστίαν. Refert Clearchus 4. Vitarum li. Tarentinos eo luxus & mollitiei prouectos fuisse, vt totam læuigarent cutem corporis, eiusque nuditatis exemplum

Lib. 7. nat. hist.

Lib. 5. Tusc.

emplum aliis præscriberent. verba eius sunt, *εἰς τοῦτον τρυφῆς προελθεῖν ὥστε τὸ ὅλον χρῶτα παραλεαίνεσθαι, καὶ τὸ ψιλώσεως ταύτης τοῖς λοιποῖς κατάρξαι.* Idem prodidit Iapygas luxu eneruatos, extrita facie & rasa primos ascititiis comis vsos fuisse, *προκόμια* & *περιθετ*-eas vocat. Quin & prima radendi institutio mollitiem facile arguit: siquidem auctor est Chrysippus *libro de honesto & voluptate quarto*, Alexandri Macedonis ætate primum radendæ barbę morem fuisse excogitatum, antea inusitatum, quando ille luxu Persico fractus atque euiratus, Macedonicam asperitatem prorsus exuisset. Sub idem ferme tempus Romani quadringentesimo quinquagesimoquarto ab vrbe condita anno, in Asiaticam luxuriam degenerante iam pristina virtute, & in exoticam mollitiem rebus defluentibus, tonsores Siculos primum accepere, vt auctor est Plinius *lib. 7. natur. hist.* Et qui Athenis primum radi se passus est, *κόρσης* conuicii nomine dictus fuit, teste Chrysippo, *παρὰ τὸ κείρεσθαι.* At enimuero quod mollitiei euidentius indicium, quam in speciem muliebrem transformari, leuique mento, fœminarum in morem conspici? pudenda nimium mehercule metamorphosi qualisq; Tiresiam quempiam deceat, aut Heliogabalum, qui, Herodiano teste, vultum elegantius componebat, quam fœmina. Maiores nostri insigne piaculum reputabant, & monstri cuiuspiam modo procurandum, solo habitu mentiri mulierem: quanto magis læuore & glabritie faciei fœminam exprimere?, Præterea, quod probro fuerit habita rasura, vel ex vnico literarum sacrarum testimonio constare potest, quod rex barbarus Hanno durius ignominiosiusq; consulere nesciuit in legatos Dauidicos (nisi etiam sanguine ius gentium maculare voluisset) quam vt derasa illis per contumeliam barba remittere: itaq; reuersi in Hierichunte oppido tantisper iussi fuerunt subsistere, donec ea excreuisset, ne grauis accepta ignominia palam fieret omnibus. Iam si seculis omnibus exosum semper & despectum probrosumq; habitum fuit caluitium, vitio ætatis & natiui caloris defectu natū, quanto magis spōtaneum caluitium sannis excipi, infamia ignominiaque notari debet, & exsibilari. Propterea rasuram auersatur non sine caussa D. Hieronymus in citatis paulo ante commentariis his verbis: *In cæsarie, inquit, & barba pulcritudinis & virilitatis indicium est, quæ si radantur, fœda nuditas apparet.* Deniq; pari ignominiæ loco censeri debet in viris rasura, quo in fœminis tōsura, quippe quibus velamenti loco coma sit data. Neque grauiorem ignominiæ notam vxoribus adulterii suspectis munere poterant Germani, quam si præcisis capillis denudatas foras extrusissent, vti a Tacito proditum est.

Ignominiosa rasura.

1. Reg. 10.
1. Paralip. 19.

Cap. 5.

Addidimus calamitatum damnique significationem habere rasuram: planum hoc faciunt non modo sacri scriptores verum & prophana, quibus barbam radere, & caluitium facere, ærumnas,

Rasura calamitosa.

Cap. 7. luctum, perniciemque portendit. Apud Eſaiam Deus interminatur raſurum ſe caput & barbam vniuerſam regis Aſſyrii, nimirum anguſtiis & afflictionibus opprimendum innuens. Idem rurſus
Cap. 15. Moabitarum barbam omnem raſurũ eadem ſignificatione præ-
Cap. 48. dicit. Item Hieremias imminens malum prænuntians, *Omne*, in-
Cap 3. quit, *caput caluitium*, *& omnis barba raſa erit*. Apud Eſaiam iterum minatur Deus, ſe denudaturum crinibus & deglabraturum
Cap. 27. verticem Sionidum, propter oppreſſos egenos. Verbis quoque Ezechielis prædicit Tyriorum vicinos raſuros ſuper ſe calui-
Cap. 30. tium, ſuperuentura Tyro mala præuiis minis augurans. Rurſus per eundem Iſraelitis dira prænuntians, *Accingent ſe*, inquit, *cili-*
Cap. 1. *cio, & in vniuerſis capitibus caluitium*. Michęas quoq; monet Iudæam, vt decaluetur ſuper filios deliciarum, dilatetque caluitium more aquilæ, cui ſenio confectæ implume fit caput. Minatur ſi-
Cap. 8. militer Amos propheta, Deum pertæſum flagitiorum ſui populi, inducturum cuilibet capiti caluitium, volens innuere grauibus modis diuinitus eos fore plectendos. Puto exemplorum ſatis e literis ſacris a nobis adductum eſſe pene ad faſtidium vſque, quibus clariſſime ominoſum raſuræ nomen eſſe docetur, nunc e profanis ſcriptoribus haud ambigua eiuſdem ſignificationis proferenda documenta. Priamus in illa calamitatum & malorum Iliade faciem cute tenus eraſam habuiſſe legitur, vnde πρεμνόθεν ſpecie prouerbiali, pro, *eradi penitus* apud Suidam legitur. Nuntiato Germanici pręſtantiſſimi ſummæq; ſpei principis exitu, Regulos exteros barbam poſuiſſe, raſis etiam vxorum capitibus, ad maiorem luctus declarationem, prodidit Suetonius. Sybari vrbe a Crotoniatis direpta, Mileſii vniuerſi capita raſerunt promiſcue,
Lib. 3. ingentis luctus teſtimonio. Neq; aliter fortaſſis accipiendum q; ab Aul. Gellio in Noctibus Atticis in ſcripta relatum eſt, belli Punici temporibus viros nobiles barbam raſitauiſſe, nimirum calamitoſum reipub. ſtatum lugentes. Atque inde fieri poteſt, cur diutina conſuetudine in mores abierit, vt tam ciues quam Imperatores radenda menta præbuerint, quod a Dione Caſſio ſcriptum eſt. Artemidorus vbi dicit raſuræ ſomnium portendere nautis naufragium, ægrotis extremum vitę diſcrimen, rationem ſubiicit iſtam, quod naufragi & a diuturno morbo ſe colligentes, radi cõſueuerint: hunc enim in modum loquitur: ναυαγήσαντες μὲν γὰρ οἱ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξυρῶνται), *vt raſura periculi magnitudinem teſtatam aliis faciant*. Apud Ægyptios, gentem præ ceteris nationi-
Lib. de ſacrificiis. bus ſuperſtitioni altiſſime immerſam, a mortuo Api boue, nemo non comam radebat, ſi vel puniceos Niſi cicinnos (vt Luciani verbis vtar) illa ſuperaſſet: itaq; aliũ quæſituri qui in exſtincti locum ſufficeretur, velut publico luctu præpediti capita radebant, te-
Lib 8. nat. hiſtor. ſtante Plinio. Idem faciebant & Byblii in ſacris Adonidis, auctoritate Luciani de Dea Syria. Sophocles in re periculoſa prouer-

bialiter

bialiter vsurpat, τὸ ἐν χρῷ ξυρεῖν, *ad viuum vsq; radere*, pro funditus abolere: in Aiace flagellifero, pro mordicus pungere, & insidendo altius penetrare:

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ ὥστε μὴ χαίρειν τινά.

id est:

Radit cute tenus, absit omne vt gaudium.

vbi vice ὥστε, Suidas ὥσ legit & citat. Senarii quoque illi ex auctore incerto, qui totam diuinationem per insomnia Iambicis singulis inclusit, desumti, per rasuram crinium, dispendium, per eorundem defluuium, periculum denuntiari ostendunt. habent autem ita:

τρίχας κεκάρθαι πραγμάτων δηλοῖ βλάβην.

τρίχας μινεῖν ἢ, κίνδυνον φέρει μέγαν.

hoc est:

Damnum in negotiis coma abrasa indicat.

Discrimen ingens, si cadant crines, notat.

Quo in loco tonsio iterum pro rasura vsurpatur: siquidem & Artemidorus somnium rasurae pilorum, aerumnas & tristia atq; indubitata mala portendere in Onirocriticis auctor est, diuersa ab hac tonsurae ratione, vt infra dicetur. At quod illustrius argumentum praesentis noxae ex rasura adferri possit, quam quod de Sampsono legimus, qui viribus omnibus defectus fuit, postquam suo ipsius malo nouaculam in caput suum accersisset? mox nanque post derasos pauculos crines, eneruatus est, roburque omne, quo toti exercitui par fuerat, diffluxit, vt reddam Nazianzeni verba in prima aduersus Iulianum inuectiua, ἡ δύναμις ἐν θριξὶ σφετέρας ὅλης κατέρρευσε. Accedit ad haec, quod ipsum radendi vocabulum non efferant Latini, absque molestiae cuiusdam acerbae atque ingratae significatione. Sic ieiunam & aridam translationem, aures radere dixit Fabius: & veritatem mordacem radere teneras auriculas, propter odium quod parit, ait Persius: quin & auari per fas nefasque corradere opes cum multorum iniuria dicuntur. Sed istum Grammaticis proprium campum relinquo. *Iud.16.*

Iam quod vitroneum caluitium sit rasura, quod clarius documentum expectatur, quam caluitii ipsius vocabulum? quum nanque glabrum & laeue fit caput, caluitium nominamus. Et Hebreae gentis (cui inter omnes linguas principatus omnium calculis defertur) phrasis est, *facere caluitium*, pro, *radere*: qualis est illa, quae prohibet super mortuo faciendum caluitium, nimirum luctus argumento non esse radendum caput admonens. & alio loco illa: *Non inducent sacerdotes caluitium in caput suum*. Iam vero quoties nouacula ita funditus pilorum germina succidimus, vt ne vestigium quidem illorum extet vllum, eodem ferri exemplo in radices quoq; animaduersuri, nisi vulnera cutis & deformes cicatrices metueremus, an non caluitium quoddam inducimus, sç- *Rasura vltroneum caluitium.* *Deut.14.* *Leuit.21.*

nigata iam cute? Proinde non citra rationem vltroneum siue voluntarium caluitium rasura a nobis dicta est, & æquali loco habenda. Postremo, quod diuinis scripturis repugnare rasuram, & ingratitudinis erga Deum ream diximus, etsi nemini qui sacra vel a limine salutarit, ambiguum esse arbitror, tamen diserte verba ipsa ascribam, vt temeritatis notam effugiam. Primum in Leuit. Deus ad cœtum omnem Israelis loquens verbis Mosis graui edicto sancit, ne in gyrum tondeant comam, neq; corrumpant angulos barbę, hoc est, nouacula resecent tam supremum, quam infimum barbitii honorem, quo genæ mētumque vestiuntur, quod tamē forficula fas erat, Latina autem editio simpliciter reddidit, *Neq; radetis barbam.* Mox subiungens pręcepta & leges in sacerdotum familiam, ita pungit: *Ne caluitium inducant capitibus suis, neq; angulos barbæ vitient*: siue, quod idem est, *Nec radent caput, nec barbam.* Clarissime vero propheta Ezechiel repetit, *Capita sua*, inquiens, *non radent sacerdotes, neq; comam nutrient, sed tondentes attondebunt sua capita.* quem locum D Hieronymus enucleatius etiam explicat hisce verbis: *Perspicue*, inquit, *demonstratur, nec rasis capitibus, sicut sacerdotes Isidis atq; Serapidis, nos esse debere: nec rursus comam demittere, quod proprie luxuriosorum est barbarorumque & militantium, sed vt honestus habitus sacerdotum facie demōstretur.* At nos non modo Naturæ resilientes, sed & ipsi Deo repugnātes Gigantum more, contraria sancimus, & diuersam ingredimur viam: nam refragantur scripta diuina modo citata, & cōsonat synodus Carthaginensis, qua sic constat sancitum fuisse ex Gratiano (si vetustorum exemplarium fide non perinde mutilata stabimus: & si locum Prophetæ, vnde eius Synodi verba sunt repetita, expēdemus integra) vt Clerici, hoc est, asciti ad sacerdotii munus, neq; comam nutrirent, neq; barbam raderent. Cui concilio suffragatur & alterum, quo in Archidiaconorum manus deuoluitur ius & potestas tondendi clericos, qui forte comam promitterent. Epiphanius item vetus auctor & præsul probatæ fidei atq; auctoritatis, *libro cōtra hereses tert* o inuehitur in Mesopotamiæ fratres monasticam vitam degentes, quod muliebri ritu comas promitterent, & barbam viri formam resecarent: diserteq; ait, filios sanctæ virginis matris Ecclesiæ, in tonsura reuerendos esse oportere, quippe, inquit, cum comæ nutritio a doctrina Apostolica & Catholicæ ecclesię consensu sit aliena. Ac rectissime quidem ille barbam formam viri nuncupauit, vt pote Natura (quæ iustissima parēs merito nominatur) haud alio discrimine, quod oculorum iudicio sit obuium (reliquis a conspectu se... otis) marem a fœmina separante, quam barbæ prouentu, quem siue exstirpes, siue deradas, naturæ legem penitus vertere velle, vt perduellis, censebere, atque in Heliogabalici senatus præter colos telasque aliud nihil tractantis, familiam esse adoptandus. Proinde scite Diogenes

Rasura repugnās scripturis.

Cap.19.

Cap.21.

Cap.44.

Rasura ingratitudinis erga Deum rea.

conspi-

conspicatus quendam eraso mento læuem, habesne, inquit, cuius naturam accuses, quod virum te fecerit, non fœminam? Idem interrogatus quade caussa barbam aleret, respondit, vt se virum esse subinde recordaretur. Quumque vidisset aliquando rasa similiter barba equo insidentem quēdam, vnguentis delibutum, equestris ordinis virum, ait, se diu quæsiuisse, quid esset ἱππόπορνος (quasi dicas equimœchum) nunc tandem inuenisse, vt ex Chrysippo refert Athenæus. Rectissime Alexis Comicus in rasos contorsit illud: *Lib. 13. dipnosoph.*

τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ἡμᾶς πρὸς θεῶν,
δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται,

id est:

Quid nos molestant crescentes pili obsecro,
Qui quemlibet nostrum videre dant virum?

Apud Græcos Christianos summi piaculi loco fuit habitum barbam radendo succidere, quod eam virilitatis (vti res est) argumētum, & singulare Dei donum esse confiterentur: quam qui deponeret, haud alio spectare, quam quo fieret euiratior. Lubet Theodoreti elegantissimi scriptoris verba hoc loco inserere, ex 4. de Prouidentia Dei sermone: πρότερον μὲν ἴουλος ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τρίχωσις μετρία καλύπτει, ἵνα τῇ προσθήκῃ διδάξῃ τῆς ἡλικίας τὸ διάφορον καὶ πείσῃ διὰ τοῦ σχήματος, τὰ παιδικὰ μὲν ἀθυρμάτων ἀπέχεσθαι, τὰ δὲ σπουδαῖα τῶν ἔργων μετιέναι, ἐπειδὴ δὲ γυναιξὶν αἱ ὠδῖνες εἰς ἱκανὴν διδασκαλίαν ἀρκοῦσι, μόνων οὕτω τὰς τῶν ἀνδρῶν παρειὰς ἐστεφάνωσεν. Subiiciam Latine idem. *Primum lanugo in iuuenilibus malis efflorescit, inde spissior paulo crinis integit, vt natura adiectione ista, ætatum discrimen prodat, doceatque eo ornatu nuces relinquendas, & seria capessenda: quia vero fœminis abunde documenti talis præbent partus labores, hinc factum est, quod solas virorum genas barba coronarit Deus.* Propter istud singulare Dei priuilegium soli collatum viro, interdicto XII. tabularum prudenter cautum fuit in hæc verba: *Mulieres genas ne radunto*, vt a Cicerone libro de legibus secundo, & a Plinio postea relatum est, vt ne diutino radendi vsu succrescentibus pilis a natura non datis sub ementito virilis oris honore fallerent: nam vt præter naturam est barbatam esse fœminam, ita eius occursus non immerito Italis habetur ominosus: vnde ioculari eius gentis dicterio barbatam eminus esse salutandam præcipitur. At enim nos cum Rhodiis & Byzantiis in eadem classe censeri possumus. quid ita? inquies forsitan. Dicam. Apud illos vbi lege cautum esset, ne quis raderetur, plerique omnes præter legem rasitare mentum cœperunt: apud hos vero mulcta insuper proposita tonsori, qui domi haberet nouaculam non tamen ita deterruit populareis, vt ad nouaculas tantum non confugerent omnes, vt disertissimus philosophus Chrysippus commemorat. Itidem & nos contra edicta Dei, variam *Lib. 11. c. 37.*

oracula, Synodi placita, & eruditorum iudicia, inolitam radendi consuetudinem amplectimur mordicus, citius aqua & igni nobis ipsis interdicturi, quam aliena moribus nostris iussa executuri. Nempe vere dictum est a Poeta:

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.

Si itaque tantorum malorum, seruilitatis, stultitiæ, mollitiei, superstitionis, ignominiæ, damni, calamitatumque index fuit æstimata iam olim, tam capitis, quam barbæ rasura & diuini oris edicto prohibita, quid nec illa ponderamus, & istud contemnimus impii & exleges, iræ diuinæ fulmen despuentes? Si iuxta Græcum versiculum concessus, quamuis magnificus cultus auctoritatem addit, testante Fabio, contra muliebris & luxuriosus non modo non ornat corpus, verumetiam detegit mentem, atq; deturpat insuper: hoc si verum est (quod nemo sanæ mentis inficias ire queat) concessus certa & irrefragabili naturæ prærogatiua barbę honos ad sexus discrimen datus, semoto etiam omni alio iudicio; cur auctoritatis suæ iure cadet? cur obliterabitur? cur indicta caussa occumbet? Quin e diuerso muliebris quidem illa & luxuriam minime ambiguis notis spirans, ornandi lęuigandique menti ratio, animi parum virilis testis adeo atq; detectrix, ne dicam labes quępiam, cur stabilietur mordicus? cur abibit indemnis? cur non explodetur potius? aut saltem in Anticyras proscribetur? Sed ne longius in altum efferar extra modestiæ terminos, vela paulisper cōtrahenda sunt. Abunde igitur ostensum puto, barbam ferro subiici, radiue non debere, refragante diuinæ scripturæ immutabili auctoritate, reclamante naturæ lege: quin & doctorum virorum consensus vbique gentium repugnat, qui virum grauem, cōstantem, iusti tenacem, & probitate morum atq; sapientia prętantem decere barbam uno ore loquuntur omnes. Aarona principem sacerdotem propexa barba venerabilem facit sacra historia. Socratem virum sanctissimum & sapientissimum mortalium oraculo iudicatum, barbatum magistrum non temere appellat Iuuenalis. Euphrati philosopho Syrio ingētem & canam barbam plurimum venerationis addere Plin. Iunior cōmemorat. Timotheus insignis tibicen, qui Alexandrum Macedonem cantu in diuersos animi motus impellere potuit, prægrandi barba venerabilis canebat, auctore Chrysippo. Lysandri præclarissimi Ducis statua Delphis posita visebatur prolixa barba, πώγωνα καθειμένη ἀρχαϊκῶς, teste Plutarcho. Æsculapio medico barbam addidit Græcia, ad auctoritatis testimonium, quam auream derasit per contemtum, non inultus (vt putabatur) Dionysius. Gymnosophistas Indos philosophos πωγωνοτροφεῖν, *barbam nutrire* scribit Strabo, & confirmat Diodorus *lib. Bibliothecæ quarto*, vbi & Dionysium siue Liberum patrem cognomento barbatum natione Indum (plures enim eo nomine fuere) enumerat, Indorum more barbam alentem Duces exer-

Lib. 1. Epist.

Lib. 15 Geog.

ces exercitus Romæorum, qui in expeditione Africana cum Belisario fortissimo viro contra Vandalos militarunt barbatos fuisse omnes refert Procopius. Apollinem, qui idem est & Sol, barbarum colebant Hiropolitani, auctore Fulgentio mythologo. Syrios quoque Apollinis γενειήτου, id est, barbati simulacrum coluisse, annotat Lucianus de Dea Syria libello: quanquam alii νέον καὶ πρωθήβην coluerint, cui primum lanuginis flos erumpere inciperet, qualem & Callimachus facit:

Lib. 4. belli Vandalici.

οὔποτε Φοίβου
θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.
Nec vestit lanugo genas tibi Phœbe tenellas.

Iouem etiam suum Deorum supremum ad maiestatis & venerationis decorem πωγωνίτην, hoc est, barbatum, & quod idem est, γενειήτην, dedicauit gentilitas: licet ἀγένειον *imberbem* in donatiis suis eundem posuerit Smicythus, teste Pausania. Mercurius itidem diuorum ille interpres ὑπηνήτης, labro malisque barbatus, apud Lucianum nominatur. Idem a cuneata barba, qua fingebatur, σφηνοπώγων audit apud Artemidorum. Quid quod ipse Christus, verus ille (si vana & gentilia veris componere fas est) Mercurius, patris verbum, σφηνοπώγων, cuneata barba effigiatur a pictoribus, inuento non ita pridem reperto, sed antiquissimo, & a maioribus velut per manus tradito? quod fidem facit quare olim Christiani exemplo sui ductoris & domini, barbam aluerint. Quocirca insanus ille fidei desertor Iulianus inuectiuam orationem aduersus Galilæos (eo nomine velut odii inexpiabilis pleno Christianos appellans) scripsit, cui titulum fecerat μισοπώγωνα, quasi dixeris, *barbæ osorem & inimicum*. Neque silentio prætereundum est, quod barbatam Venerem coluerint Romani, cuius superior lumbis pars, maris speciem præ se ferebat, inferior fœmineam, Suidæ testimonio: volentes innuere genitalem Naturæ vim, qua ex mutua diuersi sexus consuetudine, ὁμογνοῖς vnum nascitur. Accedit huc, quod pilosus ille oris decor, efferis Gallis, qui duce Brenno Romam occuparant, non admirationem modo, sed & metum incusserit non mediocrem, quando irrumpentes in atria Quiritium, reuerendos prolixa & incana barba senes in curulibus sellis sedentes, ceu numina quædam suspexere primo, mox post acceptam iniuriam in omnes desæuiere. Apud Lacedæmonios vt esset discrimen aliquod inter magistratus & promiscuum vulgus, tum etiam vt plebs in minimis morigera imperio allucesceret, Ephori magistratum ineuntes præcipere solebant, *auctore Plutarcho in Agide*, vt mentum tonderent, legibusq; obtemperarent, ne sæuire cogerentur teste Aristotele: Græce enim est, κείρεσθαι τὸν μύστακα: ex quo liquet noluisse eo penitus tollere virilitatis signum: sed intra quosdam mediocritatis cancellos coercuisse. Iam & sæculo præ mollitie luxuque cæcutienti,

Lib. de sacrificiis.

Lib. 2. eg.

primus quasdam animi fenestras aperuisse Hadrianus Imperator, barbam promittendo scribitur, antiquata pristina consuetudine, qua eradi mentum ciues pariter & senatus principes sibi patiebantur, vt auctor est Dion Nicenus: persuasumque mihi est, Romanos citius consensuros fuisse in alenda barba, nisi deterruisset eos vetus mos reorum, impexam ac squallentem barbam promittentium, ad miserationem videlicet. Vnde fluxit responsum illud Sabini ad Cretenses flagitantes, vt summi magistratus (qui barbam capillitiumque alebat) munere fungi apud se non dedignaretur: fertur enim dixisse, Bis se cum magistratum Romæ egisse, bis scilicet reum. Sic Lucanus scribit Catonem exoriente bello Ciuili, velut publico in luctu radi se noluisse, sed mœstam genis increscere barbam permisisse. Propterea suspicor Scipionem Æmilianum, iam tum in capitis discrimine reum productum, barbam rasisse præter morem, vel fretum inculpatæ & integræ actæ vitæ conscientia, vel quod antea quoque barbam aluerit: Sed quid singulis istis inhæreo, quum tam sacri scriptores, quam prophani philosophi, ex illis D. Augustinus, ex his Halyabbas Arabs non ignobilis, in barba præcipuum decoris & ornamenti argumentum esse prodiderint. Itaque Cynicus Luciani eodem in loco ponit, & barbam viro demere, & leoni tondere

Lib. 4. de honesto. iubam, detracto videlicet vtrique peculiari suo decore. Chrysippus (cuius testimonio non semel in hoc libro vtimur) ab honesti ratione excludi barbæ nutritionem non patitur, rasuram prorsus damnat. Quid multis verbis opus est, quum in confesso sit, virum esse imaginem Dei: neque sit controuersum, viri formata esse barbam. Certe quotquot nos protoplastæ Dei imaginem repræsentare & agnoscimus & profitemur, citra summum piaculi crimen deponere barbam non possumus: sin illud inficiamur, ac pro ludo ducimus, libere etiam cuiremur. Quocirca graues viri & literati, qui eruditione cultuque ingenii reliquos antecellunt, quotquot Reipu. habenas moderantur, & ciuilia obeunt munera, deradi sibi barbam nulli patiantur: illi quidem philosophiæ germanam semper & eruditionis testem habitam: hi vero, vt maximum auctoritatis (qua præcipue magistratui in continendis in officio ciuibus opus est) adiumentum nutriunt. Multo his magis principum virorum atque magnatum interest, barbam summittere, & illæsam conseruare, quod augustam maiestatem deceat, imperii dignitatem stabiliat, & decentem reuerentiam popularium animis initiat: quem in modum Virgilianus Iupiter barba propexa totum metu tremefacit Olympum. Huc adde tanto contentiore studio alendæ barbæ patrocinium tueri debere in vniuersum omnes, quanto dissimiliores cupimus esse prodigiosi illius ac dissolutissimi Sardanapali, nusquam quam in more viri, quem Ctesias in tertio rerum Persicarum erasa barba ac

pumice

pumice læuigata inter mulierum greges delituisse, memoriæ mãdauit, κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ κροκωτὸν ἐνδεδυμένον: quanto item Neronis, vnius immanissimi terrarum omnium portenti, qui, cum ægrotantem inuisisset officii gratia amita, dixissetque tum se haud ęgre mortẽ obituram, quum ille barbam posuisset, illico radi eam iussit: quique iuuenales etiam ludos celebrasse legitur derasa sibi barba, & aureo inclusa loculo, vti a Dione historico proditum est. Attamen rasuram licet in homine libero prorsus damnem, est tamen cur in morbis quibusdam & capitis vitiis, valetudinis ergo permittenda sit, id quod sanæ mentis nemo improbandum quoque duxerit: quemadmodum in area, quam alopeciam nominant, quotidie nouacula caput radere elegantissimus scriptor Cor. Celsus præcipit, cui & alii medici suffragantur. Sic etiam fluentibus capillis sæpe radendo succurritur. Inde & Phrenitidi remedium quæritur. Vsqueadeo non sine caussa dixit Synesius, quosdam a capite ceu arce morborum funes dependere. Enimuero istiusmodi rasurã rigida inexorabilis necessitatis lex extundit aliquando, minus itaque improbanda: haud perinde, voluntaria. Nam quod literis prodidit Herodotus, Ægyptios a pueris statim radere capita, vt hac ratione compactiora, neque facile vlli externæ iniuriæ obnoxia reddantur crania, valetudinis respectum quendam habet. Quin & Demosthenis Græcæ eloquẽtiæ parentis studium, quamuis plus satis improbum, ignominiæ macula vacare debet, imo meretur aliquam laudem apud studiosos, quod adolescens etiamnum solitus fuerit in specum secedere, raso capitis dimidio, vt prodeundi in publicum pudore, literis incumberet melius: quod de eo scriptum reliquit Plutarchus. Istud accuratioris diligentiæ exemplum non minus certe gloriæ promeretur, quam laudabile per noctis lucernæ crimen eidem a Pythea quodam obiectum, neq; indignum ad quod se compararet studiosus iuuenis, qui perfugium aliud non videret, aut remediũ vitandi Sirenæa naufragia, aliaque a literis auocamenta. Opponent hoc loco tetrici nostri Catones, D. Pauli religionis nostræ diligentissimi assertoris ac propagatoris factum, qui raso capite expiatus templum adit: at isti considerent quæso quo scopo illud fecerit, nempe vt falsam Iudaicę gentis opinionem de eo cõceptam destrueret, dictitantis subuerti ab ipso & pessundari legem: proinde cum Nazaræis simul & radi, & expiationis tempus obseruare, velut ex illis vnus, instituit, suam vt illis fidem probaret, exemto offensionis animorum scrupulo. Adiicient iidem & Nazaræorum institutum, semel atque iterum a nobis iam repetitum, qui intactum antea capillitium post magnam vitæ continentiam radebant, sacrificiique igne adolebant: at illi nouaculæ vsu abstinebant, cæsariemque alebant votiuam, in statum quoddam lustrationis tẽpus, quo ea consecranda erat semel: neq; enim *Act. 21.*

toties iteratam legimus. Obiicient alii philosophicum barbitium, nusquam non grauiter exagitatum atque despectum: at philosophorum grex ille non ob barbam solum, sed propter intempestiuum eius colendæ studium in demulcendo & summittendo ridetur, vt qui ne minimam quidem præsegminis portiunculam truncari sibi, quantiuis passuri fuerint, eo facto sapientiæ quoque parte fraudatum iri se rati, qui barba sapientiam æstimabant: vnde factum est, quod Cicero frigidos quosdam & ἐπιπολαίους philosophantes, barba tenus philosophos nuncupat. Eodem spectat Horatii morsus, *Sapientem pascere barbam*. Hinc natum illusorium illud Epigramma,

Lib.2. sermo.

εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων αὖ' ὅλος ἐστὶ Πλάτων.
Reddere si valeat sapientem barba profunda,
Esse potes doctus barbiger hirce Plato.

Ita Epicraten oratorem σακεσφόρον appellarunt Athenienses facetiis nobiles, quod clypei loco promissam gereret barbam, pusillus alioquin homuncio. Sed quid ad nos istuhæc? hercle plus, quam quod Alexander Macedo barbam exercitui deradi sub pugnam in Arbelis imperauit, velut ansam hosti ad prehendendum facilem: quod haud deteriore iure fieri potuit, quam quod idem Macedo calceamentorum ligulas detraxit, quum iis impeditus in vinea procubuisset. Tametsi non sit verisimile aut rasum fuisse exercitum omnē, aut fieri hoc etiam potuisse, vt in procinctu iam stanti militi otium fuerit ad præbendum tonsoribus mentum, ne dicam nunc tanto exercitui impares numero sufficere nequiuisse tonsores: quin potius videtur innuere voluisse eo dicto, nihil tum fuisse reliquum, nisi vt militem instructum & paratum pugnæ, irritet hostis in suū exitium, haud aliter, quam si quis leoni iubam resecare tentet. Porro ad rasuram pertinent, aut saltem sub eadem classe recenseri possunt, reliqui superius a me enumerati modi, qui continent trahendi digitis capilli munus, quod depilatrices (παρατίλτρίας nominat Philostratus) obibant, & quod per vollellas (μυδίσκια appellant nonnulli, Ægineta τριχολαβίδας & τριχολάβια) fiebat, instrumenta ad prehendendos ducendosque pilos comparata, vnde & nomen illis. Atque extat prouerbium in parum viros, a Varrone repetitum, Volsellis pugnant, non gladiis. Est tertium, quod per medicamenta deglabrantia fiebat, quæ & Psilotra & Dropaces illis dicta, atque ex auripigmento & viua calce concinnata, ad exurendam depascendamque genitalem pilorum materiam, Paris Pantomimus (qui Domitiano fuit in delitiis) aliique excogitarunt & a medicorū filiis peti possunt. Præterea picationes & visci resinæque vsus cinædis familiaris, & a Satyrographo satis acerbe suggillatus, huc spectat: clare etenim Iuuenalis pathicos depilari solitos testatur visco cum resina & cera

Saty.9.

quo

quo nitidiores redderentur, vbi Næuolo cinædo exprobrat horridam pilorum suffruticantium syluam:

Nullus, inquit, tota nitor in cute, qualem
Præstabat calidi circumlita fascia visci.

Idem & Martialis non vno in loco affirmat, apud quem & summœniana scorta pilantur. Meminit & Alexis Comicus alicubi his verbis: Lib. 12. Epig.

πιττούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον ὁρᾷς.
Rasum ne quempiam, p cemue lauem vides?

Duos frugiperdas eiusdem farinæ homines, rasum & pice extritum designans. Quin & Plinium *lib 14. cap. 20.* pudet cōfiteri maximum sua tempestate picis honorem fuisse in euellendis virorum corporibus pilis. Clemens Alexandrinus *lib. 3. pædagogi*, acerbe increpat effœminatos *οἳ σφᾶς καταπιττοῦσι, καὶ τὰς τρίχας τοῖς ἀνασπῶσι παντὶ τρόπον παρέχουσι, qui seipsos picant, pilosque quouis tandem modo vellendos præbent.* Ibidem indigne fert quod totæ vrbes suo tempore abundarent hominibus, qui picandi, radendi, vellendique officia profiterentur. Et Fabius libr. I. vulsa corpora fœdissima nuncupat. Theopompus in quadragesimo tertio historiarum, Tyrrhenos occidentales omnes publicis in officinis in eum vsum paratis, radi, & picatos velli, auctor est. Insectatur grauiter Artemonem illum versatilem Anacreon, quod coma barbaque esset vulsa, *κόμην πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος*. Inuehitur acriter Seneca in quosdam, quibus apud tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima maxima nocte succreuerit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc inde in frontem compellitur, quos parum viros innuit. Scopeliano sophistæ disertissimo obiectum fuit, quod daret se picationi & depilatricibus, *ὡς ἐκδεδωκὼς ἑαυτὸν πίττῃ καὶ παρατιλτρίαις*, teste Philostrato. Ephori Lacedæmonii morum quidam cēsores, iussi fuerunt aliquando edicto promulgare, ne in balnea inferretur pix, vtque eiectis depilatricibus, ad pristinam temperantiam reuocarentur omnia, vt in Suidæ collectaneis lectum est. Cyzicenos quoque velli solere indicat prouerbium, Tinctura Cyzicena, de ineluibilis turpitudinis nota dictum, *διὰ τὸ βάμμα*, vt Etymologici auctor annotat. Est & apud Lucianum iocus alumni ad Celeripedem Podalirii filium, podagram, qua discruciabatur, inficiantem, Lib. 1. de Soph. vitis.

ἢ καθήμενος
πώγωνα τίλλε κουρίων ὑπ' ἀλένας.
id est,
Vel desidens,
Euelle barbam sub tonsorum brachiis.

Quem admonere vellet, vt cursu malum dissimularet, aut pateretur sibi remedium adhiberi. Quem locum perperam intelle-

ctum ita reddidit Alexander Brassicanus, *Barbam ne velle a puerorum vlnis*, & veluti prouerbialem, pro frustraneo labore interpretatur. Bionis dictum est allegoricum apud Senecam, Non minus molestum esse caluis, quam comatis, pilos velli: volentis (vt puto) innuere, tantūdem vulneris accipere tenuioris fortunę hominem e iactura exigua, quantum locupletem in magnarum facultatum carptu. Accedit huc, quod effrenis quorundam petulātia, stulte variare rasuram aut neutiquam ignominiosum duxit, aut sane præ libidine maculam infamiæ, si qua aspergi possent, neglexit: inter quos antesignanus fuerit Iulius Cæsar, quem in cura corporis morosius se gessisse, Suetonii classici scriptoris testimonio constat, vsqueadeo, vt & tonderi ac radi se, atque insuper etiam velli ad opprobrium vsque passus fuerit. Otho quoque Syluius animosissimus Imperator faciem quotidie rasitasse, corpusq; vulsisse mulierosius, ab eodem auctor memoratur. Martialis iocatur salse plus satis in quendam:

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,
Pars vulsa est, vnum quis putet esse caput?

Non sunt hinc excludendi Maxies populi, quos dextram capitis partem capillatam gessisse, læuam rasisse, veterum monumenta prodidere. Eodem veniūt Euboenses, qui syncipur radebant, occipitium comatum relinquētes: vnde apud Homerum in Bœotia ὄπιθεν κομόωντες audiunt:

τῷ δ' ἅμ' ἄβαντες ἕποντο θοοὶ, ὄπιθεν κομόωντες:
Criniti retro atq; agiles comitantur Abantes.

quod Statium quoque non latuit, qui de illis ita:

Non ego Abantiadas in terga comantes.

Pollux composita voce ὀπισθοκόμους eosdem appellat: quibus id tributum esse ob rei bellicæ præstantiam annotarunt veteres, cuius rei occasionem paucis perstringam. Archemachus Euboicus scripto prodidit Curetas incolas Chalcidis, assiduis præliis agitatos, & de Lilantæo agro cum finitimis decertantes, postquam semel correpti crinibus (quorum alebant ea tempestate lætam in syncipite materiem) profligati fuissent, immutata consuetudine, capillos in occipitio fouere cœpisse, raso syncipite: qua specie visebantur apud illos & Deorum simulacra: Rursus eosdem verso solo in Ætoliam commigrantes, Acarnanas ab intonsis capitib. nominatos fuisse. Hannibal quoq; in Italiam exercitum ducens, mutatis sæpius crinibus, a lubrica Gallorum fide sese vindicasse legitur: quod non putarim aliter accipiendum, quam quod nunc comatus, nunc tonsus rasusq; aut ascititiis crinibus eo fefellerit. Hactenus de rasura, eoq; facientibus abunde multa: nunc ad tondendi rationem, proximo ordine assequentē, quæ hoc ipsum quale quale sit ingenii rudimentum a nobis expressit, accingamur, si prius nonnulla de comæ nutritione perstrinxero.

De nutritione Comæ.

CAPVT III.

Comtus capillitii absolute consistit in eo vel adendo, vel tondendo, id quod a Strabone dictum est totidem pene verbis: ἁπλῶς δὲ ἡ περὶ τὰς κόμας φιλοτεχνία συνέστηκε περί τε θρέψιν, καὶ κουρὰν τριχός. Vtrumque in comam incurrit. Sed alteram partem, quæ illam tollit, plenius exsecuti sumus: nunc repugnantem huic prouinciam (ne quid indictum, quod huc pertineat, omittatur) attingere tempestiuum videtur. ea vero promittendi alendique capillitii (quod & summittere crinem Tacitus, Suetonius, & submittere capillum Plinius dixerunt) studium tuetur & tractat: qua in parte includitur etiam comæ encomium, quod eloquentissimus Dion Prusiæus, cui ab aureo ore cognomen dedit facundia, & in aureo curru triumphare cum Traiano dedit existimatio, scripsisse commemoratur. quanquam quid amplius, quidue disertius dici potuit a Rhetore, quam quod D. Ambrosius succincte in hæc verba extulit: *Comam esse reuerendam in senibus, venerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comtam in mulieribus, dulcem in pueris*: quibus verbis summatim cõplexus est ferme, quicquid dici possit de re cuiuis ætati, sexui, conditioni congrua. At quod hic verbo tenus præstitit, istud re ipsa Lycii testatum voluere, tanti comam facientes, vt ne dubitarint quidem æs soluere mulctæ nomine Mausolo Cariæ regi quo liberis esse & immunibus liceret a legis imperio, quæ crinium tondendorum necessitatem proponebat, vti refert Aristoteles *in Oeconomicis*: quam legem Condalus regis præfectus, cõmentus fuerat, vt ἐπικεφάλαιον, hoc est, congiarium eliceret. Galliæ a comæ studio, vel, vt Plinii verbis dicam ab intõsis capitibus Comatæ nomen fuit. Ligures Cisalpinæ Galliæ populos Capillatos nominatim recenset Plinius: & suffragatur Lucanus in primo Pharsaliæ, quos belli ciuilis tempore tonsos fuisse memorat, vtpote in seruitutem redactos, his versibus:

Dion Chrysostomus.

Lib. 6. Hexaemeron.

Gentes capillatæ.

Lib. 2.

> *Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora*
> *Crinibus effusis toti prælate Comata.*

Apud Getas Capillati dicti publicis etiam carminibus celebrabantur, Iornande teste. Capillatos Celtiberos nominat Catullus. Cæsar in Commentariis, Britannos capillo prolixo fuisse est auctor. Solinus Indis quoque promissam cæsariem tribuit. Parthos καλυπτοκόμους ob prolixos crines appellat Oppianus in Cynegeticis. Persas lõgis capillis hirsutos tradit Marcellinus. Apud Homerum exercitus Græcorum vniuersus καρηκομόωντες, id est, comati audiunt. Apud Ægyptios consuetudo inoleuerat, vt peregrinantes, quoad domum reuerterentur, comas nutrirent, ab Osyride sumpta, qui toto peregrinationis suæ tempore ca-

Lib. 23.

pillum non ante posuerit, quam in patriam redisset. Seneca scribit Parthorum esse capillum effundere, Germanorum iungere, Scytharum spargere. Æthiopes ζαθλυνόκομον γένος, velut comæ nutriciam gentem appellat Tragœdia. Thracas ἀκρόκομους vocat Homerus, hoc est, vt interpretantur nonnulli, *in summo capite comantes*, neque promissam crinium syluam alentes, sed ad iustum & medium quendam statum crinitos, vt eo loco annotat doctissimus Eustathius. Spartani quoque comam nutriuisse leguntur, quam præsens adituri periculum, teste Herodoto, pectere solebant: vnde est quod trecenti illi, qui cum vniuerso Persarum exercitu, duce Leonida, in fessis Thermopylarum angustiis conflixere strenue, ædita ingenti strage hostium, ante prælium in comenda cæsarie occupati fuisse perhibentur: quæ res primo despecta Persis, mox in ipso prælio in miraculum fuit conuersa, ac tantum non in luctum. Contra Lacænis comam promittere negat licere Heraclides. Hactenus fere gentium nomina recensuimus, quibus capillatis esse concedunt auctorum testimonia: nunc deorum hominumque genera & priuatas quasdam personas summatim detalleabimus. Deas nanque soluta coma & per terga fluente (quam ἐπισείων κόμην quasi ventilantem & concussam dixit Lucianus) venerebantur prisci mortales. Sic Horis, quæ præsites deę anni tēporum habebantur, ἐλευθέραν ἀφιεῖσι κόμας, id est, *liberam laxamque comam* tribuit apud Philostratum vetus pictura. Charites καλλικόμους, id est, pulcricomas celebrat Stesichorus, & eodem epitheto Musas Simonides Lyricus. Pleiadas idem ἰοπλοκάμους a violaceo crinium colore, & Maiam Mercurii matrem ἑλικοπλόκαμον dicit. Venerem βαθυπλόκαμον capillatam Apollonius Rhodius: Isidem Deam solutis crinibus λυσίκομον canit fabulosa vetustas. Homerus & Phidias statuarius comam Ioui diuiduam tribuunt, qua totum tremefacit Olympum, maiestatis scilicet plenam. Neptunus audit κυανοχαίτης, cœrulea cæsarie spectabilis. Bacchus intonsus longos amat crines: neque contentus capillorum sylua, etiam hederæ serto comat Apollo ἀκερσεκόμης, & Pindaro ἀκερσεκόμας, intonsus, item χρυσεοστροφος, crinitus Latinis vatibus nominatur: cui propterea ἀδέσμον πλόκον, id est, *solutam & fluentem cæsariem* tribuit Christodorus Thebanus poeta. Pan φριξοκόμας ab Anyte poetria, quasi horridus coma nuncupatur. Æsculapius comatus dicitur, atque ea specie in Epidauro colebatur. Iam vero & deorum sacerdotes promissis depexisque & barba & cæsarie venerata est antiquitas, quod (vt de aliis taceam) ex Heliodoro colligere est, non deteriore iure, quam & ipsa numina quibus operabantur. Mænades in Orgiis, effusis solutisque crinium spiris vagabundæ discursabant: quod in fœminis non patitur Naziázenus, vt sparsam hinc inde comam & ad auræ sibilum ventilantem ferant. Succedunt sacrificis reges, quibus apud Fran-

Ilia d. 4.

Dii criniti.

Sacerdotes comati.

Reges Comati.

eos solis licebat esse intonsis: hinc enim præcipuum regiæ dignitatis decus spectabatur, tonsis ceteris subditis omnibus, testante hoc Agathia. Ita Clodionem Pharamundi filium Francorum regem cognomento Comatum in Gallicis annalibus recenset Paulus Æmilius. Traiano optimo principi (cui princeps quoque locus debebatur) crinium promissio nomen dedisse videtur: dictus enim Vlpius Traianus Crinitus Eutropio teste. Recensetur & a Flauio Vopisco Vlpius quidam Crinitus dux Illyriciani & Thracii limitis sub Aurelio Imperat. Scipionem maiorem eximiæ auctoritatis virum Masinissæ obuium adornabat, inquit T. Liuius, promissa cæsaries. Cyclopem pingit Philostratus χαίτην ἀνασείοντα ὀρθὴν, καὶ ἀμφιλαφῆ, πίτυος δίκην: hoc est: *iactantem rectos crines & patulos pinus in morem*. Achillæas comas vt prolixas densasque celebrat Martialis, de Menogene parasito loquens, qui dum palpatur, pro exigui incrementi & raris capillis, aiebat se Achillæas disposuisse comas. Quod minime ambigue exstat apud Philostratum Heroicis; de Achille sic scribentem: τὴν μὲν δὴ κόμην ἀμφιλαφῆ αὐτῷ φησὶν εἶναι, καὶ χρυσοῦ ἡδίω, καὶ εὐσχήμονα, ὅπῃ καὶ ὅπως κινοίη αὐτὴν ἢ ἄνεμος, ἢ αὐτός. hoc est, *comam illi attribuit spissam & vtraque manu prehensibilem, auro venustiorem gratioremque quocunque aut vtcunque agitaretur vel a vento vel ab ipso*. Idem rursus alio loco sparsam & prolixam cæsariem illi iam tum iuueni addit, ἐπισκιάδιον τι καὶ θυμοειδὲς φρύαγμα, velut vmbraculũ quoddam frontis, & magni animi, quo ferociat magis, incitamentum. Mezentium describit Virgilius sanguine turpantem comptos de more capillos, quod antiquo more receptum fuisset viros iuxta ac mulieres cõponere crines, vt ibi annotat Seruius. Euphorbus Gratiarum cincinnis similes habuisse capillos ab Homero prædicatur, tales enim in interfecto deplorat, quamob caussam ἱερόπλοκος a Zeze nuncupatur, vt qui solitus fuerit auri ramenta implicare cirrato capillitio. Idem Zethin & Calain Boreę filios ἁβροκόμας ob capillitii delicias nominat. Absalon Dauidis illius beati filius mortales omnes comæ decore superasse creditus est: vnde prouerbiale illud in Zezis Isacii omnigena historia, καὶ τὸν Ἀβεσσαλὼν αὐτὸν εἰς τρίχας νικῶντες, id est, *Coma venustate vel ipsum Absalona vincentes*. Nisi & Pterelai aureas comas missas hoc loco facio, ne eadem bis dicamus, quod de illo paulo post sit scribendum. Empedocli Agrigentino βαθεῖαν κόμην, id est, *profundam comam*, ex Phauorini testimonio tribuit Laertius Diogenes. Prolixam quoq; cæsariem nutriuisse traditur philosophus idem & magus Apollonius Tyanæus. Deniq; vt huic capiti colophonem imponamus, adscribẽda huc veniunt & Philostrati verba, quibus comæ decorem cõmendat ex quadam ipsius epistola: κεφαλὴ γὰρ, inquit, ἀνθοῦσα, ἡδίων πολὺ τοῦ ἀθλητικοῦ φυτοῦ, εἴπερ γε δεῖ καὶ ζῶντων τὴν ἀναπολεῖν μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι μηδὲ ἀκόσμητον. Latine sonãt ita: Caput

Libr. 8. belli Punici.

Lib. 12.

crinibus luxurians, amœnius eſt longe Palladis germine: hanc enim ar cem minime omnium glabram atque incomtam decet conſpici.

De inutili coma alenda ſtudio, quodque præſtet caducam crinium ſyluam tondendo reſecare.

CAPVT IV.

Galen. lib. 11 de vſu part.

CAput ſenſuum rationiſque arcem, ac princeps quoddam animæ facultatis ſacrarium, (ἡγεμονικὸν dicunt Philoſophi) fœcundo pilorum plantario conſeuit communis parens Natura, partim vt affluxus humorum ſubrepentium nonnihil ebiberent, partim vt eo velamine aduerſus aeris iniurias & animalculorum aculeos vteretur. Deinde & ſuperciliorum piloſo honore faciem veſtiuit ad ornatum, ac veluti ſuggrundis quibuſdam exſtantibus aut vallo, oculis proſpexit eadem, aduerſus exiguorum corpuſculorum incurſus. Noluit tamen illa ceu irrefragabili edicto ſancire ſempiternam permittendorum crinium luxuriem & incoercitam, quin pro arbitrio reſecare liceret & ad iuſtam moderationem reuocare ſuperfluam illam & recrementitiam ſobolē, haud deteriore iure, quam & vnguium præſegmina truncamus, ne in odioſam γρύπωσιν, ac falcatam curuitatem exeant. Vitis ſarmenta quæ ſe nimis late profundunt falce putamus: pampinos in frondoſioribus vineis deſtringimus: in fruticibus, plantis, herbis, rebus denique omnibus, luxuriem compeſcimus: excreſcentes carnis moles medicamentis domamus, cauteriis obruimus, ferro ancidimus: ecquid dubitamus improficuam crinium materiam tollere, atque libere coercere? Qua in cauſſa ſi quis expenſius ad Critolai bilancem examinet omnia, aut more ſaltem Areopagitarum citra affectus iudicet, is facile inueniet, ſtudium nutriendæ comæ non inutile modo eſſe, vile ac ferum, ſoloſque cum pueros tum fœminas decere, verumetiam ſeruile, ignominioſum ſupercilii faſtuſque plenum eſſe, ac mollitiei nota ſeculis omnibus in viris infame fuiſſe: contra tonſuram decoram, cultuique corporis neceſſariam, libero animanti & politico, homini videlicet, propriam, ſalubrem, virilitatis denique argumento honorificam eſſe habitam. At ne quis ex iure manu conſertum me velle iſtud arbitretur, & dextra laudatæ vbique antiquitatis opinione, & locuplete auctorum teſtimonio, veritatiſque ipſius nudæ comprobatione aſtruere conabimur, faceſſat interim liuor. Nam quorſum, aut ad quem tandem vſum ſuperflua capillitii ſeges alenda ſit, quid præſtantis emolumenti adferat, non video, niſi fortaſſis lendium, atque animalculorum (quibus a pedum multitudine nomen eſt) prouentum beneficii loco ponere velimus, aut vuidos ſudores in furfuracea corpuſcula cōcreſcentes, & ſordium copiam lucro apponamus, more Hybernorum, quæ gēs, vt eſt ab omni humano cultu longe alieniſſima, vix alium capilli tii vſum

Coma alimonia inutilis, vilis, & fera.

tii vsum agnoscit, quam ad detergendas manus a pinguibus cœnæ sordibus, ceteraque omni illuuie: qua de caussa ingentes concretorum crinium spiras alunt in humeros vsque dependulas, quibus vice mantilium diffluentes pinguedine ciboque digitos solent iniicere, eoque pacto extergere. Alioqui vt quidque vilissimum est, aut veneno armatur letali, aut ferum & immitte cultum fugit, ita ferme pilis horret. Τριχίας vilis pisciculus, quem Sardam Latini dicunt, nomen habet a pilari exilitate. Lendes qui pilos erodunt τριχοφάγοι & τριχοβρῶτες, quasi piliuori, non absq; vilitatis nota, Græcis dicuntur: quomodo apud Aristophanem abiecte concinnatrices crinium, lédium instar, corrosisse sibi verticem deplorat quidam, τριχοβοστρύχους allusorio vocabulo nuncupans: sic enim ait,

ἀλλ' ὦ τριχοβόστρυχες τὸν λόφον μου κατέφαγον.

Quin & contemtus indicium, de lana (quod aiunt) caprina disceptare, prouerbiali schemate τριχολογεῖν dixerunt Greci. Rursus vsitata illa omnibus pene nationibus, Latinis auctorib. vel receptissima hyperbole, *Ne pili quidem facio*, abunde declarat, quam abiecta & vilis res sit capillus. Imo ortus ipse capillorum vilitati facile attestatur suæ: nam e fumido crassoque vapore exsistunt, siccissimi pariter & frigidissimi ex omnibus humani corporis partibus si Galeni auctoritate stabimus: ac propterea mortuum quiddam & inanime præferentes, quippe siccitate & frigore, in quibus mors consistit, illi affines, & qui libenter in defunctis corporibus crescunt, quod ipsum non inficiatur doctissimus Aristoteles, cui fidem facit & Ægyptiorum factum, qui e cadaueribus cute tenus erasis, insequente anno comam barbamque eripuisse obseruarunt, quemadmodum & quotidiana experimenta attestantur: vereque dixisse putatur Synesius, τρίχες, inquiens, κἂν τοῖς ζῶσιν εἰσὶ νεκραί. hoc est, *Crines etiam in viuis mortuum quiddam sunt*. Quid quod bruta animantia orationis expertia, pilis vestita, solo homine præ ceteris læui, certo naturæ consilio videmus? Præterea a superfluo comæ onere, dæmonum quoddam genus tenebricosum, & materiæ mancipatum, τριχῶνας dictum (quos & ὀνοσκελεῖς nominant) *quasi pilanos* nomines. Histrix & Echini setarum iacula crinium vice erigunt, vnde ἰξυνόμους velut acutis comis infestos epitheto vocat Oppianus. Sclopendra, venenatus vermis, pilis obsitus est, Lupus immitis ac subdola fera, horrida & cinericea pilorum sylua riget. Aper rectis horret setis, hispidus idcirco Statio dictus. Apud Virgilium in quarto, *pubentes*, hoc est, *pilosas seu lanuginosas herbas* ad veneficium exquirit scelerata maga: sic enim locum illum intelligo: nec enim placet *viridiores* cum Seruio exponere. Gorgonis illius, quæ solo aspectu saxeos reddebat homines, os crinitum anguibus legimus. Cilices, immane genus & piratica viuens, intonsi Tibullo dicuntur.

Libr. Metam. 13. Getas nationem a barbaram ac truculentam hirsutos intonsosq; appellat Naso. Idem Polyphemo rigidis setis densum corpus horrere scribit. Ausonius Philonem quendam rusticanum hominem describens, horrere capillis asperis, non aliter atq; marinum echinum dicit. Caligulæ orbis portento hirsutum corpus tribuit historiæ fides, quo forte prætereunte, capræ nomen, quamuis tādem de caussa citatum, exitio erat illi, qui nominasset, quod ea quoq; hirta sit. Orpheus Gigantes Iouem regno detrudere affectantes, vastos & immanes homines comatos prodidit eo versu:

Τιτῆνές τε κομῆται ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες.

id est:

Titanesque comati immania corda ferentes.

Indorum populos efferos quidem illos, & solitudine commerciique iure denegato immites, vnguibus nunquam recisis, & hirsutis intonsisque comis asperos damnat Q. Curtius Rufus. Lib. 9. Lusitanos quoque qui in montibus horridam & incultam vitam humi ferarum ritu strati degebant, profundam comam nutrire solitos scribit Strabo. Deinceps quod pueros solos deceat, & virgines pariter cum mulierum grege, coma, non itidem viros, testantur clarissime poetæ, qui absolute capillatos appellant pueros: veluti Martialis ibi: Coma alimonia puerilis. Lib. 5. Epig.

Et pedagogo non iubente lasciui
Parere gaudent villico capillati.

Idem venuste pueros nominat crinitam turbam, & ludi magistrū crinitæ turbæ pædagogum. Sic Persius cirratos nominans pueros intelligit. Rursus Martialis imprecatur Thestilo puero, vt iam adultus nihilominus ametur, depositis scilicet capillis: nam quod huic idem sit ponere capillos, & sumere togam virilem, paulo post dicemus. Philostratus delicatum adolescentulum, qui sibi ipse capillos trūcauerat, suo ipsius capiti iniurium nominat, quod voluntario vulnere venenum illum pueritiæ decorem resecuerat. Smerden, Samii tyranni Polycratis delitias, impēsius carmine laudatum in suum amorem traxerat Anacreon Teius poeta: te intellecta riualis, vt poetam pungeret, puero præscindi comam imperauit, teste Æliano: quod dissimulans poeta, culpam in puerum transtulit, ferocem fuisse dictitans & proteruum, qui in suam ipse cæsariem manus flagitiose armarit. Lib. 9. varia historia. Menander inducit Polemonem quendam morosum ac difficilem hominem puellæ capillos in ira præcidere: eundem, vbi ad se redisset, humi stratum, agnitam culpam pluribus verbis prosequi: quo allusit Græcum Epigramma, quod lib. 7. extstat:

En Polemona trucem, docti quem scena Menandri
Tondentem inducit virginis ab ore comas,
Expressit iunior Polemon, dum audacē Rhodantes
Aggreditur crines dextera pulare manu.

Commem-

Commendat & Tibullus in puellari forma prolixos crines, & Martialis requirit in amica, vt molles comæ flagellent colla sic: ταννϑέϑειρα Semelen a promissi capillitii ornatu celebrat Pindarus. Theseus Athenas veniens ignotus omnibus, quod comam haberet decore plexam, a fabris tignariis, Delphinii Apollinis fano tectum imponentibus, dicterio isto fuit exceptus, παρϑένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη. id est: *Virgo matura viro oberrat sola:* nimirum in iuuene muliebrem cultum notantibus merito illis. E diuerso apud Hyginum Agnodice virgo quum præter legem medicinam addiscere vellet, vt muliebribus vitiis opem ferret, capillos detondisse legitur, vt habitu virili falleret. Diogenes Xeniadæ Corinthii liberos, quos erudiebat, tondere cæsariem iussit, vbi ceteri pueri ad formæ commendationem alerent. Non sine caussa Diogenes adolescenti cincinnato, qui quæstiunculam intentarat, negauit responsurum se prius, quam constaret, vtrum mas esset an fœmina. Quomodo & in alium studiosius sese comentem inuectus fuit, dicens: *Si vt viris placeret, cultum ille institueretur, spe sua frustrari: sin vt fœminis, scelerate agere.* Profecto si rē pressius examinemus, quorsum virilis naturæ sequestrem litem cū fœminea vel miscebimus, vel mutabimus? Manicarū diuersitas, panni color, capillitii ratio, vt olim, ita & nunc apud plerasq; nationes herum a famulo, liberum a seruo distinguere solent: quid obstabit cur non & viri a muliebri sexu dinoscamur? In omni animantium genere quolibet in sexu Natura posuit aliquam discriminis notam. In pauonum gente versicolores pennas & gemmeas admiramur, inter mares solos: at fœminæ non item pennarum vario decore pinguntur, vt est apud D. Ambrosium: sic Phasianis diuersus color sexus discretionem distinguit. Imo naturæ ipsius iudicium neutiquam ambiguum est, quæ auctilis capillitii, vel ad talos vsq; promissi decus vnicum fœminis indulsit, denegato barbæ honore in viris aliam se ostendit in barbæ incremento, quam cæsariei, liberalior. Concesserit itaque illarum glabritiæ pro ornamento prolixos capillos natura, vius contorserit: nos quo & cultu simus non minus dissimiles quam sumus sexu, resecemus illos. Neq; vero par est magis, nos mentiri fœminas, quam illas viros: vtrunque turpissimi propudii loco semper habitum fuisse, negare potest nemo. Libet prope exclamare cum D. Ambrosio: *Ergo & pariant, ergo parturiant, qui nutriunt, qui crispant comam, sicut fœmina.* Ceterum quod Seruile quiddam sit coma, testantur serui, qui libertate donandi capillos ponebant, vt nullæ sordidi aut seruilis status reliquiæ extarent in eo, qui inæstimabile illud dulcissimæ libertatis pignus esset accepturus. Cicero in Pisone genas pilosas agrestis ingenii argumētum traducit: at quod dedecori fuerit ingenuum comam alere, ostendit qui apud Lucianum sic ait. ἡ κόμη ἐς τὸ πίσω ἀνελήλυθε ... λέγομεν, οὐχ ἐλευθέριον φασὶν αὐτὴν εἶναι

Lib. 4. epist. *Seruilis coma nutritio*

id est, *coma & cincinnus retro sparsus, haud ingenuæ conditionis esse hominem loquitur.* Plato stupidum, indoctum, & vecordem designans, seruiles in animo pilos habere dicit ἔχων τὰς ἀνδραποδώδεις ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας. Sic & Pythagoricus Lysis, ipissum atque hirsutum vepretum innasci in illorum animis ait, qui non rite & pure disciplinis sint inaugurati: in vituperium videlicet traxit, quod ad laudem conuertisse Homerus ab aliis male iudicatur, vbi crinitum hirsutumue pectus tribuit Achilli & Patroclo, metaphorice quidem istud a densitate consiliorum in illis confertim sesuggerentium: non quod re ipsa pilosum habuerint cor, cuiusmodi in Lysandro & Aristomene Messenio, historiæ prodiderunt.

Ignominiosa comæ nutritio.

1.Cor.11.

At quod probrosa viro sit coma, quodnam luculentius optemus testimonium, quam quod exstat in hæc verba D. Pauli elogium? *An ne,* inquit, *natura quidem ipsa hoc docet vos, quod viro si comatus fuerit, probro sit: cōtra mulieri si comata fuerit, decori sit? eo quod coma pro velamine illi data sit.* Certe Ambrosius ait D. Paulum secundum legem extulisse illud, *Quia vir si comam habuerit, ignominia est illi: prohibet enim,* inquit, *lex virum esse comatum.* Hinc Origines ait Iobum tondentem caput facto præstitisse, quod acerbius postea ab Apostolo interminatum est verbo, quod vir si comam nutrierit, ignominia illi sit. Et D. Hieronymus super illud Paulinum, *Vir non debet velare caput suum: ergo,* inquit, *nec comam nutrire.* Legitur & alio loco: *Vir comam alere non debet, quum sit imago & gloria Dei.* Phocylides quoque, cuius versus plane aurei diuinum mereque Christianum pectus spirant, eandem cum Paulino dicto extulit sententiam, vbi negat masusculis alendos esse cincinnos, aut contorquendam cæsariem, præter virilis sexus decorum. Dein subiicit:

ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμαν, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.

Cæsaries decet haud marem, seu fœmina comtu Gestiat.

Aristophanes quoque in Auibus, comæ promissuram ignominiæ macula aspergit, eo versu:

ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτων. id est:

Comabant, esuribant, squallebant, socratissabant.

quod in philosophorū squallorem contorsit, qui vel ob parsimoniam comam summittebant: quod obiicit illis idem Comicus Nubibus, neminem eorum tonsum vnquam ob parcitatem dictitans,

ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτε,

Vel quod Flaccus innuit, eam alebant, ne simul cum crinium vnguiumque præsegmine mutilarent aliquam sapientiæ particulam per artus diffusam. Quid, quod & prouerbiali schemate *ἀποκεκαρμένον τοὺς πλοκάμους*, pro ludibrio habitum dixit Lucianus: vt annotat Erasmus, eo quod cincinni aut tollendi aut alēdi omnino sint, in quibus forficula (quod nunc fit) circum attondendis o-

pera

speræ multum ponere, infamiæ macula dignum est. Comatum in stadium prodire, sibilos olim & posticas sannas merebatur. Laertius ex Phauorini omnigena historia scribit, Pythagoram quendam (plures enim fuere eo nomine) qui primus pugilatũ in artem redegit, a pueris exsibilatum fuisse & subsannatum, eo quod comatus in certaminis locum, vbi virili robore sit opus, ingressus fuisset. Accedit ad hæc quod apud veteres effœminati & meritorii habiti fuere, quotquot impendio comam curabant, quod a Synesio elegãter expressum est iis verbis, καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι ξυγκομμωταὶ ἅπαντες εἰσὶν, in vniuersum effœminati omnes capillorum concinnatores sunt: e quo ludo Autoclides, Thersandri, Antimachi & Timarchi, molles & decantati cynædi prodierunt. Sic Plautus calamistratum cynędum appellat. Quid, quod & pictores, si quãdo pathicum depingebant aut adulterum, comatum faciebant: quomodo Horatianum illud intelligi debet de Getarum vxoribus, quas negat nitido fidere adultero. Apud Philostratum Antoninus Imperat. Alexandrum sophistam mollem designans, comæ studiosum illum vocat, vnguentatum, dentesque læuigantem. Apud Corinthios Cotyi deæ turpitudinis ara erat posita, cui libidinosi & calamistraturæ studiosi, suamque formam quæstui prostituentes, sacra factitabãt, si Suidæ credimus. Vnde Cotyos thiasotæ prouerbialiter Synesio dicuntur effœminati & profligatæ vitæ omnes, de quo in Miscellaneis nostris. Singularis vero testimonii fidem facit vetus prouerbium, vel verius oraculum, οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψωλίζεται: hoc est, si verbum verbo reddatur rectius propter obscœnitatem: *Nemo comatus, qui non præciditur.* Ita autem in doctissimis Synesii præsulis Ptolemaidos epistolis legitur, quanquam alibi Suidas καταδύεται citat: cuius senarii postremam dictionem vt & vocabulo & re ipsa obscœnam exprimere nolens idem Synesius in libello περὶ φαλάκρας, id est, de caluitio, ad resonantiam senarii versus lege sua cadentis, relegat non illepide cuius hæc sunt verba: οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ, τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς σὺ ἄξεις τὴν ἠχὼ τοῦ τριμέτρου συναρμόσων, οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Quod ita sonat Latine, propter linguę Gręcæ ignaros: Nemo comatus, qui non: at postremam vocem tu ipse ad trimetri resonantiam adapta, neq; enim efferam ego sceleratam illam rem pariter & vocem. Pherecydes comato iuueni factus obuiam, pallio obducto velauit oculos, morbum designãs, atque innuens, e cultu corporis pathicum videri. Hector Homericus Paridi obiicit probri loco studium comẽdi capillitii, appellans eum κέρᾳ ἀγλαὸν, id est, *cæsarie nitentem*: id quod Philostratus nõ dissimulauit, vbi de Hectore ait in Heroicis: διαβέβληται δὲ, inquit, πρὸς τὸν Πάριν ὡς δειλὸν, καὶ ἥττω τοῦ κομμῶσαι: hoc est, inuectus est in Paridem, vt meticulosum, & comturę studio plus ęquo deditũ. quin & Horatius comtos crines adulterę Paridis arsisse Helenam dicit.

Cicero dicere solebat de Cæsare, se, quo minus crederet eum ad tyrannidem aspirare, adduci capillorum molliter fluctium argumento. Petronius quoq; Arbiter Satyricus poeta crines laxos inter luxus titulos recenset, vbi ait:

Scorta placent, fractique eneruі corpore gressus,
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.

Præterea Panas & Satyros suos libidinosissimos, antiquitas finxit hispidos: & salacissima natio celebrãtium Liberi patris Orgia fanatico cursu, comata erat. Postremo & vox illa ἀβυδοκόμης, apud Hesychium, ni fallor, mollitiem indicat, qua notatur is qui cadẽtes molliter crines alat: siquidem Abydeni delicati & molles olim audierũt, vt in Bœotiã Homeri annotat doctissimus Eustathius: & alioqui Hermippus ναυτικὴν κόμην illis tribuit: quod facit cur hanc lectionem amplectar magis, quam ἀβυδοκόμης per ο, vt quidam legunt. Sic capronas pilos a fronte promissos libidinis indices recte dixit Nestor Grammaticus.

Fastus vitio coma nutrita. Quid dicam de fastus argumento, quo comæ nutritionem insimulant non temere? sed quam assequitur mox luctuosa ærumna velut comes, quemadmodum sponsioni præsto solet esse noxa. Nisus Megarensium rex, aurea, vel vt Pausanias, purpurea cæsarie spectabilis memoratur: & Pterelaus rutila auri instar coma superbus. Sed quid? ille truncato a Scylla filia (quæ amore Minois deperibat) fatali crine: hic insidiis Comethus filiæ similiter præsecta coma, vterque regno exsuitur. Idem documentum præbuerunt Zethus & Calais Boreadæ, quos præ fastu nimio, volasse etiam crinium remigio fabulatores non tacuere: iidem postea oculis orbati superbiæ pœnas dederunt. Absalona quoque illum omnibus seculis notissimum, ad hoc intolerabilis superbiæ exemplum, comæ nitor impulit, vt non dubitarit impia in patrem arma sumere: itaq; dignum eo fastu exitum nactus est, vt de refugo capillo sublimem implicaret arbor, qui ad sublime solium scelerate aspirauerat. Insuper & aureos Medusæ crines superbia mutauit in anguium flagella, vt ad nostri institutionem loquuntur fabulæ. *Mortuum quiddam coma.* Denique quod inanime quiddam & mortuum sit coma, docet dictum superius testimonium de emortuis corporibus, quæ suo nomine, hoc est, morte dignam propaginem gignunt pariter & fouent alimento infrugifero: docet item quod in phthisi mortis germana, & similiter in senecta leto vicina excrescere pilos refert Plinius. *Lib. 11.* Confirmat istud ipsum metus, qui vt est exsanguis & & mortis tantum non consanguineus, ita vbi adest, cæsariem surrigit: vnde a Sophocle ὀρθόθριξ φρίκη, hoc est, formido pilorũ arrectrix eleganti epitheto dicitur: & ab Æschylo ὀρθόθριξ φόβος eodem sensu. *In Agamẽ.* Propterea de pauido alibi inquit, τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται id est: *Stat villus recti capilli, & verum natura peritissimus Maro.* *In 7. ad Theban.*

O bstupui

Obstupui, steteruntque comæ.

Ouidius quoque de seipso in Fastis: *Lib.1.*

Exitimus, sensique metu riguisse capillos.

Et apud Homerum *Iliad. vltim.* Priamo arrecti steterant crines ad vocem Mercurii. Nec minus acriter quam metus ira immanis bellua pilos facit inhorrescere, veluti in apris iram colligentibus obseruare licet. Et Polemoni Laodicæo Sophistæ natura biliosiori, barbam & capitis pilos obrigescere ac stare solitos, non aliter quam solent leonum iubæ in ira, auctor est Philostratus. Synesii verba hic diserte apponam vice coronidis, quibus nullum potest luculentius testimonium & explanatius inueniri, natiui scilicet crinium decoris: ea exstant in libello non semel citato περὶ φαλακρας, quæ eo libentius adnoto, quod is perquam eruditus in publicum nondum exierit: τρίχες, inquit, ἀθύρματα ζώου, καὶ ἀποκρίματα, παίγνια φύσεως, ὕλης ... Quæ vt possum Latinis auribus appendere conabor: *Crines sunt quisquiliæ & glumæ animantis, ac putamina quædam fructuum, naturæ ludibria, & imperfectæ materiæ suffrutices.* I nunc & quisquiliis istis, putaminibusque reiectitiis, ridicule comatus incedito. At hercle iniquum facit in hoc nos luto hærere, quin modis omnibus inde eluctandum, valedictoque alendorum crinium studio, tonsuræ opera danda, quæ quod in primis homini sit propria, demonstratione non indiget, clareq; liquet e superius dictis, aut agrestia, mollia, mortua denique omnia pilis horreant, cadauera, monstra, gigantes, semiferi Fauni, & vnoculus ille Polyphemus, laudans hirtas virili in corpore setas, fidem arrogat veteri prouerbio, quo dicitur, *Similes habere labra lactucas.* E diuerso virum decere tonsos crines; qua in parte plurimum momenti, imo omnis fere cardo rei vertitur, docebimus. Loquitur istud abunde mos antiquissimus, quo adolescentes ad consistentem vsque ætatem comam nutrire soliti, subsequenté deinde tempore patriis eam fluminibus detósam consecrabant, tribuentes hunc honorem aquæ, vt alimoniæ parenti, vitæque conseruatrici: vnde & κουροτρόφοι epitheto dicti fuere poetis fluuii. Sic Achillem Sperchio Thessaliæ amni rutilũ crinem vouisse, & Memnonem Auroræ filium Nilo, ex Philostrato constat. Sic Apollini cognomento κουροτρόφῳ votiuam cæsariem pubertatis annos ingressi adolescentes appendebant. Cato in de liberis educandis, Ambraciæ primum capillum puerilem détum; item cirros ad Apollinem ponere solere ait. Refert & Plutarchus temporibus Thesei morem fuisse, vt excedentes ex ephebis Delphos profecti, detonsæ comæ primitias Phœbo consecrarent. Testatur hoc & Epigrammatarius: *Virum decet tonsus capillus.*

ὥριον αὐξηθεῖσαν ἀπὸ κροτάφοιο ἴουλον
κείρατο ... ἄρσεν ... ἀγλαΐης,
Φοίβῳ ... λύκιον ... χέρας. hoc est,

Tempora succingens, vultus lanugo virilis
Nuntia, mature florida, tonsa cadit,
Phœbo hanc primitias sacrat Lyco, &c.

Lib. 1. Epigr. Martialis quoq; consuetudinem eam Romanis fuisse indicat:

Hos, inquiens, tibi Phœbe vouet totos a vertice crines
Encolpus domini Centurionis amor.

Similiter Æsculapio appensum fuisse crinem pueritiæ idem in Epigrammatum nono ostendit, vbi de Earini pueri coma loquitur in hæc verba:

Dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Statius quoque de eadem Earini liberti Domitiani coma agens, eam cum gemmata pyxide & speculo ad Pergameum Asclepium missam fuisse prædicat. Eam ob caussam cirratos appellat pueros Aulus Persius, qui crines numini detondendos in ipso pubertatis limine, nutriebant. Testatur Festus Pompeius Capillatem arborem Romæ appellatam, in qua tonsum capillum Deo consecratum suspendebant adolescentes. Sic Vestalium virginum crinis ad Loton arborem Romę vetustissimam, cognomento Capillatam (sic enim a Plinio Polyhistore, literarum monumentis proditum est) deferebatur consecrandus: qui mos (vt pleraque alia a superstitionis omnis auctoribus Ethnicis quasi per manus tradita, in nostram religionem irrepsere) etiamnum obseruatur in nostris Vestalibus virginibus, vt initiandæ cirros capillorum detondeant, peculiaribusque diuis voueant, velut eiurantes fastus seminaria, & perpetuæ castitatis (cuius auocamentum esse queat comtus capillus) obseruationem professæ. Apud Ægyptios item pueri omnes ingenui, crines gerebant intortos ad pubertatis vsque annos. testis Lucianus in Nauigio, deinde tondebantur. Hesychius scribit ephebos Athenis, qui virilem togam commutabant, οἰνιστήρια, id est, vinalia celebrare solere, antequam tonderent cæsariem. Apud Troezenios lege vetabantur puellæ nubiles & adolescentes connubio iungi prius, quam cæsariem totondissent, vt refert Lucianus: idemque Assyriis etiam obseruatum commemorat libello de Dea Syria. Huc spectat nomen tertii diei feriarum Apaturiarum, quem mense Octobri solemnem, κουρεῶτιν dictum celebrant Athenienses, quo puberes adolescentes detonsis crinibus, ac exuuiarum instar Dianæ appensis, virilem togam sumebant. Is autem crinis Græcis θρεπτήριος velut nutritius, & apud Tragicos κουρίμος θρὶξ, quasi tonsilis appellatur: præterea πλόκαμος & σκόλλυς (quæ vox apud Pollucem deprauata in σκόλυν legitur) hoc est, vt exponunt Grammatici, verticis capillus, qui tantisper intonsus seruabatur, dum diis consecraretur: cuiusmodi Samsoni capillum vocare possumus, ab vtero matris Deo consecratum. Hisce auctoritatibus omnibus elucere potest & probari, idem ferme esse tondere comam, & virilem habitum

Pollux emaculatus.

Iudicum 16.

tum assumere, ac proinde, relictis nucibus, viriles quoque animos & mores induere: id quod clarissime indicat Epigrammatarii versus: qui libro nono exstat:

At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles.

Præterea huc facit quod commemorat Tacitus, apud Germanos adolescentes crinem & barbam non resecasse prius, quam cæso hoste votiuũ oris onus ex lege deponere liceret: propterea Ciuilis Batauorum Regulus, deletis Romanis legionibus propexum & rutilum crinem iam tum posuisse, suæ gentis ritu, apud eundem scriptorem legitur: velut virilitatis fortitudinisque inuictæ argumentum, attonsam illis cæsariem æstimantibus. Nam quod ex historia Pliniana refert Solinus, apud Arimphæos strenuissimam Scythiæ gentem viros iuxta ac fœminas pertæsum fuisse crinium, nullus laudo. Accedit ad hæc integritatis pariter & lætitiæ argumentum ex tonsura: siquidem triumphales viri & qui amplos honores gesserant, tonsa coma ad rem diuinam accedebant. Diali Flamini, qui dignitate ceteros antecellebat, intonso esse non licebat: quo spectat illa lex ab Au. Gellio recitata. Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detondeto. Iosephus deposito squallore tonsus e carcere Pharaoni regi sistitur, somnii interpres futurus, amplissimamque ad dignitatem euehendus. Ionathæ filium Dauidi a profligato Abesalone reduci obuium, totondisse comam, veluti publicum luctu exsuto liberatum, interpretatur Origines. E diuerso rei, intentati criminis fasce grauati mœstique, capillum, vel Plinio teste, submittebant: quod & Artemidoro dictum est, τὴν ἀπηρτημένην συμφορᾶς ἀφεῖσθαι τρίχα. Quid quod ipsum tondendi verbum apud Græcos κείρεσθαι, a verbo κηρῆναι, vt ita dicam, quod permutatione vnius literæ χαρῆναι, est, gaudii & hilaris animi significationem habet, vt idem testatur, ita scribens: ἐστι γὰρ ὡς εἰπεῖν, ἀπὸ τοῦ κηρῆναι, καὶ τὸ χαρῆναι κατὰ παραγωγὴν στοιχείου ἐνδείξασθαι. Propterea boni ominis loco accipit Plinius Epistoliographus libr. 7. recisos suorum capillos per somnium a manibus nescio quibus amputatos, depulsi quod imminebat sibi periculi signum fuisse auguratus, haud alio argumento, quam quod reis moris fuerit capillum submittere. Sed vnde ad confirmandam tonsuræ rationem aptius testimonium quærere velimus, q̃ quod valetudine corporis congrua, salubritatis argumento sis admittenda. Siquidẽ in multis morbis pręsentaneo propemodum remedio efficacem experimur tonsuram: certe in phreneticis ac lymphaticis similibusq; certum est. Tonderi ad cutem in diuturno pituitæ cursu (qui morbus studiosis plerunque familiaris ac molestus esse solet) consulit nitidissimus Celsus: qua auctoritate vel sola permoueri deberẽt, quibus animi cultus cordi est, vt insensilem illam ac mortuam crinium materiam truncarent. Profecto capitis vapores, qui cerebrum percellunt, attonso

Lib. 20. Annalium.

Kk 2

vertice euentari atque dissipari melius, omnium consensus est. Neque caret mysterio quod Hygiæ, hoc est, sanitati (id vni ex Æsculapii filiabus nomen fuit) mulieres Sicyoniæ valetudinis curam habentes, comas suas detonsas consecrabant, vt apud Pausaniam lectum est. Ægyptii quoque conceptis verbis capillum puerorum desectum diuis suis nuncupabant, vt ab aduersa valetudine respirarent. Neq; aliorsum Aristotelem Peripateticorum numen quoddam, κουρῇ, id est, attonso vertice visum fuisse (quod de eo prodidit Laertius) crediderim. M. Antoninum cognomento Philosophum, optimum Imp. ἐν χρῷ, id est, viua cute tenus tōsum fuisse, & cum eo medicos omnes, testatur Galenus *lib. Epid. 6.* Quod patris pientissimi factum degener patrique longe dissimillimus filius Lu. Cōmodus aurea coma superbiens mutauit, eiusq; exemplo turba familiarium, quos propterea iusto dicterio μιμηλοὺς nominauit. Sosicrates in tertio de philosophorū successionibus, testatur Pythagoræos olim crinem de more attondisse, κουρᾶ συνήθει χρωμένους quem morem postea nouitatis studio fastuq; elatum Diodorum Aspendium immutasse refert. Quin & Palamedes sagax rerum naturalium ventilator, & medicæ rei non imperitus, iam tum Troianæ expeditionis temporibus, ad ipsam vsque cutem tonsos fuisse perhibetur, quod & effigies ipsius ἐν χρῷ τὴν κόμην habentis apud Philostratum testatum facit. Item athletas (qui in promouenda corporis firmitudine & euexia studium omne ponebant) qui viriliores erant, ad cutem vsque tondebant capillos, vt in amatoriis Dialogis ostendit Lucianus his verbis: ἐν χρῷ ὤφθη αὐτή, καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη. hoc est, *visebatur ipsa cute tenus attonso capite, more athletarum qui ceteros robore antecedunt.*

Satis superque multis testimoniis & documentis declaratum esse arbitror, tonsuram non antiquitatis modo gloria inniti posse, sed & integritatis notis ac salubritatis commendatione illustrem, ceu telamonibus quibusdam sustineri: nec non virilitatis titulo bene audientem, amplexandam esse, neq; leuitatis nomine (vt belli homines insimulant) contemnendam, aut reiectitiam habendam, nisi cum illis vna malimus esse pueri hoc est, capillati. Porro D. Hieronymus, cuius sacrosancta vbique auctoritas legis loco haberi potest, nostrum illud tondendi consilium approbat diserte in hæc verba, super illo Ezechielis: *Capita sua non radent sacerdotes, neque comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua. Iuxta quod discimus,* inquit, *nec caluitium nouacula esse faciendum, nec ita ad pressum tondendum caput, vt rasorum similes esse videamur, sed in tantum capillos dimittendos, vt operta sit cutis.* Huc spectat Aniceti institutum, qui ex Apostolicis decretis sancit, ne clerus comam nutriat, vetatque sacerdotes tam barbam, quam comam prolixas gerere, damnans nimium superfluitatem

suitatem omnem. vt cultui corporis contrariam, quo videlicet iusta moderatio vtrobique seruaretur. Neque dissonat huic Diodori cuiusdam factum, quem refert Marcellinus exanimatum fuisse a populo, quod cum præesset ecclesiæ, cirros puerorum licentius detondisset, putans hoc quoque pertinere ad cultum diuinũ. Lib. 22.
Insurgent hic nostri Solones, oppositiuri superiore capite de nutritione comæ adducta exempla & dicta, quæ promittendæ cæsariei attestantur in speciem: reuera tamen contra nos nil faciunt, imo male firmis innixa sed bus labascunt ac nutant, leuique momento conuelli possunt. Nam vt a Dione exordiar, scripsit quidem ille de comæ laudibus orationem decantatam, non tamen ita, vt non alicubi in Synesii censuram impingat: sed adulatoris potius persona assumta, quam philosophi, in gratiam sui Principis, cui ab ipso argumento nomen erat, & cui fortassis vel a familia, vel puerili ioco ab ipsis vsque incunabulis illud creatum, in cognomen perpetuum abierat. a quo tantopere honoratus, vt triumphanti assessor esse meruerit, non potuit non comminisci aliquid, quo illi vicissim gratificaretur. Aut quasi non & immanis Busyris, & cruore expiari solita Quartana Saturni filia, suos Encomiastas in inuenerint. Sed conniuendum est ad simulatricem illam philosophorum vel sophistarum potius familiam. Alioqui non est dissimile veri, quod a puero crinitus fuerit Traianus fatali quodam præsagio: quemadmodum de Homero legimus apud Heliodorum rerum Æthiopicarum scriptorem, ipsum iam inde a primo ortu prolixam pilorum syluulam in alterutro femore enatam habuisse, vnde & nominis occasionem inuenerit apud eos, qui notæ istius conscii, inditio nomine vti maluerunt, ὅμηρος. quasi prolato digito femur illud designantes. Deinde Lycii, an non extremæ dementiæ notandi veniunt, si non damnandi magis, qui maluerint fiscum regis, alioqui inexplebilem, & hydropis instar semper siticulosum, explendo, suum defraudare genium, suis se opibus exspoliare, quam inutilem molem nulli futuram vsui, præterquam inani ostentationi, deponere? quum hac via legem industria Contali præfecti ad emungendum æs impositam eludere, ac maiori aliquanto vsui pecuniam asseruare potuerint, dignissimi omnium, qui hisce artibus circumuenirentur. Gallis, Liguribus, Getis, Celtiberis, Britannis, Indis, Armeniis, Persis, Scythis, & si quæ aliæ fuerunt nationes nondum ad cultum ciuilitatemque illam Græcanicam aut Romanam traductæ ea tempestate, capillatis suo more fuisse concesserim: siquidem & D. Ambrosius excusationis fenestram illis aperit, patrios in eadem re ritus sequentibus. ita enim ait: *Verum excusationem habeant qui patrios vsus sequebantur, sed tamen barbaros, vt Persæ, vt Gothi, vt Armenii. Nam dearum genti & nympharum derogare neutiquam possimus, nisi toti fœminarum nationi (cui pro peculiari ornamento coma da-*

ta est iniuriā faciamus. Habeat quoq; Iupiterū comā, dign videlicet patella operculum, egregius isti stupri artifex, & prodigiosus luparū omnium insessor. Idem priuilegii cedat Apollini, amatorī non minus strenuo, & in pathicos furiato. Neq; abeat hinc asymbolus Neptunus, cuius libidinum feruorem marinæ vndæ nullæ exstinguere potuerunt, quin omne nympharum genus efferuesceret. Baccho deliciis diffluenti, semperq; puero, & assidue præter pocula aliud non tractanti, otium non suppetiisse tollēdæ comæ verisimile fit, propterea intonso semper. Egregiam vero laudem hinc reportent Tyanæus impostorum columen, &, si diis placet, medicus Aesculapius, circulator & lucripeta summus (qualis a Cyrillo & Pindaro describitur) quem auri sitis & intolerandus fastus, quo supra hominem se gessit, excusent comatum. Eodem iure absoluemus & Simonem magum illum insignem & Christi plagiarium, quem etiam κομήτριον, hoc est, comatum fuisse constat: & illum diuorum contemptorem Mezentium Virgilianum, cui compti tribuuntur capilli. Græcos vero ab hac culpa absoluimus, vt bellatores & militiæ, vbi humano cultui honos omnis denegatus est, operatos, ad mutuam laniena ritu ferarum ruentes. Similiter longa cæsaries inumbret Scipionē inter media arma. Achilli quoq; danda est venia, cui deuotū Sperchio capillū tollere religio erat, iam olim inter Lycomedis filias virginali habitu delitescere, & muliebria arma tractare assueto. In Gelope laxa cæsaries, immanitatis: in Mænadibus, furoris: in Euphorbio, Boreadibus, Absalone, intolerabilis superbię morbū arguisse facile perspicitur. Neq; aliter de Empedocle sentiendum est, qui & dum viueret, & a morte Deus immortalis haberi, stultissime gloriosus voluit, vt ex Laertio, Horatio, Nazianzeno liquet. Ægyptiis etiam ignoscendum est, quod in peregrinatione cæsariem non resecarent, ad doloris quandam significationē coma squallentibus, dum ab patriis sedibus & penatibus velut extorres peregrinarentur. Spartani iridē iustā habuere promittēdi capillitii caussam, vt hoc discrimine ab host bus Argiuis internoscerentur, qui diuersam, vti dictum est, legē sanxerant. Quod vero Philostratus in adolescentulo deplorat criniū resectionem, eorumq; promissuram laudat, suo se ipse indicio sorex (quod aiunt) prodit: lasciuus amator & pædotriba, non potuit non in cynædo comæ lenocinium commendare, alioqui pueris conueniens alendæ comæ studium ostendimus antea. Verum difficultatis plusculum adferre D. Ambrosii verba videbūtur forsitan: at si quis penitius rem ponderet, nihil repugnant nostris dictis, qui quūm in senibus commendat comam, merito id maximo facit, vtpote quos in mortis limine stantes, mortua (quod diximus) coma deceat, vt res maxime affinis: nam in sacerdotibus, ethnicis præsertim, maior gentium consensus aliquam iuris prærogatiuā obtinu-

obtinuerit, in nostræ vero religionis sacrificis reclamare videntur auctorum sacrorum edicta. Quod vero in militibus terribilẽ esse dicit, nobiscum facit: quippe a politico animante & mansueto, atq; ad pacis munia nato, homine videlicet, horrorem omnẽ abesse debere contendimus: contra laniones illos sanguinarios non dedecere permittimus: siquidem & Homerus istud perspexerat, καρηκομόωντας, hoc est, *comatos* faciens Græcos milites, nõ ad formæ commendationem, sed argumento terroris, ad percellendos hostes comparati, cruenti leonis instar, cui iubæ & villorum hirsuties terrorem addit: quemadmodum & crinitæ stellæ, quos Cometas dicimus, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in verticebispidæ, terrificum quiddam terris plerũq; portendunt, testante Plinio. At in adolescentibus, qui pueritiæ crepundia nuper deposuerunt, ignaris etiamdum quid virilem grauitatem deceat, decoram pari iure statuamus, quo in pueris dulcem, quibus imbellis naturæ mollities capillatis esse concesserit. Quanquam & ipsius verbis D. Ambrosiũ refellere, comæq; præconium retundere & eleuare possimus, quippe qui diserte dicit alibi, lege prohiberi, vt vir sit comatus: & iterum optat eos etiam partus molestiis affligi, qui comam nutriunt. Sed ita est hominum ingenium, vt ad quamlibet occasionem, sententiam facile mutemus, aliud atq; aliud pro re nata affirmantes.

De recepto antiquitus in luctu tondendi capita more.

CAPVT V.

INstitutum de tonsura argumentum appendice sua, quamuis a proposito nostro abhorrente, defraudari non patiar. Nã quod tonsura mœroris interdum atq; luctus argumento obseruata fuerit, inficiari non possum, ac præsertim in funere, quod celebre esse voluerunt non tondendis solum, sed radendis quoq;, & pilis insuper laniandis atq; euellendis, honorificæ scilicet consecrationis ratione. Cuius tamen illorum facti ratio speciosum patrocinii prætextum habere videtur, superflui naturæ ornatus contemptum. Xenophon in primo rerum Græcarum, subornatos scribit fuisse pullatos, ἐν χρῷ κεκαρμένους, cute tenus attonsos. Archelaus Alexandri Amyntæ in regno successor, defuncto Euripide Tragico scriptore crinẽ totondit, vt quem animo conceperat mœrorem, vultu quoq; publicaret, vti Solinus refert. Apud Theocritum Cupidines necem Adonidis lugent κεκαρμένοι χαίτας, *detonsis crinibus*. Bacchus exstincta coniuge cæsariem totondit, intonsus alioqui. Vellus ob Phaetonteum incẽdium lamentans, comas suas vellit. Sappho Ouidiana mœrenti sibi condolere arborum ramos ait, deposito frondium honore. Bacchiadæ Corintho exsules, squallidi detonso capillitio Lacedæmona profugerunt, vt in Lysandro refert Plutarchus. Argiuos ob amissam

in campis Thereaticicis victoriam, accisis in rebus lege cauisse, ne quis comam nutriret ante recuperatum pristinæ gloriæ decus, ab Herodoto proditum legimus, derelicto priore comam alendi studio. E diuerso Lacones cum victores sanxere, ne quis comam tonderet, abrogato more isto ipsis solemni. Quo spectat quod apud Platonem Socrates demulcens caput Phædonis, ioculari dicterio ipsum perstringit: *Si essem*, inquiens, *qui tu, sacrosancte iurauerim, quod Argiui fecerunt, comam non prius alere, quam expugnatis Simmiæ & Cebetis rationibus, victor exstiterim, Athenienses in Æginam exercitum miserant, qui occidione periit, deletus ab Æginetis Laconum subsidio vsis, solo relicto cladis nuntio, quem interfectorum coniuges circumstipatum fibulis confoderunt: eam ob caussam senatusconsulto interdictus fuit fibularum vsus virique comam alere iussi, mulieres tondere præter naturæ legem. vt in Euripidis commentariis lectum est* Quin & iumentis ceterisque animalibus in funere tondebant pilos antiqui, nedum sibiipsi, vti de Mardonio proditum est apud Herodotum, qui extremæ mœstitiæ significationem ipse cum toto exercitu dedit, derasis & sibi & equis crinibus. Alexander Macedo præter alia doloris indicia, in funere Hephæstionis, equos mulosque totondisse apud Plutarchum legitur, ad exemplum Achillis comam quoque suam detondens: neq; intra hosce terminos substitit dolor, quin insuper in Ecbatanorum arcem erumperet, dum illius mœnia circumscindit, ac solo tenus detondet, vt Æliani vtar verbo, huic loco appositissimo, ἀποκείρας. Nam quod coma tonsa funus honorarent veteres, nouit & Homerus, apud quem Pisistratus Nestoris filius ita loquitur:

Odyss. δ.
> τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
> κείρασθαί τε κόμην βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν,
> *Nanq; hæc sola manent miseros solatia mortis,*
> *Et tondere comam, & lacrymis respergere vultus.*

Iliad. ψ'. Apud eundem negat Achilles lauacro daturum se operam prius, quam rogo imposuerit carissimi Patrocli cadauer, comamq. sibi detonsam. Eodem loco Patrocli manibus parentatus, post mactatos duodecim adolescentes, Orco inferias, idem Achilles:

Ibidem.
> στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
> τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.
> *Ante pyram assistens, rutilantem præsecat vltro*
> *Cæsariem, quam Sperchio nutriuerat amni.*

Nicolai Vallæ oscitantia. Quem morem videtur ignorasse, neque Homerum intellexisse interpres Nicolaus Valla, dum postremum hoc, istum in modum reddit: *Crines*

> *Quos toties Sperchia tuis madefecerat vndis.*

Nam Peleus pater Sperchio Thessaliæ amni vouerat filii comam si sospiti in patriam redire contigisset. quod Statius etiam attigit *Syluarum libro tertio:*

Et quam Sphercbio tumidus seruabat Achilles.

Istud Achillis factum stulte imitabundus exprimere voluit Antonius, de quo ita scribit Herodianus elegans cumprimis scriptor, quod quum apud Ilium Achillem mentiretur, Festum libertum carissimum mortuum efferri iussit magnifico funere, rogoq; exstructo imponi, cui subiecto igni ipse, inquit, manu phialam tenens, vinumque libans, ventos precabatur, cumque esset raro capillitio & crinem quæreret, ridiculus fuit omnibus, nihilominus tamen quos habuit capillos totondit. Electra apud Euripidem laticem fluuialem attonso vertice ad patris tumulum offert. Eadem ponere se capillitium tonsile patris manibus dicit, κέρσιμα κρᾶτ' ἀποκείρασα ἐπιτύμβια: ita enim lego, non χέρσ, vt vulgatus codex habet, iuxta Homeri illud, κῆρ ἀγλαόν. Antipater Epigr. quodam ait Græciam vniuersam lugere Alcæum poetam, **Euripidis locus.**

ἀπλέκτου χαίτας ἐν χροΐ κειραμένην.

id est:

Attonso implexo vertice ad vsque cutim.

Apud Qu. Calabrum Myrmidones in funere Achillis circumtōdent comas, ibi:

ἀμφὶ δὲ χαίτας μυρμιδόνες κείροντο.

Quin & Briseis ipsa κειραμένη πλοκάμους, id est, *tonsis crinibus*, hoc officii genere herum suum prosequitur. Agathias Scholasticus ait ad tumulum sororis suæ Eugeniæ crines totondisse Musas, Venerem & Honestatem, in eo versu:

αἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ κείραντο πλοκάμους Μοῦσαι, Θέμις, Παφίη.

Latino sonat ita:

Ad busta secarunt cæsariem Musæ,
& cum Themide alma Venus.

Teucer in Aiace Sophoclis fabula, capillos ad tumulum detonsos manibus tenet, ἱκτήριον θησαυρόν, id est, *monumentum supplex appellans.* Orestes Euripidis noctu ad Agamemnonis patris sepulcrum κόμης ἀπαρχάς, comam præfectam libauit. Helena apud eundem in funere ἄκρας ἀπέθριξε τρίχας, crinium summitates truncauit, astute admodum, seruans anteriores cincinnos intōsos, atque ita dolorem vultu simulans, κόμης ἀπαρχὰς ad Clytemnestræ vrnam offerre se dictitat. Heraclides scribit, apud Coos aliud nullum luctus argumentum in funere exstitisse, preter tonsuram. Calanus Gymnosophistarum princeps postremæ pyræ, in qua, iam affecta ætate mori certus, exuri maiorum ritu voluit, cæsariem imposuit, τῶν τριχῶν ἀπαρξάμενος, vt in Alexandro refert Plutarchus. Anna apud Ouidium euulsos e vertice crines Didonis rogo inspergit. Cassandra vates apud Tryphiodorum Ægyptium in Ilii excidio, adducto in vrbem equo ligneo, dementiam ciuium castigans ob receptum equum, crines identidem vellit scinditue, nimirum conscia ingruentis calamitatis. Ita enim habet:

κυανὰ δὲ χαίτην
πορφυρέην κρ στέρνον ἀμύσσε μεγαλὰ φωνῇ. id est:
Dilaniata comas furiata mente profatur.

Homericus & item Accianus Agememnon, præ dolore scindit intonsam comam, in quo facetum illud fuit Bionis (vti commemorat Cicero) perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur: quippe quum crines in luctu vellere, sit cruciatum cruciatui addere, nec enim id citra dolorem fieri queat. Chariclæa apud Heliodorum Æthiopicæ historiæ scriptorem, exstincto ductori suo Calasiri vulsos e vertice crineis libat cũ gemitu, dicẽs: ἐπιφέρω σοι χοὰς ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων. Iornandes in rebus Geticis scribit exercitum Attilæ, regem suum truncata crinium parte luxisse. Neque vero apud solos Ethnicos receptus fuit mos iste tondendæ comæ, verum & Iudæi quoque in rebus luctuosis & aduersis idem fecisse & obseruasse leguntur: vnde Hieremiæ illud, *Tonde capillum tuum & abiice*. Et Iobus audita liberorum suorum nece, cæsariem totondit. ea erat tum temporis lugentium consuetudo, quod & Hieronymus ibi annotat, tam etsi refragetur Origenes, haud probabiliter satis, dictitans eum totondisse capillitium, non lugentis in morem, sed vt luctum deponentem, omnique luctu, per tolerantiam, superiorem existentem. Porro tonsilis ille crinis funerum index, apud Græcos auctores πενθητήριος siue πένθιμος θρὶξ, & πένθιμος κουρὰ, id est, lugubris dicitur. Aristophanes tales crines στενωπούς τρίχας lacıniosa voce dixisse videtur, qui a lugentibus in funere vellebantur. Æschylus in Agamemnone θρεπτὸν βόστρυχον hoc est, cæduum capillum: & in eadem fabula κουρὰν κηδίου τριχός, quasi segmentum & tonsuram funeralium crinium: & Sophocles πενθητήριον χλιδὴν nuncupauit. Atque eiusmodi capillus ἀπὸ φθερμοῦ vel φθειρεκαρίσθαι, quasi dicas ad interitum tonderi dicebatur: sic enim Eubulus Comicus vsus est. A funebri ista coma nomen habuit Comana Cappadociæ opulenta ciuitas, vbi derõsos pilos deposuere oraculi monitu Orestes & Iphigenia soror: ita nanq; de ea loquẽs Strabo testatur, ἐνθάδε δὲ κρ τὴν πένθιμον κόμην ἀποθέσθαι λέγουσιν, ἀφ᾽ ἧς κρ τοὔνομα τῇ πόλει: quod ipsum tam de Comana Capadociæ, quam de Comana Ponti vrbe (idem enim vtrique nomen est) scribit in bello Persico Procopius. His testimoniis clarissime commonstratur, mœstitiæ significationem habuisse & tõsuram pariter & rasuram vulsionemq; crinium. Attamẽ quia singulis fere seculis, ne dicam annis, immutantur affectiones hominum & consuetudines, in modum æstuarii augescendo simul & decrescendo: vt taceam quod peculiare suum studium sectari quęlibet natio soleat, non debet videri mirum si fluẽtes, sparsasq; comas in funeribus receptas legimus. Cuiusmodi illud est apud Nasonem de Drusi Germanici nece ad Liuiam:

Tusc. Quæst. lib. 3.

Cap. 7.

Vidimus

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Pallida proiecta flere per ora coma.

Et apud Virgilium:

Iliades mœstum crinem de more soluta.

Apud eundem passi quoque crines in mœrore leguntur, hoc est, inculti & in humeros negligenter reiecti, vt exponit Donatus. Sic apud Cæsarem in commentariis de bello Gallico, Gergobienses mulieres passum capillum more Gallico ostentant in rebus angustis. Ægyptios sub mortem tam capitis quam menti pilos promittere, rasos hactenus, scribit Herodotus. Rursus Ouidius in Epistolis: Lib. 5. In Euterpe.

Aspice, inquit, demissos lugentis more capillos.

hoc est, in nodum non substrictos, vel non defectos. Germani inita cum Romanis pace crinem propter assidua & luctuosa bella neglectim fluentem collegisse leguntur, seu quod idem est, in nodum adstrinxisse: id quod & Ouidius innuit, pacatam significans,

Sparsos, inquit, Germania crines
Colligit.

Apud Siculos quoque fluens ac promissa coma ad reuocandam luctus memoriam obseruata olim fuisse videtur, vti de ea insula loquens Lycophron ostendit:

κουρᾶς δ', inquit, *ἄκερσος νῶτα κηκάζων φόβη,*
μνημεῖον πάλαιον πημάτων ὀδυρμάτων.

id est:

Intonsa per tergum fluet capitis coma;
Doloris antiqui memoriam refricans.

Quid, quod Curius ille incorruptæ continentiæ exemplum, nunquam totondisse cæsariem propter repulsam præturæ apud Acronem legitur? quod an in illum virum cadat, viderit ille: certe Horatius in comtis Curium capillis nuncupauit. Solebant insuper in luctu sordidare capillitium cineris & puluisculi aspergine: neque enim consentaneum fuerit, vbi de funeralis luctus indiciis loquimur, hoc loco ritum priscorum silentio pertransire. Facit istud Homerum antiquitatis omnis locupletissimum testem Achilles comperta Patrocli nece, caput cinere respergens. Et Priamus puluere aspersus Hectoris filii mortem luget: quod & præficæ apud Romanos in monodiis factitabant Idem in sacris Bibliis plerique fecisse commemorantur, inter quos primatum tenet Niniuitanus rex, regisque factum imitatus vniuersus populus, auditis minis iustaq; Dei in se ira. Electra apud Euripidem *πιναρὰν κόμαν*, sordidam & puluerulentam comam a patris nece ostentat. Seneca in Hercule Oetheo crines puluere sordidos memorat. Apud Virgilium in Ciri & istud legitur: Lib. 1. Odar. Iliad. ω

Intonsos multo deturpat puluere crines.

Appédicis vice lubet adiicere, *πόλοκαρος* illis dici quicquid accisis sit

comis vsqueadeo vt & ad frutices plantariaque, quibus attonsæ sunt frondes, referatur.

De tonsuræ generibus.

CAPVT VI.

POstquam satis multis ostensum est tondendos esse capillos, inutiliterque eos promitti, eamque rationem in luctu obseruatam quoque demonstrauimus, nunc velut postliminio de tonsuræ vocabulis generibusque adtexere quædam operæ videtur precium: quam quidem vindemiolam eo libentius in hũc locum reseruauimus, quo series materiarum coniunctarum indiuulsa maneret, nec vocabulorum tractatione disrumperetur. Tonsuram igitur κουρὰν vocant Græci: veteres etiam χείρειν, cuius vocis (vt equidem arbitror) in vernacula nostra lingua vestigium mansit, vbi radere barbam comamue, scheren dicimus. Æschines ἐπιξυρῶν κεφαλῆς extulit: quam etiam σκαφισμὸν ex Herodoto dicere licebit, vt cui tondere σκαφίζειν sit. A κουρὰ nomen habet κουρεῖον, quam tonstrinam dicimus. Plato Comicus, τὸ σπογγίλου κουρεῖον ἔχθιστον τέγος, Sporgili tonsoris tõstrina inuisa domus. Hãc Theophrastus lepide ἄοινον συμπόσιον appellauit, ob garritus & cõfabulationes illic confidentium, teste Plutarcho. Inde & πρωτόκουρος λειμὼν pratum dicitur, quod primum falce tondetur, metaphoricε. Alexis Comicus κουρίδα, id est, tonstricem fabulam scripsit Athenæi testimonio. Curetes nomen habuere, vt a Geographo annotatum est, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, κουρῆτες dicti, idq; ex ea occasione quod posteaquam in conflictu non semel succubuerant, vti antea quoque memorauimus, hostibus pro ansa vtentibus anteriore coma, quam nutriebãt: damnato instituto, meliore ratione eam syluam in posterum præciderunt. Eustathius in 23. Iliados in hæc verba scribit: κουρῆτες χλιδῶντα πλόκαμον τρέφοντες, ὥσπερ παρθένοι ἁβραὶ, κουρῆτες ἐκλήθησαν κουρᾶς ἕνεκεν. hoc est: *Curetes ad delitias alentes cincinnos venustarum virginũ more, a tonsura nomen sunt adepti.* Quę verba Eustathii detorta sunt ex Æschylo, volente nominis originem a κόρη, quæ vox virginem aut puellam notat, esse deductam, cuius hos senarios adducit ex Phylarcho Athenæus:

Lib. Sympos. 5. cap. 5.

χλιδῶντι πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς
ὅθεν καλεῖν κουρῆτα λαὸν ᾔνεσαν.

id est:

Fluens capillus mollium instar virginum,
Hinc virginalis dicier gens ambiit.

Priori etymo ipsi Curetes succenturiantur apud Comicum Agathonem in Thyeste fabula, gloriantes nomen se accepisse a detõsa coma, postquam a connubio ambitæ puellæ reiecti fuerant.

ἐπεὶ τὴν περίπυστον
θυγατέρα μνηστεύοντες οὐκ ἐτύχομεν

γάμων

γάμων, κόμας κείρόμεθα, μάρτυρας τρυφῆς.
ἥπου ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί,
ἐπώνυμοι γὰρ αὖθις ἐσόμεθα κλέος,
κουρῆτες οὕτω κειρίμου χάριν τριχός.

Hos tumultuaria opera ita Latine reddidimus:

Pronactis ambientes gnata nuptias,
Passi repulsam, mox testes libidinis
Comas totondimus, animi solatium
Frustrati: gloria hinc sequitur cognominis
Tonsum ob capillum quod Curetes dicimur.

Eadem gens postea ἀκερσεκόμαι nominati, διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλάς, quod intonsi manerent, teste Strabone. Commemoratur autem apud scriptores duplex tondendi genus. Suidæ testimonio, κῆπος siue κήπιον Thucydidi, & σκάφιον. κῆπον interpretatur Ælius Dionysius generice nimium, καλλωπισμὸν τῆς κόμης, id est, decorationem capillitii: itidem Eustathius, κουρᾶς ἰδέαν τῶν κεφαλῆς τριχῶν, formam tonsuræ pilorum capitis: & κηποκόμαν Comico vocabulo dici ait, qui certa ratione attonsam habeat cæsariem. Similiter a σκάφιον denominatur σκαφιόκουρος, & σκάφιον κείρεσθαι apud Aristophanem. Equidem vt in rebus ambiguis atq; obscuris, & tot iam seculorũ decursu obliteratis, aliquid adferam quod non prorsus a Musis alienum sit, & lucem addere auctorum scriptis queat, κῆπον tonsuræ genus intelligo, quo cæsaries frontem obumbrans ornatus gratia resecatur, exæquando capillos pendulos ad instar tonsilis frutici herbarum hortensium, quibus muscaria & cacumina amputant hortulani, ne inæqualitas areolas deformet: σκάφιον vero, quando ad ipsam vsque cutem caluam ambientem succiditur: cuius non absurda ratio est, quod vbi totum cranium tondetur, piscatoriæ scaphæ inuersæ formam delineat, cuius vti prora puppisq; eminentiores exstant, ita latera hinc inde subsident depressa, quod in temporibus videre est: qua occasione forsitan & ipsum caput σκάφιον nominat Aristophanes ibi:

ἵνα μὴ κατὰ γῆς σκάφιον πλήξας ξύλῳ.

id est:

Ne baculo caput ictus, humi procumbam.

Docent istud, sed parcioribus verbis, Aristophanis commentaria, ita enim illic lego: κῆπος τὸ πρὸ μετώπου κόσμημα, σκάφιον δὲ τὸ ὅλον κρανίον. Dicam idem Latine: *Hortus sine cepus, ante frontem decorare: scaphium vero cutis tonsio.* Aristophanes Auibus:

οὐ κεφάλιον γε σκάφιον ἀποτετιλμένον. hoc est:

Tu merulam refers plumis verticis euulsis nudatam.

Mansit & huius vocis haud tenue vestigium in nostrate lingua, qua qui villosos pannos longis forficibus attondent, schepe scheren appellant (quasi σκαφιοκείρειν dicas) quoties strictim ad ipsam vsque panni carnem, vt ita dicam, detondent villos. Censores,

no, citat hunc illius versiculum, de Iudæis Solymos montes incolentibus:

αὐχμαλέοι κεφαλὰς τροχοκουράδες.

hoc est:

Squallentes capita, & tonsi orbiculariter omnes.

Quomodo & Arabes fere apud Herodotum Thalia,

κείρονται, inquit, *ὑποτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους.*

Tondentur in orbem leuiter, rasis circumquaque temporibus.

quo tondendi modo vsum fuisse Liberum patrem opinabantur. Plutarchus in muliebrium virtutum elogio scribit Aristodemi Cumanorum tyranni iussu puellas περιτροχάλα κείρεσθαι coactas fuisse. Fit & Thraciæ tonsuræ mentio apud Theocritum ibi, οὐδὲ θρακιστὶ κεκαρμένος, haud Thracum more sum attonsus, quum vellet innuere, non ad viuam vsque cutem detersos esse capillos.

De lenocinio ornandi, fucandi, vnguentis perfundendi, sertisque cingendi capillitii.

CAPVT VII.

COmendo capillo varia exquisiuit tormenta pariter & instrumenta luxus ille opum conturbator, & effrænis petulantia, quum alioqui soleant esse optima, quæ minime sint accersita, & quæ simplicibus atque ab ipsa veritate profectis similia sint, vt a Fabio dictum est. Neque enim satis fuit initio capillos promittere, quin eosdem in nodū colligere, in cornua torquere, crispare, tingere, ornamentis adtitiis redimire, libido sui intemperans doceret: ex qua officina prodiere non modo pectines, acus, nouaculæ, forfices, verumetiam pigmentorum non vnum genus, vnguenta, lixiuia, fasciæ, vittæ, teniæ, eiusque generis alia, de quibus vt in sermonem quidque incidet, singulatim pauca delibabimus. Ac de pectine quidem primo loco: cuius vsum inculpatum esse assero, non in complanando solum crinium horrore, & deducendis lendibus pediculisque, sed & ad excitandos consopitos spiritus laudatum, dum affrictu denticulorum meatus cuticulareis referat, fumidosque vapores discutit. Pectinem, quia capillos explicet (inde namque vult illi nomen esse Varro) atque complanet χαρμηκόμην κτένα epitheto dixit Epigrammatarius: & σαγαναὶ τρίχῶν κεκριτὰς, vt vult Suidas. Et rursus, τριχῶν σαγηνευτῆρα πύξινον κτένα, hoc est, crinium euerriculatorem buxeum pectinem: ac buxeum quidem quod e buxo, vt etiamnum, comparabatur: quanquam & eburneum legimus, & Callimachus aureum quoque agnoscit, vbi talem a Nymphis adferri ad Palladis lauacrum iubet, his versiculis:

οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσιον, ὡς ἀπὸ χαίταν
πέξηται, λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον. id est

Pectinem & ex auro producite, possit vt vdos
Extergens crines pectine diuidere.

Officium pectinis eleganter hisce versibus expressit Claudianus poeta in nuptiis Honorii, ita scribens:

Largos haec nectaris imbres,
Irrigat, haec morsu numerosi dentis eburno
Multimodum di, crimen arat, sed tertia vitro
Dat varios nexus, & iusto diuidit orbes
Ordine.

Vbi non modo fœminarum in comendo capillitio operam curiosamque diligentiam commode reddidit: sed etiam vnguentis imbuendi atque in annulos cõtorquendi vsum notauit haud dissimulanter. Idem alibi:

Thessalico roseos nectebat pectine crines.

Iliad. ξ. Iuno apud Homerum Ioui marito pellaciæ astum pectendo meditatur,

χαίτας πεξαμένη πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.
hoc est:
Depexos nitide nodo substricta capillos.

Veneris simulacrum Romæ pectinem gerebat, idque ex tali caussa. Grassante inter Romanas mulieres pruritu quodam capillis exitiali, quum in mali remedium nouaculis deradi capillos iussissent vniuersæ, inutili iam tum pectinum vsu, vota nuncupantes Pectinigeræ simulacrum Deæ dicarunt, quo facto rediit capillitii decor pristinus, vt apud Suidam lectum est. Electra Euripidis e pexura capillorum discrimen sumit: nam quum senex eius nutritius attulisset illi derasos capillos, quos ad Agamemnonis tumulum inter litandum offenderat, Orestis eos esse persuasus, illa eximit scrupulum, dictitando illos esse palæstritæ cuiuspiam, hos vero molliores, quam qui viri sint, vtpote pexos sæpius. ita enim habet:

ὁ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφείς
ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς.

At enimuero vt in barbaris Turcisque impexos squalentesque crines damnat Agathias, ita & immodicum pectendi studium in

Odar. libr. 1. Oda. 15. viris infame est, in fœminis tolerandum. Horatius Paridi obiicit, quod Veneris præsidio stulte ferociens cæsariem nequicquam pectat. Quin Calenus Fusius Ciceroni obiicit depexos canos, mollitiei notam iniusta. τίς δ᾽ οὐκ ὀσφραίνεταί τῶν πολιῶν σοῦ τῶν κεκτενισμένων: Quis est cui non subolent depexi illi tui cani? Quod ipsum in Catilinariis criminatur Cicero, vlceribus, quibus in aliis offenditur, ipse scatens, quos pexo capillo nitidos vocat. Duris Samius luxui populatiũ suorum adscribit, quod in Iunonalibus incedere solerent depexis in humeros vsq; crinibus: id quod & Asius poeta genere Samius confirmat, dicens:

φοίτεσκον ὅπως πλοκάμους κτενισάμενοι
εἰς Ἥρας τέμενος. id est:

Iunonis

Iunonis iubennt lucum, quo pectine soleant
Concinnos.

Istud olim in Francorum regibus notatum fuit, qui diligentius pectendo crines comere solebant, testante Agathia. Quin & Indos multum posuisse studii in pectendo, testimonio Ouidii innotescit, epitheto illo eos insignientis, *Depexos crinibus Indos.* Quod & Qu. Curtius ostendit, dicens Indos sæpius capillum pectere, quam tondere: quinetiam regem ipsum in pectendo ornandoque capillo, responsa legationibus, & iura popularibus reddere solitum, idem auctor scribit. De Lacedæmoniis in ipso conflictus ac vitæ discrimini se limantibus ac sese pectentibus, supra dictum est. Attamen crines pexos disponere atque fingere ad speculi censuram, tanquam improbum exemplum, tam æq. integræ parum conueniens, Electra apud Euripidem in cognomine sibi fabula, damnat in Clytemnestra matre, in mariti absentia istud formæ lenocinium quærente, sic inquiens: Lib. 1. Lib. 8.

ἣ ξανθὸν κτένισμα πλοκάμων ἐξήσκεις κόμης.

id est:

Quæ flauos crinium orbes ad speculum studiosè componebas.

Superstitionem ethnicā spirat, quod vxori Flaminis Dialis nunquam pectendo comere capillum fas esset, quod de se ipsa testatur apud Ouidium in Fastorum libris: Lib. 6.

Non mihi detonso crinem depectere buxo,
Non vngues ferro subsecuisse licet.

Sequuntur forfices (μαχαιρίδας & μαχαίρια, κνείδας, & ψαλίδας Græci nominant) quorum vsus non est minus inculpatus & necessarius quam pectinis, ad tollendam crinium luxuriem comparatorum: videnturque mihi a foruos faciendo nomen recte accepisse, vtpote qui relecato crinium horrore, ruborem formæ, qui e calore sanguinis nascitur, reuocare atque ostendere videantur, veteribus forum calidum appellantibus: vnde & forcipis nomen, quod ferrum calidum capiat, Sosipatro teste, qui has de quibus loquimur, forpices dici ait, tonsorum videlicet, quibus pilum secent, quum forfices sint sartorum. Neq; superuacaneum fuit, quod Iunonis simulachrum prætulerit æneum forficem, vt testatur Suidas, propter repræsentationem munditiæ, ex metaphora forficulæ tonsoriæ, corpus nitens reddentis: quamuis in odiosam partem prouerbiali schemate apud Iul. Pollucem legatur δι πλῇ μαχαίρᾳ κείρεσθαι, hoc est, binis tonderi forficibus, quod in eos qui plus nimio componendo corporis decori impendunt studii, torqueri potest.

Proximo loco est acus, qua ad componendam cæsariem vtebantur, in viris reprobi omnino vsus: hanc Græci βελόνην & ξυστῆρα, Plutarchus etiam κεντητήν a pungendo: Latini discriminale, & discerniculum, teste Nonio, appellant, cuius postremi vocabuli

apud Lucillium mentio, quum inquit: *Explocamo deligitis discerniculum capillo:* ita enim lego ex manuscripto codice vetustissimo non autem *digitis*. Ouidius insuper *crinale* dixit in Transform. libris. Acus officium consumebatur in reiicienda in partes diuidua coma, discriminando capillorum æquamentum, *λύσωμος* Aristoteli dictum. Sic calamistri hoc est, acus maioris erat, crinem in cincinnos contorquere & vibrare, qua de re proximo capite fusius agemus. Petebatur olim acus ex arundine, vnde *καλαμίσκος* nomen apud illos: cuius in locum successerunt argenteæ, eburneę, crystallinæ, & vitreæ. Acus vsum clarissime demonstrat Claudianus eo versu:

> *Illi multiplices crinis sinuatur in orbes*
> *Idalia diuisus acu.*

Et Martialis in secundo:

> *Vnus de toto peccauerat orbe comarum*
> *Annulus, incerta non bene fixus acu.*

Et iterum in Distichis:

> *Figat acu tortas sustineatque comas.*

Iuuenalis de crinium concinnatrice suo munere defuncta loquẽs inquit:

> *Emerita quæ cessat acu.*

In Dionis historia lectum est Cleopatram Ægyptiam consciuisse sibi necem acu, qua capillos discriminare consueuerat, veneno præsentissimo imbuta, quod solo sanguinis contactu citissimam & doloris expertem mortem accelerabat: quod in Antonio Plutarchus quoque tetigit. Item Fuluia M. Antonii vxor, Ciceronis crudeliter obtruncati linguam ab intimo faucium recessu eductam, acu qua in componendis crinibus vtebatur, iteratis ictibus confodisse apud eundem Dionem proditur. Nobilis illa heroina Iuditha, hosti insidias moliens, discriminato acu capillitio splendide exculta in castra proficiscitur. At quod ab Agathia scholastico literarum monumentis traditum est, morem habuisse Francorum reges, vt a fronte vtrinque discriminatos crines reiicerent, istud factum viris neutiquam in exemplum trahendum, imo vt mulierosius damno prorsus. Nouaculæ vsus reprobus, in caput de rasura incurrit. Est & damnandus vetus fasciarum (*ἀναδέσμαι* vocant) vsus fœminis receptus olim in fastigando, & crinem aggestum (quem *ἀκροκεφάλαιον* dicunt illi) in turrim quodammodo aut metam pumore in capitis parte exstruendo: cuiusmodi structuram Tutulum vocari auctor est Sex. Pompeius, & de lingua Latina Varro, eo quod tutissima in arce capitis, aut tuendi capilli gratia fieret: de qua eleganter Papinius in Violantillæ Epithalamio:

> *Celsa procul aspice frontis honores,*
> *Suggestumque comæ.*

Lib. 47.
Iudith. 10.
Lib. 1.
Nouacula.
Fascia.

Et paulò clarius Iunius Iuuenalis, vbi fœminas perstringit, quod ea ope proceritati adminiculum quærerent: *Satyr. 6.*

> *Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum*
> *Ædificat caput, Andromachen a fronte videbis,*
> *Post minor est.*

Notauit istud erudite Nazianzenus Gregorius, mulieres cincinnos in modum turris aggerentes taxans eo versiculo:

> μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.
> *Nec caput ad sices ascito fœmina crine.*

Qu. quoque Septimius libro de fœminarum cultu doctè idem exsequitur his verbis: Præterea nescio quas enormitates sutilium & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capiti & operculum verticis, nunc in ceruicem retro suggestum. Vbi obiter velut in transcursu admonendus est lector mendæ, quæ vice sutilium habet subtilium, in prioris editionis Germanico exemplari. Quæ res multo intolerabilior in viris est, quũ Strabo ex auctoritate Clitarchi, Indicum quoddam philosophorum genus, implexos crines in modum tiaræ aggerere prodiderit: ita enim vertere libuit ἀναπεπλεγμένους δὲ μιτροῦσθαι τὰς κόμας. *Lib. 15.*

Quid quod aureis fasciis comas substringere solere Arimaspos populos indicat Lucanus? Huc spectat & reticulum, & vitta, teniaue, quibus crines religabant, aut inuoluebant, cuiusmodi supellex apud Græcos ἄμπυκας habet, κεκρυφάλους, κρηδέμνα, ἀναδέσμας, & ταινίας, quorum in Homero extat mentio. & in Epigrammatibus lego, *Vitta.*

> πορφύρεον χαίτης ἔχλυτρον κεκρύφαλον.
> hoc est:
> *Purpuream vittam qua coma vincta manet.*

Vbi notandum est bifariam legi, & ἔχλυτρον & ῥύτορον, vocibus propemodum consonis, eiusdemq; significationis, vt sit vitta vel retinaculum comæ, vel conseruatrix. Et iterum alibi:

> ἁδὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φιλαινὶς
> βάπτον ἁλὸς [illegible] αἴθεσι κεκρύφαλον.
> *Atq; coma implexa retinaclum, murice tinctam*
> *Cærul o vittam lauta Philænis habet.*

Apud Philostratum in Helladicis coma Critheidos sub aerem reuincta, κρηδέμνῳ ἁλουργῷ cærulea vitta religata fuisse legitur. At minime ferendum videtur, quod idem auctor scriptis cõsignauit, Empedoclem Agrigentinum philosophum vitta purpurea crines succinctum, per compita incedere consueuisse: quomodo purpuratorum in aulis degentium grex, aureis vti solet, proxime accedens ad fastum atq; proteruiam Colophoniorũ, quos tradit Phylarchus propter commercium cum Lydis tantum mollitiei in mores transumsisse, vt aureis redimiculis crines digestos concinne exornarent: quod & Xenophanes poeta cõfirmat, dicẽs inuti-

lem eos a Lydis hausisse dementiam. cum quibus in eadem naui fuit, qui Comam nutriebat aureo reticulo in corymbos implexā, apud Suidam, ὁ κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβωμένην. Ad cirinum compturam faciunt frequens lotio, quæ sapone siue smegmate, & pilis Mattiacis a Martiali dictis, obitur: item Lixiuium, quod κονίαν στακτὴν illi dicunt. Lectum est in Strabonis Geographicis, Indos solennis festi in loco habere diem quo rex lauaret cæsariem. At smegmatis meminit Martialis non semel, vt ibi:

Lixiuium.
Lib. 15.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Et iterum:

Et mutat Latias spuma Batauа comas.

Tinctura capillorum

Commodus hic patet ad pigmenta traiectus, vbi inprimis illud occurrit, capillorum tincturam primum a Medea excogitatam, quēadmodū in στρωματέων edisserit libris Clemens: αὕτη, inquit, ἡ αἰήτου ἡ κολχὶς, πρώτη τριχῶν ἐπινόησε βαφήν, præclarum scilicet lenocinii rudimentum. Deinde Cleopatra, opere quod fucatorium inscripsit (ita nanq; κομμωτικὸν reddere libet) diuersas tingendi ornandiq; capillitii rationes exsecuta est. Quæ res vt in viris summe pudenda, imo detestanda, ita e diuerso impotenti natura atq; indomito animali fæminæ (cui munditias, ornatum, cultumq; pro insignibus esse permittenda scite disserit apud Liuium Lu. Valerius) eatenus indulgenda, dum certis finib. coerceatur licentia nimiaq; curiositas, atq; intra fucum consistat: siquidem fucata omnia ipso formæ labore fœdissima esse vere dixisse putatur Fabius. Inuehitur Clemens ὁ στρωματεὺς acriter in eos qui meretricio more vultum pingunt, cæsariemq; tingere non cessant. Lepide iocatur in anum canos tingentē Lucillius Epigrammatarius, dictitans fuco nunquam effici, vt ex Hecuba fiat Helena. Cæus quispiam magno natu homo, cætera futilis, ob senectā tamen venerabilis, inducto fuco canos tegere conatus, legationem, cuius causa Lacedæmona venerat, exponere cum cœpisset, Archidamus rex animaduerso dolo assurgens, *Quid*, inquit, *sanū dixerit iste, qui non animo tantum, verum etiam capite mendacium circumfert?* simulque cum dicto orationem hominis explosit, ac pro indicta habuit, vti refert Ælianus lib. omnigenæ historiæ septimo. Similiter Philippus Macedo Antipatrum, quem ex amicis in iudicum ordinem cooptarat, capillos pariter & barbam fucantem, vt mendacem summouit. dictitans in crinibus infidū, nihilo fideliorem in rebus gerendis fore. Huius filius Magnus haud vano cognomine Alexander, senem capillos inficientē conspicatus, *Ne Comam*, inquit, *tingas, sed si potes, genua*, vt a Plutarcho scriptum est. Ridet pulchre Lentinum quendam Martialis:

Lib. 4. belli Maced.

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.

Aristophanes quoq; traducit Lysicratem quendam exercitus du-

cem, qui pigmento quopiam crines denigrabat: ita enim ait: οὐδ' αὖ εἰ τὸ φάρμακον ἔψων ἔτυχες ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται. id est: *Ne si coxeris quidem pigmentũ quo Lysicrates atratur. Propertius in Cynthia sua infectionem capillorum detestatur, quæ cæruleo colore more Britanno inducebat*, his versibus,

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
Vt natura dedit, sic omnis recta figura.

Imprecatur denique mala multa puellæ,

Quæ mentita suas vertit inepta comas.

Pyrrhus tamen Epirotes coma fucata incedere solitus interdum legitur. Et Martianus Capella Indos omnes comarum fuco decorari ait: quod Solinus Polyhistor his verbis confirmat: *Indis omnibus promissa cæsaries non sine fuco cærulei* aut crocei coloris. Duris historicus refert Demetrium Phaleræum solitum rustare, id est, ξανθίζειν, crinem capitis. Eiusmodi homines fuco cęsariem inducentes ἰσχυβάπτας appellat Synesius libello toties iam citato.

Reliquum est, vt vnguentorum & corollarum delitias percurramus. Μυροβρέχους vocant Græci, qui delibutos vnguentis capillos habent, sed vbique mollitiei & luxus argumento. C. Titius in oratione pro lege Fannia, prodigos sui temporis mores describens, ita ait: *Ludunt alea studiose, vnguentis delibuti, scortis stipati.* Cicero de L. Pisone contumeliose illud, *Erant*, inquit, *illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* Item de eodem in oratione post reditum in Senatu habita: *Primum processit qua auctoritate vir! vini, somni, stupri plenus, madente coma, composito capillo.* Idem in Gabinio consule, vnguentorum fragrantiam suggillat. Sic in oratione pro Pub. Sestio: *Consul*, inquit, *vnguẽtis delibutus, calamistrata coma.* Rursus pro Sex. Roscio capillum compositum ac delibutum, fastus & mollitiei symbolum notat. Varro in sesquiulysse, Trossulis, hoc est, equitibus Romanis obiicit, quod nardo nitidi vulgo incederent. Martialis alicubi mulierosum & mollem hominem, crine nitentem & vnguento nigrũ traducit. Idem luxu diffluentem describit ita:

Cuius olet toto pinguis coma Marceliano.

vnguento nimirum a Marcelo quopiam pigmentario nobili concinnato. Agathii historia aulicum mancipium mollitie fractũ, delicata vnguenti larice cincinnos simul cum fronte imbuẽtem, his verbis insectatur, ἁβροκόμης ἔχων αἰεὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς βοστρύχους. Diogenes quendam capillos vnguento delibutos habentem hoc pacto momordit: Caue, inquiens, ne capitis fragrantia, vitæ maleolentiam adferat: innuere volens, mollitie, quæ vnguẽti vsu notetur, famam denigrari. Testatur Galenus delicatas fœminas Romæ comparato e malobathro vnguento, quod foliatum vocabant, crines imbuere consueuisse. Demum corruptis iam priscis

moribus, & in Asiaticam luxuriem commutata pristina virtute, inoleuit apud Romanos consuetudo, vt quoties liberet ingenio indulgere, delibuti comas vnguentis ac sutilibus textilibusq; sertis redimiti potarent: ad quod hortator etiam exstitit Epigrammatarius lib. octauo, vbi ait:

Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea serta caput.

Sic & Horatius oda prima:

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terra quem ferunt soluta.

Lib. 11. Sic apud Sillium non pugnat Hannibal, crinem amomo Assyrio perfundere. Horatius lib. Carminum secundo, suadet vt niteant Syrio malobathro capilli, ei q velit viuere. Archestratus in γαστρονομίᾳ opere a veteribus plurimum decantato, morem hunc exponit ita:

ἀεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα παρὰ δαῖτα πυκάζε
παντοδαποῖς, οἷς ἂν γαίας πέδον ὄλβιον ἀνθῇ,
καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε.

Quos ita conuerti in transcursu:

Inter cœnandum circundato tempora sertis
Omnigenis florum, tellus quos fundit at alma,
Pigmentis certa & liquidis perfundere crines.

Anacreon quoque poeta melicus de se ita canit:

ἐμοὶ μέλει μύροισι
καταβρέχειν ὑπήνην,
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
καταστέφειν κάρηνα,

id est:

Cura est mihi perpluere pigmẽtis barbã, rosisq; vallare tẽpora.

Eodem pertinet illud Martialis:

Quum regnat rosa, quum madent capilli.

Nec abludit hinc Nasonis illud:

Habent vncta mollia serta comæ.

Refert Valerius Maximus, Ionas primos induxisse consuetudinem vnguentorum & coronarum in conuiuiis, luxus incitamenta. Nam quod Ægyptii inter pocula simul cum sertis morsicantes auiculas (σκνιπάδας vocabant) adhiberent, quæ somnum interpellarent, degeneris petulantiæ exemplum videtur. Sed ad vnguenta redeat sermo. Tibullus de Amasia loquens:

Stillabat Tyrio (inquit) myrrhea rore coma, hoc est, myrrha imbuta: ea nanque germanior videtur esse lectio, quam vulgatis in codicibus quæ habetur, myrrea. Ita Flaccus, myrrheum nodo cohibere crinem dixit: & myrrha madidos capillos celebrat Ouidius, apud quem Sappho negat suum capillum olere Arabico rore. Martialis madidas nardo comas habet alicubi. Sidonio

donio Apollinari describitur Indus pinguis amomo crinem: sic enim legendum, non crimen. At Naso vnctos & odoratos nominat capillos, quos Homerus Ambrosios, & ex eo Virgilius de Venere, ibi:

Ambrosiaque comæ diuinum vertice odorem Lib. 1. Æn.
Spirauere.

Quin & croco imbuere crines, in mores receptum legimus, quod indicat Propertius:

Te que lauet nostra spica Cilissa comas. Lib. 4.

Indos etiam croceo medicamine crinem tingere testatur in Pharsaliæ tertio Lucanus. Porro imbuendis crinibus comparatum vnguentum, Capillare dixit Epigrammatarius, vt a Cœlio annotatum est. Sed de his, vt parum virilibus, abunde multa: nunc ad dubii generis materiam transcendamus, quæ videlicet & natiuæ sedis priuato iure tueri se potest, & adoptiuo mancipari, legitima eadẽ & notha: crispaturam dico, quæ tã est ascititia, quam est naturalis, vti declarabimus.

De crispatura & contortione capillorum.

CAPVT VIII.

Crispitudo naturalis, quam velut βλαισότητα, id est, blæsitatem quandam pilorum in problematibus interpretatur Aristoteles, duplici fit ratione, vt a Galeno in secundo de temperamentis proditum est, aut vi caloris siccitatisq; , aut cuticularium meatuum tortuoso anfractu, per quos capilli exeunt: id quod Onesicritum latuit, qui conatus rationem explicare, cur exigui incrementi capillos, crispos tamen habeant Æthiopes, caussam solis viciniæ acceptam ferendam autumat, cuius hi versus apud Geographum leguntur: Sect. 14.

ὧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν Lib. 15.
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος.
εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.

id est:

Priore qua Titan agens axem orbita,
Fuliginis nigrore tinxit corpora
Virorum, & ignis vi parum auctiles comas
Liquando adussit.

Nimirum ille deliquio atq; inopiæ superficiarii madoris, crinibus alimentum præbentis caussam adscribere debuerat potius: quam inopiam torridus solis feruor conciliat, exsuccam reddẽdo cutem & exurendo, dissipandoq; per superficiarios poros, vapores crassos, materiam genitalium crinium: vnde fit quod in vniuersum meridionales gentes οὐλότριχας, hoc est, crispas, vt septentrionales ἁπλότριχας a plano crinium æquore nominant Adamantius &

cumenta ex auctoribus huc aduocanda sint. Quapropter σπεῖραν siue spiram, illam plexus formam innui existimo, qua lubricis tractibus inerrant capillorum volutæ, in morem anguium caudas nodantium (quod in veteribus marmoreis signis et nũ videre est, eorumque æmulis picturis) qua in fastigiandis crinibus fere vti consueuerant fœminæ. Atque ea quidem est mea, in re parùi licet momẽti, sententia, cui subscripturos non dubito qui pressius verba ponderabunt: atque ab ea quidem voce alterum quoq; plexus genus descendere, vt priori non absimile, puto. Huiusmodi spiras Naumachius σπεῖραι, hoc est, catenas appellat, eo versu:

μηδὲ κόμης περίαλλα πολυχιδέας πλέκε σειράς.

Neue comæ intortas temeraria necte catenas.

Atenim complicare crines satis non fuit, vsque adeo vt auro argentoque nodatos insuper commemoret Homerus. Sic aureis cicadis eos innexuerunt Athenienses, quod antea dictum nobis est. Et Sophron nobilis mimorum scriptor κορώνας ἀναδουμένους dixit eos, qui cincinni in modum cornuum arcus fastigiarentur, aut certe quorum capilli aureis argenteisue cornicibus religati forent (nam vtrunque notat vox κορώνη) cuiusmodi comas cicadis cornicibusque nodatas, Martianus Capella bracteatas videtur dixisse: nisi de scobe auri intelligamus istud potius, quam crinibus suis aspersere nonnulli, quod de L. Vero & Gallieno Imp. retulit præter alios Trebellius Pollio. Caligula omnibus turpitudinis notis infamis eo vesaniæ prouectus fuisse proditur a Suida, vt muliebri non contentus habitu incederet, capillitium quoque in cincinnos contorqueret, τὴν κόμην πλοκάμοις καὶ πλοκῇ τινὶ περιστέλλων, καὶ γυναικιζόμενος. Redeo postliminio ad crispitudinem natiuam, in qua memorabile est quod idem auctor refert, exactissimos quosque & classicos scriptores crispum quidem, sed tamen rarum capillitium Christi redemtoris effigiei, peculiari ratione, appingendum censuisse. Vlyssem quoque illum sapientem οὐλοκάρηνον, id est, crispo capite describit Homerus. Apud Epigrammatarios exstat prouerbiali schemate dictum illud οὐλότερος σελίνου, apio magis crispum. quo spectat illud apud Aristotelem in Rhetorices tertio, σέλινα οὖλα τὰ σκέλη φορεῖ, apium crispa habet crura. Et Lucianus in Amoribus, πολὺ τῶν ἐν λειμῶνι οὐλότεροι σελίνων, multo crispiores pratensi apio. Porro talem hominem τρίχουλον vocat Archilochus: quem immutata vocum textura οὐλότριχον Herodotus; οὐλοκόμην Alexis & Pherecrates Comici: οὐλοκάρηνον ceteri: Telesilla poetria οὐλοκικίνναν: cuiusmodi hominem φρυμοπλοκαμον, refugum habere capillum ductus extulit Sophocles. Crispos autem capillos contortosque ἰουλοφίδας dici auctor est Eustathius. Æthiopum crines refugos eleganter dixit Lucanus, quomodo & Theodorici Gothorum regis cæsariem in verticem refugam crispari scribit Sidonius. Pari ratione & renodem capillum videtur

Suidas in dictione εἰκών.

crispum

crispum dixisse Iulius Capitolinus,& Plinius Iunior vibratum capillitium. Lubet auctarii vice & illud adiicere, quod priscorum nonnulli in inculta coma gratiam videantur quæsiuisse. Tragicus Seneca Hippolytum Apollini comparãs, in hoc laudat cæsariem nesciam colligi, in illo nulla lege iacentem & incompositam Diomedes crispo, sed squallido capillo, συναυχμῷ, in Heroicis a Philostrato describitur. Ibidẽ Marcus Byzantius Sophista γενειάδος καὶ κόμης αὐχμηρᾶς ἰχὴ, incomtam & squallentem barbæ pariter & comæ syluam gerens; ac præter hunc alii nonnulli Sophistæ. At Martialis in Amasia fusas per colla comas, tortis præfert.

De capillitii coloribus.

CAP. IX.

CApillorum ornatus colorum varietate distinguitur, vel natiua secundum gentes & familias, ac pro humoris in corpore exuberantis qualitate, vel acquisititia. artis ope aut per medicamenta, quæ quomodo comparari possit, nõ est instituti huius exponere: si quem hæc cura tangat, is adeat Galenum, Aetium, Æginetam, Trallianum, Alexandrum, scholæque Arabicæ primores medicos, pluraque offendet, quam quæ æquis oculis deuorare queat. Flauiæ genti nomen creauit flaua cæsaries, vt Ænobarbos barba æris instar fulua nobilitauit. Tacitus Germanis rũtilas comas attribuit: eaq. de caussa in Agricolę vita, Calidonios Britanię populos, qui inter Scotos censentur, rutilas habere comas idẽ auctor est, Germanicæ videlicet originis testimonium. Vnde Lucanus poeta de Cleopatræ pedissequis loquens: *Lib. 10. Phars.*

Tam flauos, inquit, gerit altera crineis,
Vt nullus Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas.

Et Iuuenalis: *Satyra.13.*

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?

Eodem sensu ruffum crinem dat Germanis Seneca. Iam & Sicambros subactos flauam sparsisse cæsariem Claudianus ait. Vsipios similiter Germaniæ populos flauos nominat Martialis: nec aliorsum auricomos Batauos dixit Sillius. Britannos flauos appellat Lucanus, cæruleos Martialis: illud ad capillorum colorem, hoc ad infectionem cutis, quæ glasto fiebat, pertinet. Mametrinus Francos in Britannia a Maximino fusos prolixo crine rutilasse ait. Getas quoque flauos vocat Claudianus: similiter flauos Arimaspos Callimachus. Itidem ξανθοκόμας, id est, *flauicomos* Danaos Pindarus. Agathyrsos cæruleo capillo notabiles facit Plinius. Crathis Italiæ fluuius flauos conciliare crines putatur eius vnda ablutis: quod confirmant Strabo, Sotion, Hesigonus historicus, & tragicus Euripides, vbi ait:

comis vsqueadeo vt & ad frutices plantariaque, quibus attonsæ sunt frondes, referatur.

De tonsuræ generibus.

CAPVT VI.

POstquam satis multis ostensum est tondendos esse capillos, inutiliterque eos promitti, eamque rationem in luctu obseruatam quoque demonstrauimus, nunc velut postliminio de tonsuræ vocabulis generibusque adtexere quædam operæ videtur precium: quam quidem vindemiolam eo libentius in hūc locum reseruauimus, quo series materiarum coniunctarum indiuulsa maneret, nec vocabulorum tractatione disrumperetur. Tonsuram igitur κουρὰν vocant Græci: veteres etiam κείρειν, cuius vocis (vt equidem arbitror) in vernacula nostra lingua vestigium mansit, vbi radere barbam comamue, scheren dicimus. Æschines ἐπιξυρῶν κεφαλῆς extulit: quam etiam σμηχόμενον ex Herodoto dicere licebit, vt cui tondere σμηχώζειν sit. A κουρὰ nomen habet κουρεῖον, quam tonstrinam dicimus. Plato Comicus, τὸ Σπορχίλου κουρεῖον ἔχθιστον στέγος, Sporgili tonsoris tōstrina inuisa domus. Hāc Theophrastus lepide ἄοινον συμπόσιον appellauit, ob garritus & cōfabulationes illic considentium, teste Plutarcho. Inde & πρωτόκουρος λειμὼν pratum dicitur, quod primum falce tondetur, metaphoricε. Alexis Comicus Κουρίδα, id est, tonstricem fabulam scripsit Athenæi testimonio. Curetes nomen habuere, vt a Geographo annotatum est, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, Κουρῆτες dicti, idq; ex ea occasione quod posteaquam in conflictu non semel succubuerant, vti antea quoque memorauimus, hostibus pro ansa vtentibus anteriore coma, quam nutriebāt: damnato instituto, meliore ratione eam syluam in posterum præciderunt. Eustathius in 23. Iliados in hæc verba scribit: Κουρῆτες χλιδῶντα πλόκαμον τρέφοντες, ὥσπερ παρθένοι ἁβραὶ, Κουρῆτες ἐκλήθησαν κουρᾶς ἕνεκεν. hoc est: *Curetes ad delitias alentes cincinnos venustarum virginū more, a tonsura nomen sunt adepti.* Quę verba Eustathii detorta sunt ex Æschylo, volente nominis originem a κόρη, quæ vox virginem aut puellam notat, esse deductam, cuius hos senarios adducit ex Phylarcho Athenæus:

χλιδῶντα πλόκαμον ὥστε παρθένοις ἁβραῖς
ὅθεν καλοῦσι Κουρῆτα λαὸν ἤνεσαν.

id est:

Fluens capillus mollium instar virginum,
Hinc virginalis dicier gens ambiit.

Priori etymo ipsi Curetes succenturiantur apud Comicum Agathonem in Thyeste fabula, gloriantes nomen se accepisse a detōsa coma, postquam a connubio ambitæ puellæ reiecti fuerant.

ἐπεὶ τὴν παρθένον
θυγατέρα μνηστεύοντες οὐκ ἐτύχομεν

γάμων

γάμου, κόμας κειράμενοι μάρτυρας τρυφῆς.
ἧπου ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί,
ἐπώνυμοι γοῦν αὖθις ἐχόμενοι κλέος,
κουρῆτες εἶναι κειράμενοι χαίρειν τρίχας.

Hos tumultuaria opera ita Latine reddidimus:

Pronactu ambientes gnatæ nuptias,
Passi repulsam, mox testes libidinis
Comas totondimus, animi solatium
Frustrati: gloria hinc sequitur cognominis
Tonsum ob capillum quod Curetes dicimur.

Eadem gens postea ἀκαρνᾶνες nominati, διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλάς, quod intonsi manerent, teste Strabone. Commemoratur autem apud scriptores duplex tondendi genus. Suidæ testimonio, κῆπος siue κήπιον Thucydidi, & σκάφιον. κῆπον interpretatur Ælius Dionysius generice nimium, καλλωπισμὸν τῆς κόμης, id est, decorationem capillitii: itidem Eustathius, κουρᾶς διάθεσιν τῶν κεφαλῆς τριχῶν, formam tonsuræ pilorum capitis: & κηπόκομον Comico vocabulo dici ait, qui certa ratione attonsam habeat cæsariem. Similiter a σκάφιον denominatur σκαφιόκουρος, & σκάφιον κείρεσθαι apud Aristophanem. Equidem vt in rebus ambiguis atque obscuris, & tot iam seculorũ decursu obliteratis, aliquid adferam quod non prorsus a Musis alienum sit, & lucem addere auctorum scriptis queat, κῆπον tonsuræ genus intelligo, quo cæsaries frontem obumbrans ornatus gratia resecatur, ex æquando capillos pendulos ad instar tonsilis frutici herbarum hortensium, quibus muscaria & cacumina amputant hortulani, ne inæqualitas areolas deformet: σκάφιον vero, quando ad ipsam vsque cutem caluam ambientem succiditur: cuius non absurda ratio est, quod vbi totum cranium tondetur, piscatoriæ scaphæ inuersæ formam delineat, cuius vti prora puppisque eminentiores exstant, ita latera hinc inde subsident depressa, quod in temporibus videre est: qua occasione forsitan & ipsum caput σκάφιον nominat Aristophanes ibi:

ἵνα μὴ κτ̃ γῆς σκάφιον πλήξεις ξύλῳ.

id est:

Ne baculo caput ictus, humi procumbas.

Docent istud, sed parcioribus verbis, Aristophanis commentaria, ita enim illic lego: κῆπος τὸ ἐπὶ μετώπου κεκοσμημένον, σκάφιον δὲ τὸ ἐν χρῷ. Dicam idem Latine: *Hortus suscepus, ante frontem decoratio: scaphium vero cute tenus.* Aristophanes Auibus:

σὺ κοψίχῳ γὰρ σκάφιον ἀποτιλμένῳ. hoc est:

Tu merulam refers plumis verticis euulsis nudatam.

Mansit & huius vocis haud tenue vestigium in nostrate lingua, qua qui villosos pannos longis forficibus attondent, schepe scheren appellant (quasi σκαφιοκείρειν dicas) quoties strictim ad ipsam vsque panni carnem, vt ita dicam, detondent villos. Censores,

no, citat hunc illius versiculum, de Iudæis Solymos montes incolentibus:

τρυχαλέοι κεφαλὰς τροχοκουράδες.

hoc est:

Squallentes capita, & tonsi orbiculariter omnes.

Quomodo & Arabes fere apud Herodotum Thalia,

κείρονται, inquit, ὑποτρόχαλα, περιξυρῶντες τοὺς κροτάφους.

Tondentur in orbem leuiter, rasis circumquaq; temporibus.

quo tondendi modo vsum fuisse Liberum patrem opinabantur. Plutarchus in mulierbrium virtutum elogio scribit Aristodemi Cumanorum tyranni iussu puellas περιτροχάλα κείρεσθαι coactas fuisse. Fit & Thraciæ tonsuræ mentio apud Theocritum ibi, *οὐδὲ κορυφὴν κίκιννα θρέψω*, haud Thracum more sum attonsus, quum vellet innuere, non ad viuam vsq; cutem detersos esse capillos.

De lenocinio ornandi, fucandi, vnguentis perfundendi, sertisque cingendi capillitii.

CAPVT VII.

COmendo capillo varia exquisiuit tormenta pariter & instrumenta luxus ille opum conturbator, & effrænis petulantia, quum alioqui soleant esse optima, quæ minime sint accersita, & quæ simplicibus atq; ab ipsa veritate profectis similia sint, vt a Fabio dictum est. Neq; enim satis fuit initio capillos promittere, quin eosdem in nodũ colligere, in cornua torquere, crispare, tingere, ornamentis additiis redimire, libido sui intemperans doceret: ex qua officina prodiere non modo pectines, acus, nouaculæ, forfices, verumetiam pigmentorum non vnum genus, vnguenta, lixiuia, fasciæ, vittæ, teniæ, eiusq; generis alia, de quibus vt in sermonem quidq; incidet, singulatim pauca delibabimus. Ac de pectine quidem primo loco: cuius vsum inculpatum esse assero, non in complanando solum crinium horrore, & deducendis lendibus pediculisq;, sed & ad excitandas consopitos spiritus laudatum, dum affrictu denticulorum meatus cuticulareis referat, fumidosq; vapores discutit. Pectinem, quia capillos explicet (inde namq; vult illi nomen esse Varro) atq; complanet κορμοκόμην κτένα epitheto dixit Epigrammatarius: & πτερᾶναν σχίδην κερκίς, vt vult Suidas. Et rursus, *τριχῶν συγκλωστῆρα πύξινον κτένα*, hoc est, crinium euerriculatorem buxeum pectinem: ac buxeum quidem quod e buxo, vt etiamnum, comparabatur: quanquam & eburneum legimus, & Callimachus aureum quoq; agnoscit, vbi talem a Nymphis adferri ad Palladis lauacrum iubet, his versiculis:

οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσιον, ὡς ἀπὸ χαίταν

πέξηται, λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον. id est,

Pectinem & ex auro producite, possit vt vdos

Extergens crines pectine diuidere.

Officium pectinis eleganter hisce versibus expressit Claudianus poeta in nuptiis Honorii, ita scribens:

Largos hac nectaris imbres,
Irrigat, hac morsu numerosi dentis eburno
Multimodum discrimen arat, sed tertia retro
Dat varios nexus, & iusto diuidit orbes
Ordine.

Vbi non modo fœminarum in comendo capillitio operam curiosamque diligentiam commode reddidit: sed etiam, vnguentis imbuendi atque in annulos cōtorquendi vsum notauit haud dissimulanter. Idem alibi:

Thessalico roseos nectebat pectine crines.

Iliad. ξ. Iuno apud Homerum Ioui marito pellaciæ astum pectendo meditatur,

χαίτας πεξαμένη πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.

hoc est:

Depexos nitido nodo substricta capillos.

Veneris simulacrum Romæ pectinem gerebat, idque ex tali caussa. Grassante inter Romanas mulieres pruritu quodam capillis exitiali, quum in mali remedium nouaculis deradi capillos iussissent vniuersæ, inutili iam tum pectinum vsu, vota nuncupantes Pectinigeræ simulacrum Deæ dicarunt, quo facto rediit capillitii decor pristinus, vt apud Suidam lectum est. Electra Euripidis ex pexura capillorum discrimen sumit: nam quum senex eius nutritius attulisset illi derasos capillos, quos ad Agamemnonis tumulum inter litandum offenderat, Orestis eos esse persuasus, illa eximit scrupulum, dictitando illos esse palæstritæ cuiuspiam, hos vero molliores, quam qui viri sint, vtpote pexos sæpius. ita enim habet:

ὁ μὲ παλαίστρας ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφείς
ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς.

At enimuero vt in barbaris Turcisque impexos squalentesque crines damnat Agathias, ita & immodicum pectendi studium in
Odar. libr. 1. Oda 15. viris infame est, in fœminis tolerandum. Horatius Paridi obiicit, quod Veneris præsidio stulte ferociens cæsariem nequicquam pectat. Q. Calenus Fusius Ciceroni obiicit depexos canos, mollitiei nota iniusta. τίς δ᾽ οὐκ ἐνφραίνεται τῶν πολιῶν σου τῶν κατεκτενισμένων: Quis est cui non suboleant depexi isti tui cani? Quod ipsum in Catilinariis criminatur Cicero, vlceribus, quibus in aliis offenditur, ipse scatens, quos pexo capillo nitidos vocat. Duris Samius luxui populariū suorum adscribit, quod in Iunonalibus incedere solerent depexis in humeros vsq; crinibus: id quod & Asius poeta genere Samius confirmat, dicens:

φοίτεσκον ὅπως πλοκάμους κτενίσαντες
εἰς ἥρης τέμενος. id est:

Iunonis

Iunonis subeunt lucum, quo pectine sulcent
Concinnos.

Istud olim in Francorum regibus notatum fuit, qui diligentius pectendo crines comere solebant, testante Agathia. Quin & Indos multum posuisse studii in pectendo, testimonio Ouidii innotescit, epitheto isto eos insignientis, *Depexos crinibus Indos.* Quod & Qu. Curtius ostendit, dicens Indos saepius capillum pectere, quam tondere: quinetiam regem ipsum in pectendo ornandoque capillo, responsa legationibus, & iura populatibus reddere solitum, idem auctor scribit. De Lacedaemoniis in ipso conflictus ac vitae discrimine sibi lim ne sese pectentibus, supra dictum est. Attamen crines pexos disponere atque fingere ad speculi censuram, tanquam improbum exemplum, tamq; integrae parum conueniens, Electra apud Euripidem in cognomine sibi fabula, damnat in Clytemnestra matre, in mariti absentia istud formae lenocinium quaerente, sic inquiens: Lib. 1. Lib. 8.

ἣ ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης.

id est:

Quae flauos crinium orbes ad speculum studiose componebas.

Superstitionem ethnicam spirat, quod vxori Flaminis Dialis nunquam pectendo comere capillum fas esset, quod de se ipsa testatur apud Ouidium in Fastorum libris: Lib. 6.

Non mihi detonso crinem depectere buxo,
Non vngues ferro subsecuisse licet.

Sequuntur forfices (μαχαιρίδας & μαχαίρια, κνείδας, & ψαλίδας Graeci nominant) quorum vsus non est minus inculpatus & necessarius quam pectinis, ad tollendam crinium luxuriem comparatorum: videnturque mihi a foruos faciendo nomen recte accepisse, vtpote qui relecato crinium horrore, ruborem formae, qui e calore sanguinis nascitur, reuocare atque ostendere videantur, veteribus foruum calidum appellantibus: vnde & forcipis nomen, quod ferrum calidum capiat, Sosipatro teste, qui has de quibus loquimur, forpices dici ait, tonsorum videlicet, quibus pilum secent, quum forfices sint sartorum. Neq; superuacaneum fuit, quod Iunonis simulachrum praetulerit aeneum forficem, vt testatur Suidas, propter repraesentationem munditiae, ex metaphora forficulae tonsoriae, corpus nitens reddentis: quamuis in odiosam partem prouerbiali schemate apud Iul. Pollucem legatur διπλῇ μαχαίρᾳ κείρεσθαι, hoc est, binis tonderi forficibus, quod in eos qui plus nimio componendo corporis decori impendunt studii, torqueri potest.

Proximo loco est acus, qua ad componendam caesariem vtebantur, in viris reprobi omnino vsus: hanc Graeci βελόνην & ξυνῶον, Plutarchus etiam κεντίδα a pungendo: Latini discriminale, & discerniculum, teste Nonio, appellant, cuius postremi vocabuli

apud Lucillium mentio, quum inquit: *Euplocamo deligitis discerniculum capillo*: ita enim lego ex manuscripto codice vetustissimo non autem *digitis*. Ouidius insuper *crinale* dixit in Transform. libris. Acus officium consumebatur in reiicienda in partes diuidua coma, discriminando capillorum æquamentum, λίνωμα Aristoteli dictum. Sic calamistri hoc est, acus maioris erat, crinem in cincinnos contorquere & vibrare, qua de re proximo capite fusius agemus. Petebatur olim acus ex arundine, vnde καλαμίς nomen apud illos: cuius in locum successerunt argenteæ, eburneæ, crystallinæ, & vitreæ. Acus vsum clarissime demonstrat Claudianus eo versu:

Illi multiplices crinis sinuatur in orbes
Idalia diuisus acu.

Et Martialis in secundo:

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Annulus, incerta non bene fixus acu.

Et iterum in Distichis:

Figat acu tortas sustineatque comas.

Iuuenalis de crinium concinnatrice suo munere defuncta loquēs inquit:

Emerita quæ cessat acu.

In Dionis historia lectum est Cleopatram Ægyptiam consciuisse sibi necem acu, qua capillos discriminare consueuerat, veneno præsentissimo imbuta, quod solo sanguinis contactu citissimam & doloris expertem mortem accelerabat: quod in Antonio Plutarchus quoque tetigit. Item Fuluia M. Antonii vxor, Ciceronis crudeliter obtruncati linguam ab intimo faucium recessu eductam, acu qua in componendis crinibus vtebatur, iteratis ictibus
Lib. 47. confodisse apud eundem Dionem proditur. Nobilis illa heroina
Iudith. 10. Iuditha, hosti insidias moliens, discriminato acu capillitio splen-
Lib. 1. dide exculta in castra proficiscitur. At quod ab Agathia scholastico literarum monumentis traditum est, morem habuisse Francorum reges, vt a fronte vtrinque discriminatos crines reiicerent, istud factum viris neutiquam in exemplum trahendum, imo vt
Nouacula. muliebrosius damno potius. Nouaculæ vsus reprobus, in caput
Fascia. de rasura incurrit. Est & damnandus verus fasciarum (ἀνάδεσμα vocant) vsus fœminis receptus olim in fastigando, & crinem aggestum (quem ἀμφιστέφανον dicunt illi) in turrim quodammodo aut metam pomore in capitis parte exstruendo: cuiusmodi structuram Tutulum vocari auctor est Sex. Pompeius, & de lingua Latina Varro, eo quod tutissima in arce capitis, aut tuendi capilli gratia fieret: de qua eleganter Papinius in Violantillæ Epithalamio:

Celsa procul aspicio frontis honores,
Suggestumque comæ.

Et pauló clarius Iunius Iuuenalis, vbi fœminas perstringit, quod ea ope proceritati adminiculum quærerent: *Satyr. 6.*

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput, Andromachen a fronte videbis,
Post minor est.

Notauit istud erudite Nazianzenus Gregorius, mulieres cincinnos in modum turris aggerentes taxans eo versiculo:

μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.
Nec caput ad sices ascito fœmina crine.

Qu. quoque Septimius libro de fœminarum cultu docte idem exequitur his verbis: Præterea nesc o quas enormitates sutilium & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capiti & operculum verticis, nunc in ceruicem retro suggestum. Vbi obiter velut in transcursu admonendus est lector mendæ, quæ vice sutilium habet subtilium, in prioris editionis Germanico exemplari. Quæ res multo intolerabilior in viris est, quũ Strabo ex auctoritate Clitarchi, Indicum quoddam philosophorum genus, implexos crines in modum tiaræ aggerere prodiderit: ita enim vertere libuit ἀναπεπλεγμένους δὲ μιτροῦσθαι τὰς κόμας. *Lib. 15.* Quid quod aureis fasciis comas substringere solere Arimaspos populos indicat Lucanus? Huc spectat & reticulum, & vitta, tæniaue, quibus crines religabant, aut inuoluebant, cuiusmodi supellex apud Græcos ἄμπυκας habet, κεκρυφάλους, κρήδεμνα, ἀναδέσμας, & ταινίας, quorum in Homero extat mentio. & in Epigrammatibus lego, *Vitta.*

πορφύρεον χαίτης ἔχθεμα κεκρύφαλον.
hoc est:
Purpuream vittam qua coma vincta manet.

Vbi notandum est bifariam legi, & ἔχθεμα & ῥύτημα, vocibus propemodum consonis, eiusdemq; significationis, vt sit vitta vel retinaculum comæ, vel conseruatrix. Et iterum alibi:

ἠδὲ φιλοπλεκέβιο [illegible] σφιγκτῆρα φιλαινὶς
βαπτοῖ ἁλὸς [illegible] αὔθεσι κεκρύφαλον.
Atq; coma implexa retinaculum, murice tinctam
Cærul.o vittam lauta Philænis habet.

Apud Philostratum in Helladicis coma Critheidos, sub aerem reuincta, κρηδέμνῳ ἀλουργῷ cærulea vitta religata fuisse legitur. At minime ferendum videtur, quod idem auctor scriptis cõsignauit, Empedoclem Agrigentinum philosophum vitta purpurea crines succinctum, per compita incedere consueuisse: quomodo purpuratorum in aulis degentium grex, aureis vti solet, proxime accedens ad fastum atq; proteruiam Colophoniorũ, quos tradit Phylarchus propter commercium cum Lydis tantum mollitiei in mores transumsisse, vt aureis redimiculis crines digestos concinne exornarent: quod & Xenophanes poeta cõfirmat, dicẽs inuti-

lem eos a Lydis hausisse dementiam. cum quibus in eadem naui fuit, qui Comam nutriebat aureo reticulo in corymbos implexã, apud Suidam, ὁ κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβωμένην. Ad crinium compturam faciunt frequens lotio, quæ sapone siue smegmate, & pilis Mattiacis a Martiali dictis, obitur: item Lixiuium, quod κονίαν σμηκτικὴν illi dicunt. Lectum est in Strabonis Geographicis, ludos solennis festi in loco habere diem quo rex lauaret cæsariem. At smegmatis meminit Martialis non semel, vt ibi:

Lixiuium.

Lib. 15.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Et iterum:

Et mutat Latias spuma Batana comas.

Tinctura capillorum

Commodus hic patet ad pigmenta traiectus, vbi inprimis illud occurrit, capillorum tincturam primum a Medea excogitatam, quẽadmodũ in στρωματέων edisserit libris Clemens: Μήδεια, inquit, ἡ Αἰήτου ἡ Κολχὶς, πρώτη τριχῶν ἐπινόησε βαφὴν, præclarum scilicet lenocinii rudimentum. Deinde Cleopatra, opere quod fucatorium inscripsit (ita nanq; κομμωτικὸν reddere libet) diuersas tingendi ornandiq; capillitii rationes exsecuta est. Quæ res vt in viris summe pudenda, imo detestanda, ita e diuerso impotenti natura atq; indomito animali fœminæ (cui munditias, ornatum, cultumq; pro insignibus esse permittenda scite disserit apud Liuium Lu. Valerius) eatenus indulgenda, dum certis finib. coerceatur licentia nimiaq; curiositas, atq; intra fucum consistat: siquidem fucata omnia ipso formæ labore fœdissima esse vere dixisse putatur Fabius. Inuehitur Clemens ὁ στρωματεὺς acriter in eos qui meretricio more vultum pingunt, cæsariemq; tingere non cessant. Lepide iocatur in anum canos tingentẽ Lucillius Epigrammatarius, dictitans fuco nunquam effici, vt ex Hecuba fiat Helena. Cæus quispiam magno natu homo, cætera futilis, ob senectã tamen venerabilis, inducto fuco canos tegere conatus, legationem, cuius causa Lacedæmona venerat, exponere cum cœpisset, Archidamus rex animaduerso dolo assurgens, *Quid*, inquit, *sani dixerit iste, qui non animo tantum, verum etiam capite mendacium circumferi?* simulque cum dicto orationem hominis explosit, ac pro indicta habuit, vti refert Ælianus lib. omnigenæ historiæ septimo. Similiter Philippus Macedo Antipatrum, quem ex amicis in iudicum ordinem cooptarat, capillos pariter & barbam fucantem, vt mendacem summouit, dictitans in crinibus infidũ, nihilo fideliorem in rebus gerendis fore. Huius filius Magnus haud vano cognomine Alexander, senem capillos inficientẽ conspicatus, *Ne Comam*, inquit, *tingas, sed si potes, genas*, vt a Plutarcho scriptum est. Ridet pulchre Lentinum quendam Martialis:

Lib. 4. belli Maced.

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.

Aristophanes quoq; traducit Lysicratem quendam exercitus du-

cem, qui pigmento quopiam crines denigrabat: ita enim ait: οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον ἕψων ἐτύχες ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται. id est: *Ne si coxeris quidem pigmentũ quo Lysicrates atratur. Propertius in Cynthia sua infectionem capillorum detestatur, quæ cæruleo colore sæ more Britanno inducebat*, his versibus,

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
Vt natura dedit, sic omnis recta figura.

Imprecatur denique mala multa puellæ,

Quæ mentita suas vertit inepta comas.

Pyrrhus tamen Epirotes coma fucata incedere solitus interdum legitur. Et Martianus Capella Indos omnes comarum fuco decorari ait: quod Solinus Polyhistor his verbis confirmat: *Indis omnibus promissa cæsaries non sine fuco cærulei* aut crocei coloris. Duris historicus refert Demetrium Phaleræum solitum rutilare, id est, ξανθίζειν, crinem capitis. Eiusmodi homines fuco cęsariem inducentes ἐγχρώζοντας appellat Synesius libello toties iam citato.

Reliquum est, vt vnguentorum & corollarum delitias percurramus. Μυροβρέχους vocant Græci, qui delibutos vnguentis capillos habent, sed vbique mollitiei & luxus argumento. C. Titius in oratione pro lege Fannia, prodigos sui temporis mores describens, ita ait: *Ludunt alea studiose, vnguentis delibuti, scortis stipati.* Cicero de L. Pisone contumeliose illud, *Erant*, inquit, *illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* Item de eodem in oratione post reditum in Senatu habita: *Primum processit qua auctoritate vir! vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo.* Idem in Gabinio consule, vnguentorum fragrantiam suggillat. Sic in oratione pro Pub. Sestio: *Consul*, inquit, *vnguẽtis delibutus, calamistrata coma*. Rursus pro Sex. Roscio capillum compositum ac delibutum, fastus & mollitiei symbolum notat. Varro in sesquiulysse, Trossulis, hoc est, equitibus Romanis obiicit, quod nardo nitidi vulgo incederent. Martialis alicubi mulierosum & mollem hominem, crine nitentem & vnguento nigrũ traducit. Idem luxu diffluentem describit ita:

Cuius olet toto pinguis coma Marcelliano.

vnguento nimirum a Marcelo quopiam pigmentario nobili concinnato. Agathii historia aulicum mancipium mollitie fractũ, delicata vnguenti latice cincinnos simul cum fronte imbuẽtem, his verbis insectatur, ἁβρυνομένους ἔχων αἰεὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους. Diogenes quendam capillos vnguento delibutos habentem hoc pacto momordit: Caue, inquiens, ne capitis fragrantia, vitæ maleolentiam adferat: innuere volens, mollitie, quæ vnguẽti vsu notetur, famam denigrari. Testatur Galenus delicatas fœminas Romæ comparato e malobathro vnguento, quod foliatum vocabant, crines imbuere consueuisse. Demum corruptis iam priscis

moribus, & in Asiaticam luxuriem commutata pristina virtute, inoleuit apud Romanos consuetudo, vt quoties liberet ingenio indulgere, delibuti comas vnguentis ac sutilibus textilibusq; sertis redimiti potarent: ad quod hortator etiam exstitit Epigrammatarius lib. octauo, vbi ait:

Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea serta caput.

Sic & Horatius oda prima:

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terra quem ferunt soluta.

Lib. 11. Sic apud Sillium non pugnat Hannibal, crinem amomo Assyrio perfundere. Horatius lib. Carminum secundo, suadet vt niteant Syrio malobathro capilli, ei q velit viuere. Archestratus in γαστρονομίᾳ opere a veteribus plurimum decantato, morem hunc exponit ita:

ἀεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα παρὰ δαῖτα πύκαζε
παντοδαποῖς, οἷς ἂν γαίας πέδον ὄλβιον ἀνθῇ,
καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε.

Quos ita conuerti in transcursu:

Inter cœnandum circundato tempora sertis
Omnigenis florum, tellus quos fundit alma,
Pigmentis certa & liquidis perfundere crines.

Anacreon quoque poeta melicus de se ita canit:

ἐμοὶ μέλει μύροισιν
καταβρέχειν ὑπήνην,
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισιν
καταστέφειν κάρηνα,

id est:

Cura est mihi perpluere pigmẽtis barbã, rosisq; vallare tẽpora.

Eodem pertinet illud Martialis:

Quum regnat rosa, quum madent capilli.

Nec abludit hinc Nasonis illud:

Habent vncta mollia serta comæ.

Refert Valerius Maximus, Ionas primos induxisse consuetudinem vnguentorum & coronarum in conuiuiis, luxus incitamenta. Nam quod Ægyptii inter pocula simul cum sertis morsicantes auiculas (ἀκανθίδας vocabant) adhiberent, quæ somnum interpellarent, degeneris petulantiæ exemplum videtur. Sed ad vnguenta redeat sermo. Tibullus de Amasia loquens:

Stillabat Tyrio (inquit) myrrhea rore coma, hoc est, myrrha imbuta: ea nanque germanior videtur esse lectio, quam vulgatis in codicibus quæ habetur, myrtea. Ita Flaccus, myrrheum nodo cohibere crinem dixit: & myrrha madidos capillos celebrat Ouidius, apud quem Sappho negat suum capillum olere Arabico rore. Martialis madidas nardo comas habet alicubi. Sidon:

donio Apollinari describitur Indus pinguis amomo crinem: sic enim legendum, non crimen. At Naso vnctos & odoratos nominat capillos, quos Homerus Ambrosios, & ex eo Virgilius de Venere, ibi:

Ambrosiaque coma diuinum vertice odorem
Spirauere. Lib. 1. Æn.

Quin & croco imbuere crines, in mores receptum legimus, quod indicat Propertius:

Te quoque lauet nostra spica Cilissa comas. Lib. 4.

Indos etiam croceo medicamine crinem tingere testatur in Pharsaliæ tertio Lucanus. Porro imbuendis crinibus comparatum vnguentum, Capillare dixit Epigrammatarius, vt a Cœlio annotatum est. Sed de his, vt parum virilibus, abunde multa: nunc ad dubii generis materiam transcendamus, quæ videlicet & natiuæ sedis priuato iure tueri se potest, & adoptiuo mancipari, legitima eadē & notha: crispaturam dico, quæ tā est ascititia, quam est naturalis, vti declarabimus.

De crispatura & contortione capillorum.

CAPVT VIII.

CRispitudo naturalis, quam velut βλαισότητα, id est, blæsitatem quandam pilorum in problematibus interpretatur Aristoteles, duplici fit ratione, vt a Galeno in secundo de temperamentis proditum est, aut vi caloris siccitatisq; aut cuticularium meatuum tortuoso anfractu, per quos capilli exeunt: id quod Onesicritum latuit, qui conatus rationem explicare, cur exigui incrementi capillos, crispos tamen habeant Æthiopes, caussam solis viciniæ acceptam ferendam autumat, cuius hi versus apud Geographum leguntur: Sect. 14.

ἃς αἰγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
οἷς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός. Lib. 15.

id est:

Prioraque Titan agens axem orbita,
Fuliginis nigrore tinxit corpora
Virorum, & ignis vi parum auctiles comas
Liquando adussit.

Nimirum ille deliquio atq; inopiæ superficiarii madoris, crinibus alimentum præbentis caussam adscribere debuerat potius: quam inopiam torridus solis feruor conciliat, exsuccam reddēdo cutem & exurendo, dissipandoq; per superficiarios poros, vapores crassos, materiam genitalium crinium: vnde fit quod in vniuersum meridionales gentes οὐλότριχας, hoc est, crispas, vt septentrionales εὐθύτριχας a plano crinium æquore nominant Adamantius &

Polemon diligentiſſimi phyſiognomonicῶn ſcriptores: quod his accidere, tum propter naturæ & temperiei, tum ab ambientis etiam aeris humiditatem: illis e diuerſo ob earundem rerum ſiccitatem, diſſerit Ariſtoteles in lib. de generatione animalium.

Lib. 5. cap. 3. Itaque criſpitudinem illic definit eſſe conuulſionem pilorum ob humoris inopiam ab aeris ambientis ardore. Huc facit Indi species a Calliſtrato deſcripta, habentis *δασεῖαν καὶ οὔλην τὴν χαίτην οὐκ ἀκράτῳ τῷ μέλανι λάμπουσαν, ἀλλ' ἐπ' ἄκρον πρὸς κόχλου πορφύρας ἄνθος ἐρίζουσαν*, id eſt, copioſum criſpumq; capillitiũ, non mero nigrore reſplendens, at ſuperficie tenus cum Tyrii muricis flore certans. Eſt & altera criſpitudo arte conciliata, videlicet ſartagine, lamina, acu, calamiſtroque candentibus, necnon & cauſticis medicamentis: quam rem qui profitebantur, Ciniflones Horatio & Senecæ appellantur, a calefaciendis in cinere calamiſtris, id eſt, acubus maioribus, ſiue verubus ad criſpandos crines comparatis, quaſi in cinerem flantes, vt annotat Acron vetus Grammaticus. Cinerarii iidem Catullo dicti ab eadẽ occaſione, quod muliebre eſſe miniſterium dicit Soſipater. Hos Iunius Columella capitum & capillorum concinnatores dixit, Tertullianus ſtructores capillaturæ, Græci *βοστρυχοπλόκους* & *κομμώτας*. Ariſtophanes ſalſe *τριχοβοστρύχας* eiuſmodi concinnatrices vocat. alii etiam *κομμώτριας* & *ἐμπλεκτρίας*. Munus vero ipſum Latini eleganter dixerunt, comam in gradus frangere (Virgilius etiam vibrare ferro crines.) quando delicati & molles homines inurendo contorquendoque ſcanſilem faciunt capillum velut gradibus quibuſdam, atque vndis quodammodo criſpantem. Sic ferme apud Epigrammatarium, epaphæreſin exponunt recentiores, cæſariem videlicet quæ tondendo in gradus quodammodo ſcanſilis ſucciditur, vt in annotatiunculis obiter illic annotauimus. At enimuero ſumma inuidia ſemper laborauit & mollitiei matula, calamiſtratura, neq; id ſine cauſa. Phocylides grauiſſimus poeta maſculis pueris non vult complicari crines verticis, aut in cincinnos cogi:

μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκαμῖδας χαίτην
μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μηδ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων

id eſt:

Cæſariem ne mas criſpos producat in orbes,
Vincula neue plicent crines contorta corymbis.

Portius Latro, ſiue is Vibius Criſpus fuit (id enim controuerſum eſſe video) in Catilinaria inuectiua acerbe ſuggillat Romanos iuuenes, qui in oculis ciuium calamiſtrati obuolitabant paſſim. Et Cicero Piſonem vt profligatæ vitæ hominem, cincinnatum ganeonem appellat. Idem in Gabinio conſule frontem calamiſtri veſtigiis notatam, capillumque compoſitum traducit: rurſus eundem calamiſtratum ſaltatorem nominat. Nonne iſta aper-

tissime prodigiosam mollitiei in calamistratura significationem loquuntur? Quid clarius illo Aristodemi Cumani Tyranni facto qui liberos optimatum calamistratos crinibusque intortis incedere praeceperat, vt ea ratione mollitiæ assuescerent, quo vitæ suæ metueret minus. Quid, quod in fœminis quoque imbecilliore sexu, cultum corporis, qui in crispandis capillis ponitur (τῶν ἐν πλοκῇ ς; κόσμων) grauiter improbat D. Petrus? Quin & assertor gẽtium Paulus, vult fœminas modestiam seruare, non intortis crinibus componere sese. Sed audiamus Q. quoque Septimium libro de fœminarum cultu istam operositatem damnantem: *Quid*, inquit, *crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? alia gestiunt in cincinnis coercere, alia vt vagi & volucres elabantur, non bona simplicitate affligitis.* Quibus verbis complexus est fere tormenta omnia, quibus annum consumunt fœminæ, dum moliuntur, dum comuntur, vt est apud Comicum. Adde huc, quod ipsi quoque Cupidini mollitiæ omnis duci atque auctori, caput inumbrant crispis cincinnis & Moschus Bucoliastes, & Callistratus. In Calamistraturæ viciniam venit & capillorum curiosa contortio, apud varias nationes olim recepta. Seneca libro de ira tertio, crinem in nodum coactum Germanis tribuit. Tacitus libello de Germanorum moribus, insigne ait fuisse Sueuorum gentis, obliquare crinem, nodoque substringere, quæ nota eos a reliquis Germanis, & ingenuorum conditionem a seruili separabat. Martialis de Sicãbris Germaniæ populis subactis idem testatur: *Crinibus*, inquiẽs, *in nodum tortis venere Sicambri*. Sylires occiduæ Britanniæ populi tortos plerique crines habuere, auctore Tacito. Marusii apud Strabonem καλλωπίζοντες κόμης ἐμπλοκῇ ϗ πώγωνι. id est: *Ornare se satagebant coma implexu & barba*: quo fiebat vt inter ambulãdum rarissime se mutuo cõtingerent, vt intactum maneret capillorum decus. Erat & apud Athenienses festum ἐμπλόκια dictum, quo plexis crinibus incedebant fœminæ, Hesychio teste. Quin & Deorum quosdam capillorum intortionibus crispulos, gẽtilium erroribus adnumerat Arnobius vetus auctor. Iulius Pollux duo plectendorum crinium genera facit, τρόπιν & ὑπόπλεγμα, qui locus sine dubio vlcerosus est, quem quia ab aliis quoque citatum inuenio absque remedio, primus integritati suę restituere conabor. Constanter itaque legendum censeo σπεῖραν, priore loco, vt posteriore, ὑπόπλεγμα. In illo procliuis fuit lapsus ob affinitatem literarum τ & σ: nec minor in hoc, in ει & ο. Quid vero commune est crinium plexui cum carina nauis, quæ τρόπις Græce dicitur? At quanto rectius implexi crines assimilabuntur vel intorto funi, vel serpentium voluminibus, quam vtranque significationem spiræ vocabulum tam apud Latinos, quam apud Grecos complectitur, id quod notius est, magisque obuium, quam vt indubitatæ rei do-

1. Timoth. 2.

Lib. 17.

cumenta ex auctoribus huc aduocanda sint. Quapropter ἀντίρρησ. siue spiram, illam plexus formam innui existimo, qua lubricis tractibus inerrant capillorum volutæ, in morem anguium caudas nodantium (quod in veteribus marmoreis signis et nũ videre est, eorumque æmulis picturis) qua in fastigiandis crinibus fere vet consueuerant fœminæ. Atque ea quidem est mea, in re parui licet mométi, sententia, cui subscripturos non dubito qui pressius verba ponderabunt: atque ab ea quidem voce alterum quoq; plexus genus descendere, vt priori non absimile, puto. Huiusmodi spiras Naumachius σπείρας, hoc est, catenas appellat, eo versu:

μηδὲ κόμης σπείρασι πολυχιδέας πλέκε σειράς.

Neue coma intortas temeraria necte catenas.

Atenim complicare crines satis non fuit, vsque adeo vt auro argentoque nodatos insuper commemoret Homerus. Sic aureis cicadis eos innexuerunt Athenienses, quod antea dictum nobis est. Et Sophron nobilis mimorum scriptor κορώνας ἀναδουμένους dixit eos, qui cincinni in modum cornuum arcus fastigiarentur, aut certe quorum capilli aureis argenteisue cornicibus religati forent (nam vtrunque notat vox κορώνη) cuiusmodi comas cicadis cornicibusque nodatas, Martianus Capella bracteatas videtur dixisse: nisi de scobe auri intelligamus istud potius, quam crinibus suis aspersere nonnulli, quod de L. Vero & Gallieno Imp. retulit præter alios Trebellius Pollio. Caligula omnibus turpitudinis notis infamis eo vesaniæ prouectus fuisse proditur a Suida, vt muliebri non contentus habitu incederet, capillitium quoque in cincinnos contorqueret, τὴν κόμην πλοκάμοις καὶ πλοκαμῖσι σπειρίλλων, καὶ γυναικιζόμενος. Redeo postliminio ad crispitudinem natiuam, in qua memorabile est quod idem auctor refert, exactissimos quosque & classicos scriptores crispum quidem, sed tamen ratum capillitium Christi redemtoris effigiei, peculiari ratione adpingendum censuisse. Vlyssem quoque illum sapientem οὐλοκάρηνον, id est, crispo capite describit Homerus. Apud Epigrammatarios extat prouerbiali schemate dictum illud οὐλότερον σελίνου, apio magis crispum. quo spectat illud apud Aristotelem in Rhetorices tertio, σέλινα οὖλα τὰ σκέλη φορεῖ, apium crispa habet crura. Et Lucianus in Amoribus, πολὺ τοῦ ἐν λειμῶνι οὐλότερον σελίνου, *multo crispiores pratensi apio.* Porro talem hominem τρίχουλον vocat Archilochus: quem immutata vocum textura οὐλότριχον Herodotus: οὐλοκόμον Alexis & Pherecrates Comici: οὐλοκάρηνον ceteri: Telesilla poetria οὐλοκίκιννον: cuiusmodi hominem φρυμοῦ λαοκομῶν, refugum habere capillum dicius extulit Sophocles. Crispos autem capillos contortosque ἀντιστροφίδας dici auctor est Eustathius. Æthiopum crines refugos eleganter dixit Lucanus, quomodo & Theodorici Gothorum regis cæsariem in verticem refugam crispari scribit Sidonius. Pari ratione & renodem capillum videtur crispum

Suidas in dictione χινῶ.

crispum dixisse Iulius Capitolinus, & Plinius Iunior vibratum capillitium. Lubet auctarii vice & illud adiicere, quod priscorum nonnulli in inculta coma gratiam videantur quæsiuisse. Tragicus Seneca Hippolytum Apollini comparãs, in hoc laudat cæsariem nesciam colligi, in illo nulla lege iacentem & incompositam Diomedes crispo, sed squallido capillo, συναυχμῷ, in Heroicis a Philostrato describitur. Ibidẽ Marcus Byzantius Sophista γενειάδος καὶ κόμης αὐχμηρῶς ἔχει, incomtam & squallentem barbæ pariter & comæ syluam gerens: ac præter hunc alii nonnulli Sophistæ. Ac Martialis in Amasia fusas per colla comas, tortis præfert.

De capillitii coloribus.

CAP. IX.

Capillorum ornatus colorum varietate distinguitur, vel natiua secundum gentes & familias, ac pro humoris in corpore exuberantis qualitate, vel acquisititia, artis ope aut per medicamenta, quæ quomodo comparari possit, nõ est instituti huius exponere: si quem hæc cura tangat, is adeat Galenum, Aetium, Æginetam, Trallianum Alexandrum, scholæque Arabicæ primores medicos, pluraque offendet, quam quæ æquis oculis deuorare queat. Flauiæ genti nomen creauit flaua cæsaries, vt Ænobarbos barba æris instar fulua nobilitauit. Tacitus Germanis rutilas comas attribuit: eaq; de caussa in Agricolę vita, Calidonios Britanię populos, qui inter Scotos censentur, rutilas habere comas idẽ auctor est, Germanicæ videlicet originis testimonium. Vnde Lucanus poeta de Cleopatræ pedissequis loquens: *Lib. 10. Pharſ.*

Tam flauos, inquit, gerit altera crineis,
Vt nullos Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilos vidisse comas.

Et Iuuenalis: *Satyra. 13.*

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?

Eodem sensu ruffum crinem dat Germanis Seneca. Iam & Sicambros subactos flauam sparsisse cæsariem Claudianus ait. Vsipios similiter Germaniæ populos flauos nominat Martialis: nec aliorsum auricomos Batauos dixit Sillius. Britannos flauos appellat Lucanus, cæruleos Martialis: illud ad capillorum colorem, hoc ad infectionem cutis, quæ glasto fiebat, pertinet. Mametrinus Francos in Britannia a Maximino fusos prolixo crine rutilasse ait. Getas quoque flauos vocat Claudianus: similiter flauos Arimaspos Callimachus. Itidem ξανθοκόμας, id est, *flauicomos* Danaos Pindarus. Agathyrsos cæruleo capillo notabiles facit Plinius. Crathis Italiæ fluuius flauos conciliare crines putatur eius vnda ablutis: q confirmant Strabo, Sotion, Hesigonus historicus, & tragicus Euripides, vbi ait:

αὖ ὑγραίνει καλλίστοισιν ὁ ξανθαῖς χαίτας πυρσαίνων κράθις. hoc est, *quam rigat pulcre qui flauos rutilare facit crines Crathis*: est enim ea emendatior lectio, quam quæ in impressis legitur codicibus, hunc in modum, αὖ ὑδραίνει καλλίστοισιν ὁ ξανθαῖς χαίτας πυρσαίνων κρᾶθις. illam agnoscit Eustathius. Idem de hoc amne testatur Ouidius, & de Sybari fluuio similiter. Cineris vnguem rutilum producere crinem, dicit in Originibus Cato: Mulieres, inquit, nostræ capillis cinere vngitabant, vt rutilus esset crinis. Menelao flauũ capillum ab Homero attribui putant, propterea quod is color mori Spartanæ gentis in comæ studio operosioris, peculiaris assignetur, veniamque mereri in eo qui patrium ritum obseruarit, vt in Heroicis scribit Philostratus: alioqui adolescenti magis consentaneum studium, quam ea ætate rerumque gestarum gloria dignum: quapropter non abs re μειρακιωδῶς κομᾶν, id est, adoscẽtuli more comatum esse ait. Propterea quem Homerus ξανθὸν appellat, eundem composita voce περίξανθον dixit Tatianus Assyrius. Meleagrum quoque & Achillem flauos nuncupat Homerus, quem postremum flauis crinibus prehendit Minerua, ξανθῆς κόμης ἑλεπταλείωνα, quo loco inter Grammaticos nonnulli ξανθὴν κόμην floridum luxuriansq; capillitium exponunt, ἀπὸ τοῦ ἐξανθεῖν quod læto prouentu exuberet. Alii παρὰ τὸ ξαίνειν deriuantes, comi pectique dignam reddunt, ego vero rutilam: antiqui enim in capillis rutilam illam flauedinem commendarunt: vnde delectabilis illa vocum varietas, vt ξανθὴ κόμη, & πυρρὴ, & αἴθη ab igneo quodam fulgore, & ἡλιώδης siue ἡλιῶσα, quasi solis instar micans, pro eodem positæ legantur, vt ex Eustathio obseruare licet. Sic Philostratus, ξανθὴν κόμην οἶδε γραφικὴ καὶ πυῤῥὴν, καὶ ἡλιῶσαν, id est, flauam comam agnoscit pictura, & rutilam, & solarem: cuius postremæ vocis amantior esse idem auctor videtur, toties eam inculcando, quum Oeneo Ætolo Meleagri parenti ἡλιῶσαν κόμην tribuit, & Memnonem Auroræ maritum κομᾶν ἐν ἡλιώσῃ κόμῃ, id est, *comam solare iubar mentientem* habere prodidit. Tales crines etiam κηροχρῶτες a ceræ colore dicentur ex Chæremone, κόμην δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος. Commodo Imp. statua coma velut auri scobe resparsa, diuinitatis opinionem attulit, dictitantibus Romanis, cœleste quoddam iubar caput eius circumdare, vt scribit oculatus testis Herodianus. Aurea coma Bacchum χρυσοκόμαν decorauit: item Narcissum illum formosum Apollinis delitias, testante Philostrato. Critiam ex triginta tyrannis vnum πυῤῥότριχα, ab igneo capillitii colore, dixit Solon in Elegiis. Sylla quoque faustus cognomento comam habuisse auream, ignique concolorem proditur. Sic Comætho formosissima virgo Melanippi amore nobilis, ab aurea coma ignis in modum micante apud Pausaniam nomen habet (id enim est τῷ κόμῃ αἴθειν). Circen similiter aureos habentem crines describit Orpheus:

Lib. 15. Metamorph.

Eustat. Iliad. b.

ἀλλὰ

λοὶ κομόωσι ἐν ἴθειραι
πυρσαῖς ἀκτῖνεσσ' ἐναλίγκιον ἠελίοιο.
At radiis similes solaribus vndique crines
Se fundunt humeros circum.

Cyclops apud Philoxenum Cytherium miratur & laudat χρυσοβόστρυχον, hoc est, aureis cincinnis exornatam Galateam. Celebrat auream Berenices comam inter astra relatam Catullus: nam Pterelai & Nisi aureas comas fatales supra memorauimus. Apollo quoque audit χρυσοκόμης apud Cornutum. Fingitur & Cupido χρυσοκομᾶν, vt tota Philostrato. Iris quoque apud poetam χρυσοκόμῳ ζεφύρῳ μιχθεῖσα legitur, vbi Fauonius aureis crinibus donatur. Herodotus fabularum pater Phœnici aui χρυσόκομον πτερὸν, id est, *auricomam alas* addit. Plutarchus in ἐρωτικῷ memorat vim miram vnguinis cuiusdam, quo χρυσοειδῆ καὶ πυῤῥὰν, id est, auream flauamque comam redderent Romanæ matronæ, in inflanda cutis mole. Illud vero tacendum hic non est, quod flaua coma meritoria fuerit olim habita: vnde augusta illa meretrix Messalina apud Iuuenalem saty. 6. fornicem adit:

Nigrum flauo crinem abscondente galero.

Et Virgil. subindicans parum pudicam Didonem,

Nondum, inquit, illi flauum Proserpina crinem
Abstulerat.

Huc spectat morsus Electræ in Clytemnestram matrem apud Euripidem:

ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης.

id est:

Flauos speculi iudicio cincinnos componebas.

Quin & Flaccus nobile scortum Pyrrham interrogat, Cui flauam religet comam? Amor, inquit Euripides, φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθισμάτα, *amat speculum & crinium ruffationem.* Quid, quod apud Ægyptios despicatui fuerit coma flaua, legeque cautum ne quis talem nutriret, eo quod Typhonis eiuscemodi fuisse diceretur? quemadmodum Agrigentini cæruleum colorem ciuibus interdixerunt olim, quod eo Phalaridis satellites vsi fuissent. Comici flauum colorem seruis tribuerunt, non in corporis solius, sed pilorum etiam colorem ludentes: hinc πυῤῥίας, qui & ξανθίας, Comicis seruilia nomina fluxere. Ac fortasse Terentius non Birriam, vt passim legitur, sed Pyrrhiam scripserat in Andria, vt Ennius Purrũ pro Pyrrho teste Cicerone. Certe mirum est adeo q; qui nomenclaturas personarum fabulæ ad etymi rationem vocãt, de huius nominis ratione scriptum nihil reliquere, in exquirendis aliis oculati nimis & curiosi, quum tamen facile perspici potuerit in lubrico positum errorem, vocemq; alioqui nihil significantem, ad Græcum fontem esse referendam simul cum reliquis

Lib. 5. de generatione animalium. Lib. 8.

nomnibus, neq; ita neglectim silentio prætereundam. Porro flauedinem esse quandam capillorum imbecillitatem, prodidit Aristoteles: qua occasione celerius canescere flauum quam nigrum crinem dicit. At nigrum capillum matronis tributum lego: vnde Martialis illud,

Sit moro coma nigrior caduco.

Apuleius in Photide amica commẽdat crines coruina nigredine, Salomon regum sapientissimus, in sponso lectissimæ formæ laudat nigram corui instar comam. Horatius talem quoque commendat, vbi ait:

Et Lycum nigris oculis nigroque
Crine decorum.

Meridionales populi μελανότριχες, id est, capillis nigris, vt Arctoi λευκότριχες, albis describuntur a Polemone, eiusque metaphraste Adamantio.

De Canitie.

CAPVT X.

Est & de Canitie (quam etiam Canitiam, nec irrationabiliter nec abhorride dici vult Sosipater) nobis dicendum hoc loco nonnihil, ne quid, quod ad crinium materiam faciat, omittamus intactum. Est autem canities capillitii morbus, Aristotele teste, ætatis vitio accidens, quam imbecillitas & defectus natiui caloris conciliat: definiturque ab eodem velut situs quidam & rancida putredo alimenti pilorum non concocti, ac proinde in putredinem abeuntis. Vnde manauit illud ex Comicorum schola, αἱ πολιαὶ γήρως εὐρὼς καὶ πάχνη, id est, Cani, senectutis sunt situs ac pruina. Idem auctor caussam cur sit candida, hanc adfert, quoniam & situs cariosorum plerunq; albeat, pruinę quam proxime respondens. Eam propterea nõ inuenuste spumam nominat Q. Calaber, a squallida nimirum albedine, vbi sic inquit:

Lib. 5. de gener. animal. Ibidem, & problem. sect. decima.

ἀφρῷ δ' ἀδὴν λεύκαινε κάρη, λασιόν τε γένειον.

hoc est:

Albebant nimia spuma caput hirtaq; barba.

Haud absimili ratione niuem capitis eam appellat Aurelius Prudẽtius: Plumam Flaccus, ab imitatione candoris cygnearum plumarum, vbi Ligurinum formæ venustate superbientem, modestię admonet his verbis:

Insperata tua quum veniet pluma superbia

Naso quoq; apud Getas exsulans in extremo senio, queritur iam sua tempora imitari cygneas plumas. Tale est Aristophanis illud in Vespis:

τρίχες ἐπανθοῦσι κύκνου πολιώτεραι.
Olore canior coma sylua emicat.

Hinc πολιόχρως κύκνος epithero canicolor cygnus apud Euripidem. Hippothos poeta Græcus canos nominat senii flores, cuius iste versus apud Stobæum legitur:

παιδεγλόσσοι πολιοί, τῦ γήρως αὔθια θνατοῖς.

Nonnus Panopolitanus λεύκαδα χαίτην eos vocat: Agathius scholasticus, amoris Nemesin: τὴν πολιὴν, inquit, καλῶν νέμεσιν πόθου. Cum vero canities efficiatur putredine quadam (cui rei argumento est, quod pili operti tegmine quopiam seu pileo, celerius canescant ob prohibitam videlicet transpirationem) eorum ratio infringitur & labefactatur, qui ariditati referunt acceptam canitiei occasionem quam pluribus verbis oppugnat Aristoteles: quanquam idem libro de coloribus, infirmitatem paucitatemq; alimenti pro caussa adscribat, facili momento in Caluitii viciniam descensurus, si quis oculatius Argum aut Aristarchum velit agere. Canities homini tantum & equis accidit, si Stagiritæ & Plinio credimus. Eius initium homini ferme a temporibus incipit. Theocritus: *Lib 5. de generat. animal. cap. 5.* *Lib 3. de histor. animal.*

> ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι.
>
> *A temporibus incipimus senescere omnes.*

Qua de caussa πολιοκροτάφους epitheto appellasse homines Homerus, ab Aphrodisæo Macrobioque adnotatur nimirum humectioribus locis illis & pituitæ copia redundantibus. A primo ortu canos exstitisse nonnullos lectum est non semel: veluti Tarchonta, qui a Tyrrheno oppidis duodecim in Hetruria conditis præfectus fuit quod innatæ illius a puero prudentiæ tributum a poetis verisimile est. Ita Cygno Neptuni filio canities primis annis nata, nomen dedisse putatur. Tarquinium Priscum prudentissimum regem ab ineunte pueritia canum fuisse memorat Strabo. Numam quoq; Pompilium a prima ætate canũ fuisse asserit Seruius Honoratus, qua fide nescio: quanquam Virgilius illi incanũ mentum crinesq; tribuat iam tum seni. Quin & ab ipso natali canescere Albanos Scythiæ populos, qui se posteros Iasonis credi voluerunt, refert Polyhistor Solinus, in hæc verba: *Albo crine nascuntur, canitiem habent auspicium capillorum, sic comæ color gentis nomen indidisse videtur.* Scribit & Ctesias in Indiæ quadam gente fœminas semel tantum parere, eoque conceptu genitos confestim canescere. Refert item Hesiodus, Græas Phorci filias mox a partu canas fuisse, quas e sorore Ceto susceperat. Neque temere in Atheniensi gymnasio Socratem candente coma positum legimus, vt testatur Sidonius Apollinaris, nempe prudentiæ argumẽto, quod longa ætas, qualis est senum, rerum peritiam maturet, promoueat, perficiat denique. Quo spectat Ægyptii hominis pictum apud Platonem in Timæo, exprobrantis illi, nullum esse inter Græcos semper pueros senem, nullam doctrinam canam: ita enim habet, ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ ἕλλην οὐδ᾽ εἷς, οὐδ᾽ ἐστι παρ᾽ ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα. Nazianzenus in Euandro Monacho, πολιῆς λευκοτέρας πραπίδας, mentẽ canitie ipsa candidiorẽ commendat, prudentiæ argumento. Ab eodem describitur pater ipsius *Lib. 6. Æn.* *Cap 25. rerũ memorabilium.*

Nazianzeni sacrificus, πολιός τε νόον πολιός τε κάρηνον, mente pariter & capite canus. vbi turpissime omnium impegit Aldus Manutius perperam ita vertens, *Canitatisque mens, canitatisque caput*. Ouidius magnam fuisse quondam reuerentiam cani capitis, propter multarum rerum perspicientiam, & multiplicis prudentiæ opinionem, vere ait: quando & Deus ipse coram cano capite consurgendum præcipit, quo refertur & Salomonis illud elogium:

Leuit. 19.

Prouerb. 20. *Vt iuuenum gloria in robore posita est, ita senum dignitas in canitie.* Eleganter canitiei dignitatem extollit his verbis Heraclides: πολιὰ δὲ καὶ γῆρας ἱερὸς τῶν πολυτελῶν χρόνων λιμὴν ἀσφαλὴς ἀνθρώποις ὅρμισμα, καὶ ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦτον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥώμη. id est. *Canities atque senium, sacri quidam portus sunt extremæ ætatis, secura hominibus statio, quantumque corporis tum decrescunt vires, tantum animi vigor augescit.* Neque absurdum

Malach 6. fuit, quod despectui habita canities Eleazari viri magno natu generosum pectus ita perstrinxit, vt lubenter e vita excedere optaret. Cano seni in theatro vniuersi assurrexere Spartani, quem reliqui Græci exploserant. Apud Gentiles castitatis dea habita Vesta, cana Virgilio dicitur. Et Fides, cuius sanctissimum numen, cana eidem nominatur. Eadem dignitate Veritas cana apud Varronem audit. Naturę longæuæ rerum parenti canitiem dat Claudianus. Æternitatem eadem insignit Nonnus, sic inquiens:

ἕως δολιχὸν γένειον
ἀμφιλαφὴς πολιῇσι κόμην λευκαίνεται αἰών.
Dum suffultum alta canus albescere barba
Æuum perget.

Sic Diphilus Comicus tempus appellat πολιὸν τεχνίτην, canum opificem. Apud Romanos vetusto more nubentes canis senum ornabantur, vt & Vestales virgines, castitatis vitæque integritatis exemplo, vt e Sex. Pompeio liquet. Thebę Bœotiæ habebant πολιὸν canum Apollinem teste Pausania in Bœoticis. Apud Cimbros sacerdotes & vates canæ, πολιότριχες, castra sequebantur, magno in honore habitæ, quæ de præliorum euentu vaticinia ædere solebant, vt Strabo est auctor. Ver iucundum, Græcis poetis canum epitheto dicitur, ab amœno florum aspectu, sua albedine pratorum virorem interstinguentium. Phorco Ponti filio lucidam canitiem, quæ maiestatem adderet, tribuit Claudianus: & Glauco marino Philostratus his verbis, γλαυκὴ πολιὰ ἔχοι γένειον ὑγρὸν, λευκοὶ δὲ ἰδεῖν, καθάπερ κεχυμένοι. Romæ etiam nobilem Canorum familiam fuisse legimus, cuius meminit Spartianus. Caninis similiter (quos hodie Grisones nominant) adultiori & præstantiori inter Heluetios gëti, canities nomen creauit. Memorabile est Laconis dictum, qui ętate prouectior interroganti cuidam cur promissam aleret barbam canam: respondit, vt canos intuens nihil cömittam illis indignum. Neq; vero derogat quicquam canitiei

auctori-

auctoritati, dictum Varronis in Aboriginibus, quando negat canitudini (eo nanque verbo vtitur) semper comitem esse virtutem, quum nihil sit in rerum natura vndequaq; absolutum & beatum: interim tamen plerunque coniunctam illi esse virtutem non inficiatur. Neque item Menandri Comici dictum eleuabit canitiei dignitatem, dicentis eam non adferre prudentiam, quum interdum etiam in iuuenibus cani succrescant, nihilo propterea prudentioribus. Ita enim ait:

οὐ γὰρ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν.

Canus capillus non parit prudentiam.

quod & Pindarus in Olympicis confitetur his versibus: *φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον*, id est, *Nascuntur & in iunioribus frequenter cani prater iustum atatis tempus.* Id quod & Ergino Clymeni filio vsuuenisse dicit, qui virentibus etiamnum annis ante tempus canus, quum in funerale certamen ab Hypsipyle in exsequiis mariti Thoantis propositum descendisset, cum Boreadibus certaturus, a Lemniis mulierculis risu fuit exceptus: vnde & in prouerbium abierunt, *Ergini cani*, de intempestiua canitie. Solet enim odiosa plerunque esse canities, imo vocabulum quoque ipsum laborat hoc nomine. Absinthium herbam amarissimam, canum dixit Ouidius, ab inamœna quam præ se fert, & cineritia albedine. Lupi non sunt modo, sed & a poetis cani dicuntur ob ingratum aspectum, vt qui non raucedinem solum concilient visi, sed vocem quoque ipsam expectorent. Mare etiam canum iidem nominant, ob albescentis spumæ squallorem. Decembrem mẽsem canum appellat Martialis propter inamœnum niuis omnia operientis spectaculum. Ferrum quod attritu candescit ad cædes & latrocinia infame, canum epitheto appellat Homerus, *πολιὸν σίδηρον* Comici Græci non sine dicterii morsu canos appellant *ἀλφιτόχρωτας*, veluti polline albicantes. Horatius obiicit Lycæ meretriculæ iam emeritæ, capitis niues, canitiem ita nominans per calumniam. Sic Domitianus conspicatus quendam albicante pariter & flauente capillo varium, niuem mulso peruulsam gestare dixit, vt a Sexto Aurelio Victore literis proditum est: cuiusmodi hominem *μιξότριχα* Babrius fabulator (ita enim passim eum citat Suidas: siue mauis Gabrias, quod nomen in exemplaribus excusis legitur) appellat, non dissimili specie ab Api boue, cuius cauda duplici pilo variabatur, testante in Thalia Herodoto. Sed vt illud intra iocos stetit, ita ad immanitatem tetendit Antonini Commodi factum, quem scribit Lampridius sturnum adhibuisse iis, qui albescentes capillos inter nigros haberent, & eos capite suggillatos suppuratosque dimisisse. Anacreon Lyricus iuuentæ florem sibi effluxisse grauiter conqueritur, canosque successisse.

πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη

κρόταφοι, κάρη δὲ λευκὸν,
χαρίεσσα δ' οὐκ ἔτ' ἥβη
πάρα. hoc est. *Canescunt iam nobis tempora, albet caput, fugit amabilis iuuenta.* Illud vero minime silentio pertransiri debet, nulla re citius promoueri canitiem, quam curis, mœrore, & metu. Noui qui e naufragio præter spem salui enatauerant, repente canos euasisse. Commemorant alii nonnullos qui in prçruptas rupes aucupii gratia, θήρας μεθέποντες γλυκερὸν πόνον, vt verbis vtar Nazianzeni, funis ope peruaserant, soluto eo aut delapso, desperabundos prçproperam canitiem accersiuisse. Memoratu non indigna est hoc in loco historia, narrata mihi olim a Francisco Dilpho, non gentilitiis magis imaginibus, quam singulari eruditione clarissimo equite, Cæsareæ Maiest. apud Sereniss. Angliæ regem tum temporis Oratore: ea sic habet. Hispanus nomine Didacus siue Diegus Osorius nobilissima familia ortus, aulicæ puellæ amore captus, communicato prius cum ea consilio, in patula arbore & frondosa absconderat se (ea crescebat in Hispaniis intra regii horti septa) Interim fortuito catelli melitæi latratu prodita colloquii fides, satellitum manui illum obiecit: comprehensus carceriq; inclusus, quod capitale fuerat illic deprehendi, dictata vltima sententia ita inhorruit totus, vt nox vnica iuuenem eundem & senem incanum viderit. Quo spectaculo motus carcerarius, delato ad Ferandum Regem catholicum prodigiosæ rei indicio effecit vt capitalis legis rigore in benignitatem conuerso, Rex illum absoluerit, dictitans pœnarum satis dedisse, qui præmaturam senectutem cum iuuentæ flore commutasset. Cui rei attestatur & Petri Messiæ Hispalensis auctoritas, euentum hunc imaginationi ascribens. Alioqui & amoris flagrans desiderium, Theocrito citam canitiem vel vno die accelerat, quum inquit:

Syluæ lectionum lib. 2. cap. 7.

οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.

Eiusmodi hominē πρεσπόλιον dici testatur Ælius Dionysius. quod ante tempus canos producat, eundemque & ἀνεγέλειον quanquam ego ἀωρέλειον intellexerim potius eum, qui præpropere caluescat seu læuis fiat, si a tanti auctoris sententia dissilire par est, qui ab Horatio præcanus vocatur. At canum simpliciter πολιὸν appellant illi, & λευκοκόμην, quasi albicipitem, & [illegible] insuper teste Suida in collectaneis. at cui rari capillitio interspersi sunt cani, σποραιοπόλιον talem vocari legimus De spartopolio lege Pollucem & Hermolaum. Annotat præterea Eustathius φαλὸς (quo vocabulo proprie flos significatur) canum capillum notare: vnde φαλακρὸς dicatur caluus, sed non nisi præ senio, vt equidem reor: quem & λευκόθριξ dixit Sophocles. Illud vero inter naturæ miracula scribendum quod refert Aristoteles, Grues senescentes magis nigrescere, contra quam cetera animantia.

De

De Caluitio.

CAPVT XI.

A Canitie ad Caluitium, non velut in diuerticulum, sed in cognatam viciniam (quippe senio magna ex parte peculiaris est vtraque) commigremus. Comam id propemodum capiti esse volunt, quod plantis germinibusque sunt folia, a rerum natura producta ad fructuum conseruationem, quorum fotu pariter & refrigerio, aeris iniuria tum auerteretur, tum retunderetur: quo fiat, vt auulsis frondibus arbores & plantæ indecoro vulnere, ac depelli nuditate affectæ mœreant quodammodo, morsumque sentiant, vt in Symposiacis disserit Plutarchus: qua occasione Empedocles præceperit illud, τῆς δάφνης φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι, a lauri foliis abstinendas omnino manus esse admonens: nec iniuria, quippe quum natura ipsa loca glabra, nulla herbida lanugine vestita, velut effœtæ sui probrum damnet atque despecta habeat: quo respectu Iunius Columella castanera caluescere e pluribus soli humorumque vitiis, dum nudatæ frondibus arbores visuntur, dixit. Huc spectat, quod Aristotel. id esse ait in homine caluescere, quod in auibus depennescere, πτερορρυεῖν: in foliis arborum, defrondescere, φυλλορροεῖν. Proinde nil mirum, si caluitium, quo caput fere depilatur, nimirum exstincto humore pilorum alumno (vti a Galeno scriptum est) apud omnes ætates opprobrii loco habitum fuerit semper. Quod confirmat Nasonis illud. Lib. 4. ca. 33. Lib. 5 de gener. animal. Lib. 14. Therap.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Qua ratione hirsutiem quoque suam excusat Polyphemus Ouidianus apud nympham Galateam. Helisæus propheta caluus a puerorum caterua sannis exceptus ludibrioque fuit habitus, quanquam nō inultus, quippe quos diris deuotos, proteruiæ pœnas vrsis dedisse constat. Caluitii deformitatem iniquissime tulisse Iulius Cæsar memoratur, eaque de caussa deficientem capillum a vertice reuocare cōsueuisse, teste Suetonio Tranquillo: cui attestatur & Dion, laurea semper vsum, posteaquam rerum potitus est, prædicans, διὸτι αὐχφαλαντίας ἦν. Domitianum Cæs. caluitio ita fuisse offensum a Suetonio scriptis proditum est, vt pro sua ipsius contumelia duceret, si cui alii obiicerentur: quanquam in libello quodam de Capillorum cura, ab eo conscripto, hoc ipsum dissimulare studuerit, patienter ferre se comam in adolescentia senescentem, scribens. Quo spectat quod Iuuenalis satyrice eum appellat Caluum Neronem. Thersiti portentorum omnium prodigiosissimo ψεδνὴ ἐπενήνοθε λάχνη vt loquitur Homerus per capillitii nudam raritatem, caluitium designans Aristophanes nasutorum omnium facile princeps, suum ipsius caluitium nō dissimulanter in suis scriptis, ac præsertim in Pace Comœdia inuulgat, Libr. Metamorph. 13. 4. Regum. 2.

Agathoclem Siciliæ tyrannum turpi caluitio deformem prodidit Græcus auctor Ælianus, quem cum puderet defluentis capilli, myrteam corollam, τῆς ψιλώσεως περίβλημα, idest, *glabritiæ velamen*, quo nuditas tegeretur, adornauit: cuius rei conscii licet Syracusani, tamẽ ne mutire quidem sunt ausi. Acerbe Iuliam filiam suggillauit Augustus, qui aliquando improuisus quum oppressisset Cosmetrias siue concinnatrices, præmaturam canorum segetem vellentes, percunctatus illam fuisse dicitur, mallet ne cana esse an calua post paucos annos: respondentique canitiem se præoptare regessit ille mendacii notam isto dicterio, Quid ergo istæ tam cito caluam te reddunt? vt a Macrobio traditum est. Vespasianus lepide caluitium arguta ostenti cuiusdam elusione non dissimulauit: nam viso Comete, qui mortem ipsius portendere credebatur, non sibi, sed Parthorum regi minitari dixit, illum nanque comatum esse, se vero caluum: ita enim Dion, ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. Modeste tulit caluitii sui opprobrium Tiberius Cæsar a Seiano prætore ludibrio habitus, quando in Floralibus per caluos omnia peragi curauit ille, qui postea ab ipsius nomine Seiani nuncupati fuerunt: ac rursus e theatro descendentibus faces præferri per quinquies mille rasos pueros, qui caluitium glabris capitibus mentiebantur, curauit, vti literarum monumentis consignauit Dion Cocceius historiæ Romanæ 57. libro. Apud Petronium Arbitrum Eumolpus ita deplorat caluitii deformitatem:

Lib. 2. satur. cap. 5.

Quod solum formæ decus est, cecidere capilli,
Vernantesque comas tristis abegit hyems.
Nunc vmbra nudata sua iam tempora mœrent,
Areaque attritis ridet adusta pilis.

Attamen Socratem recalua fronte depingit D. Hieronymus, sapientiæ argumento, ab oraculo illi tributæ: quo nomine assimilari ipsum Sileno caluo existimat Synesius. Æsculapium caluum ostendunt Ægyptii eandem ob caussam. Vlyssem item caluum nominat Synesius. Isocratem quoque oratorum omnium facile sanctissimum, caluum fuisse cõstat, in quo viro caluitii nota, prudentiæ testimonium dedit, quum dicerent deeo faceti homines, nosse se virum caluum, atque ita, vt eluceret atque spectaretur e caluitio viri cerebrum. Apuleius in Floridorum libris relicinam frontem, id est, capillitio nudatam probat in Alexandro. Temporis deus, quem καιρὸν illi, nos vt deam, Occasionem nominamus, recaluaster occipitio a coma libero capillis in supercilia diffluentibus, antiquitus pingebatur, vt refert Callistratus, talemque primus finxit Lysippus Sicyonius plastes. Refert Herodotus Scythicam quandam gentem a natali in perpetuum caluescere. Cenestellis gentilitii nominis originem dedit caluities natiua, vt Ale-

Lib. 4.

xander

xander Neapolitanus annotat. Myconii quoq; pilis carentes nascuntur, quod pręter Strabonem & Plinium testatur Lucillius vetus satyrographus, ita inquiens: *Lib.1.*

Myconi calua omnis iuuentus.

ita vt Strabonis testimonio calui quicunque Myconii appellari prouerbiali dicterio consueuerint, ἀπὸ τοῦ τὸ πλῆθος τοῦ ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ. Præter hominem (cui vni tantum animalium accidere caluitium, præterquam innatum, asserit Plinius) struthiocameli quoque naturaliter caluent, eodem auctore: item corui aquatici, quos a caluitii nota φαλακροκόρακας Græci nuncupant. Galba Imp. ita fuisse glaber traditur, vt Fabius Fabulus caput eius præcisum, vestis sinu exceptum portare coactus fuerit, quum ob pilorum raritatem difficilime prehendi posset, vti Plutarchus testatur. Colebatur apud Romanos olim Veneris cognomento Caluæ simulacrum, teste Lactantio, Cypriano lib. de idolorum vanitate, & Iulio Capitolino. Nominis occasionem dedit parata fœminarum promtitudo, ad catapultas tendendas capillos offerentium, obsesso iam tum a Gallis Capitolio. Fuit & Romanus orator insignis nomine Caluus, quem Latinum Demosthenem dixit Plinius, cuius & Fabius meminit. Carolus Ludouici Pii Imp. filius cognomento Caluus fuit dictus a Caluitio, in cuius laudem Hugbaldus Monachus, vir, vt tum ferebant tempora, haud indoctus, Eclogam conscripsit non illaboriosam, cunctis vocibus initialem literam c præferentibus, cuius tale est initium:

Carmina clarisonæ caluis cantate camœnæ
Conatus cecinit, celebrentur carmina calui.

Caluitii patrocinium suscepit caluus & ipse Synesius. Porro paucissimos habuisse caluos Ægyptus prædicatur, quod soliti fuerint ad viuam vsque cutem radi, quo compactius spissiusque redderetur craniũ, vt in Thalia auctor est Herodotus, & ex eo Eustathius commentariis in Dionysium Periegeten: quanquam isthic perperam legatur ξηρᾶσθαι, quod verbum ad insolationem, & intorrido sole cutis densationem pertinet, quum ex Herodoto ξηρεῖαι legi debeat. A Caluitio plures fluxerunt parœmiæ: nam φαλακρὸν τίλλειν, id est, Caluum vellere dicitur, qui in cassum laborat, vt annotat Suidas. Et φαλακρότερος εὐδίας, magis caluus quam ipsa tranquillitas: quod inde natum est, quod tempestate crispentur omnia & horreant, contra serenitate nuda & quodammodo calua iaceant. Item illud, Quo depili nudior, quod e Niciæ Epigrammatarii dicto torqueri potest, quod tale est, αἰὲν ἄγαν χάρις... vt ali dixeris. Quum totus euasit: exstatque in comatum prius, mox caluum redditum e multo pigmentorum vsu ad tingendos crines comparatorum, epigramma tale: *Lib.2.Epigr.*

τὴν κεφαλὴν βάπτων τις, ἀπώλεσε τὰς τρίχας αὐτὸς,
καὶ δασὺς ὢν λίαν, ὠὸν ἅπας γέγονεν.

id est:

Amisit quidam crines, caput inficiendo:
Qui nunc est ouo nudior, hirtus erat.

Cuius simile est illud apud Petronium, Læuior ære vel rotūdo Et illud Apuleii in Asino aureo, Cucurbita glabrior. Item, Concha læuior, vt apud Martialem:

Leuior & conchis Galle Cytheriacis.

Præterea parœmiacum illud, qu[illegible] manissimus Caligula vsus legitur, quum magnam carceratorum manum quodam tempore conspicatus, cunctos a caluo vsque ad caluum trucidari præcepit, ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ μέχρι φαλακροῦ, vt refert Dion. Lib. 58. Commemoratur & in glabros prouerbium, siue dicterium potius ab instituto sermone haud alienum, in rariorem barbam habentes, εἰς Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν, Troezenem proficiscendum est: inde natum, quod πώγων, aut vt alii, γένειον (vtraque vox barbam signat) portus fuerit Troezenis, cuius accolæ prolixo capillo barbaque horridi fuisse decantantur. Porro caluum Græci φαλακρὸν, φάλανθον, ψιλὸν, μαδῶντα, λειογένειον, & Homerice ψεδνὸν dicunt, vt apud Pollucem legere est: Suidas etiam ψίλωνα inuenio & ἠρημωμένον in Epigram. collectaneis. Caluitio magis degener & infame vitium est pilorum deglabratio, Alopecia, dicta a vulpe, quæ sterilem toto anno locū reddere lotio suo conspersum scribitur, si Callimachi Scholiastæ fides habenda est: imo ipsemet Callimachus istud innuere videtur in hymnis, inquiens:

ὡς ὅτε κόρσην
φωτὸς ἐνδρυφθεῖσα κόμην ἐπενείματ' ἀλώπηξ.

id est:

Alte immersa velut capitis depascit honorem
Vulpes.

Cuius vitii originem & curationem abunde docebunt Galenus, Trallianus, alii.

IOSE-

JOSEPHI CASTALIONIS I. C. VARIÆ LECTIONES.

Qui sit equus dexter, qui sinister, in agitatione, & bigarum certamine.

Turnebus reprehensus.

CAPVT I.

HAdrianus Turnebus libro Aduersariorum XIV. cap. XXIV. ad illud Horat. sat. V. lib. secund.

Vis ne tegam spurco Damæ latus,

vel, vt in manuscriptis legitur,

Vt ne tegam,

Ouidii sententiam assecutus non videtur: qui *Exterior*, pro *Interior*, reposuerit. Nam quod Ouidius seni dederat ille ad iuuenem retulit. Cum senectuti Poeta plurimum semper tributum fuisse, senioresque a iunioribus summo cultu, obseruantiaque affectos testaretur, Fastorum quarto sic extulit:

Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat, & interior, si comes vnus erat.

id est: Si cum duobus, pluribusue senex iunioribus progrederetur, in medium recipiebatur: si vero cum vno tantum comite natu minore incederet, interior erat senior, eiusque latus a iuniore officii caussa tegebatur. Grauius etiam peccant, qui *Anterior*, legũt: vt sit secundum eos sensus præire, ac præcedere grandiores natu, iuniores subsequi honoris gratia consuesse. Quid hoc ineptius dici potest, inter duos vna, & pari passu ambulare senem, vni vero additum antecedere? Sed redeo ad Turnebum. *Tegere latus* interpretatur esse, latus sinistrum eius, qui potentior sit, claudere: & eiusdem Satyræ versum explicans,

Ne comes exterior, si postulet, ire recuses.

exteriorem enim, qui ad læuam sit, & sinistræ locum, vt hodie Romæ quoque receptum est, inferioris esse opinatur neque in eo fallitur. Addit præterea nonnulla, opinionis suæ confirmandæ gratia, quæ omnino falsa sunt: dextræ videlicet maiorem esse habilitatem, & agilitatem, quam læuæ, nosque facilius in dextrã, quam in sinistram conuertere solere; flexumque ad metam dextrum esse interiorem, exteriorem sinistrum: totam denique agitandi rationem peruertit. Nam, vbi ad metam flectebatur, breuior quidem gyrus erat interior, longior autem exterior: sed interior *Læuus*, exterior *Dexter* dicebatur. quod non vidit Turnebus, qui sic scripsit: *Ita dexter qui erat interiore flectebat gyro, vt læuus exteriore.*

Sed & equus sinisterior ampliorum lustrabat orbem, quam dexterior. Hæc ille. quæ longe aliter dicta sunt, quam in vsu res ipsa fuerit, & literarum monumentis prodita. Apud Homerum ἰλιαδ. ψ. Antilochum filium Nestor monet, vt in curriculi agitatione equũ dextrum incitet, sinistrum vero metæ circumducat.

ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον
κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τε οἱ ἡνία χερσίν.
ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

quod sic Latinis versibus sumus complexi:

Quadrupedis ferias dextri sed verbere dorsum
Vociferans, laxasque immittas prona habenas,
Ad meta vero lauus tibi saxa propinquet.

Silius lib 16. de bello secundo Punico ludis funebribus.

Non vnquam effusum sinuabit deuius axem,
Sed lauo interior stringebat tramite metam.

Papinius Statius Thebaidos 6. ludis item funebribus:

Sperauit flexa circum compendia meta
Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipare viam, nec non & Thessalus heros
Spe propiore calet, dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterq; exerrat Arion

Vergilius Æneidos lib. 5.

Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Litus ama: & lauas stringat sine palmula cautes.
Altum alii teneant, &c.

Et paullo post:

Ille inter nauemque Gya, scopulosq; sonantes
Radit iter lauum interior: subitusq; priorem
Praterit; & metis tenet aquora tuta relictis.

Hic de nauali certamine, illi de bigarum agitatione præclare scripserunt. Neque motus, flexusque in dextram facilior agiliorque vnquam est habitus, sed multo nos facilius in læuam conuertimus: quod bene periti architecti in scalarũ flexu obseruant. Hæc ego non accusandi Turnebi studio notaui, sed ne quem tanti viri auctoritas in errorem induceret. Multa doctissime Turnebus vir eruditissimus scripsit, quædam minus recte ad grauiora properãti exciderunt.

An Britannos vicerit Augustus. Horati, & Suetoni loci collocati.

CAPVT II.

Britannis non solum bellum intulisse Augustum, sed de iis etiam triumphasse, ex iis, quæ infra scripta sunt, est cognoscere. Seruius, enarrans versus illos in 3. Georg apud Verg.

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,

Bisque

Bisque triumphatos vtroque ab litore gentes.

Occidentis, inquit, *propter Britannorum Triumphum*. Idem paulo supra, ad illum, *Purpurea intexti tollãt aulaa Britanni. Nam Augustus, postquam vicit Britanniam, plurimos de captiuis, quos adduxerat, donauit ad officia theatralia.* Christophorus Lãdinus in Oden. 35. lib. 7. Horat. secutus Seruium, *Defecit*, inquit, *Britannia post mortem Iulii, quam Cæsa. recuperauit. ergo & de Parthis, &c. & de Britannis triumphauit, &c.* Vtque hæc parui roboris sint, possunt tamen grauissimis ipsius Horatii sententiis niti, Is libr. 1. Ode 35. sic precatus est Fortunam:

Serues iturum Cæsarem in vltimos
Orbis Britannos, & iuuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro.

Et lib. 3. Od. 5. aperte confirmat Britannos ab Augusto subactos, his carminibus:

Cœlo tonantem credidimus Iouem
Regnare, præsens diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibusq; Persis.

Quem locum explicans Landinus, inquit, *Ex iis, quæ prouenit a Ioue, illũ regnare credimus, nusquã tamen videmus. Augustum aũt præsentẽ intuemur, deniq; cognoscimus ex immortalibus beneficiis in nos collatis, cũ & Britannos & Parthos superauerit.* Coiunxit aũt & lib. 1. carm. ode 21. Horatius has duas nationes, quæ P. R. erant infestæ antequam ab Augusto essent domitæ. Horat. ad Apollinem:

Pestemque a populo & Principe Cæsare in
Persas, atque Btritannos
Vestra motus aget prece.

Sed hi, & quos subscripsi, versus sunt compositi ante expeditionem. Epod. Od. 7.

Intactus aut Britannus vt descenderet
Sacra catenatus via, &c.

Quare ex iis necessario sequitur, vt Augustus nõn bello solum persecutus sit Britannos, sed vero etiam domuerit. Id quod Leuinus Torrẽtius, vir doctissimus negat in Suetoni Claudio, ad illũ locum, *Britanniam potissimum elegit, neq; tentatam vlli post Diuum Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas.* Horatiũ autem ea de Britannica expeditione & victoria dixisse opinatur Torrentius, quæ non re vera fuerint, sed quæ ipse Poeta futura crediderit. Suetonii locus de mendo suspectus esse potest. Nam in altero meo antiquo non *Tentatam*, sed *Depradatam* est legere. Præter quam quod Strabo lib. 4. aperte narrat, *suo tempore Britannorum legatos Augusto Cæsari, Populoque Romano vniuersam fere Insulam propriam, familiaremque instruxisse.*

Hadriaticum Mare æstuosum.

CAPVT III.

QVæsitum est, cur ab Horatio in mari Hadriatico fœdiores, quam alibi, tempestates excitari dicantur. Ego quid sentiam, paucis exponam. Primum nego apud Horatium esse scriptum expresse, Hadriam præter cetera maria sæuire: quamuis ex subiectis locis & tempestuosum esse, & æstus maximos vento, in primis Austro flante commouere, facile intelligam. Ode 3 lib. 1.

——nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Hadriæ
Maior, tollere, seu ponere vult freta.

Ode 14. lib. 2.

Fractisque rauci fluctibus Hadriæ.

Ode 3. lib. 3.

————neque Auster
Dux inquieti turbidus Hadriæ,

Ode 9. lib. 3.

———— & improbo
Iracundior Hadria.

Ode 27. libr. 3.

——— ego quid sit ater
Hadriæ noui sinus, & quid albus
Peccet Iapix.
Hostium vxores, puerique cæcos
Sentiant motus Orientis Austri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Deinde, vt demus, ex iis locis colligi, quod in quæstione positum est, & vtamur philosophorum aliqua ratione, dico, in mari Hadriatico atras, & sæuas tempestates excitari truculentius, propterea quod arcte, & anguste conclusus est is sinus. id quod in fretis propter angustias accidere ignorat nemo. Illud sane frigidum est, non esse Hadriam reuera adeo violentum, sed videri solitum Romanis, qui in prouincias, addo etiam in Græciam studiorum caussa ex Italia nauibus transmittebantur. Quid enim respondebimus nostri temporis hominibus, qui frequenter quidem, sed summo cum periculo vitæ, & fortunarum, eo mari vtuntur? Quid Græcis, & iis, qui, ante quam Romanorum arma transmarinis cognita essent, valde Hadriam formidabant? Æschines quidem certe, cum in mores Demosthenis inueheretur vehementius, inquit, illum ita difficilem, durum, morosum, atque inconstantem fuisse, vt cum Hadria satius fuerit, quam cum illo negotium habere. Hæc sunt, quæ de proposita quæstione habui dicere.

Num

Num veteribus insignia fuerint, Collati Illustrium Poetarum loci.

CAPVT IV.

QVærebatur apud amicum meum, num veteribus Insignia fuissent: cumque ipse forte interessem, dixissemque, multa esse apud Latinos Poetas huius rei exempla, vnumque ex Ouidio de Thesei agnitione exstare dixissem, subinde amicus meus, longe aliter a Plutarcho rem exponi, dixit, quippe qui cultello super mensa ad carnes appositas incidendas districto ab Ægeo patre Theseum filium agnitum scripserit, neque de insignibus in cultello inscalptis mentionem fecerit. eaque tantum filii indicia esse voluerit, quę Pater apud Matrē grauidam calceos scilicet, & cultellum sub cauo lapide reliquerat. Ego vero, digressus domum, Ouidium sumsi. reperi, vt dixeram, libro Metamorphoseos septimo sic scriptum:

Agrestes Aconita vocant. ea coniugis astu
Ipse parens Ægeus nato porrexit, vt hosti.
Sumserat ignara Theseus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa sui generis. facinusq; excussit ab ore.

Vergilius libro septimo nonnulla militum in Clypeis expressa signa explicat, his versibus:

Pulcer Auentinus: clypeoque insigne paternum
Centum Angues, cinctamq; gerit serpentibus Hydram.

Et infra:

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnaos efflantem faucibus ignes.
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens Pater Inachus vrna.

Valerius Flaccus lib. 6. Argonaut.

Cuncta phalanx insigne Iouis, cælataq; gestat,
Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes.
Nec primus, radios miles Romane, corusci
Fulminis, & rutilas scutis diffuderis alas.
Insuper auratos collegerat ipse Dracones,
Matris erat specimen, linguisq; aduersus vterq;
Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemma.

Et paullo infra:

Hos super erectam Phalces agit aequore nubem
Cum fremitu, densique leuant vexilla coralli,
Barbarica quis signa rota, ferrataque dorso
Forma suum, truncaque Iouis simulacra columna.

Claudianus in Consulatum Probini, & Olybrii, de Romae Clypeo:

Flaua cruentarum praetenditur vmbra iubarum,
Et formidato clypeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte:
Hic patrius Mauortis amor, fetusque notantur
Romulei: post amnis inest, & bellua nutrix.
Electo Tiberis, Pueri formantur in auro:
Tingunt aera Lupam, Mauors adamante coruscat.

Vergili locus collatione aliquot poetarum explicatus, Seruius reprehensus.

CAPVT V.

RECtius omnino quotquot ex veteribus Vergilium imitati sunt Poetae Vergili sensa assecuti sunt, quam qui Commentarios in illum scripserunt. Seruius quidem alioqui eruditissimus labitur in explicatione Aeneid. 1. ad illum locum,

——— veribusque trementia figunt.
Litore aëna locant alii:

Ahena locant, inquit, *quibus vtebantur non ad elixandas carnes sed ad se lauandos. Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixa.* Haec ille. quae quam vera sint, ex iis, quae infra subiiciemus, apparet.

Ouidius libro Metamorphoseos primo:

Atque ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.

Valerius Flaccus lib. Arg. 8.

Mox epulas, & sacra parant siluestria laeti
Praemia venatu facili quaesita supersunt.
Pars verubus, pars vndanti despumat aheno.

Seneca in Thyeste actu 4.

Haec verubus haerent viscera, & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente aheno iactat.

Iuuenalis Saty. XV.

——— nec ac denti decoxit aheno,
Aut verubus.

Claudianus libro in Eutropium secundo:

Quas figat verubus partes, quae frustra calenti
Mandet aqua.

Vergilio

Vergilii & Stati loci collati.

CAPVT VI.

Diligentissimus Vergilii obseruator, & imitator Papinius Statius exstitit. id quod & ipse testatus est libro Siluarum quarto ad Marcellum:

—— tenues ignauo pollice chordas
Pulso, Maronisque sedens in margine templi,
Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

Quare mirandum non est, si ad magistri imaginem carmen suum plerumque format. Quis non voluptate perfunditur summa, cum libro Thebaidos primo cõuiuium Vergilianum, & Regium cultum expressum videt?

—— adolere focos, epulasque recentes
Instaurare iubet. dictis parere ministri
Certatim accelerant. vario strepit icta tumultu
Regia, pars ostro tenues, auroque sonantes
Emunire toros, altosque inferre tapetas.
Pars teretes leuare manu, ac disponere mensas.
Ast alii tenebras, & opacam vincere noctem
Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis.

Reliqua hic, ne longum faciam, supersedeo describere. Ea si conferet harum rerum studiosus cum Vergiliana cena, quam Æneæ Dido exhibuit, operam non ludet. Veram enim imitandi rationem præcipiet.

Vergilii locus a Statio expressus.

CAPVT VII.

Papinius item Statius luculenter Vergilianum illud expressit, quod libro Æneidos secundo legitur:

—— neque enim responsa dabantur
Fida satis.

Sic enim libro Thebaidos secundo ille:

—— nec reddita contra
Vox, fidamq; negant suspecta silentia pacem.

Infrenis quid sit, aduersus Seruium, & Donatum.

CAP. VIII.

Male Seruius interpretatur apud Vergilium libro decimo vocem *Infrenis*, ad illum versum,

Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem.

Infrenum enim, esse aspertimum, dicit. Nos vero *Infrenem*, siue *Infrenum*, dictum contendimus, quod nullo regeretur freno. Pessime autem Donatus ad illud lib. Æneid. 4.

Et Numidæ Infreni cingunt.

Infrenes enim, indomitos esse, communi scitur. Optime omnino Silius Italicus orator, & poeta clarissimus, quiq; Latinę linguę vim, proprietatemq; optime callebat, li. 1.

Hic passim exsultant Numidæ gens inscia freni,
Queis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

Et lib. secund.

——nullaq; leuis Getulus habena.

Olympi apud Vergilium recte scriptum, Reiecta multorum castigationes tertiam vocalem in soluta quoque oratione contra Prisciani sententiam scribendus.

CAPVT IX.

PRimus decimi Æneidos libri versus multorum ingenia multum exercuit: variatumq; in lectione & sensu duarum vocum postremarum fuisse inuenio. Nam fuere, qui non *Omnipotentis*, sed *Omnipatentis*, quod cœlum ab omni parte pateat, vel potius *Omniparentis*, nec defuerunt, qui *Omnipotentes*, quod Iouis epitheton est, reponendum censuerint; sed pro *Olympi*, substantiuo adiectiuum substituerint, & ad *Domum* retulerint, vt esset, *Domus Olympia*. quorum omnium sententias, atque opiniones subuertit doctissimus L. Cæcilius Minutianus. Is libello de Orthographia hac de re sic scriptum reliquit:

Olympius appellatur Iuppiter. **Ennius:**
Decessit Olympius.

Vergilius:

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Domitius Marsus inter cognomina Iouis ponit Olympium.
Nauius:
Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Hæc Cæcilius.

Hinc factum videtur, quamobrem in manuscriptis libris sit,

Omnipotentis Olympi.

Cum enim Olympius, Iouis cognomen sit, & Domus Olympi, id est, Iouis domus a Vergilio dicatur, recte *Omnipotentis* epithethon adiunctum est. Quod tamen non viderunt plerique doctissimi viri. Neque est, quod Olympi, patrio casu, per simplicem tertiam vocalem, non autem per geminam, hoc modo, Olympii, negotium facessat. Frequentior enim est eius vsus apud optimum quemque Latinitatis auctorem, quam nos recensere possimus: Verg. Ecloga I.

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Et:

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Et libro Æneidos primo:

Hic

Hic tamen ille vrbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum, Pro, *Peculii, Tugurii, Patavii.*

Hortensi, pro, Hortensii. Lucanus lib. 2.

Pulsata sonuere fores: quas sancta relicto
Hortensi moerens irrupit Marcia busto.

Terenti, pro Terentii. Horatius Sat. lib. 1. Sat. 2.

——pater ille Terenti, &c.

Et Carm. primo, Od. 29.

Libros Panæti, Socraticam & domum.

Pro, Panætii. Quod multis in locis factitauit. lib. 1. Sat 5.

Inde forum Appi.

Et Epist. lib. 1. epist. 6.

Porticus Agrippæ, & via te conspexerit Appi.

Et ibidem, epist. 18.

Brundusium Numici melius via ducat, an Appi.

Et Epist lib. 2. epist. 9.

Septimius Claudi nimirum intelligit vnus.

Et ibidem, epist. 12.

Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit.

Appi, Claudi; pro, Appii, Claudii.

Priscianus libro septimo fatetur quidem, veteres poetas subtrahere solitos alteram in genitiuis geminantibus tertiam vocalem. vt Verg. Georg. quarto:

Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.

Sed id metri caussa factum adiungit. Ego vero nec vlla carminis necessitate factam eiusmodi vocalis abiectionem dixerim. nam in soluta oratione idem factitatum. quod facile iis probabo, qui oculos, mentemq; ad veteres inscriptiones conuertunt.

I. O. M. D.
PRO. SALVTE. AVGG. NN.
L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. ET. M.
AVRELI. ANTONINI. PII
FELICIS. AVG. ET
IVLIAE. AVG. ET. S. P. Q. R
SEMNVS. AVGG. NN. LIB. OPT. A
TABELLARIORVM. STATIONIS
MARMORVM. ARAM. POSVIT.

Vides, Septimi, Aureli; pro, Septimii, Aurelii.

Apud Delphinos.

TI. CLAVDIVS
LEMNVS

DIVI. CLAVDI
AVGVSTI. LIB
A. STVDIIS

Ibidem:

STATI. CASSI. AELI
STATILI. est legere, pro, Statii, Cassii, Aelii, & Statilii.

Quid sibi velit aratrum muris inducere, collatus Modestini I.C. locus cum Horatiano.

CAPVT X.

ARatri in vrbes demolitas, ac dirutas inductione, ius ciuitatis amissum significari, atque ex vrbe agrum factum, notum est. id quod a nostris Iurisconsultis diserte traditur. Modestinus l. si vsusf. D. Quibus modis vsusf. amittatur. *Si vsus fructus,* inquit, *ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, ciuitas esse desinit, vt Carthago passa est. Ideoq; quasi morte desinit habere vsumfructum.* Horatius vero libro Carminum primo, Ode 16. hoc ipsum tetigit:

Ira Thyesten exitio graui
Strauere, & altis vrbibus vltima
Stetere caussa, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Sidera pro singulis stellis. Æger, pro Ægroto: reiecta quorundam scrupulosa proprietatis obseruatione.

CAPVT XI.

AMicus meus, homo pereruditus, valde proprietatis amator, neque Sidera pro Stellis, neque Ægrum pro Ægroto Latine dici contendebat. Quod Sidus proprie sit plurium stellarum signum, & Ægritudo, vnde Æger, ab Ægrotatione multum differat. hæc enim corporis est, illa vero ad animum pertinet. Quæ quamquam ita sint, & vere, atq; erudite differantur, aliter tamen vsurpari passim video. Hæc autem a me libere libenter vindicantur, quod Latinæ linguæ studiosis consultum volo, ne qua sollicitudo, aut scrupulus scribentes torqueat, aut remoretur. Vergilius pro singulis stellis, non autem pro stellarum conuentu, libro Æneidos quincto Sidera extulisse facile videtur:

—— cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt, crinemq; volantia sidera ducunt.

Et libro secundo:

—— & iam nox humida cœlo
Præcipitat: suadentque cadentia sidera somnos.

Non enim cum ipsa nocte Nauis, Anguis, Coruus, Orion, Erigone, & reliqua signa, sed singulæ stellæ occidunt. Sexcentis

prope locis Sidera a Vergilio, & Horatio large pro Stellis quibuscumque accepta dixerim. Cicero Tusculanis quæstionibus lib. v. *Cum sidera viderit innumerabilia cælo inhærentia cum ipsius mundi motu congruere certis infixa sedibus, septem alia suos quoq; tenere cursus multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia.* Eodem sensu aliis in locis ab eodem Sidera efferuntur.

Æger autem quamuis animo quis dicatur, & ab ęgritudine non multum absit, tamen Ægrum ad corpus referri, sæpe numero reperio. Cicero Epist, ad Tironem decima: *Ne nausea molestiam suscipias æger.* Et Epistol. x 1. *Caue festines, aut committas, vt aut æger, aut hyeme nauiges.* Et ad Atticum libro sexto: *Tiro ad te dedisset literas, nisi eum grauiter æquum reliquissem.* De Natura Deorum libro secund. *Ne ægri quidem omnes conualescunt.* Horatius Sat. 4. lib. 1.

——auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit.

Idem ad Valaam:

——vicus gemit inuidus ægris,
Qui caput & stomachum supponere fontibus audent,

Et ad Pisones:

——velut ægri somnia.

Vergilius lib. Georg. 3.

——& quatit ægros
Tussis anhela sues.

Lucretius lib 3.

Non alio pacto, quam si pes cum dolet ægri.

Idem lib. 2.

Quæ non audierit mixtos vagitibus ægris.

Lib. 3.

——doloribus ægris.

Et:

——quod nimis ægris
Luctibus indulges.

Hinc intelliges, licere pro arbitrio, & vt commodum est, modo præponere, modo postponere adiectiua; & Ægrum, tum ad corpus, tum ad animum referri.

Matrimonia cum fratrum vxoribus damnata. Ægyptiorum, & Iudæorum instituta super ea re. Defensus Imp. Zeno. Conanus reprehensus.

CAPVT XII.

Ivre Pontificio quantumuis exstincta affinitas prohibet matrimonium viri cum omnibus vxoris mortuæ vsque ad quartum gradum, & item mulieris cum omnibus, qui virum suum defunctum ea proximitate attingebant. cap. 1. de consang. & affin.

Tantum abest, vxorem fratris mortui ducere vt nobis liceat. c. vlt. de diuortiis. & l. fratris vxorem. C. de incest. quamuis id necesse esset fratri superstiti apud Iudæos, facere, si frater eius liberos ex vxore sua non suscepisset Deuteronomii cap. 25. vbi sic legitur: *Si simul habitauerint, mortuusque fuerit alter eorum, ne nubat vxor mortui alieno viro foris, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.* & quæ sequuntur. Hanc esse legẽ putat Connanus libro Iuris Ciuilis 18. capite. 5. quam imp. Zeno Ægyptiis tribuit lege licet quidam, C. de incestis nuptiis, qua fratrum vxores licet virgines ducendi facultas adimitur: ac Zenonem a lue natum esse ostendere conatur. Ego vero Principem prudentissimum non adeo in sua ditione peregrinum, neque adeo instituti Ægyptiorum imperitum puto, vt hęc ignoraret. Nemo autem est, qui nesciat, alios esse Iudæos, alios Ægyptios. neque est, quod quisquam obiiciat, fuisse Iudæos diu apud Ægyptios. Nam eius rei apud Populum Romanum orbis terrarum dominum ratio non habebatur, qui Iudæam, qui Ægyptum in prouinciæ formam redactas, & discretas haberet. illud sane constat, aliam fuisse legẽ Ægyptiorum ab ea, qua Iudæi vtebantur. Siquidem Imp. Zeno permissas Ægyptiis cum fratrum vxoribus matrimonio nondum consummato ciuibus Romanis ademit. Nam, quamuis corpore vxor mortui fratris cum eo numquam copulata esset, voluntate certe, & iure coniuncta videbatur. Iudæorũ vero lex vxorem fratris, cognitam quidem a defuncto, sed non grauidam, neque matrem factam, fratri superstiti ducendam dabat, vt ex ea ipse filium susciperet, qui fratris mortui & nomen referret, & filius diceretur. Quare Imp. Zenonem nulla in re halucinatum arbitror, qui Ægyptiorum institutum nominatim damnarat, quod apud eos liceret fratri fratris vxorem ducere, modo esset virgo, neque se cum altero fratre commiscuisset cuius conditionis ratio Iudæis non erat habenda.

Libertini Qui

CAPVT. XIII.

SVetonius Tranquillus in D. Claudio scriptum reliquit, *Libertinos antiquis resp. temporib. dictos fuisse, non eos ipsos, qui manumissi essent, sed eorum filios.* Quod nusquam apud bonos auctores reperio. Quare verius esse opinor, quod a plerisque doctis viris receptum est, Libertos dici, cum ad Patronos referuntur, eosdem vero Libertinos appellari, cum ingenuis opponuntur & conditionis libertinæ homines significamus. Plautus libertinam, non Libertam, quæ vindicta manumissa esset, aperte ostendit in Milite glorioso:

Pyrgopol.

Quid? ea ingenua, an festuca facta, serua an libera est?
Palæstrio

vah, ego ne vt ad te ab libertina esse auderem internuntius.
Donatus in Terentii Andriam., *Feci e seruo vt esses libertus mihi.*
Mihi, inquit, *ideo additum est, quia libertus ad aliquem, dicitur.*
Dionysius Lambinus ad illud Horat. Sat. vi. libro. i.

Cum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus.

Ingenuus, inquit, *erat Horatius, si ingenuus est is, cuius pater seruitutem non seruiuit. Nam antiquo iure ciuili Libertini a Libertis differebant. Cum Liberti sint serui manumissi, Libertini autem libertorum filij quam distinctionem Imperatores sustulerunt.* Hæc vt ita Lambinus differeret, Suetonii locus, opinor, effecit. Vnde autem didicerit, libertinorum, & libertorum discrimen ab imperatoribus sublatum, ignoro, somniasse hominem puto. Plautus certe, qui longe ante libertatem ab imperatoribus oppressam vixit, nullam talem inter eiusmodi appellationes differentiam extitisse ostendit. cum libertinam eam ipsam nominat, quæ patroni sui liberta erat. Equidem Liuius libro nono extremo, libertinorum filios ab Ap. Claudio Censore in senatum lectos prodit, sed libertorum filios fuisse libertinos non adscribit. Quod est apud Suetonium mendose, vt mea fert opinio, his verbis:

Latum Clauum Libertini filio tribuit. cuius rei reprehensionem verens, etiam Ap. Cæcum Censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit. ignarus, temporibus Appij, & deinceps aliquandiu Libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Læuinus autem Torrentius ad eum Suetonii locum multa erudite congessit. Verum duo ibi ab eo disputata sunt, quæ mihi non probantur, primum ex libro de viris illustribus locũ profert, eoq; mirũ in modũ innititur, neque locum, neque librum suspectum habet deinde, credit, libertinæ conditionis homines ab Appio in Senatum lectos; proindeq. lectionem eius infamem, & ignominiosam a Liuio dici, qui libro non extremo, vt diximus, non libertinos, sed libertorum filios in Senatum legisse Appium, scriptum reliquit. quæ ipsa Appii lectio infamis, & ignominiosa est habita. Nam libertinorum filii, quamquam ipsi ingenui, qui numquam seruitutem seruissent, dicerentur, & liberi nati non facti essent, inter obscuras, & viles personas numerabantur, quod non ex ingenuis essent orti parentibus. Libet hoc loco proferre legẽ septimam, C. de incestis & inutil. nuptiis, quæ ad hanc rem mire facit. & tenuiorum dignitatem tuetur: *Humilem vel abiectam feminam minime indicandam intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Vnde licere statuimus Senatorib. & quibuscũq; amplissimis dignitatib.*

praeditis, ex ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimonium sibi accipere, nullamque inter ingenuas, & opulentiores ex diuitiis, & opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles vero, abiectasq; personas eas tantummodo mulieres esse censemus: ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam; scenicam, scenicae filiam, tabernariam, tabernarii, vel leonis, aut arenarii filiam, aut eam, quae mercimoniis publicis praefuit. Ideoq; huiusmodi inhibuisse nuptias Senatoribus harum foeminarum, quas modo enumerauimus, aequum est Torrentii verba subiiciam: *Sic enim auctor de viris illustribus: Ap. Claudius Caecus in Censura libertinos quoque in Senatum legit. quam ob caussam, vt puto, Liuius lib. 9. lectionem eius in Senatum infamem, & ignominiosam vocat. Ceterum cum libertinos ille, Suetonius vero Libertinorum filios ab Appio in Senatum lectos scribit, Libertinos illic pro his qui libertini generis fuerunt, accipio: vt Libertinitas, & Ingenuitas, pro libertini, vel ingenui statu ponitur apud Sabinum, l. 2. Si libertus ingenuus esse dicatur, alioqui sequeretur, Appium libertorum filios allegisse, quod Sueton. negat, & recte sane.*

De Tribu Camilia extra XXXV. numerum.

CAPVT XIV.

PRaeter triginta quinque illas insigniores Tribus, reperiuntur aliquot aliarum nomina, quae diligenter Onuphrius Panuinus in libro ciuitatis Romanae congessit. CAMILIAE vero nomen incertius, est quo modo legēdum sit in antiquis monumentis compendio literarum notatum. Non enim absolute, & integre insculptum est, sed vsque ad tertiam literam, vel quinctam perductum, sic, CAM. CAMIL. Quare interpretatus est varie, CAMILLAM CAMILLIAM. & CAMILLINAM. Nos sine vlla dubitatione vnico L. per octo literas scribi oportere, ex inscriptione, cuius exemplum infra scriptum est didicimus, hoc modo, CAMILIA. Is autem lapis Via Salaria nuper effossus apud Alexandrum Rondenum statuarium ad Montem Pincium visitur.

D. M
L. AVRELIVS. L. FIL
CAMILIA. FIRMVS
BAGENNIS. MIL. COH
XI. VRB. Ↄ. NIGRINI
VIX. ANN. XL MIL. AN. XXI
TESTAMENTO. PON
IVSSIT

Ex consule ex quaestore qui vocarentur.

CAPVT XV.

VAriae a viris eruditissimis de his vocibus, Ex Consule. Ex Quaestore. Ex Praefecto. Ex Praetore, & id genus reliquis, disputatum est. Alciatus libro Dispūctionum quarto, capite tertio, in eam

in eam potius sententiam discedit, quam Mysingerus Institutionum initio amplectitur. Atque Ex Quæstore eundem esse putat, qui sine præpositionis adiectione Quæstor dictus est idem etiam de ceteris dicendum censet. Quanquam incertus est,& parũ constans. Ego,præter P. Criniti opinionem, quæ Alciato probatur, Auctores laudabo,quod vnum in Crinito Alciatus desiderat,grauissimoque veterum Conciliorum testimonio eiusmodi appellationes perinde valere, ac si Consularem, Quæstorium, & Prætorium dicerem. quo modo olim,qui Consulatum, Quæsturam, & Præturam gesserant, vocabantur. Nam cum Imperatores ius Consularitatis, Prætoriatus, Quæstoriatus quibusdam dare cœpissent, qui numquam illos magistratus gesserant, cœperunt ii, qui vere fuerant in magistratu,non iam amplius Consulares, aut Quæstorios se vocare: ita enim vocabantur etiam, quibus hoc Principali tantum beneficio tributum erat: sed Ex Consule, Ex Quæstore,& sic in ceteris. Scribendum autem, atque efferendum sexto casu, vt Ex Cubiculariis, Ex Archiatris, & Ex Protectoriis, qui iis muneribus functi sunt. quod Antonius Augustinus libro Emendationum tertio, capite tertio, erudite confirmat. Ex eo autem quod lib. x i i. C. de Quæstoribus, l. vnica, initio habetur in libris impressis, *Qui ex Quæstura honore*, putant nonnulli vnicam dictionem esse,auctam præpositione, per omnes casus, numerosque variabilem: vt Quæsturæ nomen,sine præpositione,Ex. Ego falli eos puto;ac duas orationis partes seiunctas esse, neque in vnam dictionem coalescere posse existimo; præpositionemque, Ex,pertinere non ad proximam vocem Quæsturæ,sed ad alteram longius dissitam puto;vt sit,Ex honore Quæsturæ:quod transpositionis genus elegans est,& Latinis consuetum. Præterquam quod in manuscriptis libris est legere, sine vlla præpositionis adiectione, Quæsturæ honore. Nunc ad testimonia veterum Sanctorum Conciliorum venio,quibus confirmem,Ex Consulibus, Ex Prætoribus,Ex Quæstoribus,fuisse dictos,qui eos honores gessissent, non qui gererent. quasi dixeris,non esse Consulem, sed Ex Consule,id est,Ex Consulis honore,& imperio abiisse. Hoc autem ita esse, facile iudicabit,qui,cum duos tantum singulis annis Consules ordinarios fuisse norit,longe vero plures vno tempore in sacris Conciliis recenseri Ex Consulibus animaduertet. Illud adiungo,in iisdem Conciliis Præfectos dici, qui Præfecturam gererent;Ex Præfectis autem,qui Præfectura functi essent; additumq; numerum,quotiens quis eum honorem gessisset hoc modo, vt habetur in Actione prima Synodi Chalcedonensis, *Ex Præfecto Prætorii sexies*: Eius initium adscribam.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi, Consulatu piissimi, & amatoris Christi Imperatoris Flauij Marciani perpetuo Augusti, & qui fuerit nuntiatus sub die octauo idus Octobris, indictione quarta,

in Chalcedonensi ciuitate, Metropoli Prouinciæ Bithyniæ facta est synodus ex decreto piissimorum, & fidelissimorum Imperator Valentiniani, & Marciani, congregatis in Ecclesia sanctæ ac triumphatricis Martyris Euphemiæ gloriosissimis iudicibus, id est, magnificentissimo, & gloriosissimo Magistro militum, & Ex Consule ordinario, ac Patricio Anatolio; & magnificentissimo, & gloriosissimo Præfecto sacrorum prætoriorum Palladio: & magnificentissimo & gloriosissimo Præfecto Vrbis Daciano; & magnificentissimo & gloriosissimo Vincomalo, & magnificentissimo, & gloriosissimo Ex Magistro Martiali; & magnificentissimo Comite deuotissimorum domesticorum Sporatio; & magnificentissimo comite rerum priuatarum Genethlio. Appositus etiam gloriosissimo senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo Ex Præfecto Prætorii sexties & ex Consule ordinario, ac Patricio Florentio; & magnificentissimo, & gloriosissimo Consule ordinario, & Patricio Senatore, & magnificentissimo, & gloriosissimo Ex Magistro officiorum, & Ex Consule ordinario, ac Patricio Nonio; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto, & ex Consule Ordinario, ac Patricio Protegone, & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Vrbis Theodoro, & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Vrbis Apollonio; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præposito sacri Cubiculi Romano; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Illyrici Theodoro; & magnificentissimo & gloriosissimo, Ex Præfecto Prætoriorum Constantino; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præposito Sacri Cubiculi Artaxerxe; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Illyrici Eulogio.

Vides hic recenseri quinque Ex Consulibus, id est, Consulares: quos si Consules interpretaris, vno eodemque tempore sex Consules ordinarii, ne suffectos putes, extitisse videbuntur. Nam Imperator Flauius Martianus Cõsulatum eo ipso anno gerebat. Idem dicendum de Præfecto Vrbis, Præfecto Prætorii, Præfecto Illyrici, quos vno eodemque tempore magistratus a pluribus gestos absurdum est fateri: plures autem vni tantum honores congestos eodem tempore, putidum est affirmare. Quare dicendum est, Ex Consulibus, Ex Prætoribus, Ex Præfectis, Ex Quæstoribus, non esse Consules, Prætores, Præfectos, Quæstores, sed Cõsulares, Prætorios, Præfectorios, & Quæstorios. id est, qui his magistratibus functi essent actu, & opere, ad differentiam eorum, qui honorarii dicebantur. Quibus tantum Consularia, & Prætoria ornamenta, non autem Consulatus & Prætura beneficio Principis concessa essent. Vides item hic, Palladium, Præfectum Prætoriorum, & Tatianum, Præfectum Vrbis, qui Præfecturas gererent, Florentium autem, Ex Præfecto Prætorii & Constantinum, Ex Præfecto Prætoriorum; & Theodorum, Ex Præfecto Vrbis; & Apollonium item, Ex Præfecto Vrbis; qui Præfecturis eiusmodi functi essent. Plura qui volet, ex reliquis eiusdẽ

Synodi

Synodi actionib. petet. Plura itẽ in Cõstantinopolitani Concilii actionibus habentur, quæ ad hanc rem pertinent. Non posse autem hæc nomina per casus flecti, sed prælatæ præpositioni sexto casu tantum seruire, argumento est lapis apud Glorierios, ad læuam excesus, quem punctis, notato literarum, quæ desiderantur, numero, suppletum excudendum curauimus.

D. D. N. N. FL. VALENTINIANO. ET. GRATIANO
RATORIBVS. AVIS

CEIONIVS . RVFIVS . VOLV . . SI
ANVS . V . C . ET . INLVSTR . . IS.
EX . VICARIO . ASIAE. ET . CEIO
NI . RVFI . VOLVSIANI . V . C
ET. INLVSTRIS. EX. PRAEFECTO. . PRE.
TORIO. ET. EX. PRAEFECTO VR. . BIS
ET. CECINE LOLLIANE. CLAR. . ISSI
ME. ET. INLVSTRIS . FEMIN . . . E
DEAE ISIDIS SACERDOTIS. FI. . LIVS
ITERATO VIGINTI ANNIS EX. P. . ERCE-
PTIS TAVROBOLIIS VI. ARAM. CONSTITV. . IT
ET CONSECRAVIT. X. KAL. IVN. D. N. VA. . LEN.
TINIANO. AVG. ET. NEOTERIO. C. . . QNSS

Grates agi recte dicuntur.

CAPVT XVI.

Friuola sunt pleraque de differentiis, & proprietate sermonis, quæ circumferuntur. Illud in primis falsum est, quod dicitur, inter Grates, & Gratias hoc interesse, quod Grates referimus, Gratias agimus. Nullum enim discrimen harum vocum apud veteres animaduerti. Ouidius certe Agendi verbo Grates coniunxit, in Ibin:

Huic igitur meritas grates, vtcumque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.

Cicero de Somnio Scipionis: *Et grates*, inquit, *tibi ago, summe Sol, vobisque reliqui Cælites.* Liuius lib. 10. *Læti, atque alacres, Diis, Populoque Romano grates agunt.*

Vergilius lib. Æneid. primo Persoluendi, id est, referendi verbo adiunxit:

——grates persoluere dignas
Non opis est nostræ.

Quemadmodum autem Gratias Agere, & Referre: sic Grates Agere, Persoluere, & Referre, Latine dicimus. Quod [illegible]

Solstitio, id est, per æstatem: cui opposuit, *Niualibus auris*, id est per hiemem. Brumam porro solstitio opponi, ex ipso Cicerone intelligimus; qui libro de natura deorum secundo sic scriptum reliquit: *Solis accessus, discessusque solstitiis, brumisque cognoscitur.* M. Varro aperte eandem rem explicat lib. de lingua Latina quincto, his verbis: *Alter motus Solis est, alter cæli, quod mouetur a Bruma ad Solstitium. Dicta Bruma, quod breuissimus dies est, Solstitium, quod Sol eo die sistere videatur; aut quod Sol ad nos versum proximum est Solstitium. Cum venit in medium spatium inter brumam, & solstitium, quod dies aquus sit, ac nox; Æquinoctium dictum.* Ex iis igitur constat, a maioribus seruatum religiose, quod a minoribus deprauatum est. Nam apud bonos Latinitatis auctores Solstitii nomen Solstitium æstiuum duntaxat significat. Vergilii autem sententia ea est: adulto vere, qui proxime æstatem attingit, pluuiam frugibus necessariam esse, vnde alantur. Per brumam vero, & hiemem, serenitatem conducere. Macrobius li. Saturnalium quincto, ca. 20. hos versus enarrat; & carmen rusticum antiquum profert:

Hiberno puluere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.

Pecunia in nominibus occupata, id est, mutuo data, vel ad nomina facienda destinata, nostra non est. Ciceronis, & Iurisconsultorum loci comparati.

CAPVT XVIII.

SVbtilis Kalendarii ratio quibusdam, & ob id obscurior videtur: Kalendarii autem nomen hoc loco interpretor, tabulas, seu librum fœneratorum, quo in libro eorum nomina scribebantur, quibus pecunia ferebatur expensa, & mutuo data. At, quoniam plerumque Kalendis collocabantur nummi, Kalendarium eiusmodi librum appellarunt. Horatius de laudibus vitæ rusticę, exigendorum, faciendorumque nominum tempora eleganter tetigit:

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam.
Quærit Kalendis ponere.

Quod autem dixeram Kalendarii rationem obscuriorem, eo spectat, quod Cicero in Topicis de Loco differentię sic scriptum reliquit: *Non, si vxori vir legauit omne argentum, quod suum esset, idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multum enim differt, in arcane positum sit argētum, an in tabulis debeatur.* Ad eū locum Seuerinus Boetius optime disputat: *legato genere, videlicet excepta differentia, legatas esse species tantūm. argēti autem species esse signatum. non signatum, differentias vero seu qualitates pecuniæ in possessione positæ vel non posita, exceptas, legato non contineri propter illud*

pronomen adiectum, quod suum esset. nummi enim in nominibus, siue mutui dati, in possessione eius, qui dedit, non videntur. si quidē ea mutui vis est, vt quod mutuum datur accipientis fiat. Huc accedit, quod non solum nomina, & crediti nummi excepti videntur, sed vero etiam quidquid argentum ad Kalendarium & nomina facienda dūtaxat destinatum in arca sit, vel a debitoribus exactum, vel aliunde redactum. Qua de re copiose eleganterque a nostris iurisconsultis disseritur. Scæuola l. vxorem, § legauerat. de leg. & fideicomm. *Legauerat,* inquit, *per fideicōmissum Maeuio, ita: Quidquid in patria Gadibus possideo, &c. Item quæsitum est, Kalendarium quod in patria sua, vel intra fines eius defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria sua habebat, reliquit, an id quoque Kalēdarium propter verba suprascripta Maeuio, ex caussa fideicommissi deberetur. Respondi, non deberi. Item quæsitum est, an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inuenta esset, vel ex diuersis nominibus exacta, & ibi deposita, ex fideicommisso debeatur. Respondi, supra responsum esse.* Et Africanus l. qui filium, eodem: *Qui filium, & nepotem heredem instituerat, certa prædia, quæque in his mortis tempore sua essent, nepoti per fideicommissum dederat, excepto Kalendario. Mortis tempore in ea arca, in qua instrumenta, & cautiones debitorum erāt, pecunia numerata inuenta est. plerisque videbatur vix vero simile esse, vt testator de pecunia numerata sensisset. Ego autem illud dignum animaduersione existimabam: cum quis Kalendarium præstari alicui voluerit, vtrum nomina dumtaxat debitorum præstari voluisse intelligendus sit, an vero etiam pecuniam, si qua ab his exacta, eidem tamen Kalēdario destinata fuerit. Et magis puto, quemadmodum si exacta pecunia, & rursus collocata essent, permutatio nominum non perimeret, vel minueret fideicommissum: ita ipsas quoque pecunias, si adhuc Kalendario, id est, nominibus faciendis destinata essent, eidem fideicōmisso cedere debere. Quinetiam illud quoque putem defendi posse; vt non modo a debitoribus exacta pecunia, sed quacumque de caussa redacta, eidem tamen rationi destinata, fideicommisso cedant.* Celsus præterea ex ipsa antiquitate petitam aliam eius rei rationem affert, l. si chorus eodem. *Quæ, ibi,* inquit, *mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos, vt mutui darentur, nō esse legatos, Proculus, ait. at eos, quos præsidii caussa repositos habet, (vt quibusdā bellis ciuilibus factitassent) eos legato contineri, & sæpe audisse se rusticos senes ita dicentes, Pecuniam sine peculio fragilem esse. Peculiū appellantes, quod præsidii caussa reponeretur.* Ex iis igitur grauissimorum auctorum locis facile intelligimus, hoc nos iure vti, vt ea tantum nostra sint, quæ possidemus; Pecuniam autem mutuam collocatam, siue etiam in eum vsum comparatam, nostram non esse. Proinde, cum quis, quod suum est legat, non videtur instrumenta, & cautiones debitorum legare, aut etiam pecuniam ad fœnus destinatam, vt olim fiebat.

Lustrum quinque annorum spatium. Horatii locus illustratus.

CAP. XIX.

Video a nonnullis Lustri nomen, cum annorum spatium significat, pro quatuor duntaxat annis accipi, quamuis quincto quoque anno Vrbem lustrari, Ciuitatem censeri, ac Lustrum condi fateantur. eorum autem opinio inde fluxit, quod, peracto quadriennio, ineunte quincto anno, censum peragi putarent. Quare faciendum mihi esse duxi, vt, quæ inter legendum auctorum loca notarim, in medium proferam. Statius lib. Siluarum. 2. de Surrentino Pollii:

Huc me post patrii lætum quinquennia lustri.

Et lib. 3. ad Claudiam vxorem, quam vel ipsa Penelope castiorem dicit, quæ viginti annos Vlysse marito caruit:

——— & si ego met patrio de litore raptus
Quatuor emeritis per bella, per æquora, lustris
Errarem, tu mille procos intacta fugares,
Non intertextas commenta retexere telas,
Sed sine fraude palam, thalamosque armata negasses.

Martialis libro primo de Demetrio puero amanuensi, ægrotante, ac moriente, manumisso: quod Epigramma, propter summam elegantiam, & antiquitatis notitiam, totum adscribere libuit:

Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix dominis, notaque Cæsaribus.
Destituit primos virides Demetrius annos,
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamen ad Stygias famulus descenderet vmbras,
Vreret implicitum cum scelerata lues,
Cauimus, & domini ius omne remisimus ægro,
Munere dignus erat conualuisse meo.
Sensit deficiens sua præmia, meque patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

Quid hoc apertius? cum quarta messis, id est quartus annus tribus lustris addi dicatur, continuo sequitur, Lustrum non ex quatuor annis, vt isti volunt, constare. Præterea; si quadriennio Lustrum absolueretur, non tria lustra, sed quatuor dici debuissent ætatis Demetri, qui decessit tertio exacto lustro, & quarti lustri quarto anno. id est, vndeuigesimo, siue decimo nono ætatis anno. Est autem hoc dicendi genus pereleganst, ac Poetis in describendis annis perfamiliare. Horatius libro Carminum secundo, Ode quarta:

Cuius octauum trepidauit ætas,
Claudere lustrum.

Quadragesimum ætatis annum Horatius exegisse se significat. Et lib. 4. Ode 1.

Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum Imperiis.

Annum agebat quinquagesimum. Quod Ouidius in Ibin dixit:

Tempus ad hoc lustris bis iam mihi quinq; peractis.

Idem libro Fastor. secundo, de puero quinctum decimum annum agente:

Iam tria lustra puer furto conceptus agebat.

Ad quem locum interpres inepte hac de re disputat. Sed & Horatii locus est in Carmine sæculari:

Si Palatinas videt æquus arces,
Remque Romanam, Latiumq; felix,
Alterum in lustrum, meliusq; semper
Proroget æuum.

Ad quem locum interpretes Lustrum improprie pro sæculo sumi scripserunt. Ego vero Horatium proprie locutum censeo, & de quinquennio proxime futuro, non autem de centesimo anno sollicitum fuisse.

Nam singulis lustris, id est, quinquenniis vota pro Reipublicæ incolumitate concipiebantur. Qua de re sic Suetonius in Augusto: *Mors quoque eius, de quo dehinc dicam, diuinitasque post mortem, euidentissimis ostentis præcognita est. Cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, Aquila eum sæpius circumuolauit; transgressaque in vicinam ædem super nomen Agrippæ, ad primam literam sedit, quo animaduerso, vota, quæ in proximum lustrum, suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se, quamquam conscriptis, paratisque iam tabulis, negauit suscepturum, quæ non esset soluturus.* Hæc Suetonius. Huc accedit, quod, vt tradit Dio, eo ipso anno sæculari, qui erat vrbis conditæ DCCXXVI, finito decennio, in quinquennium Reipublicæ constituendæ potestatem accepit Augustus: cui eadem mox in alterum quinquennium decreta est: ac rursus in decennium. Quo more vsi sunt in Republica administranda, qui secuti sunt, Imperatores. Quare in veteribus monumentis Vota Quinquennalia, Decennalia, & Vicennalia, & Tricennalia leguntur, quæ primo, secundo, & tertio decennio imperii soluebãtur. Est in hortis Farnesianis Palatinis marmor, cum victimis, & inscriptione:

CAESARVM
DECENNALIA
FELICITER

Et in Arcu Imper. Constantini.

VOTIS. X VOTIS. XX

Versus

Versus obelisci Constantiniani aliquot locis illustrati, Metallum pro marmoris fodinis.

CAPVT XX.

IN basi Obelisci, quem e Circo Maximo effossum ante Basilicam Lateranam Sixtus V. Pontifex Maximus statuit, complures erant inscalpti versus, quibus Imperatoris Constantii donum significabatur. Eos versus a nobis descriptos, cum eueretur basis, nostris libris inserendos, ac posteris transmittendos curauimus, quandoquidem ea basis confracta in alios vsus concessit.

Patris.opus.munusque.suum.tibi.Roma.dicauit
Augustus.toto.Constantius.Orbe.recepto
Et.quod.nulla.tulit.tellus.nec.viderat.ætas
Condidit.vt.claris.exæquet.dona.triumfis
Hoc.decus.ornatum.genitor.cognominis.vrbis
Esse.volens.cæsa.Thebis.de.rupe.reuellit.
Sed.grauior.Diuum,tangebat.cura.vehendi
Quod.nullo.ingenio.nisuque.manuque.moueri
Caucaseam.molem.discurrens.fama.moneret
At.dominus.mundi.Constantius.omnia.fretus
Cedere.virtuti.terris.incedere.iussit
Haut.partem.exiguam.montis.pontoque.tumenti
Credidit.&.placido.vexerunt.æquora.fluctu
Litus.ad.Hesperium.populo.mirante.carinam
Interea.Romam.tetro.vastante.tyranno
Augusti.iacuit.donum.studiumque.locandi
Non.fastu.spreti.sed.quod.non.crederet.vllus
Tanta.molis.opus.superas.consurgere.in.auras.
Nunc.veluti.rursus.rufis.auulsa.metallis
Emicuit.pulsatque.polos.hæc.gloria.dudum
Auctori.seruata.suo.cum.cæde.tyranni
Redditur.atque.aditu.Romæ.virtute.reperto
Victor.ouans.Vrbisque.locat.sublime.tropæum
Principis.&.munus.condignis.atque.triumphis.

Cognominis vrbis Constantinopolim significat. Cognominis autem ὁμώνυμος, id est, eiusdem nominis. Vt apud Plautum:

Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines.

vocabantur enim Bacchides. Eiusdem vero nominis Cōstantinopolim accipio, non quod Constantini nomen, sed quod Vrbis

Romæ nomen referret. Nam Cõstantinopolis Noua Roma dicta est. Duæ igitur Vrbes erant cognomines, id est, eiusdem nominis. Ad vitandam vero ambiguitatem, addebatur alteri, Noua Roma; alteri, Vetus, Senior, Antiqua Roma. Senioris, & Nouæ mentio est in secunda cognitione Sancti Chalcedonensis Concilii, his verbis: *Conuenientе vero, & sancto Concilio & vniuersali Concilio secundum sacram Sanctionem in Chalcedonensi ciuitate congregato, idest Paschasino, & Lucentio Reuerendissimis Episcopis, & Bonifacio Reuerendissimo Presbytero, agentibus vices sanctissimi, & Deo amantissimi Archiepiscopi Senioris Romæ sancti Leonis, & Anatolio sanctissimo Archiepiscopo magni nominis Constantinopolitanæ ciuitatis Nouæ Romæ.* Et libro XI. C. de priuilegiis Vrbis Constantinop. *Vrbs*, inquit, *Constantinopolitana non solum iuris Italici; sed etiam ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur.* & l. intra, C. de operib. pub. *Intra vrbem Romam Veterem & Nouam nullus iudicum nouum opus informet.*

In versu autem, *interea Romam TARO*, cum duæ litteræ fracto marmore desiderarentur, fuerunt inductę PO, a viro non indocto, vulgatumque impressis versibus TAPORRO, vt Tyranni cognomen esset. quod Fuluio Vrsino viro litterarum cognitione præstantissimo, non satisfecit. itaque loco illarum repositæ sunt ab eo hæ duæ E, T, factumque TAETRO, quo nihil aptius fieri potuit. Tantum enim abest, vt publicis priuatisque monumentis perduellium, damnatorumque nomina mandarentur, vt inde abraderentur. Quod si victoria de hostibus a Senatu iudicaretis esset incidenda, sine nomine hostis oppressi conscribebatur. Exprimebatur tamen verbis communibus Tyranni, & Tyrannidis factio oppressa, & exstincta, adiecto etiam nomine ad Tyrannidem, Tyrannumque detestandum idoneo, vt hoc loco factum est: *TAETRO Tyranno.* est & in hortis Farnesianis Palatinis eiusdem temporis basis. quæ huc pertinet:

RESTITVTORI. VRBIS. ROMAE. ADQVE. ORBIS
ET. EXTINCTORI. PESTIFERE. TYRANNIDIS
D. N. FL. CONSTANTIO. VICTORI. AC. TRIVMFATORI
SEMPER. AVGVSTO
NERATIVS. CEREALIS. V.C. PRAEFECTVS. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANS. D. N. M. QVE. EIVS

Et in Arcu Imperatoris Constantini:

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO.
P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R.
QVOD. INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO
TAM DE. TYRANNO. QVAM DE. OMNI. EIVS
FACTIONE. VNO. TEMPORE. IVSTIS

RAM-

REMPVBLICAM . VLTVS . EST : ARMIS ARCVM. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT LIBERATORI. VRBIS FVNDATORI. QVIETIS VOTIS. . X. VOTIS XX

Illud quoque notandum est. quod sic inibi legitur:

——— *usi auuls. metallis,*

Metalla esse hoc loco marmoris fodinas apparet. quo sensu apud Lucanum accipiuntur libro quarto:

Extrahitur, duris silicum lassata metallis.

Idem libro sexto:

Ingentes cautes, auulsaque saxa metallis.

Papinius item Statius libro Siluarum primo, de balneo Etrusci:

Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis.

Idem libro quarto, ad Marcellum:

An ne metalla fera repetit iam mœnia Lunæ.

Titulus etiam est libro XI. C. de metallariis, & metallis: vbi in prioribus legibus de metallico canone cautum est in l. autem, Cuncti, *Metallum saxorum venam* interpretantur Imperatores Gratianus, Valens, & Theodosius, his verbis: *Cuncti qui per priuatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repræsentent, cætero modo propriis suis desideriis vindicando.*

Prætor tutelaris.

CAPVT XXI.

IVstinianus, dandi tutores ius penes Prætorem fuisse, ex Constitutionibus, id est, ex Imperatorum placitis, scriptum reliquit, Instit. de Atiliano tutore, §. Sed ex his. Hunc autem Prætorem Tutelarium vocatum, & a M. Aurelio factum, scribit Iulius Capitolinus: *Prætorem*, inquit, *tutelarem primus fecit, cum antea tutores a Consulibus poscerentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur.* Hæc Capitolinus. Quod autem ad Consules id spectasse dicit, sic Suetonius in Claudio: *Sanxit, vt pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur.* Cæterum ad Prætorem Tutelæ cognitio, & Tutorum datio pertinebat, id quod ex l. 2. C. de Tutorib. vel curat. illustr. cognoscitur. & ex l. 2. C. Quando mulier tutelæ officio fungatur his verbis: *Adito Prætore, qui impertiendis tutoribus præsidet.* De Prætore Tutelari in antiquis inscriptionibus mentio est:

Romæ ad Columnam Antonini

POPVLONII

L. ARADIO. VAL. PROCVLO

AVGVRI

PONTIFICI. MAIORI

QVINDECEMVIRO. SACRIS. FACIVNDIS

PONTIFICI. FLAVIALI
PRAETORI. TVTELARI
LEGATO, PROPRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PEREQVATORI. CENSVS. PROVINCIAE. GALLECIAE
PRAESIDI. PROVINCIAE. EVROPAE. ET. THRACIAE
CONSVLARI. PROVINCIAE. SICILIAE
COMITI. ORDINIS. SECVNDI
COMITI. ORDINIS. PRIMI
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. CONSVLAREM. ET
NVMIDIAM. BYZANCIVM. AC. TRIPOLIM
ITEMQ. MAVRRETANIAM. SITIFENSEM. ET
CAESARIENSEM
PERFVNCTO. OFFICIO. PRAEFEDTVRAE. PRAETORIO
COMITI. ITERVM. ORDINIS. PRIMI. INTRA PALATIVM
PRAEFECTO. VRBI. VICE. SACRA. ITERVM IVDICANTI
CONSVLI. ORDINARIO

HVIC. CORPVS. SVARIORVM. ET. CONFECTVARIORVM
AVCTORIBVS. PATRONIS. EX. AFFECTV. EIDEM IVRE. DEBITO.
STATVAM. PATRONO. DIGNO PONENDAM CENSVIT.

Ad Forum Traiani.

AVCHENII
ANICIO. AVCHENIO. BASSO. V. C. QVAESTORI CANDIDATO
VNO. EODEMQVE. TEMPORE. PRAETORI TVTELARI. PROCONSVLI
CAMPANIAE. PRAEFECTO. VRBI. TRINI. MAGISTRATVS
INSIGNIA. FACVNDIAE. ET. NATALIVM SPECIOSA. LVCE. VIRTVTIS. ORNANTI.&

Aurelii

Aureli Prudenti locus emendatus.

CAPVT XXII.

Latinus Viterbiensis, qui summo bonorum dolore proxime decessit, vir venerandæ formæ & doctrinæ prope singularis semper est habitus. Is cum esset fere octogenarius, & per ætatem, neque domo, neque lectulo commouere se posset, frequentes ad illum Viri bene docti confluebant: erat enim prope Ciuitatis Oraculum. Admiratione dignum videbatur, quod in summa senectute oculis caligantibus, effeto corpore, vigebat tamen in illo animus, mens, memoria, multa acute disputabat, aliena scripta iudicabat, veterum libros corrigebat, & apposite restituebat. Nihil mihi admirabilius visum est, quam quod omnes fugisset, ac fefellisset in Prudentio; id ipsum post omnium librorum editiones, vidisse atque egregie emendasse. Sic enim legitur in præfatione libri primi aduersus Symmachum:

Spes insueta subit serpere flexibus,
Et vibrare sagax eloquii caput:
Sed dextra impatiens vulneris, irritos
Oris rhetorici decutit halitus,
Effusum ingenii virus inaniter
Summa Christicolæ in cute substitit.

Nemo locum de mendo suspectum habuit. Latinus hoc subodoratus est, & vnius literæ secundæ vocalis transpositione in ververbo SPES, nullo ibi plane sensu, locum illustrauit, hoc modo, SEPS. loquitur enim Prudentius de Serpente metaphoricos. Serpentis autem genus Seps, non Spes. Spei certe neque flexus corporis, neque capitis vibratio est. Seps autem mire in hunc locum serpit. Lucanus libro nono de hoc serpente sic:

Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus Seps.

Et Ausonius:

An Libys ferale malum, sit Romula vox Seps.

Huiusmodi mendum in libros typis excusos e manuscriptis emanauit. est enim in Bibliotheca Vaticana Prudentii miræ antiquitatis liber, quem Federicus Rainaldus, harum rerum, quam diu vixit, diligens indagator, emtum in bibliotheca collocauit. Spes, tamen in eo legitur, mendose omnino.

Enni versus apud A. Gellium explicati. frustrari, & frustra esse, quid.

M. Antonius Muretus laudatus.

CAPVT XXIII.

Magna mihi familiaritas, & consuetudo cum M. Antonio Mureto fuit; multumque hominis doctissimi vtebar eruditione. Nam, præterquam, quod publice profitentem summa cum

ingenii, doctrinæ, & eloquentiæ gloria in Romana Academia quotidie fere audiebam, antelucanis quoque horis domi ius Ciuile priuatim docenti operam dabam. Quare multa quæ præclare dicta essent, raptim excipiebam. Eius generis est, Q. Enni versuum, qui apud A. Gellium sunt, explicatio. is enim libro XVIII. capite 2. sic scriptum reliquit. Enarratio horum versuum, qui sunt in Satyris Q. Enni vno multifariam verbo concinniter implicati, quorum exemplum, hoc est:

Nam, qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse:
Nam, qui sese frustrari, quam frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est: si non ille est frustra.

Sic explicabat Muretus: Qui vult alium lepide fallere, dicere non debet errare, ac falli, eum, quem ipse fallere cogitat. Nam, vbi quis sentit frustra alium operam dare, vt se fallat, eum, nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse frustra est, qui eum frustrari volebat, frustrari, est fallere; Frustra esse, falli, ac decipi.

Mortales inuocari. a Poetis non esse insolens, aut nouum,

CAPVT. XXIV.

CArmen, quod nuper quatuor Cardinalibus a Clemēte VIII. Pontifice optimo Maximo cooptatis gratulabundus conscripsi, viro doctissimo legendum dederam, vt si qua imprudenti mihi excidissent, libere admoneret. Quare candidi iudicis officio functus nonnulla adnotauit, quæ de eius sententia libenter correxi. Vnum mihi persuadere non potuit, Inuocationem esse commutandam, quod Dii, non homines inuocari solerent. Respondi enim habere me locupletes auctores, quorum exemplo id fecissem. Nouum hoc ille plane sibi videri dicebat, qui memoria non teneret mortalium inuocationes. Facturus igitur operæ pretium mihi videor, si scribentibus æque, ac iudicantibus rem gratam faciam; omnemque ambiguitatem, ac scrupulum eximam; prolatisque in medium testimoniis, non esse hoc nouum, atque insolens, sed a bonis Poetis frequenter vsurpatum, doceam. Papinianus Statius Gallicum, de quo libro Siluarum primo scribit, his versibus inuocat:

Ast ego nec Phœbum (quamquam mihi surda sine illo
Plectra) nec Aonias decima cum Pallade diuas,
Aut mitem Tegea, Dircesue hortabor alumnum.
Ipse veni, viresque nouas, animumque ministra,
Qui caneris.

Sed Statius Ouidium imitatus est, quod facile cognoscet, qui vtriusque locos conferet. Ouidius sane Germanicum Fastorum initio inuocat, his versibus:

Excipe pacato, Cæsar Germanice, vultu
Hoc opus, & timidæ dirige nauis iter.
Officioque, leuem non auersatus honorem,
Huic tibi deuoto, numine dexter ades.

Et in 1. a:

Annue conanti per laudes ire tuorum,
Deque meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidum: dederis in carmina vires:
Ingenium vultu statque caditque tuo.

Vterque vero Vergilium auctorem habuit, vnde mortales inuocandi rationem hanc didicerunt. is enim, Eclog. IX.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui.

Mortalem sine controuersia inuocat.

Et libro Georgicor. secundo ad Mæcenatem orationem conuertit, his versibus:

Tuque ades, inceptumque vna decurre laborem,
O decus, o famæ merito pars maxima nostræ
Mæcenas, pelagoque volans da vela patenti.

Augustum quoque idem inuocauit, virum nondum immortalitate donatum, nondum Diuum, Georg. primo:

Tuq; adeo, quem mox, quæ sint habitura deorum
Concilia incertum est, Vrbes ne inuisere Cæsar,
Terrarumq; Velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant; tibi seruiat vltima thule;
Teque sibi generum Thetis emat omnibus vndis;
Anne nouum tardis sidus te mensibus addas;
Qua locus Erigonen inter, Chelasq; sequentes
Panditur; ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte reliquit.
Quidquid eris (nam te nec sperent Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia Campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atque audacib. annue cœptis,
Ignarosque viæ, mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Quem locum omnes fere qui secuti sunt Poetæ imitandum sibi proposuerunt. Lucanus Neronem inuocat:

—— te, cum statione peracta
Astra petes serus, prælati regia cœli
Excipiat gaudens polo; seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus.

Telluremque nihil mutato sole timentem
Igniuago lustrare iuuat: tibi numine ab omni
Cedetur: iurique tuo natura relinquet,
Quis Deus esse velis; vbi regnum ponere mundi.
Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe:
Nec polus aduersi calidus qua vergitur Austri,
Vnde tuam videas obliquo sidere Romam.
Aetheris immensi partem si presseris vnam,
Sentiet axis onus. librati pondera cæli
Orbe tene medio: pars ætheris illa sereni
Tota vacet, nullaque obstent a Cæsare nubes.
Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inque vicem gens omnis amet: pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescat limina Iani:
Sed mihi iam numen: nec, si te pectore vates
Accipiam, Cyrrhæa velim secreta mouentem
Solicitare Deum, Bacchumque auertere Nysa.
Tu satis ad vires Romana in Carmina dandas.

Manilius Augustum:

Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque, paterque,
Qui Regis Augustis parentem legibus Orbem,
Concessumque patri mundum Deus ipse mereris,
Das animum, viresq; facis ad tanta canendum.

Valerius Flaccus Vespasianum:

——— Tuque o, pelagi cui maior aperti
Fama, Chaledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus, phrygios prius indignatus Iulos,
Eripe me populis, & habenti nubila terræ
Sancte Pater, veterumque faue veneranda canenti
Facta virum, versam proles tua pandit Idumen.
Namque potest, Solymo nigrantem puluere fratrem,
Spargentemque faces, & in omni turre furentem.
Illa tibi cultusque deum, delubraque genti
Instituet, cum iam genitor lucebis ab omni
Parte poli. neque enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graiis Helice seruanda magistris.
Seu tu signa dabis, seu te duce Græcia, mittet
Et Sidon, Nilusque rates, nunc nostra serenus.
Orsa iuues, hæc vt Latias vox impleat vrbes.

Papinius Statius Domitianum, in Thebaide:

——— tuque o Latiæ decus addite famæ,
Quem noua maturi subeuntem exorsa parentis
Æternum sibi Roma cupit. Licet arctior omnes
Limes agat stellas, & te plaga lucida cæli
Pleiadum, Boreæque & hiulci fulminis expers

Sollicitet

Sollicitet, licet igni pedum fr enator equorum
Ipse tuis alter adiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter aqua
Parte poli, maneas hominum contentus habenis
Vndarum, terraque potens, & sidera dones.
Tempus erit, cum laurigero tua fortior œstro
Facta canam.

Et in Achilleide:

At tu, quem longe primum stupet Itala virtus,
Graiaque, cui gemina florent vatumque ducumq;
Certatim laurus, (olim dolet altera vinci)
Da veniam, ac trepidum patere hoc sudare parumper
Puluere, te longo, nec dum fidente paratu
Molimur, magnusque tibi præludat Achilles.

Horati & Valeri Flacci loci collati.

CAPVT. XXV.

BArbaras gentes Corallos non lituo, tubaue, aut tympano, in conflictu vsos esse ad animos militum incitandos, sed fortium virorum laudibus, lib. VI. commemorat Valerius Faccus his versibus:

Prælia nec rauco curant incendere cornu,
Indigenas sed rite duces, & prisca suorum
Facta canunt, veterumque viris hortamina laudes.

Quod & multo ante, Horatius ad Pisones de Arte Poetica scripsit a Tyrtæo tale quid factum:

Tyrtausque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Ouidi Loci ex Epistola Penelopes vindicati.
Iulius Cæsar Scaliger reprehensus.

CAPVT. XXVI.

IVlius Cæsar Scaliger in Hypercritico illud apud Ouidium ex epistola Penelopes reprehendit:

Illi victa suis Troica fata canunt.

Non erunt inquit *victa fata. immo Troianum fatum vicit. vicit enim Troianorum vota, quia in fatis erat Troiam capi.* Nullo negotio Scaligeri argumentum dissolui, & Ouidium defendi posse, existimamus. Ouidius siquidem particularia, vt ita dicam, Troianorum fata, seu oracula, vt Seruio placet ad illud Verg.

——fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaum,

intellexit Palladium, Troilum & Laomedontis sepulcrum, Scaliger vero ad generale videlicet Troianorum fatum respexit. Fuisse autem plura fata, eademque superata a Græcis, vt recte ab Ouidio dictum est, Plautus in Bacchidibus auctor est:

in Chalcedonensi ciuitate, Metropoli Prouinciæ Bithyniæ facta est synodus ex decreto piissimorum, & fidelissimorum Imperator Valentiniani, & Marciani, congregatis in Ecclesia sanctæ ac triumphatricis Martyris Euphemiæ gloriosissimis iudicibus, id est, magnificentissimo, & gloriosissimo Magistro militum, & Ex Consule ordinario, ac Patricio Anatolio; & magnificentissimo, & gloriosissimo Præfecto sacrorum prætoriorum Palladio: & magnificentissimo & gloriosissimo Præfecto Vrbis Daciano; & magnificentissimo & gloriosissimo Vincomalo, & magnificentissimo, & gloriosissimo Ex Magistro Martiali; & magnificentissimo Comite deuotissimorum domesticorum Sporatio; & magnificentissimo comite rerum priuatarum Genethlio. Aopositus etiam e glorioso Senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo Ex Præfecto Prætorii sexties & ex Consule ordinario, ac Patricio Florentio: & magnificentissimo, & gloriosissimo Consule ordinario, & Patricio Senatore; & magnificentissimo, & gloriosissimo Ex Magistro officiorum, & Ex Consule ordinario, ac Patricio Nonio; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto, & ex Consule Ordinario, ac Patricio Protegone, & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Vrbi Theodoro, & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Vrbi Apollonio; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præposito sacri Cubiculi Romano; & magnificentissimo, & gloriosissimo. Ex Præfecto Illyrici Theodoro; & magnificentissimo & gloriosissimo, Ex Præfecto Prætoriorum Constantino; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præposito Sacri Cubiculi Artaxerxe; & magnificentissimo, & gloriosissimo, Ex Præfecto Illyrici Eulogio.

Vides hic recenseri quinque Ex Consulibus, id est, Consulares: quos si Consules interpretaris, vno eodemque tempore sex Consules ordinarii, ne suffectos putes, exstitisse videbuntur. Nam Imperator Flauius Martianus Cõsulatum eo ipso anno gerebat. Idem dicendum de Præfecto Vrbis, Præfecto Prætorii, Præfecto Illyrici, quos vno eodemque tempore magistratus a pluribus gestos absurdum est fateri: plures autem vni tantum honores congestos eodem tempore, putidum est affirmare. Quare dicendum est, Ex Consulibus, Ex Prætoribus, Ex Præfectis, Ex Quæstoribus, non esse Consules, Prætores, Præfectos, Quæstores, sed Cõsulares, Prætorios, Præfectorios, & Quæstorios. id est, qui his magistratibus functi essent actu, & opere, ad differentiam eorum, qui honorarii dicebantur. Quibus tantum Consularia, & Prætoria ornamenta, non autem Consulatus & Prætura beneficio Principis concessa essent. Vides item hic, Palladium, Præfectum Prætoriorum, & Tatianum, Præfectum Vrbis, qui Præfecturas gererent, Florentium autem, Ex Præfecto Prætorii & Constantinum, Ex Præfecto Prætoriorum, & Theodorum, Ex Præfecto Vrbis; & Apollonium item, Ex Præfecto Vrbis, qui Præfecturis eiusmodi functi essent. Plura qui volet, ex reliquis eiusdé

Synodi

Synodi actionib. petet. Plura itē in Cōstantinopolitani Concilii actionibus habentur, quæ ad hanc rem pertinent. Non posse autem hæc nomina per casus flecti, sed prælatæ præpositioni sexto casu tantum seruire, argumento est lapis apud Glorierios, ad læuam exeius, quem punctis, notato literarum, quæ desiderantur, numero, suppletum excudendum curauimus.

D. D. N. N, FL. VALENTINIANO. ET. GRATIANO
RATORIBVS. AVIS

CEIONIVS . RVFIVS . VOLV . . SI
ANVS . V . C . ET . INLVSTR . . IS.
EX . VICARIO . ASIAE. ET . CEIO
NI, RVFI . VOLVSIANI . V . C
ET. INLVSTRIS. EX. PRAEFECTO.. PRE
TORIO. ET. EX. PRAEFECTO VR.. BIS
ET. CECINE LOLLIANE. CLAR..ISSI
ME. ET. INLVSTRIS . FEMIN . . . E
DEAE ISIDIS SACERDOTIS. FI..LIVS
ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX. P.. ERCE-
PTIS. TAVROBOLIIS VI. ARAM. CONSTITV..IT
ET CONSECRAVIT. X. KAL. IVN. D. N. VA.. LEN.
TINIANO. AVG. ET. NEOTERIO. C... ONSS

Grates agi recte dicuntur.

CAPVT XVI.

FRiuola sunt pleraque de differentiis, & proprietate sermonis, quæ circumferūtur. Illud in primis falsum est, quod dicitur, inter Grates, & Gratias hoc interesse, quod Grates referimus, Gratias agimus. Nullum enim discrimen harum vocum apud veteres animaduerti. Ouidius certe Agendi verbo Grates coniunxit, in Ibin:

Huic igitur meritas grates, vtcumque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.

Cicero de Somnio Scipionis: *Et grates,* inquit, *tibi ago, summe Sol, vobisque reliqui Cœlites.* Liuius lib. 10. *Læti, atque alacres, Diis, Populoque Romano grates agunt.*

Vergilius lib. Æneid. primo Persoluendi, id est, referendi verbo adiunxit:

——grates persoluere dignas
Non opis est nostra.

Quemadmodum autem Gratias Agere, & Referre, sic Grates Agere, Persoluere, & Referre, Latine dicimus. Quod [illegible]

Fr[illegible]

Solstitio, id est, per æstatem: cui opposuit, *Niualibus auris*, id est per hiemem. Brumam porro solstitio opponi, ex ipso Cicerone intelligimus; qui libro de natura deorum secundo sic scriptum reliquit: *Solis accessus, discessusque solstitiis, brumisque cognoscitur.* M. Varro aperte eandem rem explicat lib. de lingua Latina quincto, his verbis: *Alter motus Solis est, alter cæli, quod mouetur a Bruma ad Solstitium. Dicta Bruma, quod breuissimus dies est. Solstitium, quod Sol eo die sistere videatur; aut quod Sol ad nos versum proximum est Solstitium. Cum venit in medium spatium inter brumam, & solstitium, quod dies æquus sit, ac nox; Æquinoctium dictum.* Ex iis igitur constat, a maioribus seruatum religiose, quod a minoribus deprauatum est. Nam apud bonos Latinitatis auctores Solstitii nomen Solstitium æstiuum duntaxat significat. Vergilii autem sententia ea est: adulto vere, qui proxime æstatem attingit, pluuiam frugibus necessariam esse, vnde alantur. Per brumam vero, & hiemem, serenitatem conducere. Macrobius li. Saturnalium quincto, ca. 20. hos versus enarrat; & carmen rusticum antiquum profert:

Hiberno puluere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.

Pecunia in nominibus occupata, id est, mutuo data, vel ad nomina facienda destinata, nostra non est. Ciceronis, & Iurisconsultorum loci comparati.

CAPVT XVIII.

SVbtilis Kalẽdarii ratio quibusdam, & ob id obscurior videtur. Kalendarii autem nomen hoc loco interpretor, tabulas, seu librum fœneratorum, quo in libro eorum nomina scribebantur, quibus pecunia ferebatur expensa, & mutuo data. At, quoniam plerumque Kalendis collocabantur nummi, Kalendarium eiusmodi librum appellarunt. Horatius de laudibus vitæ rusticę, exigendorum, faciendorumque nominum tempora eleganter tetigit:

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius,
Iam iam futurus rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam.
Quærit Kalendis ponere.

Quod autem dixeram Kalendarii rationem obscuriorem, eo spectat, quod Cicero in Topicis de Loco differentię sic scriptum reliquit: *Non, si vxori vir legauit omne argentum, quod suum esset, idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multum enim differt, in arca ne positum sit argẽtum, an in tabulis debeatur.* Ad eũ locum Seuerinus Boetius optime disputat: *legato genere, videlicet excepta differentia, legatas esse species tantũm, argẽti autem species esse signatum, non signatum, differentias vero seu qualitates pecuniæ in possessione positæ vel non positæ, exceptas, legato non contineri propter illud*

pronomen adiectum, quod suum esset. nummi enim in nominibus, siue mutui dati, in possessione eius, qui dedit, non videntur. si quidē ea mutui vis est, vt quod mutuum datur accipientis fiat. Huc accedit, q̄ non solum nomina, & crediti nummi excepti videntur, sed vero etiam quidquid argentum ad Kalendarium & nomina facienda dūtaxat destinatum in arca sit, vel a debitoribus exactum, vel aliunde redactum. Qua de re copiose eleganterque a nostris Iurisconsultis disseritur. Scæuola l. vxorem. § leg. uerat. de leg. & fideicomm. *Legauerat*, inquit, *per fideicōmissum Mæuio, ita: Quidquid in patria Gadibus possideo, &c. Item quæsitum est, Kalendarium quod in patria sua, vel intra fines eius defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria sua habebat, reliquit, an id quoq; Kalēdarium propter verba suprascripta Mæuio, ex caussa fideicommissi deberetur. Respondi, non deberi. Item quæsitum est, an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inuenta esset, vel ex diuersis nominibus exacta, & ibi deposita, ex fideicommisso debeatur. Respondi, supra responsum esse.* Et Africanus l. qui filium, eodem: *Qui filium, & nepotem heredem instituerat, certa prædia, quæque in his mortis tempore sua essent, nepoti per fideicommissum dederat, excepto Kalendario. Mortis tempore in ea arca, in qua instrumenta, & cautiones debitorum erāt, pecunia numerata inuenta est. plerisq; videbatur vix vero simile esse, vt testator de pecunia numerata sensisset. Ego autem illud dignum animaduersione existimabam: cum quis Kalendarium præstari alicui voluerit, vtrum nomina dumtaxat debitorum præstari voluisse intelligendus sit, an vero etiam pecuniam, si qua ab his exacta, eidem tamen Kalēdario destinata fuerit. Et magis puto, quemadmodum si exacta pecunia, & rursus collocata essent, permutatio nominum non perimeret, vel minueret fideicommissum: ita ipsas quoq; pecunias, si adhuc Kalendario, id est, nominibus faciendis destinata essent, eidem fideicōmisso cedere debere. Quinetiam illud quoq; putem defendi posse; vt non modo a debitoribus exacta pecunia, sed quacumq; de caussa redacta, eidem tamen rationi destinata, fideicommisso cedant.* Celsus præterea ex ipsa antiquitate petitam aliam eius rei rationem affert, l. si chorus eodem. *Quæ, ibi*, inquit, *mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos, vt mutui darentur, nō esse legatos, Proculus, ait. at eos, quos præsidii caussa repositos habet, (vt quibusdā bellis ciuilibus factitassent) eos legato contineri, & sæpe audisse se rusticos senes ita dicentes, Pecuniam sine peculio fragilem esse. Peculiū appellantes, quod præsidii caussa reponeretur.* Ex iis igitur grauissimorum auctorum locis facile intelligimus, hoc nos iure vti, vt ea tantum nostra sint, quæ possidemus; Pecuniam autem mutuam collocatam, siue etiam in eum vsum comparatam, nostram non esse. Proinde, cum quis, q̄ suum est legat, non videtur instrumenta, & cautiones debitorum legare, aut etiam pecuniam ad fœnus destinatam, vt olim fiebat.

Lustrum

Lustrum quinque annorum spatium. Horati locus illustratus.

CAP. XIX.

VIdeo a nonnullis Lustri nomen, cum annorum spatium significat, pro quatuor duntaxat annis accipi, quamuis quincto quoque anno Vrbem lustrari, Ciuitatem censeri, ac Lustrum condi fateantur. eorum autem opinio inde fluxit, quod, peracto quadriennio, ineunte quincto anno, censum peragi putarent. Quare faciendum mihi esse duxi, vt, quæ inter legendum auctorum loca notarim, in medium proferam. Statius Lib. Siluarum. 2. de Surrentino Polli:

Huc me post patrii lætum quinquennia lustri.

Et lib. 3. ad Claudiam vxorem, quam vel ipsa Penelope castiorem dicit, quæ viginti annos Vlysse marito caruit:

——— & si ego met patrio de litore raptus
Quatuor emeritis per bella, per æquora, lustris
Errarem, tu mille procos intacta fugares,
Non intertextas commenta retexere telas,
Sed sine fraude palam, thalamosque armata negasses.

Martialis libro primo de Demetrio puero amanuensi, ægrotante, ac moriente, manumisso: quod Epigramma, propter summam elegantiam, & antiquitatis notitiam, totum adscribere libuit:

Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix dominis, notaque Cæsaribus.
Destituit primos virides Demetrius annos,
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamen ad Stygias famulus descenderet vmbras,
Vreret implicitum cum scelerata lues,
Cauimus, & domini ius omne remisimus ægro,
Munere dignus erat conualuisse meo.
Sensit deficiens sua præmia, meque patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

Quid hoc apertius? cum quarta messis, id est quartus annus tribus lustris addi dicatur, continuo sequitur, Lustrum non ex quatuor annis, vt isti volunt, constare. Præterea, si quadriennio Lustrum absolueretur, non tria lustra, sed quatuor dici debuissent ætatis Demetri, qui decessit tertio exacto lustro, & quarti lustri quarto anno. id est, vndeuigesimo, siuedecimo nono ætatis anno. Est autem hoc dicendi genus perelegans, ac Poetis in describendis annis perfamiliare. Horatius libro Carminum secundo, Ode quarta:

Cuius octauum trepidauit ætas,
Claudere lustrum.

Quadragesimum ætatis annum Horatius exegisse se significat. Et lib. 4 Ode 1.

Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum Imperiis.

Annum agebat quinquagesimum. Quod Ouidius in Ibin dixit:

Tempus ad hoc lustris bis iam mihi quinq; peractis.

Idem libro Fastor. secundo, de puero quinctum decimum annum agente:

Iam tria lustra puer furto conceptus agebat.

Ad quem locum interpres inepte hac de re disputat. Sed & Horatii locus est in Carmine sæculari:

Si Palatinas videt æquus arces,
Remque Romanam, Latiumq; felix,
Alterum in lustrum, meliusq; semper
Proroget æuum.

Ad quem locum interpretes Lustrum improprie pro sæculo sumi scripserunt. Ego vero Horatium proprie locutum censeo, & de quinquennio proxime futuro, non autem de centesimo anno sollicitum fuisse.

Nam singulis lustris, id est, quinquenniis vota pro Reipublicæ incolumitate concipiebantur. Qua de re sic Suetonius in Augusto: *Mors quoque eius, de quo dehinc dicam, diuinitasque post mortem, euidentissimis ostentis præcognita est. Cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, Aquila eum sæpius circumuolauit; transgressaque in vicinam ædem super nomen Agrippæ, ad primam literam sedit, quo animaduerso, vota, quæ in proximum lustrum, suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se, quamquam conscriptis, paratisque iam tabulis, negauit suscepturum, quæ non esset soluturus.* Hæc Suetonius. Huc accedit, quod, vt tradit Dio, eo ipso anno sæculari, qui erat vrbis conditæ DCCXXXVI, finito decennio, in quinquennium Reipublicæ constituendæ potestatem accepit Augustus: cui eadem mox in alterum quinquennium decreta est: ac rursus in decennium. Quo more vsi sunt in Republica administranda, qui secuti sunt, Imperatores. Quare in veteribus monumentis Vota Quinquennalia, Decennalia, & Vicennalia, & Tricennalia leguntur, quæ primo, secundo, & tertio decennio imperii soluebantur. Est in hortis Farnesianis Palatinis marmor, cum victimis, & inscriptione:

CAESARVM
DECENNALIA
FELICITER

Et in Arcu Imper. Constantini.

VOTIS . X VOTIS . XX

Versus

Versus obelisci Constantiniani aliquot locis illustrati, Metallum pro marmoris fodinis.

CAPVT XX.

IN basi Obelisci, quem e Circo Maximo effossum ante Basilicam Lateranam Sixtus V. Pontifex Maximus statuit, complures erant inscalpti versus, quibus Imperatoris Constantii donum significabatur. Eos versus a nobis descriptos, cum erueretur basis, nostris libris inserendos, ac posteris transmittendos curauimus, quando ea basis confracta in alios vsus concessit.

Patris.opus.munusque.suum.tibi.Roma.dicauit
Augustus.toto.Constantius.Orbe.recepto
Et.quod.nulla.tulit.tellus.nec.viderat.ætas
Condidit.vt.claris.exæquet.dona.triumfis
Hoc.decus.ornatum.genitor.cognominis.vrbis
Esse.volens.cæsa.Thebis.de.rupe.reuellit.
Sed.grauior.Diuum.tangebat.cura.vehendi
Quod.nullo.ingenio.nisuque.manuque.moueri
Caucaseam.molem.discurrens.fama.moneret
At.dominus.mundi.Constantius.omnia.fretus
Cedere.virtuti.terris.incedere.iussit
Haut.partem.exiguam.montis.pontoque.tumenti
Credidit.&.placido.vexerunt.æquora.fluctu
Litus.ad.Hesperium.populo.mirante.carinam
Interea.Romam.tetro.vastante.tyranno
Augusti.iacuit.donum.studiumque.locandi
Non.fastu.spreti.sed.quod.non.crederet.vllus
Tantæ.molis.opus.superas.consurgere.in.auras.
Nunc.veluti.rursus.rufis.auulsa.metallis
Emicuit.pulsatque.polos.hæc.gloria.dudum
Auctori.seruata.suo.cum.cæde.tyranni
Redditur.atque.aditu.Romæ.virtute.reperta
Victor.ouans.Vrbisque.locat.sublime.tropæum
Principis.&.munus.condignis.atque.triumphis.

Cognominis vrbis Constantinopolim significat. Cognominis autem ὁμώνυμος, id est, eiusdem nominis. Vt apud Plautum:

Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines.

vocabantur enim Bacchides. Eiusdem vero nominis Cōstantinopolim accipio, non quod Constantini nomen, sed quod Vrbis

Romæ nomen referret. Nam Cõstantinopolis Noua Roma dicta est. Duæ igitur Vrbes erant cognomines, id est, eiusdem nominis. Ad vitandam vero ambiguitatem, addebatur alteri, Noua Roma; alteri, Vetus, Senior, Antiqua Roma. Senioris, & Nouæ mentio est in secunda cognitione Sancti Chalcedonensis Concilii his verbis: *Conuenientе vero, & sancto Concilio & vniuersali Concilio secundum sacram Sanctionem in Chalcedonensi ciuitate congregato, idest Paschasino, & Lucentio Reuerendissimis Episcopis, & Bonifacio Reuerendissimo Presbytero, agentibus vices sanctissimi, & Deo amantissimi Archiepiscopi Senioris Romæ sancti Leonis, & Anatolio sanctissimo Archiepiscopo magni nominis Constantinopolitanæ ciuitatis Noua Roma.* Et libro XI. C. de priuilegiis Vrbis Constantinop. *Vrbs*, inquit, *Constantinopolitana non solum iuris Italici; sed etiam ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur.* & l. intra, C. de operib. pub. *Intra vrbem Romam Veterem & Nouam nullus iudicum nouum opus informet.*

In versu autem, *interea Romam T A RO*, cum duæ litteræ fracto marmore desiderarentur, fuerunt inductæ PO, a viro non indocto, vulgatumque impressis versibus T A P O R O, vt Tyranni cognomen esset quod Fuluio Vrsino viro litterarum cognitione præstantissimo, non satisfacit. itaque loco illarum repositæ sunt ab eo hæ duæ E, T, factumque T A E T R O, quo nihil aptius fieri potuit. Tantum enim abest, vt publicis priuatisque monumentis perduellium, damnatorumque nomina mandarentur, vt inde abraderentur. Quod si victoria de hostibus a Senatu iudicatis esset incidenda, sine nomine hostis oppressi conscribebatur. Exprimebatur tamen verbis communibus Tyranni, & Tyrannidis factio oppressa, & exstincta, adiecto etiam nomine ad Tyrannidem, Tyrannumque detestandum idoneo, vt hoc loco factum est: *TAETRO Tyranno.* est & in hortis Farnesianis Palatinis eiusdem temporis basis, quæ huc pertinet:

RESTITVTORI. VRBIS ROMAE. ADQVE. ORBIS
ET. EXTINCTORI. PESTIFERAE. TYRANNIDIS
D. N. FL. CONSTANTIO. VICTORI. AC. TRIVMFATORI
SEMPER. AVGVSTO
NERATIVS. CEREALIS. V.C. PRAEFECTVS. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANS. D. N. M. QVE. EIVS

Et in Arcu Imperatoris Constantini:

EMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO
P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R
QVOD. INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO
TAM. DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI. EIVS
FACTIONE. VNO. TEMPORE. IVSTIS

REM-

REMPVBLICAM . VLTVS . EST . ARMIS
ARCVM. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT
LIBERATORI. VRBIS FVNDATORI. QVIETIS
VOTIS . . X. VOTIS XX

Illud quoque notandum est, quod sic inibi legitur:

——*usi. auulsi. metallis,*

Metalla esse hoc loco marmoris fodinas apparet. quo sensu apud Lucanum accipiuntur libro quarto:

Extrahitur, dum silicem lassat metallis.

Idem libro sexto:

Ingentes cautes, auulsaque saxa metallis.

Papinius item Statius libro Siluarum primo, de balneo Etrusci:

Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis.

Idem libro quarto, ad Marcellum:

An ne metalli ferra repetit iam mœnia Lunæ.

Titulus etiam est libro XI. C. de metallariis, & metallis: vbi in prioribus legibus de metallico canone cautum est. In l. autem, Cuncti, *Metallum saxorum venam* interpretantur Imperatores Gratianus, Valens, & Theodosius, his verbis: *Cuncti qui per priuatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repræsentent, cetero modo propriis suis desideriis vindicando.*

Prætor tutelaris.

CAPVT XXI.

IVstinianus, dandi tutores ius penes Prætorem fuisse, ex Constitutionibus, id est, ex imperatorum placitis, scriptum reliquit, Instit. de Atiliano tutore, §. Sed ex his. Hunc autem Prætorem Tutelarium vocatum, & a M. Aurelio factum, scribit Iulius Capitolinus: *Prætorem*, inquit, *tutelarem primus fecit, cum antea tutores a Consulibus poscerentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur.* Hæc Capitolinus. Quod autem ad Consules id spectasse dicit, sic Suetonius in Claudio: *Sanxit, vt pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur.* Ceterum ad Prætorem Tutelæ cognitio, & Tutorum, datio pertinebat, id quod ex l. 2. C. de Tutorib. vel curat. illustr. cognoscitur. & ex l. 2. C. Quando mulier tutelæ officio fungatur his verbis: *A certo Prætore, qui impertiendis tutoribus præsidet.* De Prætore Tutelari in antiquis inscriptionibus mentio est:

Romæ ad Columnam Antonini

POPVLONII

L. ARADIO. VAL. PROCVLO
AVGVRI
PONTIFICI. MAIORI
QVINDECEMVIRO. SACRIS. FACIVNDIS

PONTIFICI. FLAVIALI
PRAETORI. TVTELARI
LEGATO. PROPRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PEREQVATORI. CENSVS. PROVINCIAE. GALLECIAE
PRAESIDI. PROVINCIAE. EVROPAE. ET. THRACIAE
CONSVLARI. PROVINCIAE. SICILIAE
COMITI. ORDINIS. SECVNDI
COMITI. ORDINIS. PRIMI
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. CONSVLAREM. ET
NVMIDIAM. BYZANCIVM. AC. TRIPOLIM
ITEMQ. MAVRRETANIAM. SITIFENSEM. ET CAESARIENSEM
PERFVNCTO. OFFICIO. PRAEFEDTVRAE. PRAETORIO
COMITI. ITERVM. ORDINIS. PRIMI. INTRA PALATIVM
PRAEFECTO. VRBI. VICE. SACRA. ITERVM IVDICANTI
CONSVLI. ORDINARIO

HVIC. CORPVS. SVARIORVM. ET. CONFECTVARIORVM
AVCTORIBVS. PATRONIS. EX. AFFECTV. EIDEM IVRE. DEBITO.
STATVAM. PATRONO. DIGNO PONENDAM CENSVIT.

Ad Forum Traiani.

AVCHENII
ANICIO. AVCHENIO. BASSO. V. C. QVAESTORI CANDIDATO
VNO. EODEMQVE. TEMPORE. PRAETORI TVTELARI. PROCONSVLI
CAMPANIAE. PRAEFECTO. VRBI. TRINI. MAGISTRATVS
INSIGNIA. FACVNDIAE. ET. NATALIVM. SPECIOSA. LVCE. VIRTVTIS. ORNANTI. &c

Aurelii

Aureli Prudenti locus emendatus.

CAPVT XXII.

LAtinus Viterbiensis, qui summo bonorum dolore proxime decessit, vir veneranda formæ & doctrinæ prope singularis semper est habitus. Is cum esset fere octogenarius, & per ætatem, neque domo, neque lectulo commouere se posset, frequentes ad illum Viri bene docti confluebant: erat enim prope Ciuitatis Oraculum. Admiratione dignum videbatur, quod in summa senectute oculis caligantibus, effeto corpore, vigebat tamen in illo animus, mens, memoria, multa acute disputabat, aliena scripta iudicabat, veterum libros corrigebat, & apposite restituebat. Nihil mihi admirabilius visum est, quam quod omnes fugisset, ac fefellisset in Prudentio, id ipsum post omnium librorum editiones, vidisse atque egregie emendasse. Sic enim legitur in præfatione libri primi aduersus Symmachum:

Spes insueta subit serpere flexibus,
Et vibrare fugax eloquiis caput:
Sed dextra impatiens vulneris, irritos
Oris rhetorici depulit halitus,
Effusum ingenii virus inaniter
Summa Christicolus in cute substitit.

Nemo locum de mendo suspectum habuit. Latinus hoc subodoratus est, & vnius literæ secundæ vocalis transpositione in ververbo SPES, nullo ibi plane sensu, locum illustrauit, hoc modo, SEPS. loquitur enim Prudentius de Serpente metaphoricos. Serpentis autem genus Seps, non Spes. Spei certe neque flexus corporis, neque capitis vibratio est. Seps autem mire in hunc locum serpit. Lucanus libro nono de hoc serpente sic:

Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus Seps.

Et Ausonius:

An Libya ferale malum, sit Romula vox Seps.

Huiusmodi mendum in libros typis excusos e manuscriptis emanauit. est enim in Bibliotheca Vaticana Prudentii miræ antiquitatis liber, quem Federicus Rainaldus, harum rerum, quam diu vixit, diligens indagator, emtum in bibliotheca collocauit. Spes, tamen in eo legitur, mendose omnino.

Enni versus apud A. Gellium explicati. frustrari, & frustra esse, quid.

M. Antonius Muretus laudatus.

CAPVT XXIII.

MAgna mihi familiaritas, & consuetudo cum M. Antonio Mureto fuit; multumque hominis doctissimi vtebar eruditione. Nam, præterquam, quod publice profitentem summa cum

ingenii, doctrinæ, & eloquentiæ gloria in Romana Academia quotidie fere audiebam, antelucanis quoque horis domi ius Ciuile priuatim docenti operam dabam. Quare multa quæ præclare dicta essent, raptim excipiebam. Eius generis est, Q. Enni versuum, qui apud A. Gellium sunt, explicatio. is enim libro XVIII. capite 2. sic scriptum reliquit. Enarratio horum versuum, qui sunt in Satyris Q. Enni vno multifariam verbo concinniter implicati, quorum exemplum, hoc est:

Nam, qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse:
Nam, qui sese frustrari, quam frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est: si non ille est frustra.

Sic explicabat Muretus: Qui vult alium lepide fallere, dicere non debet errare, ac falli, eum, quem ipse fallere cogitat. Nam, vbi quis sentit frustra alium operam dare, vt se fallat, tum, nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse frustra est, qui eum frustrari volebat, frustrari, est fallere; Frustra esse, falli, ac decipi.

Mortales inuocari. a Poetis non esse insolens, aut nouum,

CAPVT. XXIV.

Carmen, quod nuper quatuor Cardinalibus a Clemēte VIII. Pontifice optimo Maximo cooptatis gratulabundus conscripsi, viro doctissimo legendum dederam, vt si qua imprudenti mihi excidissent, libere admoneret. Quare candidi iudicis officio functus nonnulla adnotauit, quæ de eius sententia libenter correxi. Vnum mihi persuadere non potuit, Inuocationem esse commutandam, quod Dii, non homines inuocari solerent. Respondi enim habere me locupletes auctores, quorum exemplo id fecissem. Nouum hoc ille plane sibi videri dicebat, qui memoria non teneret mortalium inuocationes. Facturus igitur operæ pretium mihi videor, si scribentibus æque, ac iudicantibus rem gratam faciam; omnemque ambiguitatem, ac scrupulum eximam; prolatisque in medium testimoniis, non esse hoc nouum, atque insolens, sed a bonis Poetis frequenter vsurpatum, doceam. Papinianus Statius Gallicum, de quo libro Siluarum primo scribit, his versibus inuocat:

Ast ego nec Phœbum (quamquam mihi surda sine illo
Plectra) nec Aonias decima cum Pallade diuas,
Aut mitem Tegea, Dircesue hortabor alumnum.
Ipse veni, viresque nouas, animumque mi ministra,
Qui canerís.

Sed Statius Ouidium imitatus est, quod facile cognoscet, qui vtriusque locos conferet. Ouidius sane Germanicum Fastorum initio inuocat, his versibus:

Excipe

Excipe pacato, Cæsar Germanice, vultu
Hoc opus. & timidæ dirige nauis iter.
Officioque, leuem non auersatus honorem,
Huic tibi deuoto, numine dexter ades.

Et in fi.a:

Annue conanti per laudes ire tuorum,
Deque meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidum: dederis in carmina vires:
Ingenium vultu statque caditque tuo.

Vterque vero Vergilium auctorem habuit; vnde mortales inuocandi rationem hanc didicerunt. is enim, Eclog. IIX.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui.

Mortalem sine controuersia inuocat.

Et libro Georgicor. secundo ad Mæcenatem orationem conuertit, his versibus:

Tuque ades, inceptumque vna decurre laborem,
O decus, o famæ merito pars maxima nostræ
Mæcenas, pelagoque volans da vela patenti.

Augustum quoque idem inuocauit, virum nondum immortalitate donatum, nondum Diuum, Georg. primo:

Tuq; adeo, quem mox, quæ sint habitura deorum
Concilia incertum est, Vrbis nec inuisere Cæsar,
Terrarumq; Velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant; tibi seruiat vltima thules;
Teque sibi generum Thetis emat omnibus vndis;
Anne nouum tardis sidus te mensibus addas;
Qua locus Erigonen inter, Chelasq; sequentes
Panditur; ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.
Quidquid eris (nam te nec sperent Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat iam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia Campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atque audacib. annue cœptis,
Ignarosque viæ, mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Quem locum omnes fere qui secuti sunt Poetæ imitandum sibi proposuerunt. Lucanus Neronem inuocat:

——— te, cum statione peracta
Astra petes serus, prælati regia cœli
Excipiat gaudens polo; seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi transcedere currus.

Sollicitet, liceat igni pedum frenator equorum.
Ipse tuis alter adiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter aqua
Parte poli, maneas hominum contentus habenis
Vndarum, terraque potens, & sidera dones.
Tempus erit, cum laurigero tua fortior œstro
Facta canam.

Et in Achilleide:

At tu, quem longe primum stupet Itala virtus,
Graiaque, cui gemina florent vatumque ducumque
Certatim laurus, (olim dolet altera vinci)
Da veniam, ac trepidum patere hoc sudare parumper
Puluere, te longo, nec dum fidente paratu
Molimur, magnusque tibi praludat Achilles.

Horati & Valeri Flacci loci collati.

CAPVT. XXV.

BArbaras gentes Corallos non lituo, tubaue, aut tympano, in conflictu vsos esse ad animos militum incitandos, sed fortium virorum laudibus, lib. VI. commemorat Valerius Faccus his versibus:

Pralia nec rauco curant incendere cornu,
Indigenas sed rite duces, & prisca suorum
Facta canunt, veterumque viris hortamina laudes.

Quod & multo ante, Horatius ad Pisones de Arte Poetica scripsit a Tyrtæo tale quid factum:

Tyrtausque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Ouidi Loci ex Epistola Penelopes vindicati.
Iulius Casar Scaliger reprehensus.

CAPVT. XXVI.

IVlius Cæsar Scaliger in Hypercritico illud apud Ouidium ex epistola Penelopes reprehendit:

Illi victa suis Troica fata canunt.

Non erunt inquit *victa fata. immo Troianum fatum vicit. vicit enim Troianorum vota, qua in fatis erat Troiam capi.* Nullo negotio Scaligeri argumentnm dissolui, & Ouidium defendi posse, existimamus. Ouidius siquidem particularia, vt ita dicam, Troianorum fata, seu oracula, vt Seruio placet ad illud Verg.

——*fracti bello, fatisque repulsi*
Ductores Danaum,

intellexit Palladium, Troilum & Laomedontis sepulcrum, Scaliger vero ad generale videlicet Troianorum fatum respexit. Fuisse autem plura fata, eademque superata a Græcis, vt recte ab Ouidio dictum est, Plautus in Bacchidibus auctor est:

Ilio tria fuisse audiui fata, quæ illi exitio forent:
Signum ex arce si periisset, alterum etiam est Troili mors.
Tertium cum portæ Scææ limen superum scinderetur.

Ibidem Scaliger ex eadem epistola *Namque* tollendum pronũtiat ex eo versu:

Omnia namque tuo senior te quærere misso
Retulerat nato Nestor, at ille mihi.

Neque, inquit, Scaliger *hic vlla caussa reddenda est. igitur illud Namq; dispungendum est. non enim relatio Telemachi efficiebat, vt Græcia prælia pingerent vxoribus.* Immo, inquam, ex Telemacho Penelope cognouit, quæ a Græcis in patriã reuersis de bello Troiano coniugibus suis narrarentur, quod Telemachus, apud Nestorem dum esset, perceperat. Neminem Ithacam rediisse, verisimile est, cum Ithacenses Ducem suum sequi oporteret. Durum quoque ibidem esse scribit, quod legitur:

Murus, quod fuit ante solum.

Murus enim, inquit, *numquam fuit solum.* Ego non fuisse adeo ineptum Ouidium arbitror, vt hoc excogitarit. Illud satis affirmo aliter ordinandas esse voces, atq; Scaliger accepit.

Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis
Ilios? & murus quod fuit ante solum?

Quid mihi prodest Ilios disiecta, & solum, quod ante fuit murus? Estque repetitio Poetis perfamiliaris. Hæc autem sententia est: Vrbem Troiam disiectam, & dirutam, ac solo æquatam, nihilo magis vtilem, quam cum staret Penelope, videri, cui post Vrbis Troianæ excidium marito carendum esset.

Vergili & Liuii loci collati. De Etruscorum imperio.

CAPVT XXVII.

Etruscos in duodecim partes distributos late a supero ad inferum mare imperio Italiam tenuisse, Liuius libro quinto scriptum reliquit. Eius hæc sunt verba: *Tuscorum ante Romanum Imperium late terra marique opes patuere. mari supero inferoq; quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis, alterum Hadriaticum mare, ab Hadria, Tuscorũ colonia; vocauere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum, atque Hadriaticum vocant. Ii in vtrumque mare vergentes, incoluere vrbibus duodenis terras, prius cis Apenninum, ad inferum mare; postea trans Apenninum, totidem quot capita originis erant, coloniis missis. quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, vsque ad Alpes tenuere.* Hæc Liuius. Nemo igitur miretur, cum apud Vergilium de Mantuæ opibus legat, quæ Tuscorum caput esset, Æn. x.

Mantua diues auis, sed non genus omnibus vnum.

Gens

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.
Ipsa caput populis? Tusco de sanguine vires.

Fului Vrsini, & Iosephi Scaligeri opera, in Festo explendo.

CAPVT XXVIII.

FEsti Pompeii semiustos libros egregie Fuluius Vrsinus expleuit. Eandem prouinciam Iosephus Scaliger nactus, multa feliciter assecutus est. In dictione Mutini felicior Vrsinus. Nam quę in libro exeso desiderantur, literarum, spatia & interualla adamussim dimensus, apposite restituit: &, cum Scaliger *extra Vrbem, adiculam* fecisset, Vrsinus *via iuxta diuerticulum via* reposuit. Eius coniecturam postea confirmauit vetus Inscriptio, quę nunc apud illum est:

VIA. QVAE. DVCIT
PER. AGRVM
NONIANVM
A. M. XX. DEVERTIC
SINISTROSVM
PER. COMPITVM
SECVS. PISCINAM
IN. FVNDO
DECIMIANO
THALAMIANO
IVNCTIS. DEBETVR
IT. A. VTI. HODIE
IN. VSO. EST

Penultimi versus principes Syllabæ punctis distinctæ apte exponi possunt. *Iter Actus*, vt est in l. inter actum, & iter, de ser. rust. præd. *Inter actum & iter*, inquit Modestinus *nonnulla est differentia. Iter est enim, quo quis pedes, vel eques commeare potest; Actus vero, vbi & armenta traiicere, & vehiculum ducere liceat.*

Posset etiam commode quis interpretari primam illam vocalem, A, *Aditus, Ambitus*, si de quopiam ædificio ageretur: vt in subiecta inscriptione diserte expressum est apud Delphinios:

HVIC
MONIMENTO. ITER
ADITVS AMBITVS DEFERTVR
EX. SENTENTIA EROTIS. AVG. L
IVDICIS. A. VIA. CAMPANA
PVBLICA. DEXTRORSVM. INTER
MACERIEM. CALAMINIAM
ET. INSVLAM. EVCARPIANAM
..ER. LATITVDINEM PENES. DVOS

... SEMIS . VSQVE . AD . HOC MONVMENTVM . ET . HINC PER . CIRCVITVM . TOTIVS MONVMENTI . VSQVE . IN . VIA QVAE . DVCIT . IN . ACRO . ITEM IDEM . MONVMENTI . ITER ADITVS . DEBETVR . HINC SECVNDVM . MONVMENTVM . ASINIAE . TYCHES . ET INDE . SECVNDVM . MACERIEM EVCARPIANAM . IN . QVA . OLLAE SVNT . ET . INDE . RECTO VSQVE . AD ... AM . PVBLICAM . CAMPANAM.

Vnde quis sit nominandus.

CAPVT XXIX.

EX parentibus liberos, non autem ex liberis parentes ostendẽdos esse, errareque eos, qui pueri, aut etiam infantis Patrem, Auum, aut Proauum scribunt, ignorat nemo, qui in bonis auctoribus versatus sit. Clarius enim, illustriusque parentum nomen, quam liberorum esse consueuit, nisi filius ad eam propria virtute gloriam peruenerit, vt maioribus suis facem prætulisse videatur. id quod M. Catoni, qui se Vticæ interemit, vsu venit. qua de re diserte a M. Tullio Cicerone libro de officiis tertio scriptum est. *M.* inquit, *Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater, vt enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus.* Hæc ille. Præterea naturæ ordo postulat, vt, vnde quis ortus sit, non ignoretur, & prior sit pater, quam filius. Quam scribendi consuetudinem Romani vel in primis secuti sunt, vt est videre in veteribus monumentis, in Tabulis Capitolinis:

M. VALERIVS. M. F. VOLVSI. N. CINCINNAT
P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITO
AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN

Et apud Fuluium Vrsinum lapis est perantiquus valde antiquis literis notatus, qui nuper inuentus, & effossus est extra portam Capenam:

MARTEI
M. CLAVDIVS. M. F
CONSVL. DEDIT

Lucani aliquot loci defensi, Aduersus Iulium Cæsarem Scaligerum.

CAPVT XXX.

NImius mihi videtur in poetis exagitandis Iulius Cæsar Scaliger, in Hypercritico. Lucanum in primis notat, quod Poema de-

ma de bello Ciuili Pharsaliam appellarit. plura enim bella, & pluribus in locis a Cęsare cum Pompeio, Pompeianisque gesta ante, & post Magni necem prosequitur, Corfiniense, Brundisinum, Marsiliense, Dyrrachinum, Hispanicum, Africum, Alexandrinū. Ego indignum esse Lucanum censeo, vt contra veterum sententiam a quoquam accusetur: Pharsalicamque optima ratione inscriptam puto, quod eo bello de Pompeianis partibus, deque vniuersa optimatum caussa actum sit. quod & Cic. testatur, qui, victo apud Æmathiam Pompeio, neque reliquias belli, neque spem sequi voluit inanem. Cetera siquidem bella ad hoc vnum prælium, tamquam ad caput, referenda sunt. Quare sic ipse Lucanus exorsus est:

Bella per Æmathios plusquam ciuilia campos,
Iusq; datum sceleri canimus.

Ac sane Papini Stati iudicium, doctissimi Poetæ, ceteris prætulerim. is de ingenio, carminibusque Lucani libro Syluarum secundo multa honorificentissime scripsit, quæ ad hanc rem pertinēt:

Mox cæpta generosior iuuenta,
Albos ossibus Italis Philippos,
Et Pharsalica bella detonabis,
Et fulmen ducis inter arma diui,
Libertate grauem pia Catonem,
Et gratum popularitate Magnum.
Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruentā
Pompeio dabis altius sepulcrum.

In Lucano item damnat Scaliger dicendi genus, quo vsus est libro IX.

Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Murri
Transactus?

Latine, inquit, Scaliger *dicemus, Quid prodest Basiliscum trāsactum cuspide fuisse?* Ego, num Latine sit dictum, non quæro. Vtinam tam Latine sciremus, quam Lucani seruus. Illud certe dico, eadem orationis forma Ouidium vsum esse in Penelopes epistola:

Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis
Ilios? Reliqua per otium persequemur.

Recondita Nominum & verborum per numeros Figura.

CAPVT. XXXI.

Figuram per numeros fieri, nemo est paulo in literis exercitatus, qui non sciat, cum dictioni, quæ numeri vnitatis sit, verbū numeri multitudinis adiūgitur; vt, *Turba ruunt; Pars in frusta secant.* Virg. Æn. lib. 6.

Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis

Expediunt. Illud autem non cuiuis obuium est, vt ad idem nomen collectiuum numeri singularis, duo referantur verba, alterum singulare, alterum plurale. Exempla ex Vergilio petenda. lib. Æneid. 1.

Ac, veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus;
Iamque faces, & saxa volant; furor arma ministrat;
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant.

Vides primum, dici, *Ignobile vulgus sæuit*, deinde, *Conspexere, silent, Adstant*. Eadem quoq; figura vsus est in secundo Æneidos:

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur Equi.

Et paulo infra, sunt, qui eandem figuram retinendam esse contendant:

Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circumfusa ruit; certantque illudere capto.

Lunæ Silentium. Vergilius & Statius collati.

CAPVT XXXII.

QVæ sint Lunæ silentia, facilius ex Papinio Statio, Poeta Vergili studiosissimo, disces, quam ex Grammaticis. is enim lib. Thebaidos secundo, de Mercurio, Latium Regem ab inferis reducente, sic inquit:

Hac & tunc fusca volucer Deus obsitus vmbra
Exsilit ad superos, infernaque nubila vultu
Discutit, & viuis afflatibus ora serenat.
Inde per Arcturum, mediaque silentia Lunæ
Arua super, populosque meat: sopor obuius illi
Noctis agebat equos.

Vergilius lib. Æneidos secundo:

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ.

Vergili & Valeri Flacci, loci collati.

CAPVT XXXIII.

INgeniose a Vergilio dictum Quinctilianus affirmat, *Demissum lapsi per funem*, Æn lib. 2. cum Equi lignei altitudinem exponere voluisset.

Valerius autem Flaccus, ad ostēdendam arboris proceritatem, alia ratione vsus, admirabile ingenium suum declarauit libro sexto:

Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
Silua trabes, fessaque prius redeere sagitta,
Arboris ad summum quam peruenere cacumen.

Sed &

Sed & Vergilium imitatus videtur, qui Georgicor. secundo sic inquit:

——— vbi aera vincere summum
Arboris haud vlla iactu potuere sagitta,
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

Viduare ad mares quoque referendum, Seruius reprehensus. Vergilius & Silius collati.

CAPVT XXXIV.

SEruius ad illud Vergili lib. Æneidos 8.

——— tam multis viduasset ciuibus vrbes.

proprie Viduare ad Vrbes relatum, quæ generis sunt fœminini, scripsit; Horatium vero abusiue, & satis incongrue, genere masculino posuisse, libro primo Carminum:

——— viduus pharetra
Risit Apollo.

Seruium, Sili Italici, viri grauissimi, & in arte dicendi exercitatissimi, auctoritas refellit. is lib. 1. ad genus masculinum Viduandi verbum retulit:

At viduus teli, frustrato proditus ictu.

Viduus, translate, *pro Exsuto accipitur.*

Caput Mundi Roma, loci Poetarum collati.

CAPVT XXXV.

ROmam Orbis caput dictam, in Claudi Rucili Numātiani adnotationibus nostris multis auctoribus probauimus:

Qui domina arces, & caput orbis habet.

Eo etiam spectat, quod apud Ouid. lib. 5. Fastorum inter legēdum, vt sit, notauimus:

Hic, vbi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,
Et pauca pecudes, & casa rara fuit.

Et Metam. 15.

Iamque caput rerum Romanam intrauerat vrbem.

Horati & Ouidi locus collatus.

CAPVT XXXVI.

QVæ de Mercurii laudibus Horatius scripsit Ode 10. li. 1. eadem fere Ouidius vsurpauit. lib. Fastorum 5. Eodem quoque dicendi genere vterque visus est. Sic Horatius:

——— superis Deorum
Gratus, & imis.

Ouidius autem:

Pacis, & armorum superis, imisque Deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Læte lyra pulsu, nitida quoque læte palæstra,
Quo didicit culte lingua docente loqui.

Horati & Claudiani loci collati.

CAPVT XXXVII.

CLaudianus in VI. Honorii Consulatu ostendit, se non ingenii solum viribus excitatum, sed optimorũ quoq; Poetarum lectione assidua, ad Poeticum decus, & gloriam peruenisse. Nam ita Horati ornamenta vniuersa, quæ de naue quassa, & naufraga congesta sunt Ode 14. lib. 1. in suam transtulit, vt nihil aptius, elegantiusue fieri posse videatur.

——— qualis piratica puppis,
Quæ cunctis infensa fretis, scelerumque referta
Diuitiis, multasque diu populata carinas,
Incidit in magnam, bellatricemque triremem,
Dum prædam de more putat, viduataque cassis
Remigibus scissis volorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis saucia fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur, & vnda,
Vastato tandem pœnas luitura profundo.

Horatius sic:

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus: o quid agis? fortiter occupa
Portum. non ne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo,
Antennæque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea.

Et paulo infra;

——— tu nisi ventis
Debes ludibrium, caue.

Quid sit apud Vergilium. mare stare. Seneca emendatus.

CAPVT XXXVIII.

MAre semper agitari, fluere, numquam stare, suapte natura, & re ipsa constat, & a Philosophis proditum est. Quamobrem sunt, qui Vergilianum illud, Eclog. 2. non satis probent:

Cum placidum ventis staret mare.

Seneca lib. Naturalium V. Vergili locum interpretatur, ita tamen, vt a rei natura non discedat. *Sic tranquillum,* inquit, *mare dicitur, cum leniter commouetur, nec in vnam partem inclinatur. itaq; si legeris,*

Cum placidum ventis staret mare

scito illud non stare, sed succuti leniter, & duci. tranquillum est, quia nec huc

nec huc, nec illo impetum capit. Sic est in vetustissimæ impressionis libro: ac mihi magis placet, quam quod in aliis legitur, *Et dici tranquillum, quia nec huc, nec illo impetum capiat.*

Vergili & Tibulli, loci collati.

CAPVT XXXIX.

VErgilium lib. Æn. VII. eadem comparatione vsum in Amatæ Reginæ, furentis, & per vrbem, sine vllo aut Regiæ Maiestatis decoro, aut matronalis personæ pudore, discurrentis, expositione, quam Tibullus de se extulit lib. 1. Eleg. 5. notauimus. Illud certe discrimen esse animaduertimus, quod apud Carisium lib. Institutionum Grammaticarum primo, est legere. Nam Turbonem a Vergilio, quem Turbinem a Tibullo, dictum doctissimus Grammaticus testatur Tibulli versus:

Namque agor, vt per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Vergili autem:

Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem,
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
intenti ludo exercent. ille actus habena
Curuatis fertur spatiis. stupet inscia turba,
Impubisque manus, mirata volubile buxum.
Dant animos plagæ.

Ad quem locum Seruius, *Turben, vt Carmen, a Catullo dictum*, scribit: sed a Carisi sententia discedit: & locus omnino mendosus mihi videtur.

Vergili locus a Claudiano expressus.

CAPVT XL.

CLaudianus merito Vergili mentem habuisse dictus est, qui Vergilianæ Maiestatis non sententias solum admiratus, atque imitatus est, sed verba etiam, & dicendi genera eleganter reddidit. In Rufinum porro Eclogæ primæ, illud feliciter expressit Vergilianum:

Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:

Sic Claudianus:

Ite mei quondam socii.

An vlla vis veneficiis in amore fuisse sit credita.

CAPVT XLI.

VEneficas insectatur Horatius, & irridet; Canidiamque sibi insultantem, sic loquentem facit:

Plorem artis in te nil habentis exitum?

Afranius autem, vetus poeta, optimo argumento veneficia non eam habere vim, vt misere quampiam duperas, acutissime, & suauissime probat:

Si possent homines delenimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.

Formam & obsequium Glycerii plurimum potuisse in Pamphilo, Terentius scriptum reliquit:

Sen tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Hæc duo coniunxit Ouidius in Hypsiple:

Moribus, & forma conciliandus amor.

Quibus sane artibus si vxores in viros suos vterentur, nullæ omnino altercationes inter eos exoritentur Illudq; profecto contingeret, quod ad coniugalem felicitatem Horatius pertinere prędicat:

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulsus querimonijs.
Suprema citius soluet amor die.

Hæc recte Ethnicos sensisse constat. Certius autem nos Christiani credimus, nullam cogendi vim habere veneficia, inanemque esse dæmonum operam ad compellendam animi nostri libertatem, quod illustri sane exemplo S S. Martyrum Cypriani & Iustinæ redditur indubitatissimum.

Explicatus Vergili Locus. Seruius reprehensus.

CAPVT. LXII.

P*roprium* pro diuturno, & perpetuo, Vergilius vsurpauit, li. vi.

—— nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.

Eadem plane significatione hoc ipsum verbum A. Hirtius de bello Africo extulit: *Quod proprium* inquit *gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit.*

Seruius ad illum sexti libri versum, *propria dona*, *Perpetua* significare cum docuisset, sententiamque suam exemplo confirmaret, ad illum primi libri locum se contulit:

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

Sed tamen in explicatione eius longe aliter sensit. Propriam enim idcirco dictam scribit, vt adulterii suspicionem remoueret. Quare aut Seruius sibi non constat, aut locus corruptus est, & interpo-

interpolatus: quod & verius puto. Equidem non adulterii suspicionem, sed diuortii summotam, propriæ vocis adiectione, crediderim. estque repetitio, siue expositio eius, quod dictum est: *Connubio iungam stabili.* Quæ repetitio, & expositio persamiliaris est Vergilio.

Cur picti Geloni a Vergilio dicti. Claudiani locus collatus.

CAPVT XLIII.

Expressit luculenter Claudianus illud Vergilii Georg. 2.

Pictosque Gelonos.

Qui sic libro in Ruffinum primo scripsit:

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Recte igitur Seruius ad Vergilium *Pictos* interpretatur *stigmata habentes.*

Vergili locus a Claudiano expressus.

CAPVT XLIV.

Verborum, vt diximus, Vergilianorum obseruator diligentissimus, atque imitator Claudianus fuisse videtur: quibus sua Poemata, quasi luminibus quibusdam, respersit. Bis in vsum suum conuertit illud libri Æneidos primi:

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

De bello Gildonico:

Tantane deuinctos tenuit fiducia Mauros?

Et de bello Getico:

Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit?

Vergili & Stati loci collati.

CAPVT XLV.

Numeros, vocesq; Vergilianas expressit Statius lib. Theb. 2.

Impasta fugistis aues, rabidamq; canum vim.

ad illud lib. Æneidos quarti respiciens:

Massilique ruunt equites, & odora canum vis.

Vergili locus explicatus. Prudentius collatus, Seruius, & Turnebus reprehensi.

CAPVT XLVI.

Prudentius aduersus Symmachum videtur Vergilium interpretatus, qui sic scripserit:

Nec non Thessalica doctissimus ille magia
Traditur exstinctas sumta moderamine virga
In lucem reuocasse animas, Cocytia leti
Iura resignasse, sursum reuolantibus vmbris:

Ast alias damnasse neci, penitusque latenti
Immersisse Chao.

Vergilius vero sic, Æn. lib. 4.

Tum virgam capit. hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

Turnebus lib. Aduersarior. 24. cap. 26. Seruium hoc loco reprehendit, qui *Resignat*, expoluerit, *claudit, perturbat*; eamque interpretationem ineptam dicit; ac suam ipse affert longe ineptiorem. voluit enim Maronem respexisse ad veterum Romanorum consuetudinem, qui mortuis in rogo collocatis oculos domi a familiaribus clausos aperiebant Quid, quæso, commune hominibus cum diis esse poterat? Num vero, quod erat cognatorum officium ad Mercurium pertinere opinatus est? Rectius, petendam eius loci, & verbi expositionē a Prudentio, dixerim, qui, repetitione elegantissime vsus, *Resignat*, esse, *ab inferis excitare*, testatur. *Resignat* enim *lumina*, est repetitio, siue exegesis, & expositio eius, quod præcesserat, *Adimit somnos.*

Antene an post substantiuum collocandum sit adiectiuum.

CAPVT XLVII.

ADiectiua præcedere semper, nunquam subsequi substantiua nomina oportere, amicus meus putat; aliter si fiat, carmen esse humile, & ineptum, affirmat. Hunc ego scrupulum exemptum ex adolescentium animis volo. Quare faciendum est mihi, vt totam hanc adiectiuorum subsequentium rationem optimorum Poetarum cōfirmem auctoritate Afferam igitur in medium versus aliquot, qui mihi sese primi obtulerunt. lib Æn. 5.

Et saeuire animis Entellum haud passus acerbis
infra:
—— *malo suspendit ab alto.*
—— *primum clamore secundo.*
—— *& vincula linea* ——
vitamque reliquit in astris
Ætheriis ——
—— *docuit post exitus ingens,*
Muneribus cumulat magnis. ——
Quamuis solus auem caelo deiecit ab alto.
—— *pectore summo.*
—— *creta Labyrinthus in alta.*
Ecl. 7.
—— *in montibus altis.*
Ecl 7.
Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae.

Statius

Statius lib. Siluarum tertio, de Coma Earini.

——— quos mole noua pater inclytus vrbis
Excelit.

Verg. Ecl. 3.

——— quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

Ecl. 4

——— silua sint consule digna.
——— cælo demittitur alto.
——— cælumque profundum.

Ecl. 1.

——— lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco.
——— hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.

Georg 4.

——— lucosque sonantes.

Ecl. 1.

Florentem cythysum, & salices carpetis amaras.

Et:

Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castanea molles.

Ecl. 2.

Montibus, & siluis studio iactabat inani.
Allia serpyllumque herbas contundit olentes
At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
Pan primus calamos cera coniungere plures.

Immensi operis esset, quæ apud Latinæ linguæ optimos auctores ea de re exstant exempla huc congerere. Illud tantum adiungo, ex his paucis constare, ordinem in collatione adiectiuorum obseruari non oportere.

Literarum monumentis, Præstantissimorum hominum memoriam conseruari Eius rei aliquot Poetarum, Ciceronisque, & Senecæ sententiæ congestæ.

CAPVT. XLVIII.

Libenter facio, quod a doctissimis viris factitatum scio, vt eiusdem sententiæ locos vndique collectos sub vno fere aspectu statuam. sic enim fit, vt multorum sententiis, quod volumus, facile consequamur. Scriptorum beneficio fortium virorum nomina viuere; cōtra vero, extingui, & aboleri, Poetarū præsidio destituta, Horatius elegantissime disseruit, libro Carminum 4. Ode 8.

——neque
Si chartæ sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ,
Mauortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis,
Dignum laude virum Musa vetat mori.

Et Ode nona:

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.
Paullum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.

Sed & Tibullus carminibus æternam comparari famam dicebat, libro primo, Elegia quarta:

Carmine purpurea est Nisi coma: Carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Quem referent Musæ, viuet, dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Lucanus libro nono idem sensit:

O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.

Et paullo infra:

Venturi me, teque legent, Pharsalia nostra
Viuet, & a nullo tenebris damnabimur æuo.

In eandem sententiam omnes eunt Poetæ, quibus assentitur Cicero: is enim pro Archia sic inquit: *Plenæ exemplorum vetustas, quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet.* Et infra: *Nisi Ilias exstitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset.* loquitur de Achille, & Homero.

Seneca vero epistola ad Lucilium XXI. Oratorum quoque, & Philosophorum libris eam vim esse testatur. *Quis Idomenea* inquit, *nosset, nisi Epicurus illum suis litteris incidisset? omnes illos Megistanas, & Satrapas, & Regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. Profunda supra nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exserent, & in idem quandoque silentium*

scientium abitura obliuioni resistent, ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili. habeo apud posteros gratiam. Possum mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus memoriam æternam promisit, & præstat:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vmquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque Pater Romanus habebit,

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra, ac partes, alienæ potentiæ fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt, post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio: nec ipsis tantum habetur, sed quidquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur. Hæc Seneca, sapientissimus Orator, & eloquentissimus Philosophus, pro rei magnitudine, grauissime tractauit. Quæ quam vere dicta sint, nihil attinet disputare. Eorum enim tantum nomina ad nos peruenerunt, qui aut ipsi victura scripserunt, aut alienis scriptis irrepserunt.

HOMERI, HESIODI ET VERGILI LOCVS COLLATVS.

Numisma

INICI DAVALI

CAPVT XLIX.

HOmerus in Achillis clypeo Mundum a Vulcano effictum multis versibus, quorum vnum apposuimus, Illiados Σ prosecutus est:

ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ' ἐν δ' οὐρανὸν ἐν δὲ θάλασσαν

quem versum sic Latine reddidimus:

In clypeo terram, cælumque effinxit, & æquor.

Eiusdem argumenti est Hesiodi ἀσπὶς, vbi multa de Herculis clypeo narrantur.

Vergilius vero vtrumque imitatus in Æneæ clypeo Æneæ progeniem, & Romanorum res gestas, Augustique naualem ad Actium victoriam, & triumphum expressum fuisse libro octauo extremo testatus est. Ad Homeri autem Commentum propius accedit amplissimum ex ære Numisma, siue, vt in Italia vulgari sermone loquimur, il Medaglione, quod proximo superiore anno ALOYSIVS OFRICELLARIVS, HORATII Clarissimi viri, Filius, nobis dono dedit, quo in Numismate ex altera quidem parte INICI. DAVALI effigiem, & nomen, ex altera vero Mundum, Terram scilicet, Cœlum, ac Mare Pisanus Pictor cum suo nomine, & sententiola vulgaribus verbis concepta, PER WISAVA, id est, Tibi fit, centum, & eo amplius abhinc annis excuderat.

De recta scribendi Vergili nominis ratione Disputatio aduersus Pierium Valerianum.

CAPVT I.

INcredibili me nuper voluptate perfudit Vergiliorum nomen in marmore peruetusto insculptum, quod extra Vrbem superioribus mensibus effossum, nunc apud Lapicidinam, in area Sancti Laurentii in Lucina, prostat. Vergilia M. L. Helena. Eius enim testimonio doctissimorum hominum sententiam de recta Vergiliani nominis scribendi ratione confirmari, eorumque refelli argumenta, qui Fœminas prænominibus vsas esse contendunt, animaduerti. Angelus quidem Politianus Miscellaneorum capite LXXVII. *Vergilium* per secundam vocalem, non autem per tertiam, efferendum, ac scribendum esse Latine, perinde ac vulgari in Italia sermone proferimus, & lapidibus antiquis, & libris manuscriptis auctoribus, censuit. Et Achilles Statius Lusitanus, vir totius antiquitatis peritissimus, qui mihi in his studiis, dum vixit, maximo adiumento fuit, assipulatur, quod ex eius in Verg. notis, & in Horatium luculentis Commentariis, si quando alicuius potentis viri beneficio in lucem prodibunt, intelligetur. Ego in tantorum hominum sententiam, qui semel concesserim, ab ea numquam diuellar. Nec me mouet, quod Pierius aduersus eam scripserit. si quidem gentem Vergiliam in antiquis monumentis est legere. Et apud Cic. & Hirtium M. & C. Vergiliorum fit mentio. In hanc autem ipsam gentem adscitum esse Maronem nostrum Mantua ortum, facile mihi persuadeo; eiusque prænomen, ac nomen sumsisse cuius vel beneficio ciuitatem Romanam consecutus, vel familiaritate vsus sit, crediderim. Exstant veteris usq; caussæ apud Ciceronem exempla, qui ad Acilium Proconsulem libro Epistolarum Fam. 13 sic scribit:

C. Auianus Philoxenus antiquus est hospes meus, & præter hospitiū, valde etiam familiaris: quem Cæsar, meo beneficio, in Nouocomenses retulit nomen autem Auiani consecutus est, quod homini nullo plus est vsus, quam Flacco Auiano. Et ad eundem: *Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. ei Dolabella, rogatu meo, ciuitatem a Cæsare impetrauit qua in re ego interfui. itaque nunc P. Cornelius, vocatur.* Hæc Cicero Itaque statuamus, Poetam Vergiliæ gentis nomen tulisse. Gentis autem & familiæ Romanæ, Vergilius, nomen est antiquum, ac longe supra Poetæ memoriam. Ridiculum sane est, quod nonnulli de *aurea Virga* somniarunt, vnde factum Poetæ nomen sunt comminenti. Non enim, dicam iterum, ac tertio, Vergilium nomen Poeta primus aniuenit, neque Vergiliani generis auctor fuit. Sed multis ante ipsum natum sæculis gentem Vergiliā, & Vergilium nomen inuenio. At scio, nouos ciues veterum ciuium nomina accepisse, non suam ciuitatem intuiisse

Cum

Cum vero tria nomina, quibus Ciues tantum Romani vtebantur, prænomen, nomen, cognomen, poetarum principi Vergilio Maroni fuisse constet, eidem quoque ciuitatem datam gentem, & tribum fateamur necesse est. Gentis autem Vergiliæ nomen, vel ex hoc, quod supra laudaui, marmore quomodo scribendum sit, intelligi potest.

M. VERGILIVS. M. L. ANTIOCHVS. VNGVENT
VERGILIA. M. L. HELENA
M. VERGILIVS M. L. HILARVS. MAIOR
M. VERGILIVS. M. L. LVCVLLVS

Eandem scribendi rationem retinet aliud marmor, quod est ad S. Onuphrium:

M. VERGILIO
M. F. LEM
PROCVLO

Et aliud in hortis Carpensibus:

D. M. FESTO
VERGILIO
FORTVNATAE SER
OPTIMO. BENEMER
FECIT. IPSA. QVI. VIXIT
ANN. XIII

Et in Hortis Colotianis:

C. VERGILIVS. MARTA
NVS. COLONVS. &c.

Hos ego lapides conspexi, legi, descripsi. quorum cõsensu Vergilium, non Virgilium, scribendum esse constituo. Huc accedit, quod Vaticanæ Bibliothecæ liber ille vetustissimus hanc ipsam tuetur secũdam vocalem in Vergilio. Eandem scripturam retinet Carpensis liber, qui nunc est Florentiæ cum Pandectis.

Ex Aldi Orthographia:

C. VERGILIVS. STRABO.

Ex Pierio:

M. VERGILIVS. NARCISSVS
VIXIT. ANN. XIIII

Ex Politiano:

TI. VERGILIVS. DONATVS

Et:

PAPIRIVS. CESTVS. VERGILIAE
OPTATAE. VXORI. SVAE. BENE
MERENTI. DE. SE

Velsinij:

VERGILI

. . SEMIS . VSQVE . AD . HOC
MONVMENTVM . ET . HINC
PER . CIRCVITVM . TOTIVS
MONVMENTI. VSQVE. IN . VIA
QVAE. DVCIT. IN. AGRO. ITEM
IDEM . MONVMENTI. ITER
ADITVS . DEBETVR . HINC
SECVNDVM . MONVMEN-
TVM . AFINIAE . TYCHES . ET
INDE. SECVNDVM. MACERIEM
EVCARPIANAM. IN. QVA. OLLAE
SVNT. ET. INDE. RECTO VSQVE. AD
. . AM. PVBLICAM. CAMPANAM.

Vnde quis sit nominandus.

CAPVT XXIX.

EX parentibus liberos, non autem ex liberis parentes ostendẽdos esse, errareque eos, qui pueri, aut etiam infantis Patrem, Auum, aut Proauum scribunt, ignorat nemo, qui in bonis auctoribus versatus sit. Clarius enim, illustriusque parentum nomen, quam liberorum esse consueuit, nisi filius ad eam propria virtute gloriam peruenerit, vt maioribus suis facem praetulisse videatur. id quod M. Catoni, qui se Vticae interemit, vsu venit. qua de re diserte a M. Tullio Cicerone libro de officiis tertio scriptum est. *M.* inquit, *Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater, vt enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus.* Haec ille. Praeterea naturae ordo postulat, vt, vnde quis ortus sit, non ignoretur, & prior sit pater, quam filius. Quam scribendi consuetudinem Romani vel in primis secuti sunt, vt est videre in veteribus monumentis, in Tabulis Capitolinis:

M. VALERIVS. M. F. VOLVSI. N. CINCINNAT
P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITO
AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN

Et apud Fuluium Vrsinum lapis est perantiquus valde antiquis literis notatus, qui nuper inuentus, & effossus est extra portam Capenam:

MARTEI
M. CLAVDIVS. M. F
CONSVL. DEDIT

Lucani aliquot loci defensi, Aduersus Iulium Caesarem Scaligerum.

CAPVT XXX.

NImius mihi videtur in poetis exagitandis Iulius Caesar Scaliger, in Hypercritico. Lucanum in primis notat, quod Poema de-

ma de bello Ciuili Pharsaliam appellarit. plura enim bella, & pluribus in locis a Cæsare cum Pompeio, Pompeianisque gesta ante, & post Magni necem prosequitur, Corfiniense, Brundisinum, Marsiliense, Dyrrachinum, Hispanicum, Africum, Alexandrinũ. Ego indignum esse Lucanum censeo, vt contra veterum sententiam a quoquam accusetur: Pharsalicamque optima ratione inscriptam puto, quod eo bello de Pompeianis partibus, deque vniuersa optimatum caussa actum sit. quod & Cic. testatur, qui, victo apud Æmathiam Pompeio, neque reliquias belli, neque spem sequi voluit inanem. Cetera siquidem bella ad hoc vnum prælium, tamquam ad caput, referenda sunt. Quare sic ipse Lucanus exorsus est:

Bella per Æmathios plusquam ciuilia campos,
Iusq; datum sceleri canimus.

Ac sane Papini Stati iudicium, doctissimi Poetæ, ceteris prætulerim. is de ingenio, carminibusque Lucani libro Syluarum secundo multa honorificentissime scripsit, quæ ad hanc rem pertinẽt:

Mox cæpta generosior iuuenta,
Albos ossibus Italis Philippos,
Et Pharsalica bella detonabis,
Et fulmen ducis inter arma diui,
Libertate grauem pia Catonem,
Et gratum popularitate Magnum.
Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulcrum.

In Lucano item damnat Scaliger dicendi genus, quo vsus est libro 1x.

Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Murri
Transactus?

Latine, inquit, Scaliger *dicemus, Quid prodest Basiliscum trãsactum cuspide fuisse?* Ego, num Latine sit dictum, non quæro. Vtinam tam Latine sciremus, quam Lucani seruus. Illud certe dico, eadem orationis forma Ouidium vsum esse in Penelopes epistola:

Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis
Ilios? Reliqua per otium persequemur.

Recondita Nominum & verborum per numeros Figura.

CAPVT. XXXI.

Figuram per numeros fieri, nemo est paulo in literis exercitatus, qui non sciat, cum dictioni, quæ numeri vnitatis sit, verbũ numeri multitudinis adiũgitur; vt, *Turba ruunt; Pars in frusta secant.* Virg. Æn. lib. 6.

Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis

Expediunt. Illud autem non cuiuis obuium est, vt ad idem nomen collectiuum numeri singularis, duo referantur verba, alterum singulare, alterum plurale. Exempla ex Vergilio petenda. lib. Æneid. I.

Ac, veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus;
Iamque faces, & saxa volant; furor arma ministrat;
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant.

Vides primum, dici, *Ignobile vulgus sæuit*, deinde, *Conspexere, silent, Adstant.* Eadem quoq; figura vsus est in secundo Æneidos:

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur Equi.

Et paulo infra, sunt, qui eandem figuram retinendam esse contendant:

Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circumfusa ruit; certantque illudere capto.

Lunæ Silentium. Vergilius & Statius collati.

CAPVT XXXII.

QVæ sint Lunæ silentia, facilius ex Papinio Statio, Poeta Vergili studiosissimo, disces, quam ex Grammaticis. is enim lib. Thebaidos secundo, de Mercurio, Latium Regem ab inferis reducente, sic inquit:

Hac & tunc fusca volucer Deus obsitus umbra
Exsilit ad superos, infernaque nubila vultu
Discutit, & viuis afflatibus ora serenat.
Inde per Arcturum, mediaque silentia Lunæ
Arua super, populosque meat: sopor obuius illi
Noctis agebat equos.

Vergilius lib. Æneidos secundo:

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ.

Vergili & Valeri Flacci, loci collati.

CAPVT XXXIII.

INgeniose a Vergilio dictum Quinctilianus affirmat, *Demissum lapsi per funem*, Æn lib. 2. cum Equi lignei altitudinem exponere voluisset.

Valerius autem Flaccus, ad ostẽdendam arboris proceritatem, alia ratione vsus, admirabile ingenium suum declarauit libro sexto:

Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
Silua trabes, fessaque prius redire sagitta,
Arboris ad summum quam perueniret cacumen.

Sed &

Sed & Vergilium imitatus videtur, qui Georgicor. secundo sic inquit:

——ubi aera vincere summum
Arboris haud ulla iactu potuere sagitta,
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

Viduare ad mares quoque referendum, Seruius reprehensus.
Vergilius & Silius collati.

CAPVT XXXIV.

Seruius ad illud Vergili lib. Æneidos 8.

——tam multis viduasset ciuibus urbes.

proprie Viduare ad Vrbes relatum, quæ generis sunt fœminini, scripsit; Horatium vero abusiue, & satis incongrue, genere masculino posuisse, libro primo Carminum:

—— viduus pharetra
Risit Apollo.

Seruium, Sili Italici, viri grauissimi, & in arte dicendi exercitatissimi, auctoritas refellit. is lib. 1. ad genus masculinum Viduandi verbum retulit:

At viduus teli, frustrato proditus ictu.

Viduus, translate, pro *Exsuto accipitur.*

Caput Mundi Roma, loci Poetarum collati.

CAPVT XXXV.

Romam Orbis caput dictam, in Claudi Rucili Numātiani adnotationibus nostris multis auctoribus probauimus:

Qui domina arces, & caput orbis habet.

Eo etiam spectat, quod apud Ouid. lib. 5. Fastorum inter legēdum, vt, fit, notauimus:

Hic, vbi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,
Et pauca pecudes, & casa rara fuit.

Et Metam. 15.

Iamque caput rerum Romanam intrauerat vrbem.

Horati & Ouidi locus collatus.

CAPVT XXXVI.

Qvæ de Mercurii laudibus Horatius scripsit Ode 10. li. 1. eadem fere Ouidius vsurpauit. lib. Fastorum 5. Eodem quoq; dicendi genere vterque vsus est. Sic Horatius:

—— superis Deorum
Gratus, & imis.

Ouidius autem:

Pacis, & armorum superis, imisque Deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Lata lyra pulsu, nitida quoque lata palæstra,
Quo didicit culta lingua docente loqui.

Horati & Claudiani loci collati.

CAPVT XXXVII.

CLaudianus in VI. Honorii Consulatu ostendit, se non ingenii solum viribus excitatum, sed optimorũ quoq; Poetarum lectione assidua, ad Poeticum decus, & gloriam peruenisse. Nam ita Horati ornamenta vniuersa, quæ de naue quassa, & naufraga congesta sunt Ode 14. lib. 1. in suam transtulit, vt nihil aptius, elegantiusue fieri posse videatur.

—— qualis piratica puppis,
Quæ cunctis infensa fretis, scelerumque referta
Diuitiis, multasque diu populata carinas,
Incidit in magnam, bellatricemque triremem,
Dum prædam de more putat, viduataque cæsis
Remigibus scissis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis saucia fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur, & vnda,
Vastato tandem pœnas luitura profundo.

Horatius sic:

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus: o quid agis? fortiter occupa
Portum. non ne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea.

Et paulo infra;

—— tu nisi ventis
Debes ludibrium, caue.

Quid sit apud Vergilium mare stare. Seneca emendatus.

CAPVT XXXVIII.

MAre semper agitari, fluere, numquam stare, suapte natura, & re ipsa constat, & a Philosophis proditum est. Quamobrem sunt, qui Vergilianum illud, Eclog. 2. non satis probent:

Cum placidum ventis staret mare.

Seneca lib. Naturalium V. Vergili locum interpretatur, ita tamen, vt a rei natura non discedat. *Sic tranquillum*, inquit, *mare dicitur, cum leniter commouetur, nec in vnam partem inclinatur. itaq; si legeris,*

Cum placidum ventis staret mare

scito illud non stare, sed succuti leniter, & duci. tranquillum est, quia nec huc

nec huc, nec illo impetum capit. Sic est in vetustissimæ impressionis libro: ac mihi magis placet, quam quod in aliis legitur, *Et dici tranquillum, quia nec huc, nec illo impetum capiat.*

Vergili & Tibulli, loci collati.

CAPVT XXXIX.

VErgilium lib. Æn. VII. eadem comparatione vsum in Amatæ Reginæ, furentis, & per vrbem; sine vllo aut Regiæ Maiestatis decoro, aut matronalis personæ pudore, discurrentis, expositione, quam Tibullus de se extulit lib. I. Eleg. 5. notauimus. Illud certe discrimen esse animaduertimus, quod apud Carisium lib. Institutionum Grammaticarum primo, est legere. Nam Turbonem a Vergilio, quem Turbinem a Tibullo, dictum doctissimus Grammaticus testatur Tibulli versus:

Namque agor, vt per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Vergili autem:

Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem,
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
intenti ludo exercent. ille actus habena
Curuatis fertur spatiis. stupet inscia turba,
Impubisque manus, mirata volubile buxum.
Dant animos plagæ.

Ad quem locum Seruius, *Turben, vt Carmen, a Catullo dictum,* scribit: sed a Carisii sententia discedit: & locus omnino mendosus mihi videtur.

Vergili locus a Claudiano expressus.

CAPVT XL.

CLaudianus merito Vergili mentem habuisse dictus est, qui Vergilianæ Maiestatis non sententias solum admiratus, atque imitatus est, sed verba etiam, & dicendi genera eleganter reddidit. In Rufinum porro Eclogæ primæ, illud feliciter expressit Vergilianum:

Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:

Sic Claudianus:

Ite mei quondam socii.

An vlla vis veneficiis in amore fuisse sit credita.

CAPVT XLI.

VEneficas insectatur Horatius, & irridet; Canidiamque sibi insultantem, sic loquentem facit:

Plorem artis in te nil habentis exitum?

Afranius autem, vetus poeta, optimo argumento veneficia non tam habere vim, vt misere quampiam deperéas, acutissime, & suauissime probat:

Si possent homines delenimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.

Formam & obsequium Glycerii plurimum potuisse in Pamphilo, Terentius scriptum reliquit:

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Hæc duo coniunxit Ouidius in Hypsipile:

Moribus, & forma concil andus amor:.

Quibus sane artibus si vxores in viros suos vterentur, nullæ omnino altercationes inter eos exorirentur Illudq; profecto contingeret, quod ad coniugalem felicitatem Horatius pertinere prędicat:

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulsus querimoniis.
Suprema citius soluet amor die.

Hæc recte Ethnicos sensisse constat. Certius autem nos Christiani credimus, nullam cogendi vim habere veneficia, inaniemque esse dæmonum operam ad compellendam animi nostri libertatem. quod illustri sane exemplo S S. Martyrum Cypriani & Iustinæ redditur indubitatissimum.

Explicatus Vergili Locus. Seruius reprehensus.

CAPVT. LXII.

PRoprium pro diuturno, & perpetuo, Vergilius vsurpauit, li. vi.

——— nimium vobis Romana propago
Visa potens. superi, propria hæc si dona fuissent.

Eadem plane significatione hoc ipsum verbum A. Hirtius de bello Africo extulit: *Quod proprium* inquit *gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit.*

Seruius ad illum sexti libri versum, *propria dona*, *Perpetua* significare cum docuisset, sententiamque suam exemplo confirmaret, ad illum primi libri locum se contulit:

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

Sed tamen in explicatione eius longe aliter sensit. Propriam enim idcirco dictam scribit, vt adulterii suspicionem remoueret. Quare aut Seruius sibi non constat, aut locus corruptus est, & interpo-

interpolatus: quod & verius puto. Equidem non adulterii suspicionem, sed diuortii summotam, propriæ vocis adiectione, crediderim. estque repetitio, siue expositio eius, quod dictum est: *Connubio iungam stabili.* Quæ repetitio, & expositio perfamiliaris est Vergilio.

Cur picti Geloni a Vergilio dicti. Claudiani locus collatus.

CAPVT XLIII.

EXpressit luculenter Claudianus illud Vergilii Georg. 2.

Pictosque Gelonos.

Qui sic libro in Ruffinum primo scripsit:

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Recte igitur Seruius ad Vergilium *Pictos* interpretatur *stigmata habentes.*

Vergili locus a Claudiano expressus.

CAPVT XLIV.

VErborum, vt diximus, Vergilianorum obseruator diligentissimus, atque imitator Claudianus fuisse videtur: quibus sua Poemata, quasi luminibus quibusdam, respersit. Bis in vsum suum conuertit illud libri Æneidos primi:

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

De bello Gildonico:

Tantane deuinctos tenuit fiducia Mauros?

Et de bello Getico:

Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit?

Vergili & Stati loci collati.

CAPVT XLV.

NVmeros, vocesq; Vergilianas expressit Statius lib. Theb. 2.

Impasta fugistis aues, rabidamq; canum vim.

ad illud lib. Æneidos quarti respiciens:

Massilique ruunt equites, & odora canum vis.

Vergili locus explicatus. Prudenti collatus. Seruius, & Turnebus reprehensi.

CAPVT XLVI.

PRudentius aduersus Symmachum videtur Vergilium interpretatus, qui sic scripserit:

Nec non Thessalica doctissimus ille magia
Traditur exstinctas sumta moderamine virga
In lucem reuocasse animas, Cocytia leti
Iura resignasse, sursum reuolantibus vmbris:

Ast alias damnasse neci, penitusque latenti
Immersisse Chao.

Vergilius vero sic, Æn. lib. 4.

Tum virgam capit. hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.

Turnebus lib. Aduersarior. 24. cap. 26. Seruium hoc loco reprehendit, qui *Resignat*, exposuerit, *claudit, perturbat*; eamque interpretationem ineptam dicit; ac suam ipse affert longe ineptiorem. voluit enim Maronem respexisse ad veterum Romanorum consuetudinem, qui mortuis in rogo collocatis oculos domi a familiaribus clausos aperiebant Quid, quæso, commune hominibus cum diis esse poterat? Num vero, quod erat cognatorum officium ad Mercurium pertinere opinatus est? Rectius, petendam eius loci, & verbi expositionẽ a Prudentio, dixerim, qui, repetitione elegantissime vsus, *Resignat*, esse, *ab inferis excitare*, testatur. *Resignat* enim *lumina*, est repetitio, siue exegesis, & expositio eius, quod præcesserat, *Adimit somnos.*

Antene an post substantiuum collocandum sit adiectiuum.

CAPVT XLVII.

ADiectiua præcedere semper, nunquam subsequi substantiua nomina oportere, amicus meus putat; aliter si fiat, carmen esse humile, & ineptum, affirmat. Hunc ego scrupulum exemptum ex adolescentium animis volo. Quare faciendum est mihi, vt totam hanc adiectiuorum subsequentium rationem optimorum Poetarum cõfirmem auctoritate Afferam igitur in medium versus aliquot, qui mihi sese primi obtulerunt. lib Æn. 5.

Et sauire animis Entellum haud passus acerbis

infra:

——— *malo suspendit ab alto.*
——— *primus clamore secundo.*
——— *& vincula linea* ———
vitamque reliquit in astris
Ætheriis ———
——— *docuit post exitus ingens,*
Muneribus cumulat magnis. ———
Quamuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
——— *pectore summo.*
——— *creta Labyrinthus in alta.*

Ecl. 7.

——— *in montibus altis.*

Ecl 7.

Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.

Statius

Statius lib. Siluarum tertio, de Coma Earini.

——— quos mole noua pater inclytus vrbis
Excelsis.

Verg. Ecl. 3.

——— quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

Ecl. 4

——— siluæ sint consule digna.
——— cælo demittitur alto.
——— cælumque profundum.

Ecl. 1.

——— lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco.
——— hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.

Georg 4.

——— lucosque sonantes.

Ecl. 1.

Florentem cythysum, & salices carpetis amaras.

Et:

Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles.

Ecl. 2.

Montibus, & siluis studio iactabat inani.
Allia serpyllumque herbas contundit olentes
At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Pan primus calamos cera coniungere plures.

Immensi operis esset, quæ apud Latinæ linguæ optimos auctores ea de re exstant exempla huc congerere. Illud tantum adiungo, ex his paucis constare, ordinem in collatione adiectiuorum obseruari non oportere.

Literarum monumentis, Præstantissimorum hominum memoriam conseruari Eius rei aliquot Poetarum, Ciceronisque, & Senecæ sententiæ congestæ.

CAPVT. XLVIII.

LIbenter facio, quod a doctissimis viris factitatum scio, vt eiusdem sententiæ locos vndique collectos sub vno fere aspectu statuam. sic enim fit, vt multorum sententiis, quod volumus, facile consequamur. Scriptorum beneficio fortium virorum nomina viuere; cōtra vero, extingui, & aboleri, Poetarū præsidio destituta, Horatius elegantissime disseruit, libro Carminum 4. Ode 8.

——neque
Si chartæ sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ,
Mauortisq; puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis,
Dignum laude virum Musa vetat mori.

Et Ode nona:

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte, carent quia vate sacro.
Paullum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.

Sed & Tibullus carminibus æternam comparari famam [illegible]rat, libro primo, Elegia quarta:

Carmine purpurea est Nisi coma: Carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Quem referent Musæ, viuet, dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Lucanus libro nono idem sensit:

O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.

Et paullo infra:

Venturi me, teque legent, Pharsalia nostra
Viuet, & a nullo tenebris damnabimur æuo.

In eandem sententiam omnes eunt Poetæ, quibus assentitur Cicero: is enim pro Archia sic inquit: *Plenæ exemplorum vetustas, quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet.* Et infra: *Nisi Ilias exstitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset.* loquitur de Achille, & Homero. Seneca vero epistola ad Lucilium XXI. Oratorum quoque, & Philosophorum libris eam vim esse testatur. *Quis Idomenea* inquit, *nosset, nisi Epicurus illum suis litteris incidisset? omnes illos Megistanas, & Satrapas, & Regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, oblivio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistola non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum aperuisset. Profunda supra nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exserent, & in idem quandoque silentium*

scientium abitura obliuioni resistent, ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili habeo apud posteros gratiam. Possum mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus memoriam æternam promisit, & præstat:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vmquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque Pater Romanus habebit.

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra, ac partes, alienæ potentiæ fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt, post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio: nec ipsis tantum habetur, sed quidquid istorum memoriæ adhæsit, excipitur. Hæc Seneca, sapientissimus Orator, & eloquentissimus Philosophus, pro rei magnitudine, grauissime tractauit. Quæ quam vere dicta sint, nihil attinet disputare. Eorum enim tantum nomina ad nos peruenerunt, qui aut ipsi victura scripserunt, aut alienis scriptis irrepserunt.

HOMERI, HESIODI ET VERGILI LOCVS COLLATVS.

Numisma INICI DAVALI

CAPVT XLIX.

HOmerus in Achillis clypeo Mundum a Vulcano effectum multis versibus, quórum vnum apposuimus, Iliados Σ prosecutus est:

ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽, ἐν δ᾽ οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν

quem versum sic Latine reddidimus:

In clypeo terram, cœlumque effinxit, & æquor.

Eiusdem argumenti est Hesiodi *ἀσπὶς*, vbi multa de Herculis clypeo narrantur.

Vergilius vero vtrumque imitatus in Æneæ clypeo Æneæ progeniem, & Romanorum res gestas, Augustique naualem ad Actium victoriam, & triumphum expressum fuisse libro octauo extremo testatus est. Ad Homeri autem Commentum propius accedit amplissimum ex ære Numisma, siue, vt in Italia vulgari sermone loquimur, il Medaglione, quod proximo superiore anno ALOYSIVS OFRICELLARIVS, HORATII Clarissimi viri, Filius, nobis dono dedit, quo in Numismate ex altera quidem parte INICI. DAVALI effigiem, & nomen, ex altera vero Mundum, Terram scilicet, Cœlum, ac Mare Pisanus Pictor cum suo nomine, & sententiola vulgaribus verbis concepta, PER WISEVA, id est, Tibi fit, centum, & eo amplius abhinc annis excuderat.

Cum vero tria nomina, quibus Ciues tantum Romani vtebantur, prænomen, nomen, cognomen, poetarum principi Vergilio Maroni fuisse constet, eidem quoque ciuitatem datam gentem, & tribum fateamur necesse est. Gentis autem Vergiliæ nomen, vel ex hoc, quod supra laudaui, marmore quomodo scribendum sit, intelligi potest.

M. VERGILIVS. M. L. ANTIOCHVS. VNGVENT-
VERGILIA . M. L. HELENA
M. VERGILIVS M. L. HILARVS. MAIOR
M. VERGILIVS. M. L. LVCVLLVS

Eandem scribendi rationem retinet aliud marmor, quod est ad S. Onuphrium:

M. VERGILIO.
M. F. LEM
PROCVLO

Et aliud in hortis Carpensibus:

D. M. FESTO
VERGILIO
FORTVNATAE. SER
OPTIMO. BENEMER
FECIT. IPSA. QVI. VIXIT
ANN. XIII

Et in Hortis Colotianis:

C. VERGILIVS.. MARTA
NVS.. COLONVS. &c.

Hos ego lapides conspexi, legi, descripsi. quorum cõsensu Vergilium, non Virgilium, scribendum esse constituo. Huc accedit, quod Vaticanæ Bibliothecæ liber ille vetustissimus hanc ipsam tuetur secũdam vocalem in Vergilio. Eandem scripturam retinet Carpensis liber, qui nunc est Florentiæ cum Pandectis.

Ex Aldi Orthographia:

C. VERGILIVS. STRABO.

Ex Pierio:

M. VERGILIVS. NARCISSVS
VIXIT. ANN.. XIIII

Ex Politiano:

TI. VERGILIVS. DONATVS

Et:

PAPIRIVS. CESTVS. VERGILIAE
OPTATAE. VXORI. SVAE. BENE
MERENTI. DE. SE

Volsinij:

VERGILI

Ceterum Maronis cognomen Valeriæ quoque genti appositum reperio in peruetusto lapide, qui est apud Moronos:

SOMN. AETER
Q. VALERIO
MARON. IVN.
QVI. VIX
ANN. IIII
MENSIBVS. VI
DIEB. VII

Somnum item æternalem Patauina inscriptio tuetur, cum quo Horatianum illud conuenit:

Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Vrget?

De Tribu, in qua censetetur poeta, quid dicam non habeo: non enim in libris Vergilianis est addita: & in illa inscriptione, quam supra retulimus.

M. VERGILIO
M. F. LEM

Id est, Lemonia, nomen Tribus: vt sit ex Tribu Lemonia, cuius & Seruius Sulpicius Rufus fuerat: de quo Cicero Philippica IX. *Ser. Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus.* Nomen autem Tribus post patris prænomen, & ante familiæ cognomen plerumque interponi solebat: et ex hoc Ciceronis loco apparet, & ex Cœlii ad Cic. Epistola, lib. VIII. Veteres quoque fere ad vnum inscriptiones assentiunt, quas multas Didacus Couarruuias Iurisconsultorum sui sæculi Coryphæus, lib. IV. Variarum Resolutionem attulit. Planum itaque cum ex nominis gentilitii vestigiis, tum ex Romanorum more, VERGILIVM Maronem poetarum prope Deum, Romanam ciuitatem iure consecutum, Vergiliæque genti insertum & marmorum auctoritate, atque Politiani sententia per secundam, non tertiam vocalem scribendum. Quale & domi meæ marmor ingens, ære emtum, Vergili inscriptione asseruari, familiares citra controuersiam testari queant.

EIVSDEM.

Castalionis Iurisconsulti. Ad l. Vsufructuarius D. de Vsufr. Rudes parietes, & Tectorium quid.

RVdes *parietes* qui vocentur, & quid *Tectorium* sit, non recte per Glossam explicatum videtur in l. Vsufructuarius, de vsufruct. Nam *Rudes* pro nouis, *Tectorium* pro tecto perperam accipitur, ibi, *Vsufructuarius nouum Tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest.* Glossæ error errandi ansam aliis, opinor, præbuit, in §. His igitur, Inst. de iust. & iur. in verbo *Rudium animorum.* Ego vero *Rudes parietes* interpretor nondum expolitos

non tectorio obductos, non loricatos, non conuestitos. tales dicuntur hodie vulgari sermone *Riccitati*: quorum plerique veteres cum sint, rudes tamen adhuc conspiciuntur. Quis enim non intelligit, apud Neratium cautum esse, incrustationem parietibus, quibus numquam fuisset, vsufructuario inducere non licere, cum ei, si quid inde vetustate corruisset, reponere permissum esset. *Rudes* enim I. C. *parietes* dixit, non quod essent noui, & recentes, sed nudi, horridi, hirti, & non exornati. Hinc ducta metaphora, hominum animi, quantumuis prouectæ ætatis, qui nulla disciplina exculti, nulla doctrina, & institutione imbuti sunt, *Rudes* appellantur. *Tectorium* autem non esse tectum, sed parietis illinimentum, siue incrustationem, inde facile percipi potest, quod l. Hactenus, de vsufr. Celsus ait, *vsufructuarium posse non solum necessarias refectiones, sed etiam voluptatis caussa, vt tectoria, & pauimenta, facere.* & l. quod si seruus, §. 1. de in rem verso. vbi diserte Vlpianus *Tectorium* in his recenset, quæ ad voluptatem magis, quam ad vtilitatem, spectant. quod de tecto ad imbres, cœlique iniuriam summouendam comparato non est dicendum. Tectum enim nemo est, qui non numeret in rebus vtilibus, & necessariis. Ceterum Tectorii multas fuisse species, eiusque conficiendi rationem, apud Vitruuium libro de Architectura septimo capite tertio est legere. Tanta vero fuit tectorii apud antiquos crassitudo, & duritia, vt idem Vitruuius dicat, e veteribus parietibus crustas excidi in mensularum, & speculorum vsum solitas esse. Hinc est, quod eximi tectorium a creditore posse Vlpianus, dicit. d. l. Quod si seruus, his verbis: *Pati debet dominus creditorem hoc auferre sine domus sua videlicet iniuria, ne cogendus sit dominus vendere domum, vt quanto pretiosior facta est, id præstet.* Et Celsus l. in fundo alieno, de rei vend. *Sufficiat tibi permitti tollere ex his rebus, quæ possis, dum ita ne deterior sit fundus, quam si initio non foret ædificatum. Constituimus vero, vt, si paratus sit dominus tantum dare, quantum habiturus esset possessor, his rebus ablatis, fiat ei potestas. Neque enim malitiis indulgẽdum est si tectorium, puta quod induxerat, picturasque corradere velit, nihil laturus, nisi vt officiat.*

Ad legem CXXXI. D. de Verb. signif. De illa, ante diem decimum Kalend. pro Ant. Augustino aduersus Pet. Rebuffum disputatam.

QVam esset illud loquendi genus apertum, & tritum, quod apud optimum quemque Latinitatis auctorem legitur, *Ante diem decimũ Kalẽdarum*, pro eo quod efferri concisius solet, Decimo Kalendas, vel ex Paulli interpretatione facile intelligi potest: is enim libro tertio ad legem Iuliam, & Papiam, ex sermonis consuetudine, veluti illustriori quodam, & magis noto exemplo verbum paullo obscurius declarat. Quærebatur porro, an,

qui extremo anni die mortuus esset, *Anniculus amissus*, id est an exegisse annum videretur: & erat qui rem in dubium reuocaret, contenderetque eum omnino Anniculum dici oportere, qui anno circumacto, eo ipso, quo natus esset, die obiisset. Paullus longe aliter controuersiam decidendam arbitratus, *Anniculum* interpretatus est, non qui ipso recurrentis anni natali, sed qui nouissimo anni die, hoc est (vt idem paullo infra exponit) tricentesimo sexagesimoquincto die decessisset. Quo autem Iurisconsultus sententiam suam recepto, & minime ambiguo dicendi more co firmaret, ita scriptum reliquit, vt esse in Pandectis Florentinis testatus est Antonius Augustinus, vir vndecumque doctissimus. libro Emendationum quarto, capite sexto. *Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. & consuetudo loquendi ita esse, declarat, Ante diem decimum Kalendarum, Post diem decimum Kalendarum. Neutro enim sermone vndecim dies significantur.* Huius legis sententia ea mihi videtur, non esse natalis diei recursum exspectandum, vt quis Anniculus dicatur, quemadmodum nec significari vndecimum præcedentis mensis a Kalendis. exempli gratia, Ianuarii: Cum dicimus, *Ante diem decimum Kalendar. Ianuar.* sed decimum ipsum a Kalendis Ian: qui est vicesimus tertius dies Decembris.

Item non intelligi vndecimum Ianuarii diem, sed decimum ipsum, quando sic loquimur, *Post diem decimum Kalendarum.* Dies enim Kalendarum, & dies decimus intra numerum accipiuntur: estque plenior loquendi modus, quam si pronuntietur Decimo Kalendas per compendium. Nam integra elocutio esset *Decimo die ante, vel post Kalendas.* id quod multis ac magnis auctoribus possem docere, nisi recitandis exemplis abstinere decreuissem. vnico tantum vtar testimonio quinctæ epistolæ Cic. ad Tironem. *Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, vnum diem commorati sumus, quod Quinctius nos consecutus non erat. is dies fuit Non. Nouembris, inde ante lucem proficiscentes ante diem octauum idus Nouembris has literas dedimus.* Plane, vt hoc quoque obiter adnotemus, in plerisque Ciceronis, atque adeo veterum omnium scriptis, pro *Ante diem 3. & 4. Ad 3. & 4.* corrupte legi, a doctis indicatum est viris. Huiusmodi autem passim erratum facile deprehendet, qui ex duabus dictionibus litteris singularibus sic notatis A. D. quæ ante diem significant, *Ad* præpositionem ab ignaro librario temere conflatam cognouerit. Esse autem hunc locum Pandectarum in vulgatis mendosum, in quibus sic legitur, *Vtroque sermone vndecima dies significatur*, illud indicio est, quod malam hanc litteram appellat Accursius. *Mala* autem *littera* apud doctores nostros accipitur pro textu corrupto. *bona* vero *littera* pro lectione germana, & non viciata, vt ex Bartoli verbis colligitur in lege hoc articulo, de

de hered. instit. *Et est*, inquit, *aduertendum, quod quidam habent hic Quisque, & ista est bona littera; Alij habent hic Quisquis, & ista non est bona.* Hæc ille. Quod si Petrus Rebuffus diligentius expendisset, ac rectius intellexisset, numquam profecto in illo suo ad tit. de verbor. signification. libro Antonii Augustini correctionem, & sententiam repudiasset. equidem Augustino assentior, & Rebuffi opiniones reiiciendas censeo.

EIVSDEM

Ad l. 1. C. quæ res pignori oblig. possint Alumnum in eo qui alitur, non qui alit adhiberi.

ALumnum, *Alumnamque*, esse qui, quæ ve alitur, non item, qui quæ ve alit, facile doctis viris probabo. Illud autem difficilius explicatu est, quod in l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. legitur. Nam ibi Accursius, parum constans, modo filios ex concubina, modo eos, qui aluntur, aut qui alunt *Alumnos* interpretatur. Ac Prateius se non legisse scribit, qui significatum proprium *Alumni* explicet in specie, d. l. 1. §. Semproniam. l. Codicillis. ff. de vsu & vsu fructu leg. Ego, quid censeam, vt potero, exponam, si prius eorum sententiam, qui *Alumni* vocabulum actiuæ significationis esse contendunt, refutaro. Equidem mirari satis non possum, quid iis in mentem venerit, quamobrem contra veterum optimorum Latinæ linguæ auctorum vsum *Alumnos* interdum eos dici, qui alunt asseuerant. Plautus certe Mostellaria notæ significationis nomen ad amatorem festiue transtulit, ducta similitudine a puero, qui ad nutricem se confert. Apud illum Callidamantes sic loquitur:

Ecquid tibi videor mammam adire.
O, O tellus es meus, tuus sum alumnus.

Idem Pœnulo proprie:

Herus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater.

Verba sunt Giddenemes nutricis. Verg. lib. Æn. sexto:

——————*et Romula quondam*
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.

Idem lib. vndecimo:

——————*sed non felicibus æque*
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.

Horat. epistolarum lib. 1. ad Tibullum:

Quid voueat dulci nutricula maius alumno.

Ceterum Alumno, Alumnæque, Nutrix, Altrix, Educatrix, Nutritor, Altor, Educator, Respondent. Instit. quibus ex caussis man. §. eadem lege: *Iustæ autem manumissionis caussæ hæ sunt: veluti si quis patrem, aut matrem, filium, filiam ve, aut fratres, sorores ve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut*

alumnum, alumnam ve, aut collactaneum manumittat. Laurentius quidem Valla egregie hanc partem tuetur, sed iniuste Nonium Marcellum accusat. Non enim exẽpla ex auctoribus, quos eruditissimus Grammaticus laudauit, eo producta sunt, vt *Alumnum* pro educatore acceptum ostendant. neque id Nonius scripsit. Verum mendoso Valla vsus exemplari, (in quibusdam enim libris pro Aluntur, Alunt est legere.) Nonium errasse pronuntiauit. Inepte autem faciunt, qui actiuam in suis lexicis Alumno significationem attribuunt; neque auctorum locos recte expendunt; sed contra, quam scriptum est, accipiunt, atque commiscuntur multa somnia. Nam quod apud Plinium legitur lib. 3. caput 5:

Terra omnium terrarum alumna eadem & parens, de Italia loquitur, cum Alumna pro altrice interpretantur, nę ipsi nihil intelligere videntur. Italiam Plinius terrarum omnium parentem, quæ omnium gentium, nationum, populorum rem, salutem, honestatem, legibus, ac legionibus tueretur; eandem *Alumnam* terrarum dixit, id est, quam vicissim vniuersus terrarum orbis aleret, commeatu iuuaret. Huc pertinent versus Claudii Rutilii Numatiani, cuius Itinerarium elegis elegantissime conscriptum, a nobis emendatum, & adnotationibus illustratum, superioribus annis edidimus. Romam alloquitur:

Æternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,
Altricemq; suam fertilis orbis alat.

Si quidem Populus Romanus frumento ex Ægypto, atque Africa importato vtebatur. quod ex Claudiano discitur, initio libri de bello Giltonico:

Tot mihi pro meritis Libyam, Nilumq; dedere;
Vt dominam plebem bellatoremque Senatum
Classibus æstiuis alerent geminoque vicissim
Litora diues si complerent horrea venti.

Eodem libro tantæ rei frumentariæ comparandæ caussam exponit:

Quid mihi septenos montes, turbamq; dedistis,
Quæ paruo non posset ali? felicior essem
Angustis opibus. mallem tolerare Sabinos,
Et Veios. breuior duxi securius æuum.
Ipsa nocet moles. vtinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci.
Sufficerent Etrusca mihi, Campanaq; culta.

Idem dicendum esset de altero Plinii loco, qui libro naturalis hist. extremo corrupte ab istis producitur, si ita legeretur, vt adnotaruut: *Italia rectrix, parensq; mundi alumna* Non enim *Alumna*; sed *Altera*, rectius omnino in libris emendatioribus legitur. Iam vero, quod ex Q. Curtii libro octauo affertur, non efficit,

quod

quod volunt, *Alumnum*, inquit *vestrum Regem ne deseratis*. Milites monentur, ne Regem suum, apud quos Rex ipse natus, altusque esset, quemque ipsi prope aluisse videbantur, destituerent, non esse peregrinum Regem, non externum, aut alienum, sed ciuem, natiuum, indigenam, atque adeo alumnum profitetur. illud profecto ridiculum est, quod agmen claudit. Producitur e libro primo Cic. de Diuinatione versus:

Vos quoq; signa videtis, a quai dulcis alumna:

atque ita exponitur: *Aqua alumna*, idest, quæ alit. idque sensit Marius Nizolius. Quid hoc pinguius, quid ineptius fieri potest? Aquæ attribuitur, quod ad Ranas referendum est. Alloquitur enim auctor ranas, aquarum alumnas. id quod manifestum fit versus ipsos attentius legenti:

Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnæ,
Cum clamore paratis inanes fundere voces,
Absurdoq; sono fontes, & stagna cietis.

Quam isti longe a sententia feruntur quam toto errant cœlo. Sed & Iacobus Cruquius in Horatium ad Od. VIII. lib. III.

——————*abeasq; paruis*
——————*Æquus alumnis.*

aduersus Vallam Varronis locum apud Nonium actiue interpretatur Varro Eumenidibus:

Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas,
Attica philosophiæ alumna, &c.

Ad quem locum Cruquius inquit, *Ex veritate namque philosophia, non etiam ex philosophia veritas nata est.* Quid absurdius? Immo a philosophia veritas fouetur, alitur, educatur, si non nascitur. Veritatis igitur altrix, nutrixque philosophia est. quod Cruquius non vidit. Neque aliter accipiendus est Cor. Taciti locus de claris Oratoribus: *Est*, inquit, *magna ista, & notabilis eloquentia alumna, licentia, quam stulti Libertatem vocant.* Hæc Tacitus. Licentia enim eloquentiam notandam, & animaduersione dignam foueri, alique significat, non ex eloquentia licentiam ortam esse, vt inepte putat Cruquius. Cicero quoque de claris Oratoribus hoc dicendi genere vsus est: *Pacis est*, inquit, *comes, otijque socia, & iam bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam eloquentia.* Quis non videt, bene constitutam Ciuitatem esse eloquentiæ altricem? Nunc ad primam Legem Codicis, titulo, quæ res pignori obligari possunt, aggrediamur. *Alũnos tuos & ceteras res, quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse, generali pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta est, in caussa pignoris non fuisse rationis est. Alumnos* Accursius, vt dixi, incertus est quo pacto accipiat, nam modo filios ex concubina, modo eos, quos aluisti, aut qui te aluerunt, opinatur. In Accursii sententiam a Doctoribus passim itur. Ego *Alũnos*, de quibus mentio fit in d. L. I.

seruos esse vernas, quos sibi quis a teneris, vt aiunt, vnguiculis peculiariter educauerit, sine vlla dubitatione edissero. Quis enim posset specialiter obligare liberos homines? Operæ autem precium facturus mihi videor, si paulo altius disputationem repetam. Alumnum constantissime eum tantum optimus quisque Latinitatis auctor dixit, quemcumq; quis aluisset. cui respondet, vt dixi, Altor, Nutritor, Educator. Nec interest, seruus ne, an liber sit, qui alitur, superiorue, aut inferior. De Pallante, Euandri Regis filio, Acetis armigeri alumno, Vergilius lib. Æneid. XI. cecinit:

Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit. sed non felicibus æque
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.

Sic ipse Æneas Caietæ nutricis alumnus fuit, potentior hic, illa humilior. Hoc autem alumnorum genus nihil ad eam legem pertinet. Domini seruorum quoque fidei liberos suos alendos committebant. Ne hoc quidem genus ad rem. Nascebantur ex ancillis propriis apud dominos serui, iique Vernæ vocabantur. ex iis, si quos dominus specialiter aleret, neque inter ceteros tolli, educarique in seruorum grege, ac multitudine pateretur, Alumnos suos appellabat; quasi dixeris vernas, & peculiares seruos. quamquam non ignoro, peculiarem seruum dici, qui in filii quasi peculio sit. De hoc Alumnorum genere lex nostra loquitur. Alumnos item Acron apud Horatium Ode 18. libr. 3. pro vernis sumi, auctor est. Vernulas enim interpretatur; quos Horatius parnos alumnos dixerat, quibusque dominus timebat. Quare Horatius precatur Faunum, qui infantibus infensus credebatur, ne paruis alũnis, id est, seruis infantibus noceat. Ecce tibi Altor dominus Alumnus seruus. Seruilis ergo notæ alumnus censendus. Interdum tamen eueniebat, vt alumnus manumitteretur, & e seruo liber fieret: neque certe ob eam rem alumni nomen aboleretur, sed retinebatur, statu mutato, ad indicandum, quo is loco apud dominum fuisset. *Est e regione Hospitii peregrinorum Trinitatis elegantibus incisum literis marmor, antiquitatis refertissimum, quod huc spectat.*

M. LIVIVS. AVG. L. SECVNDIO
ACCENSVS. DRVSI. CAESARIS
E.T. ALVMNVS.
M. LIVIVS. M. F. POL. MACEDONIC. F
IVLIA . TERTVLLA . VXOR
M . LIVIVS. M . L. PROSPER.

Eundem Libertum, & Alumnum legimus, ex eo videlicet libertorum genere, qui, cum in seruitute nati essent, gratiores tamen, acceptioresque dominis, vel dominorum filiis essent. Secundionem

nem seruum Drusus Cæsar, Ti. Augusti filius, sibi educauerat. Eundemque postea manumissum a Ti. Aug. patre, libertumque Augusti dictum, Accensum esse suum voluit. Accensi autem erant liberti, qui magistratibus apparebant, ac præsto erant.

Est & alia inscriptio apud Alberinos.

AVIDIO. SPARTACO
PATRONA
ALVMNO
B. M.
P. Q.

Cum lapidibus faciunt digestorum libri. I. liberto suo. §. largius. de annuis legatis. *Pecuniam,* inquit, apud Scæuolam testator, *quam Titio liberto meo, & alumno legaui, esse volo penes Publium Mæuium vsque ad vigesimum quintum annum ætatis eius pro qua ea computari cum eo vsuras quadrantes.* Vernas quoque non seruos sed libertos, in veteribus monumentis reperio. E vernis scilicet seruis libertos factos dixeris.

In Colle Hortulorum, siue Monte Pincio, in hortis, quos magnificentissime exstruxit, atque instruxit Regio sumtu statuisque, tabulis, & inscriptionibus antiquis exornauit clarissimus antiquitatis vindex, Ferdinandus, Magnus Etruriæ Dux.

SECVRITATI
COGNATIONIS. SVAE
FORTVNATVS. AVG. L.
VERNA. PATERNVS
AB. EPISTVLIS
ACCENSVS. PATRON
DIVO. AVG. VESPASIANO
LICTOR. CVRIAT
VIAT. HONOR DEC COS. ET. PR.
ET. SIBI. ET
EPAPHRODITO. AVG. L
AB. EPISTVLIS. FRATRI. SVO

Cum hoc consentit lapidis inscriptio, a nobis in Capitolio descripta, vnde feminam feminæ libertam, eandem & vernam intelliges.

DIIS. MANIBVS
IVLIAE. Ↄ. LIB. HELPIDIS
VIXIT. ANNOS. XVI.
MENS. VIIII. DIES. DVOS
IVLIA. IRENA. FECIT
VERENTAE. SVAE. CARISSIMAE
BENEMERENTI ET SIBI. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
EORVM

Et apud Fusconios:

DIIS . MANIBVS
N . SATIRI
AVGVSTALIS
SATRIA
NYMPHAE
VERNAE . SVO
CARISSSIMO
VIXIT. ANN.XXII
M. I. DIEBVS. IV

Libertum fuisse Augustalem, non autem seruum, intelligo, quem Satriæ gentis nomine, & Numerii prænomine auctum uideo. N. Numerium significat.

Ad rem quoque facit lapis in hortis olim Carp.

D. M.
Q. VOLVSIO . AVGVSTALI
VIXIT. AN. XI. D. XXI.
Q. VOLVSIBVS . DEXTER
VERNAE . SVO

Vernam hoc loco non seruum, sed libertum, dixeris. Cui enim prænomen, & familiæ Romanæ nomen adiungitur, Liber, & Ciuis Romanus sit, necesse est. Quod vero sequitur, in dubio esse potest, num de seruo, an de liberto dicatur:

EVHEMERO
CAESARIS . N
VERNAE . PEDY
SEQVO . VIXIT
ANNIS.XXIII. MENS
IBVS . VIII. DIEBVS
V. AELIA. SVCCESSA
MATER.FILIO. BENE
MERENTI . FECIT

Libertum potius puto, cuius mater ex gentilicio nomine libera cognoscitur, quique tum matris commendatione, tum suis meritis facile libertatem ab indulgentissimo Principe impetrare potuit. Neque solum Vernarum, Alumnorumque vocabula ad libertos extendi, sed etiam seruorum appellatione in ipsa libertate retentam video.

DIS. MANIBVS.DEXTRI
CAESARIS. SERVO. DI
AETARCHO . DOMVS
AVG. TREBONIA . LAV
DICE.FEC.CONIVG. B.M
CVM.DVABVS.FILIS.FOR
TVNATA . ET . FELICE

Seruus dicitur, quem libertum esse constat. coniunx enim ser-

mo non erat, sed contubernalis, neque ex libera seruus liberos suscepisse dicebatur. liberam autem eius vxorem fuisse, ex eo cognoscimus, quod nomini proprio peregrino, familiæ nomen Romanæ proponitur Trebonia Laudice.

DIS. MANIBVS
FLAVIAE. ATHENAIDI
APOLLONIVS
IMP. DOMITIANI. AVG.
GERM. SER. PECVLET
FLAVIA. PALLAS. PARENTES
FILIAE. CARISSIMAE. FECER
VIXIT. MENSIBVS. VIII. DIEBVS. XXVI

Seruum peculiarem imperatoris, non qui seruus eo tempore esset, sed qui olim eius loci fuisset, dictum puto. Papin. Statius Earinum Domitiani Libertum in præfatione libri tertii Siluarum his verbis nominat: *Earinus præterea, Germanici Dei nostri libertus.* Eundem Cæsaris seruum in Coma dicit: *Quos tibi Cæsareus donat puer.* Cæsareum puerum Cæsaris seruum interpretor, non qui seruus re ipsa sit, sed qui fuerit antequam manumitteretur. Huc accedit, quod non libertinæ tantum conditionis homines, sed plane ingenui seruos se Imp. Domitiani profitebantur, quod ille Dominum se Deumque ab omnibus dici præcepisset. auctor Suetonius.

Apud Gesios.

FLAVIA. AVG. L. DORIS
FECIT. SIBI. ET
IDEO. CAESARIS. N. SER
CONIVGI. SVO. ET
EPAPHRODITO . FIL
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
EORVM

Et apud Fusconios.

QVINTILIA . DONATA
FECIT. SIBI. ET. CONIVGI
SVO . ACMAZONTI
CAESARIS. NOSTRI . SERVO
ET. DAPHNICO. FILIO. HVIVS
QVI. VIXIT. ANN. XVII. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE
EORVM

Et in templo S. Mariæ de Monte Serrato.

FORTVNATVS
CAESARIS . SER
NICOMACHIANVS
PATER. ET

SEXTILIA . PRIMA
MATER. FILIAE
PIISSIMAE . FECERVNT
ET. SIBI ET
MOSCHINI . CONLACT
VIXIT. ANNIS XV MENS. IIX

Illud obiter hoc loco notandum est, in nomine Nicomachianus literam illam inuersam, siue dimidiatam, ⊣ adspirationis esse notam, pro integra H, quæ ad MOSCHINI nomen adhibita est. Huius notæ confirmandæ gratia libet proferre *inscriptionis exemplum ex ædibus Hieronymi Picii a nobis desumtum.*

STATAE. FORTVNAE. AVG
SACR.
SEX. FONTEIVS. ƆL. TROP⊣IMVS
CN. POMPEIVS. CN. L NICEP⊣OR
MAG. VICI
SANDALIARI REG
IIII. ANNI XVIII
D. D

Ex iis, quæ a nobis allata sunt, constare arbitror, *Alumnos* esse quicumque alerentur, non autem qui alerent, siue liberi, siue serui, siue potentiores, siue tenuiores. Nunc videndum est, an recte Accursius *Alumnos* filios interpretetur. Dicam libere. Accursio imposuerunt Grammatici. Vnde ille didicit, *Alumnos* esse interdum nutritores, interdum filios. Seruius ad illum Vergilii versum lib. Æn. sexto,

Nec non & Tition terra omnipotentis alumnum, Terra alumnum Tition a terra enutritum, & terræ filium dicit, secundum varias de Titii matre opiniones: ac Vergilium sermone, quo vtrumq; significaret, vsum esse, scriptum reliquit. Ego, quamquam Poetis summam in verbis licentiam esse sciam, censeo tamen apud Vergilium proprietatis amatorem proprie *Alumnum* pro alto, atque a terra educato, non autem pro filio, positum. Tition enim, Iouis, & Floræ filium, a terra nutrice, non parente, enutritum, fabulantur Poetæ.

Petrus Victorius libro Variarum lectionum vigesimo tertio, apud Nonium pro Filia *Alumnam* a Varrone dictam putat: cum Eumenidibus inquit:

Et Ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas,
Attica philosophia alumna. &c.

Ego vero Atticam philosophiam veritatis non parentem, sed nutricem existimo. Nam veritas, vndecumque orta, ab Attica Philosophia nutritur. Quis enim dixerit solis Athenis philosophorum præcepta veritatem enixa? Num sine philosophia verũ quis

non

non loquitur? num mendaces omnes homines, præter Atticos? Alit quidem philosophia veritatem, non gignit. Sic Cicero *Ciuitatis bene constitutæ alumnam eloquentiam*: sic Tacitus *licentiæ alumnam notabilem eloquentiam* dixit, quæ aleretur, atque enutriretur. Ceterum, qui fieri potuit, vt Accursius, qui omnes fere leges euoluit, excussit, contulit, hoc scripserit? ego in Iuris ciuilis, qui exstant, libris nō inueni *Alumnos* neq; pro nutritoribus, neq; pro filiis acceptos. Imo ne loco quidā filiorū *Alumnos* fuisse, disertissime sancitū est l. si q s alūnam. C. de nuptiis, *Si quis* inq t Imperator, *alūnā suā libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit, dubitabatur apud antiquos, vtru ne huiusmodi nuptiæ legitima esse videantur, an non. Nos itaque, veterem istam antiquitatem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus.* Quid igitur Accursius somniauit, *Alumnos* esse ex concubina filios? Num patri cum filia naturali imperator Christianus matrimonium legitimum esse statuit? Apage nugas illas nefarias & *alumnos* interdum seruos, interdum liberos fuisse, referrique ad altores, educatoresque concludamus: vt sint hæc distincta, Alumnus, Altor, siue Nutritor.

Apud Delphinos sic legi.

D . M
M . AVRELIO . AVG
LIB . ISIDORO . MEL
LO . PROXIMO . ARATIO
NIBVS . AVRELII . HER-
MES . ALVMNVS . ET GLY
CON . NVTRITOR . ET
MAXIMVS . BENE
MERENTI . FE-
CERVNT

Et l. xiii. ff. de manumissis vindicta: *Si collactaneus, si educator, si pædagogus ipsius, si nutrix, vel filius, filia ve cuius eorum, vel alumnus.* Iam vero, pro seruis, quos Dominus educasset, supra citatis legibus ostendimus, eosdemque manumissos, & liberos factos, *alumnos* tamen appellatos docuimus, vt l. legem, C. de pact. *Legem, inquit* Imp Alexander, *quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, seruari oportet, &c.* Et l. 14. ff. de manum vind. *Alumnos magis,* inquit Martianus, *mulieribus est conueniens manumittere, sed & in viris receptum est: satisque est permitti eum manumitti, in quo nutriendo propensiorem animum fecerint.* l. Codicillis, §. qui Semproniam, ff. de vsu, & vsufr. leg. *Qui Semproniam,* inquit Scæuola, *ex parte decima, & Maeuium ex parte decima alumnum ex reliquis partibus instituerat heredes, curatorem alumno dedit, cum in-*

re facere putaret, & curatoris fidei commisit, ne pateretur fundum venire. sed, cum Sempronio, & Mania nutricibus suis frueretur reditu eius, & in ima parte testamenti ita adiecit, omnem voluntatem meam fidei heredum meorumq; committo. Quaesitum est, an tertia pars vsusfructus fundi nutrices ex fidei commisso petere possint, quamuis curator ei receptus sit, quem iure dare non potuit alumno. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, vtiliter fideicommisso voluntatem suam confirmasse. Ita igitur cuique deuisse, vt & nutrices vna cum alumno reditu fundi vterentur. Apertum, manifestumque esset iam credo, *Alumnos* seruos fuisse, quos dominus penes se natos speciali affectu aleret, eosdemque, cum visum esset, libertate donaret, legatis insuper prosequeretur, ac fidei suorum commẽdaret, si quis id aetatis esset, vt aliena tuitione egeret. l. a filio, ff. de alimentis, & l. b leg. *Maeuio infanti alumno meo quadraginta dari volo, quae peto a te suscipias Seia, & vsuras ei quincunces in annum vsque vigesimum aetatis praestes, eumque suscipias, & tuearis.* Iucundum vero; atque in primis elegans Angeli Colotii epigramma, neque omnino ab hac nostra de *Alumna altriceq;* vocabulis disputatione alienum videtur, quod pari memoria, pronunciandique suauitate mihi Fuluius Vrsinus, vir singulari ingenio, iudicio, eruditione, ac virtute, recitauit.

Surnascentem hederam trabeati in colle Quirini
Nutrierat densis quercus opaca comis:
Nunc, quia, victa aeuo, viduata est frondibus arbos,
Pro merito altricem vestit alumna suam.

FINIS.

IAN. MELLERI PALMERII SPICILEGIA.

Multa desperata & deposita, quæ videbantur, Plauti Truculento emendata: pauca ad hoc Catulli.

CL. V.

D. IOH. FICHARDO, I.C. COMITI PAlat. Cæsareo; Reip. Francof. Syndico & Aduocato primario.

PORRO *Quirites, latinitatem amisimus.* at id negant, qui homines? qui me hercule, nisi ex se, fefelli nequiuerant. Non tu, Fichardo, scio. sic enim sentis, & mecum sentis, quæ Augusti obitum excepit ætas, aut quas literas: qui sine (Barbaria audiente dicatur) Poetarum illa iuga & nemora nihil solidum crepant: luce, certe publica illa, priuasse: quod qui minus est, quam extinxisse? Desidere, ac minuari, id iam ante fuerat: & hac fini stetisset malum ferremus: postea sublabi retro omnia, ac referri: tum præcipitare cœperunt: reliqua deinde iactura quasi vno bolo facta est: donec centum, cum neque vitia intelligimus, & properare remedium, hoc (o scelera) insania vocatur. Est mihi tanti, audire, quicquid illis in mentem venit, dum ab iis seorsim Fichardus sentiat: qui mihi virtutibus suis mihi in oculis est, quantum præterea pauci. Dii me salua vrbe & arce ita eiiciant, vt ego nunc has nugas. Et id satis est. Nam peius esse mihi, nihil miror: quæ quidem ab omnibus vsque eo vapulaturæ sint.

PLauti Truculentus est, nisi quod pleraque in ea Latina nimium, ceteroquin nulli comœdiarum secunda. eius initio thesaurum mendorum tenemus:

Primum dum mæret animus, primum si obuluit, obeunt tres ne. &c.

Ducunt interea loci, aut vinum, aut ara, aut oleum, aut triticum.

Tentant benignusne, an bonæ frugi sies: quasi in piscinam. AEt.1.Scen.1

Rete qui iaculum parat: quando abiit recte pessum adducit.

Inde si iecit rete, piscis ne effugiat, cauet:

Dum huc, dum illuc rete obiicit impedit piscis,

Vsque adeo donicum eduxit foras.

Licet clamare: eho puer, aquam manibus. Nam quid hac scri-

prura contaminatius? Et Camerarium quidem Germaniæ; quod vere liceat, ocellum, quantus heic æstus iactarit, quid me attinet scribere? res ipsa loquitur. Elephanti ille partus abortiuus tamen, &, quo magis doleas, posthumus. qui non pridem, vt ait Lucretius, in dias luminis oras prodiit, has meas nugas, seu quo alio nomine dignabeeris, an reprimere, Ficharde, debuerit, tua in primis existimatio valebit; secundum te, aliorum. Quod ergo per istos liceat, ita legerim:

Quot illic facundia
Sunt, quot pericula vianda? di vestram fidem, hui,
Quid periurandum est, etiam præter munera?
Promendum moinera annua: is primus bolust:
Ob eam tris noctis ducunt interea loci.
Aut aera, aut vinum, aut oleum, aut triticum meret.
Tentat benignusne, an bonæ frugi sies.
Quasi in piscinam rete qui iaculum datat:
Quando abiit rete pessum, atque adducit sinum:
Si inicit rete piscis, ne effugiant cauet:
Dum huc, dum illuc rete dorsa impedit:
Piscis usque adeo donicum eduxit foras.

Ni ad has coniecturas prope cogitauit Plautus, nisi adeo id vero vicero, seruitum me abducito, Ficharde, & ego me tibi mancipio dabo. *Viaresiter*, eleganter Lucilius:

Aut cum iter est aliquo, & caussam commenta viauit,
Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

Loquitur de incommodis vxorum. Præterea Africanus Diuortio:

Quam perspicace, quam benigne, quam cito,
Quam blande, quam mitis viæ pectore.

Sic emendo Nonium, perspicace: neque ausculto Hadrianum Iunium. Non refugit quoq; Plinius: neq; Lucretius in quarto:

Persimulantur enim, nisi recta foramina tranant,
Qualia sunt vitri: species qua trauiat omnis.

Item in sexto:

Incolumisque venit per res, atque integra transit
Multa foraminibus liquidis quia trauiat ignis.

Sic in V. C. docti adolescentis, mihique amici Francisci Modii. At interpres Lucretianus, natus corrumpendis libris, hæc omnia contaminat: post deinde culpas sibi suas ereptas dolet. Hoc ergo nisi verbum arbitrarer apud Plautum, scriberem: *quot pericla amanda?* Damnum enim, & periculum amant iidem, qui scortú. Postea *moinera anua*, valet, munera annua. neque enim geminabant in scribendo literas. & oi diphthongus in antiquis marmoribus ad nos pertulit. hoc loco eam fuisse in libris calamo exaratis, subiit suspicari, quia Camerarius edidit, *miros anna*: portentum sermo-

nis. Ab

Ab ea minimo minus discrepabat, œ: quam heic plerisque codicibus hæsisse, vnde suspicer, dicam. *mœret animus*, fecerunt: id manasse, ex illo, mœnera anua, vtinam omnium rerum, difficillimum sit coniicere. In eadem caussa sunt illa Truculento:

Ast. *Est ne ille violentus?* S.T. *Suam non enim ille meretriculis* — *Se quis illic est.*

Moliendis rem coegit, verum parsimoniæ,

Duritieq; qua nunc dico sciam exportatur pessume,

Em tu es Exungula, male viuitis. Egone heic mussicem?

Iam enim accere ibo ad forum, atque heic facta narrabo seni.

Neque istuc in se gestit. Ergo cogit exanimem mali:

Qui versus si vlli alii, mendosissimi sunt, sed gloriari liceat bene restitui:

Est ne ille violentus? St. *Suam non enim ille meretriculis*

Moiniendis rem coegit: sed parsimonia

Duritiaq; qua nunce domo sic iam exportatur pessum.

Ehem tu sexungula, malo vitas. Egone heic mussitem?

Iam enim accere ibo in forum, atque hac facta narrabo seni:

Neque istuc in segestri tergo coget examen mali:

Numerorum rationem habui, sed vt Horatii de Plauto iudicium meminerim: & ea mihi effugia patere voluerim, quæ ipse sibi. Primo versu delitiæ Musarum, vir doctissimus, sum, reponit, pro suam: cui non assentior. De Stratilace enim si loqueretur, non violentum, sed truculentum vocasset ad celebrandum fabulæ nomen. tum, ipsi Stratilaci responsionem affinxisset, quæ id nomen reuocaret. Id videas, quoties ab epithero nomen fabulæ inditum: vt Terentii Andria, & Hecyra: maxime autem hac ipsa Truculento. Altero versu, *moiniendis*, certum est. Vaticani enim V.C. moniendis habent, aut mouendis. *moiniendis* autem valet, *moeniendis*: Et *mœniendis*, pro *muniendis*, notum. Porro, muniuntur meretrices, cum illis munus datur, hoc est, cum quis eas mœneratur. nam a *mœnus*, *mœnio*: a *muneris*, *muneror*. Tertio deinde, *sexungula*, de coniectura feci: quoniam furum sex manus alibi appellat: & vngulas item: quomodo Catullus, *vngues Tuis* (inquit) *ab vnguibus reglutina*. Quæ ergo rapiendo, trahendo intenta, esset, quidni lepide sexungulam appellare potuerit? Possem alias cõiecturas expromere, si esset tãti. *Vitari malo*, eleganter, & ad veterum consuetudinem. Petron. Arbiter. *Cum deinde vultu atq; ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere iussit arma, & malo cauere*. Plautus ad id exemplum, *vitare infortunio*, dixit Curculione:

Segestre pau perculorum erat. Lucill. 15. lib Satyr. penula, si quaeris, c in torius, siue segestre.

Epigram. in Thallum

Se Dsto viam.

Proinde se domi contineant: vitent infortunio.

Quod enim, *infortunia*, Excuditur, mendum est. Terentii Adelphis ignoratur, & ob id corrumpitur: *Scen. I. act I.*

Malo, coactus qui suum officium facit;

Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.

Ita enim interpungendum: & illud, *malo*, non ad, *coactus*, sed ad *canes*, referendum. Qui, inquit, coactus suum officium facit, is tantisper cauet malo, dum, id credit resciturum iri. Si quomodo reposui, scribatur, de sene ipso accipietur: sin, vt nunc monebo de seruo: *neq; is est cin sequestri tergo coget examen mali:* Nó inqt hæc clãsene habbeo, ne, si postea rescíuerit, Strabax in sequestri tergo coegerit mali examen. & ego pro eo pœnas sufferam. ita *sequestre tergum*, aut *sequestre tergum*, erit *succidaneum*: cui ex eo etiam gratia quæretur, quod Stratilax herilem filium sectaretur. Phæbadius vetus, & elegans Theologus, libello de Trinitate contra Arrianos, sequestrum appellat, Christum, qui nos inter, & Deũ medius pœnas nobis paratas exceperit, & scelera aliena expiarit. scriptum fortasse fuerat, *secestre*, pro *sequestri*, vt solebat olim: inde factum, *segestie*. Tandem aliquando procedamus. Scripsi igitur: *is premos bolust*. *Premos* est *primũ*. i enim pro e scribebant sæpe: cõ trarius contra. Itaque reperimus passim in antiquis marmoribus, *cepet*, *vicet*, *pugnauet*, & infinita talia In veteri libro Bẽbi. *interea sibi clam aurum mulier demet*. In doctissimi Cuiacii Catullo similia. E *premos* ergo *pramium* fecerunt: & illud hæsit sequenti dictioni, vt fieret *ex bolus obulus*. Mirum hoc imponere Camerario potuisse eo versu: *Quia nihil habeo, vnum animos meus mihi, omnia agam precario* Sic enim edidit cp rectũ erat: *vnum animos monit mihi*. animos enim pro animus: &, *animus monuit mihi* valet, subiecit & suasit mihi. id leuius duxissem, quam vt monerem, nisi æstuare Lãbinum viderem, neq; nihilum pficere tamen. Caue Grammaticos audias qui negant u in o migrare, nisi vbi geminetur, vt in *Dauos, laeuos prauos*. Sunt enim hæ, vt eorum multæ, ædilitiæ edictiones sine populi suffragio. Nos certe iis multa ex his nostris pbatum iri ne speramus quidem: sed nec optamus. ac vide fortunam meã: Pridem cum nescio quas gerras Siculas (is titulus libro) daturus essem, vt excuderentur, in quibus de Vergilii versu illo controuersiam mouerам:

Trucu. Sce. Neq; pratum est.

> *Adsis o tandem, & propius tua numina firmes:*
> Et de coniectura restitueram,
> *Adsis otandem, & propius tua omina firmes:*

fuit, qui negaret tanti esse, excudi gerras Siculas, vt vnus Vergilii corrũperetur versus. Neque enim oculis me vti, quem fugeret, versum ita ruere. Nam quod ego perseuerarem, nullum esse incõmodum, vocalem non elidi, & fecisse id Virgiliũ sæpius q̃ vt quisquam facile credere posset, id minoris etiam fuit, quã quod nullius. Itaque damnatæ tum gerræ ne nunc quidem audent lucem adspicere Sed quod ad Virgilii versum attinet, paratus sum pignus dare in meum talentum, in ipsorũm terentium, ni vere restitui. Solebant tum, qui omina, vel auspicia captabant, non continuo, si ostentum dextrum fuisset, aut semel aues addixissent

xissent, animis quiescere, nisi accederet etiam, quo omen illud firmaretur. Priore enim monebantur, & in spem erigebantur: altero se confirmabant, sublata suspicione, casu omen exstitisse. Itaque post repentem flammam, quæ Iuli comas corripuerat, Anchises:

Da deinde auxilium, inquit, *pater, atq; hæc omina firma:*

Mox læuum intonuit, & visa stella lapsa facem ducere: quibus ille victus, filio concessit. Apud Ciceronem augurium Mario ostentum non ante fidem inuenit, quam tonitru a Ioue firmaretur de qua re versus reliquos ibi hic claudit:

Sic aquilæ clarum firmauit Iuppiter omen.

Geminus locus in Statio:

Assistas operi, tuaq; omina firmes.

Ita cum dormienti Æneæ omen a Tyberino obiectum esset, postquam euigilauit, orat Deum, velit etiam aliud dare, quo magis credat. nec fefellit Deus. Sus enim reperta sub ilice cum fœtu triginta sucularum: præterea ita fluctus suos omnes composuit, vt facile Æneam, ad iter sibi stratum fluuium existimantem, inuitaret. Quod autem ait, *propius firmes*, quid accuratius? Dormienti enim ostentum obtulerat: reliquum erat ergo, vt nunc etiam vigilanti. Ceterum ad numeros quod attinet, ita quoq; Bucolicis: *Hoc Vergilius dicit, omina propinquare.*

Credimus? an qui amant, ipsi sibi omina fingunt?

Neque enim ibi de somniis verba sunt: sed de ominibus, quod & cinis ipse altaria corripuisset, & Hylax in limine latraret. Præterea Æn.

Contra fata Deum peruerso omine poscunt:

Quod & sententia, & veteres codices probant. Sed reuertamur aliquando ad Plautum. Scripsimus: Promendum moinera anua: quo exemplo pleraque dixerunt olim. Varro: *Excusi pulli, subducendum ex singulis nidis, & subiiciendum ei, quæ paucos habeat: cum iam pinnas habebunt, consuefaciendum, vt vnam vel duas Gallinas sequantur. Pullos subducēdum, & consuefaciendum*, aliter profecto dixit, quam nostras aures nunc fere terit: & mirabilius paulo in nominandi casu, quam in accusandi Lucretius:

Æternas quoniam pœnas in morte timendum.

Quamuis ne hoc quidem nunc scholasticum. At Quadrigarius in Buslidiano Gellio magis etiam ad nostras aures noue: *Is (Manlius) processit: neq; passus est virtutem Romanam a Gallo turpiter spoliari: scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno eam congressionem in ipso ponte inspectante vtroque exercitu factum est.* Hoc verum est: sed tamen valde Comica scriptura illa quoque:

Primum dum moinera anua. is primus bolust.

In illis verbis: *ab em tris*, &c. *em* accusandi casus est. nec cum;

vt Phormione, *in Naxo, sali immersum, vt hic nunc est, infortunio.* Ita restituo ex vetere interprete, *im*, inquit, *pro eo quod est, cum Ennius:*

Omnes corde patrem prabent, animoque parentem,

Circumfusi im. Ita restituo verba interpretis: quæ nunc legas, vt in peruulgatis: *Eum pro eo quod est eum:* ridebis ne, obsecro? si non ridebis miraberis tamen. Quid enim hoc est, *eum poni pro eo quod est eum?* quæso id nõ est nugari? deinde, cur addit, ita frequenter locutos veteres, si a Terentio scriptum est, *eum*, quasi illi *eum* dixerint, ac non potius *im* vel *em*, aut p productionem, *eim*: & si maxime, *eum* vsurparint ita ipsi soli loquantur: ac non hac ætate id agnoscamus, neque aliud præterea. Ennii autem versum pro exemplo esse noluisset, nisi & apud Terentiũ legisset *im*: quomodo vt emendemus, versus monet. Protinus sequitur: *tris noctes*. De hoc vt verbis parcam, cõsulendus Gellius Vnum dicam, qui sordida plane, iacentiq; aure nõ sit, Vergilii in simplicib. collocandis iudiciũ ante hoc nostri Plauti nũ positurum. Immane enim quantum de lenitate concinnitateque decedit, si ita mutes, *tres noctes Tris*, autem accusandi casus, vt postea *piscis*, quod ignoratum non facile credas quot menda dederit. Terentii Heauton.

Noui ego amantium animum: aduortunt grauiter quæ nõ censeás. Ita vulgatur. sed nihil mihi in posterũ diuini aut humani credas, nisi verũ est: *noui ego amantis: animũ aduortũt grauiter, quæ non censeas.* Vetustatis auctoritas facit, etiam vbi singula vocabula in vsu retinẽtur, figura tamẽ orationis detractis, additisq; vt varier. *Animum aduertere, animo aduertere*, præterea *attendere animum*, siue *animo* mallent, licebat dicere: attẽdere, vel aduertere, vt non adderent, non facile. Itaque liquet mihi adfirmare, toto Plauto, toto Terentio, non reperiri *aduertere* aut *attendere*, vt, *animum*, supprimatur. Mecum est etiam interpres vetus, Donatus is, siue alius fuit, cui tantum debemus At ita postea Cicero, quorum ue in idem tempus ætas incidit, passim. Sed in Terentio cum reperissent, *noui ego amantis*, rati, *amantis*, geniciuum esse deprauarunt, iidem illi inflexionem hanc veterem, agnouerunt Adelphis, vbi ignorasse magis e re erat.

Qui in sui gremio puerum positurum dicebat patris, ita obsecraturum,

Patris, acceperunt accusatiuum antiquum: itaque interstinxerunt: *Qui in s. g. p. p. dicebat: patrem ita obsecraturum:* & nunquam in Senatu Romano vna consiliatione tot sententię dictæ, quot de hoc loco, grãmaticorum. quasi vllus facilior foret. Scriptura germana est, quam dixi: sententia hæc: dicebat in gremio patris sui positurum puerum, & conspectu infantuli nepotis misericordiam eius sollicitaturum, easque p[...]es adhibiturum, quibus expugnaret. Quod autem veterum grammaticorum partim scribunt, huiusmodi accusatiuum in *es* facere, alii in *is*, non est

existiman-

existimandum ob id inter se mutare, differreque: tametsi hoc arbitrantur eruditi multi, in iis Riuius. nam *ei*, valet *a*: & e addebãt vt pinguius paulo fieret. id tũ si longum esset i: vt quidem Lucilli de orthographia versus ostendunt. Neque igitur, vt nunc disciplina est in scholis, pronuncianda est diphtongus *ei* ore vsque eo prauo & valgo, vt credas Epicuron oscitari. *Ducod*, & postea, *reted*. pro, *duco*, & *rete*, ad sustinẽdam versus ruinam d inserto: quod vtinam Lambino altius sedisset: non tam multa, dum se numeris obsequi studet, deprauaret. & quod comicis licet, licere voluisset. Quamuis non ita solę comœdiæ, etiam cum solutam orationem scriberent, multis vocibus vltimam d adiiciebant: & quo magis mireris, consonanti sequente. Nec longe abierimus, fragmentum columnæ rostratæ Duilio in foro positæ, cuius argumento vtitur Quinctilianus, in eo hæc ita reperiuntur: *MARCEL. PVGNANDOD CEPET.* item: *IN ALIOD MARID PVGN*: neque, qui veterum marmorum notas inspiciat, frustra huius exempla petat. Camerarius tamen, & secundum eum Lambinus reponunt: *Tris noctes vtor*: quam prope ad ipsorum membranas, nescio: ab excusis vetustioribus nimium quam longe coniecturam abducunt. Et vt dicam, quod sentio, *vt nocteis*, non Latinum. quod ad nostrum hoc, *ducere nocteis* non ipse Plautus potuisset elegantius. Ita post · Se multas

Si raras noctes ducit, ab animo perit. ves.

De eo versus Trinum, mendosus —— *non sat id est mali, ni amplius etiam quod ebibit, quod comest, Quod facit sumpti, nox datur, ducitur familia tota, Vestispica, vnctor, auri custos*, corrigo.

Quod facit sumti, datur, nox ducitur, familia tota, vest Si, inquit, amatori suauium dedit scortum, illico res foras labitur. liquitur: ibi ille pendet de scalis, cæditur: si alia delinimenta verborum addit, non munus solum, etiam quicquid sumtus facit, amatoris dispendium est: at nox si ducitur, tum vero exhauritur amator. Preterea prologo Pœnuli:

Vbi quamque est in vrbem ingressus, illico
Omnes meretrices, vbi quisque habitant inuenit.
Dat aurum, ducit, noctem rogat post ibi
Vnde sit &c. distinguo:

Dat aurum, ducit noctem: rogat post ibi, Vnde sit. Fecisse pretium nobis videmur, qui nouum tribus vnius scriptoris locis reposuerimus. Porro est: *Aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticum meret. Meret* diserte in Basil. positum. vt sæpe Pseud. *Chlamydem hanc commores quanti conducta est.* HA. *quid est?*

Ba: *Quid meret machæra?* Sed hoc quidem cui ignotum, corpore merere meretrices? Neque est autem vt aliter, quam, *datat*, legi possit.

Postea deinde in his verbis, *atque adducit sinum, atque* aduerbium est, & valet, *continuo*: quomodo Terentius:

Nemo admorbium.

Neno expetet, id est, minime opus erit. Sic recte Ioseph. Scaliger.

Siquidem hercle possis, nil prius neq; fortius:
Verum si incipies, neque pertendes nauiter,
Atq;, vbi pati non poteris, cum neno expetet,
Infecta pace vltro ad eam venies.

Vbi *atq;* eandem vim habet, quā *illico*, aut, *statim*. hac sententia: cōtinuo vbi pati non poteris. aliter non quisquam horum verborum sensum assequetur, Ponitur ita a Vergilio, vt sentit Gellius. Præterea lex erat in XII. *Si quis in ius vocauit, atq; ito.* legis sententia: si quis in ius vocauerit, e vestigio sequitor: nisi si mauis prehēdi & rapi. Solebant enim tum, nisi vocantem ad Prætorem sequeretur reus, qui primus occurrisset, eum rogare, liceretne antestari: si opponeret auriculam, quem vocassent, ei collum obtorquere. Plauto multus eius vocabuli vsus est.

Epidico Sc. St. tacete.

Cum ad portum venio, atque ego illam hic video præstolarier, commodum, inquit, veneram, cum illam video.

Tum illud Tranionis:

Mostellaria Sc. qui homo.

Capio consilium, vt senatum congerronum conuocem:
Quem cum conuocaui, atque illi me e senatu segregant: hoc est nullam sibi moram adferunt, quin me segregent. Casina in mendo latet:

Sc. neq; quo fugiam.

Colloco, fulcio, mollio vt quam senex, ad te decumbem. legebam *adce decumbem*, id est *atque*. nam d pro t, c pro g. & vicissim in antiquis libris nusquā non reperiri, sciunt q terunt. Hoc cum ita sit, licuit mihi, q fect, e Basil. libri, *adq; ducerem*; emendare, *atque ducerem*. Proximū est: *Si iniegit rete piscem*. Nisi valde animi fallor, qui cōtra sentiat, nihil sentiat. *Inigere* sæpe apud Varronem, in de re rustica: vbi non abierit in hoc, iniicere, nusquam. caussa est, quæ multarum macularum, quod C scriberent tanquam G. Itaque apud Gellium de cassita peccatū: *Ea*, inquit, *cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores*. lego *congesserat*, id est, nidificarat. ——*aeria quo congessere columba*. Plautus: *quin tu in paludem is, exsiciq; arundines?* lego, exicisque arundines? nam sico, pro seco: & ita sica a secando, ac sicilicum. etiam Sicilia, quod mare eam ab Italia sicarit. locum illum Plautinum intelligere aliter non est, Capteiuis, prima fabula:

Vel rectius Siicit retem pisc.

Rudente, Sc. Et vos a vostris.

Sc. I.

Prolatis rebus parasiti venatici
Sumus: quando res redierunt, molossici
Odiosiq;, & multum incommodestici sic restituo, vel vt est in F. L. Langii *incommodestici*: vt quæsitus sit ioco risus in verbis sicandi et edendi. parasiti, inquit, sicando atque edendo odio & incōmodo sumus. Ita *prosiciæ*: atque inde *prosicia*. Risi suauiter eum, qui Isidorum emendauit: *Prosiciae*, inquit, a ἀπὸ & σικὸς vellē illi hoc tantum nefas non excidisset. Sed redeamus. Prima, inquam, coniugatio, & tertia in multis iisdem verbis erant: tum etiam tertia, & secunda. q rarum animaduersum corrupit Terentiū Heaut.

Canti-

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Angeo enim dicebant, & *exangeo*, quod nunc *ango*, & *exango*. fimillima labes Plauti Sticho: *Scio, atq; in cogitādo mærore augeor.* lege: *Ageor.* Hoc cū nihil verius sit, tamē Calpurnius, *exaugeri*, inqt *animus dicitur, cum opinionibus ac suspicionibus in alteram partem inclinat.* Quid audeo folia Sybillæ. Huc legunt pueri, & sequuntur: putantque cum ita fecerunt, magnifice locutos. quid ni? cū Terētio At p me licet alii Calpurnium in deliciis, q faciunt, habeant, dum sciant huiusmodi monstra dedisse, quot ne Africa quidem. Plauti versus sunt Pseud. Ac. 1. Sc. 1 infin.

Num cuipiam est hodie tua tuorum opera conseruorum
Nitidissimum caput? aut num ipse ego pulmento vtor magis. Sc. ito, agite.
Vnctiusculo? Sed scio tu oleum haud magni pendis vino te
Deuincis. iis vitium idē obfuit, C pro G scripto repono: *nitidiusculū caput.* & postea: *Vino ted vncis*, id est, te vngis d immisso, vt, *te*, sustineatur, non elidatur. Sententia id probat, & q sequitur vnctiusculo. sane mentem vincire limo. Vt semel absoluam, antiquitus maiusculis, quibus nunc in capitibus ppriorum nominū & versuum initiis locus est, iis totos libros perscribebant: minusculas has notariis relinquebāt: quarum vsum Papirianus nō nisi negotiosis & occupatis indulgebat. Itaq; quę de literarum forma Quintilianus, & Plinius, nisi de maiusculis nostris, audiri non possunt. Id est, cur E & F, C & G, P & R, toties inuicem locum commutarint: quod abfuisset, si minusculas vsurpassent. Superest, quem enarremus, vnus etiam versus.

Dum huc, dum illuc reted oria impedit. Oria est Fulgentio, quæ Nonio *horia*: rectius fortasse illi: nec desunt qui ab ora deducant, qa ea legere orā tantum piscatores soleant: non item alto se credere. His vt ad Plauti mentem non peruenerim, p Lambino tamē fecisse pretiū operæ opinor: q multis verbis nihil dicit: & eo pcedit, vt hoc versu verborum Plauti nec volam, nec vestigiū relinquat: scilicet ne h. aliquādo littera sit, aut hiet versus m nō eliso: res ipsi Virgilio, non comicis tantū vsitatissima. Neque autē qeq plus pmisimus nobis, q minus debuerimus: sed via peruulgata, quam affinitas litterarum fraudem fecisset, aperuimus. Cæterum non minores turbas dedit n, cum pro b imponit: aut vicissim, vt:

Verterunt sese memoria. Stultus sit, qui id admiratur. Truculento
Si eget, necesse est nos patiatur aui. ita æquum factum est. Sc. ad fores
lego. auscultato.

Verterunt sese memoria vicissim: qui id admiratur?
Si eget, necesse est nos patier. abi, ita æquum factū est.

Qui iudicare volet, veteres editiones adhibeat. post deinde ne cucurbitæ caput habeat *Abi* est exultantis: vt Terent. Adel.

Laudo Ctesipho: patrissas: abi, virum te iudico.

Illud aliter eadem fabula:

Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines,
Sannio.

Aui, ergo apud Plautum est, *abi*. sic illo quoq; loco:

Par pari respondet: verum nunc saltem, si amas, da tu mihi de tuis delitiis summis.
Quicquid pauxillulum. Mi. *quid ita?* Ph. *ab auo est quod dem.*
Dictum superfert compasticis abaui consultor istuc.

Hercules tuam fidem: lentina vitiorum: quam vt exantlemus, sic forte, restituimus:

Ph. *Par pari respondet. Verum nunc saltem, si amas, mihi*
Da tu de tuis delitiis summis quid pauxillulum.
M. *Quid id, amabo, est, quod dem? dic dum: si superat, feres.*
Ph. *Campas dicis: abi, consulta aui istuc.*

Non fallor: & profecto aut hæc vera est emendatio, aut paulo minus. Lambinum heic non miror: paucis additis literis, miseror. Quod plurimum ei loco obfuisse videatur, dicam. Duos versus compulerant in vnum, & quando iam stadium chartæ defecisset, tertiata & quartata verba notarant. *Superare*, autem pro *superesse*: de quo, ne longior sim, videndus Gellius. Campas dicis, quid sit, consulendus Festus. Abi. abi: ita solebant; vbi fastidiose & contemtim aliquem amolirentur. ac pro eo quoque, ii modo. Exempla sunt Pœnulo. sc. Quid nunc. & Trin. sc. Minus quindecim. Sticho mendosum est:

Campas dicere, pro nugari, res magnas & inanes loqui

——C. Quid grauare? censeas.

Nescio quid vero habeo in mundo, ii modo. Ep. Alium conuiuam quærito tibi in hūc diem. Commuto personas: Nescio quid vero habeo in mundo. Ep. I modo, Alium con. q. Cogamus etiam aliud nobis debere Plautum: apud quem, auiniæ, pro, abinatio, scriptum suspicamur Truculento:

Sc. libros inspexi.

Aduenisti huc ostentatum cum exornatis ossibus,
Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam?
An eo bella es tu, quia accepisti arme aduenias.
As. *Nunc places cum me illi vel in mentiri dicis.*
S. *quod te rogo?*
Mancupi vin quia accipias? gestas tecum henos annos?
AST. *Dignis dant.* ST. *Lauinia heic sunt, quas habes, victorias.*

Sc. quis illic est.

Arbitror propemodum emaculata fore, si reponas:

An eo bella es tu, quia cœpisti armeas? venias: nunc places,
Cum me limulo. Ast. mentire S. *dic sis id quod te rogo:*
Mancupi vin quæ accipias? cape eccos abinos anulos.
Ast. *Dignis dant. abin?* St io, *heic sunt quas habes victorias?*

Armeas pro diminutiuo *armellas*, vt rusticus, non male vsurpat Stratilax. *armea* enim & *armella* eædem quæ *armia* & *armilla*. Subiit aliquando suspicio, scribendum:

An

An eo bella es tu, quia caui-s? at me aduenias

Vt *arme*, sit antique pro, *ad me*. Qui, quam pro more, comptior esset & elegantior, gestuq; ac incessu mimicus ac molestus, ioco rogabant, an caueret. Hæc enim loqui mollitiem & lasciuiam, non magis quam res est, arbitrabantur. hinc illud Persii:

——an Romule caues?

Et est quidem vt cauere marium sit potius, crissare mulierum: sed & rusticæ personæ conuenit proprietatis non maxime esse in verbis retinentem: & præterea prouerbium ita ferebatur, an caues? non, an crissas? Quod deinde scripsi: *cum me limulis*: id quoque in lasciuiæ notis, *limulis aspicere*: & per ludum obiici solitum. Bacchidibus: *——at bonas fuisse credo.*

Viden limulis obsecro vt intuentur?

Quod autem armillas cœpisset Astaphium, rogat eam Stratilax, vellet ne potius quæ mancipio caperet, alienos anulos. eos intelligendum est vel rusticum instrumentum, quod in manu gestaret Stratilax: vel compedes & manicas, quæ in proscenio erant, ad repræsentanda, si ita ex argumento fabulæ esset, noxiorũ vincula. Nam in mimis ac fabulis vapulabant nonnunquam serui: amplius etiam, e vinculis sæpe caussam dicebant: quibus rebus scena, quod dubitare nemo possit, apparabatur. Hos ergo fortasse anulos mõstrat illi Stratilax. At Astaphium iubet dignis dare. Facit huic rei, quod anulos pro compedibus apud veteres poetas notãt Grammatici. Mancupi, inquit autem, quia mancupium quod manucapiatur: illa autem siue rustica instrumenta, siue vincula, vere manucapiuntur. sed et quæ mancipio capimus, propria perpetuaque nobis sunt: neque alienantur facile. Sic ergo iubet illam in vincula indui, aut gestare, quæ ipse in manibus præferret, vt ne facile deponere, neue sine iis esse possit, etiam cum velit. *Mancupi capere*, quod nos dicimus, mancupio capere. ita solebant olim. & elegantius est Milite glorioso:

Periuriorem hoc homine si quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic est,
Me sibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.

sic v. l. & edit. non recte ergo Came. & Lamb. mutarunt. Postremo: Io. *hæc sunt quas habes, victoria?* Io triumphale est in victoria. & dicuntur hæc a mulierem contrectabundo: ac qui manum ferret ad eam partem, vbi amicitia habitat. Addam nunc locum extrema pœne Casina: fere vt a clarissimo Sambuco editus est:

Vbi in sro hanc nouam deduxisti via recta, clauem
*Adduxisti, sed tamen tenebra ibi erant ** tanquam*
*Colloco, fulcio mollio, *** senex ad te decumbens*
Vt prior quam senex nup
Tardus esse illico cœpi quoniam.
Respecto ad ente idem ne semel

Prior emendatio verior

Illecebram stupri, principio eam, suauium posco.

Reppulit mihi manum, nec quietum dare sibi suauium me sinit:

Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere.

Cupio illam operam seni surripere, forem obdo ne senex me opprimat

Mu. *Agendum tu adi hunc* Cl. *vbi tua noua nupta est?*

Ol. *perii hercle manifesta res est.* Cl. *omnem ordine rem.*

Fateri ergo æquum est. quid intus agitur? quid agit

Casina tua? satin morigera est? Ol. *pudet dicere me.*

Cl. *Memora ordine vt occœperas* Ol. *pudet hercle*

Cl. *age audacter.*

Quam debuisti, inde volo memorare. quid est factum?

Ol. *At flagitium est.* Cl. *cauebunt qui audierint faciant.*

Hoc magnum est primum pergis quin tu pergis. forma.

Vbi locus sumptus porro

** *Quid* ** *pape quid* ** *pape*

** *est* *** *Adhæreat maxumum*

Haberet metui vt quæreret occœpi.

Dum gladium quæro ne habeat. arripio capulum.

Sed quem cogito, non habuit gladium, nam & esse frigidius eloquere.

Ser. *At pudet.* Mu. *Num radix fuit?* Ser. *non fuit.*

Mu. *Num cucumis?*

Ser. *Profecto hercle non fuit quicquam olerum,*

Nisi quicquid erat calamitas profecto attigerat nunquam.

Ita quicquid erat grande erat.

Mu. *Quid deniq; edissertz.* Ol, *appello Casinam inquam,*

Amabo mea vxorcula, cur virum tuum sic me spernis?

Nimis tu quidem hercle immerito meo mihi hæc facis,

Quia te mihi expetiui: illa haud verbum facit.

Illa haud verbum facit, & sepit vestem qui estis.

Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt altero sinat ire.

Volo vt obuertam * *cubitissim**

Illum mittite

Surgo vt meam vi **** *atque illa vi*

Perlepide nanæ

Suauium

Ita quasi * *sentis* * *labra mihi compungit barba*

Continuo astanti pectus mihi pedit ut percutis.

Decido de lecto præceps, subsiluit, obtundit os mihi.

Inde foras tacitus profiscisens, exeo hoc ornatu quo videor

Vt senex hoc eodem pocul-, quo ego bibo, biberet Cl. *optume est* Nihil deprauatius: &, credo, obrepserat pudorillud qui ia ecgrige

ter descripserunt. nec displicet exemplum: nisi quia video doctos homines in restitutione laborasse, mihi quoque libet idem ingredi. Non si non potuero indagare, eo ero tardior; sed velocior ideo, si quiuero inquit Varro.

Vbi intro hanc nouam nuptam deduxi, via recta clauem
Obdux.: sed tamen tenebrae ibi erant, tanquam nox.
Colloco, fulcio, mollio: vt prius quam senex: atque, decumbo, inquam.
Taurus esse illico cœpi: respicio identidem, ne senex.
Ille cebram stupri, principio eam sauium posco:
Repulit mihi manu, nec quietum dare sibi sauium me sinit.
Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere.
Cupio illam operam seni surripere: forem obdo, ne me opprimat
Mu. *Agedum tu adi hunc.* Cl. *vbi tua noua nupta est?*
Ol. *Perii hercle. manifesta res est.* Cl. *omnem ordinem*
Fateri ergo aequum est. quid intus agitur? quid agit
Casina? satin morigera est? Ol. *pudet dicere me.*
Cl. *Memora ordine vt occeperas.* Ol. *pudet hercle.* Cl. *age audacter.*
Quando habuisti, inde volo memorare, quid est factum?
Ol. *At flagitium est.* Cl. *cauebunt qui audierint, faciant.* Ol. *Oh. magnam.* Cl. *vah.* Ol. *rimam.* Cl. *perdis qui in tu pergis?*
Ol. *Vbi lucus humidus.* Cl. *porro: quid porro est?*
Ol. *continuo stricto gladio.*
Cl. *Quid* Ol. *at at pape, baba* Cl. *quid? quid papae?* Ol
Flagitium, ah, erat maximum:
Gladium ne haberet, metui: id quaerere occœpi.
Dum gladium ne habeat, quaero, arripio capulum.
Sed cum cogito, non habuit gladium: nam & esset frigidus.
Mu. *eloquere.* Ol. *at pudet.* Cl. *memini, radix fuit.* Ol. *non fuit.*
Cl. *Num cucumis?* Ol. *profecto hercle non fuit quicquam olerum:*
Nisi quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam:

Et quae porro sunt. iam enim piget. Ex *tardo*, *taurum* mutaui ducente sententia. nam tardus nemo erat hominum qui viueret minus. Qui in omnibus his verbis properationem suam narrat, vt seni operam illam surriperet. *Taurus*, autem scribendũ, satis argumenti est in iis, quae dehinc sunt *Respecto identitem, ne senex.*

Notum enim, vbi plures in grege tauri sint, de vsu iuuencarum inter sed imicare: qui impar sit, non nisi ex insidiis conari, & identidem respectare, cum operam aliquam valentiori surripit. Adiuuat, quod in ea palaestra taurus pro valido frequentatur. Horat.

Lib. 2 Car. oda 5.

——nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus. Item:
——pereat male, quæ te
Lesbia quærenti taurum, monstrauit inertem. Recte autem, vt in tali re, sermo ellipticus est: vt hic fere vbiquequaque. Illud autem. *atque, decumbe, inquam*: sic est in Langii codice: in quo codẽ, *primum*: ex quo, *rimam*, nos putamus vere coniecisse. verbis autem interruptis, & crebro intercepta sententia omnia dicit, vt rideatur astutim, neque res tamen tota dicatur. Ita enim etiam locus sumptus, deprauatum putamus, ex, *lucens vuidus*. Attexamus nunc reliqua:

Nimis tu quidem hercule audax es: immerito meo mihi hæc facis
Quia te mihi expetiui.
Illa haud verbum facit, & sepit u. i.q.e·
Vbi s.s. u o.r u a.s.s.
Tollo vt obuertam cubitissim: verbum nullum mutit.
Surgo vt ineam, atque illi impingo sauium. Mu perlepide narras.
Oh illa quasi sentis, labra mihi compungit barba.
Continuo ingenua astituto pectus mihi pedibus percutit.
Decedo de lecto præceps subsilit, obtundit os mihi.
Inde foras tacitus præfiscens exeo, hoc ornatu, quo vides:
Vt senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.

Quæ postrema pleraque iam ex Roueriano libro vir doctus restituerat. *Præfisceni* e lituris u. c. cuius vocis insolentia factum, vt in antiquioribus editionibus omitteretur. In Langiano codice hoc eius vestigium, *proficeens*: in Basiliensi, *profissiscer*. Cæterum, ait se præfiscini exiisse, vt eodem scilicet poculo senex biberet. Posteriora enim hæc prioris ratio sunt. Rudente:

Sc. proh dii immortales.

Nimio minus altus puteus visus est, quam prius:
Vt sine labore hanc extraxi præfiscini. Idem verbum alibi apud hunc quoque: et meminit Sosipater. Quod autem hæc traducit Lambinus, quis illi hominum credat, homo quis sit? Primum illa verba *Memora ordine vt occeperas*: vincunt, iam ante eum sermonem ingressum Olympionem. tum illud: *quando habuisti, inde volo memorare*; ostendit, hucusque narrando peruenisse. *Habuisti*, autẽ hoc loco, vt illud: *Quis heri habuit Chrysidem?* Sed illo versu:

Asinaria Scen. quid hoc est negotii. Titinnius eodem modo, & alii.

Sed tamen tenebræ ibi erant, tanquam nox: si verum est, quod inopia melioris e libris pro vero arripimus, *nox*, valet *noctu*, vt apud hunc sæpe Truculento:

Sc. Ne expectatis.

——quid ais nunc tu? nonne vis me, voluptas mea,
Quo vocatus sum, ire ad cœnam? nox ad te huc cubitum uero.

Et Trinumo:

Sc. Huic ego dixi.

Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædis noscitat.
Credo edepol, quo nox furatum veniat, speculatur loca. Rudente.

Sc. quis est.

——accipiam hospicio, si nox venit.

Qui-

Quibus locis omnibus non bene per libros propagatur, *mox*. & locus quidem Gellii, atque ex eo Macrobii, vbi narrant, vt nox pro noctu veteres dixerint, & verba legis XII. tabularum commemorant: *Si nox furtum factum essit, si im aliquis occisit, iure esto*; in medio sunt illud minus, Ennium ita quoque locutum 16. Annal.

Si luci, si nox si mox, si iam data sit frux

Nox enim manifesto hic aduerbium pro *noctu*, & opponitur illi, *luci*: vt iam mirari possis Macrobium, qui inusitatissime dictum scribat. Et quo magis dicas, *lux*, quoque ita, pro *luci*, vsurparunt; nec illos dico lubrancidæ antiquitatis; sed Catullus ipse in venustissimo poemate de Coma Berenyces:

Sed quanquam me nocte premunt vestigia diuum,
Lux me autem canæ Tethyi restituem:
Pace tua fari licet hic Rhamnusia virgo:
Namque ego non vllo vera timore tegam,
Non si me infestis discerpant sidera dictis,
Condita quin verei pectoris euoluem.

Vt scripsi, ita in u. c. esse testatur Achilles Statius: in quibus *euoluem* & *restituem* noto illo antiquitatis more scribitur, pro restituam & euoluam. Qui minus autem *lux* pro *luci*, quam *nox* pro *noctu*, aut, quod propius est *frux* pro *frugi*? quomodo Ennius in 9. Annalium:

Sed quid ego hæc memoro? dictum factumq; facit frux:

Vbi *frux facere*, est *facere frugi*: qua ratione apud Plautum Pœnulo restituo: *Si herus tuus voles facere frugi*: pro quo perperam vulgo, *facere frugem*: vt alibi ostendo. Et quia hic sum, non deero adscribere sententiam meam de fine illius poematii:

Tu vero, regina, tuens quum sidera, diuam
Placabis festis luminibus Venerem:
Sanguinis expertem non sideris esse tuam me,
Sed potius largis affice muneribus.
Sydera cur retinent? vtinam coma regia fiam;
Proximus Arcturo fulgeret Erigone

Magnas lites hic locus dedit: neque facile vir doctus fuit his centum annis & quod excurrit, quem nō exercuerit. Ceterum omnes hanc sententiam subesse arbitrantur, restitui regio capiti velle comam, & deligi cœlo: quod quidem mihi nō videtur. Nam si ita vetus scriptura esset: *sidera cur retinēt*? existimari hoc poterat: sed cum omnes scripti codices habeant: *sidera cur iterent?* quid hæc lectio ei sententiæ facit? Iam & sine gratia præcedentes versus sint, si sententia ante hoc postremum distichon sistat: O regina, caue me contemnas tuis sacrificiis: sed potius largis muneribus affice. Quæ ergo prima sententia mihi fuit, manet. continuanda hæc ita, vt scribam:

Sed potius largis affice muneribus.

Sidera cur iterent: Vtinam coma regia fiam,
Proximus Arcturo fulgor & Erigonæ.

Ita, inquit, mihi cumulate facito, vt reliqua sidera, quando tantum honorem mihi haberi vident, nullum eorum sit, quin coma Berenyces esse velit & subinde dicat: vtinam fiam coma regia, proximus scilicet ille fulgor Arcturo & Erigonæ. Manifesto enim hoc dicit, velle, vt sibi reliqua sidera inuideant, aut certe mutari suas fortunas eius felicitate studeat. *Sidera cur iterent*, hoc est, quæ quidem caussa sit, cur sæpe iterent sidera. Quod autem diuersa lectio in multis vetustis libris inuenitur, non me valde mouet, quando etiam hanc, quam dixi, in quibusdam exstare, sunt qui memoriæ prodiderint: & scio duplices libros veteres Catulli propagatos, antiquissimæ notæ vtrosque, vt in alterutro menda esse non possint, nisi ab olim ~ doctis. Nam illas cercolipas, quis credat, vel ipsas etiam crepidas carbatinas a nuperis & semidoctis emendatoribus natas, quando neque crepidæ carbatinæ in publicum notissimæ, & cercolipas ipsi, qui tutati sunt, non intellexerint. Quod autem ad sententiam attinet, quam ego conficio, arbitrabantur Deos delectari, si sibi res diuina multa fieret, & ea re felicitatem eorum augere. Itaque etiam verbis *augendi & mactandi*, itemque ab his *augmenti & magmenti* in sacrificiis vtebantur: atque ita loquebantur: *augere Deos victimis: mactare Deos extis*: vt Cicero: *puerorum extis Deos manes mactare*. Idem: *Et lato mactasti lacte Latinas.* Amphitruone: *Sacrifico ego tibi. A quinam? So. quia enim macto te infortunio.* Sed hæc nota: & qui non aliunde, ex Arnobio discere possit: qui has ineptias refutat. In eodem carmine non recte vulgantur illa:

Vidulam a fletu cedentem ad templa deum me,
Sidus in antiquis diua nouum posuit.
Virginis & saui contingens namque leonis
Lumina, Callistoe iuncta Lycaonia,
Vertor in occasum. Placet mihi vetus mea restitutio:
Viuidulo a fluctu cedentem ad templa deum me
Sidus in antiquis diua nouum posuit.

Virginis & saui: contingens namque leonis Sidera, &c. Posuit, inquit, me nouum sidus in antiquis illis virginis & equi. Sic enim hæc continuanda sunt. *Sauum* epitheton leonis pro ipso leone dixit: vt *ferus* pro *equo* apud Vergilium & Petronium; & *trux* apud Ausonium item pro leone. *fluctu* autem, non *fletu* est in scriptis libris, recte Fluctus enim aeris ventus: neque aliud significat Catullus. Ergo, *cedentem me fluctu viuidulo*, hoc est, vehementiore aura. neque non tamen, opinor, bona quoque lectio ita sit: *Vuidulam a fluctu. Vuidulam* quidem, quia vnguentata: *a fluctu*, quia vento impulsa. Est ibidem:

Quicum ego, quum virgo quondam fuit omnibus expers,

Vnguen-

Vnguentorum vna millia multa bibi.

Hic quoq; sexcentæ sententiæ sunt. Veterem scripturam rectam puto: *Cum virgo fuit omnibus expers,*

Vnguentis vna millia multa bibi.

Milia multa, non ad vnguenta referendum; sed ad precium vnguentorum. Multa milia numum se vnguentis bibisse: qui tritior sermo esset, sed indoctior: Vnguenta bibisse pretio multorum milium. Sermo, *virgo omnibus expers*, multis exemplis innoxius est, & id alii docuerunt: Tantum de hoc carmine Catulli: nunc quod reliqueramus, ad Plauti illud, *nox*, reuertamur. E Pœnulo laudauimus:

Salue adolescens. Sc. *tu multum saluete adolescentula.*
Am. *Ad vos venio* Sc. *accipiam hospitio si nox venis, item*
Vt affectam: nam nunc nihil est qui te inaniem.

Ita lego. *Affectam mulierem* hic agnoscit & interpretatur Pompeius. *Venis*, antique, pro *veneris*, vt *scis* pro *scieris*. *Inanire* autem vsurpasse ita videntur, pro, in locum aliquem, qui vacet, hospitem accipere: cum alioquin *inanire* frequẽtetur a Lucretio, & aliis pro *exinanire*. Sed ludit Plautus tanquam ficto vocabulo ab *ano*. Nihil enim esse quo mulierem inanet (sic enim etiam forte scripserit, vt verbum sit *inano*, pro, vacuo loco recipio.) quæ aliter habilis viro sit. Ita *inforare* finxit Curculione: & in verbo *incomitiare* lusit, quia *comitium*, *coitus*.

EMENDATVS MVLTIS LOCIS SALLVSTIVS.

V. CL. Io. Sambuco Tirnauiensi Pannonio.

VErum est, Sambuce: quibus hoc primum, hoc postremum fuit, vt vetustos codices, qua cuique proximum esset, anquirerent, viam ad iuuandas literas vnicam instituerunt: ita, si etiam communicant: ne isti dictum pro se putent, qui antiquos libros habent, atque id hactenus: vti neque sciunt ipsi, neque, qui sciant, facile patiuntur: hoc primum: deinde, cum diis tuis æquis librum e turba vtendum abstuleris, si hoc tantum, diem non repræsentes, quiritantur: clamant, deum atque hominum fidem: flagitium, facinus, perfidiam quicquid ipsis libuit, vocant. At vbi æquum bonum? tu mihi quo iure, qua iniuria publicũ occuparis, atq; id licere tibi postules, præter te nemini? Sed de horum hominum, audebo dicere, scelere, non addam, ne lacessiuisse conuitia videar: & quia pridem sunt, vt scire potes, Duzæ nostri Hipponactæo præconio addicti: ad te ibam, clarissime Sambuce, dignissimum, qui omnibus, quantum est, poetis carmen esses. Nam quis o dii, bonum hoc hominum generi dedit? tãtum optimorum codicũ vis aceruasse, laborantibus, ac diu extremum spiritũ trahentibus musis, remedium fuit: contulisse, adnotasse, emisisse, vita:

quid communicasse? Itaque ergo paucas, ad Sallustium notas misi: paucas, vt hic fabulator errat: tibi, sat scio, nimium quam multæ videbuntur: nimirum,

Sic quondam tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

De libris antiquis ne ignores, nullum inspexi: tres in totidem Abbatiis repertos, & accuratissime a se collatos Fráciscus Modius Brugensis, adolescens doctus, quem de edito Curtio nosse potes, mecum communicauit: vnum Sigebergensem mea caussa diligenter legit amicus meus, Ioannes Guilhelmus Lubecensis: reliqui domi C. Hieronymi Berchemi fuerunt.

Q*Varere conuiuijs*, dixerat Sallustius, in de bello Iugurthino: belle, si ita visum esset librariis: qui alii aliud: plerique *gloriam*, aut *gratiam*; quidam etiam, *amicitiam*, inculcarunt. *Atque ego credo fore, qui, quia decreui procul rep. atatem agere. tanto tamq; vtibili labori meo nomen inertia imponent: certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebē, & cōuiuijs quærere.* Vtibili, fuit in u. c. meo, & musis gratia, cum bene fuit. Vsi eo multi, in multis Terentius:

Phormine act. 4. sc. 4 *Quid minus vtibile fuit, quam hoc vlcus tangere?*

Sed quod cœpimus, cóuiuiis quærere, est anquirere de apparatu: qui addit, deprauat, & quod poterat esse venustū, vetat. Petroni⁹ Arbiter.

——*Si qua sinus abditus vltra,*
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat: fatisq; in tristia bella paratis
Quærebantur opes; non vulgo nota placebant
Gaudia.

Quærere opes, Petronius dicit, quod audiri vult, protritas & proculcatas has aspernari. Neque alia sententia iis quę mox sequuntur: ——*in vda*

Quæsitus tellure nitor certauerat ostro.

Quod enim arbitreris quæsitum nitorem hic esse acquisitum, non, anquisitum: dixit ita quoque quæsitissimas epulas Sallustius, cum cogitaret accuratissimum paratum lib. 2 Historiarum, de Metello Numidico: *Toga picta plerunque amiculo erat ei accūbenti: epula quæsitissima; neque per omnem modo prouinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera.* Imitatus Cornelius Tacitus 2. Annali. *Exceptare Graci quæsitissimis honoribus, vetera suorum facta, dictaq; præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Pro hoc nunc solum agnoscimus, *equisite*: sed ita tum erat, simplicia fere pro compositis malebant. Itaque aliter etiam quam recte factum abiis qui illo loco mutaruut: *Cuius legationis princeps fuit L. Ostium, homo clarus & tum in senatu pollens* (ita rectum est, non vt per omnes libros propagatum, *potens*: & ei rei argumentum est optimus codex

codex Thoſanus) *quia conſul. C Graccho, & M. Fuluio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat, cum Iugurtha, tametſi Romæ in amicis habuerat, tamen curatiſſime accepit.* Notatum id a librario ad oram vetuſti codicis: nec me pœnitet meæ olim —— ſententiæ, recepiſſe, qui Tacitum in eodem verbo meminerim; *Maiores quoque non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamentis, pro fortuna quæ tum erat: eoque a Thuſcis acceitos histriones, a Thurijs equorum certamina & poſſeſſa Achaia, Aſiaque ludos curatius editos.* Apud eundem Salluſtium coniuratione Catilinæ eſt, *anquirere veſcendi: Sed libido ſtupri, ganeæ, ceteriqne cultus non minor inceſſerat: viri pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere. veſcendi terra marique anquirere: dormire prius quam ſomni cupido.* Sic ſcripſerat Saluſtius. ſed vt prolixa eſt imperitia, mutarunt: *veſcendi cauſſa terra mariq; omnia, exquirere,* Os hominum? at dii me omnes oderint, niſi Orbilius multas prægnantes plagas inflicturus fuit diſcipulo, qui ita loqueretur. Liber Thoſanus, *cauſſa*, omittit: &, quod vere liceat, non facile eo melior alius eſt: Colonienſis neque illud, *omnia*, agnoſcit, &, *inquirere*, repræſentat: e quo nos feciſſe *anquirere*, crimen noſtrũ ſit, niſi vſquequaque iniuriam eam hoc verbum accepit: vt Iugurtha: *Igitur rex, vti conſtituerat, in caſtra venerat* (ita repono ex Thoſano) *ac pauca præſenti conſilio loquutus de inuidia ſui facti, atq; vti in deditionem acciperetur: reliqua cum Beſtia, & Scauro ſecreta tranſegit: dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententijs anquiſitis, in deditionem accipitur,* Thoſanus, *inquiſitis*. Quod autem, *anquirere de reo, &c., capitis anquirere*, hæc talia frequentantur, itemque, *anquirere ſententijs*, lubuit credere idem hoc Salluſtii loco fuiſſe. Tacitus 3. Annali: *id ſolum Germanico ſuper leges præſtiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud Senatum quam apud iudices de morte eius anquiritur.* Hoc ipſo Iugurtha: *Itaque paucis diebus cum argento, auroq; multo Romam legatos mittit: quis præcipit, vti primum veteres amicos mactis muneribus expleant: deinde nouos anquirant: poſtremo, quæcunque poſſit, largiendo paratione cunctentur:* Vulgo, *acquirant*, aut, *inquirant*: neutrum ex ſentẽtia: alterum ne ex conſuetudine latina quidem. Neq; vero præceperat, vt acquirerent amicos: quippe exitus in dis erat: ſed vt operæ ne parcerent anquirere. *Mactis*, auſi ſumus, quia nobis libertatem hanc præibat vetus ſcriptura, *Mactatis*: tametſi hoc in cõtextũ verborum Salluſtii (ne fruſtra ſis) nuſquam reperimus: verum mentionem faciebat commentator barbarus, cuius erant manu in eum annotationes. refectę ſane: & quo magis ducas, Catonis verbum eſt. Quam *macta arbor*, apud eum, itemq; Plinium reponenda, quæ eſt arbor valde aucta, in altum, quo, vt inquit Salluſtius, gignentia omnia natura fert. In vulgatis eſt *elata arbor*, Mendoſe. Nam v. c. *macta*: quod etiam doctiſſimus Victorius a-

petetat, sed quid eo faceret, non inueniebat. Ita est autẽ hic *macte* vt in sacrificiorum formis: *macte hoce vino inferio esto: macte hisce fuouitaurilibus esto.* Tertiũ ẽt hoc loco addidimus peccare in his verbis, *quaecunq; possit.* audacter, dicent isti. nã sequitur, *parare ne cunctentur.* at possit. liq de.u c. Modii: ꝙ dictũ est ad illud exẽplum.

Quaeso adepol Charine te, quoniam iam id, quod vis, non potest. Velis id quod possit. & Adelphis: *Tu quantum potest, abi.* subauditur *n. fieri. Quaecunq;* autẽ aduerbiũ factũ, vt ex qui, quicunq; ex quantũ, quantũcunq;. Hoc proximũ est mutasse ex, *quemcunq;* alioqn forte an scripserit Sallustius, *quod possit, largiendo parare ne cunctentur.* Vulgatã lectionẽ ne nobis ꝓbemus, sentẽtia prohibet. neq; n. ea subest: quẽcunq; amicũ possint parare: nã ꝙ iã ante dixerat vnicus magister breuitatis: sed *parare,* ꝓ *moliri,* hic valet, vt apud hũc alias saepe: *Itaq; ex eo tempore ira & metu anxius, moliri, parare, atq; ea modo in animo habere, quib. dolo Hiempsal caperetur. Item: defensorib. moeniũ praemia modo, modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem arrigere: prorsus intentus cuncta parare.* Quod autẽ supra legebamus, *vescendi anquirere,* in eo, *vescendi* sunt res victui seu, ꝗ palato faciũt Forma est nũc rara: atq; id sufficit. nãq; eo lepida. Sic Liuio. *igni exstinguendo* sunt, q b. ignis extingui possit. *Igitur, pro se quisq;, inermes, vt quib. nihil hostile suspectũ esset; omnib. portis, qua cuiq; proximum erat, ea modo, quae restinguendo igni forent portantes, in agmen Romanum ruebant* Hoc ipso Sallustii lib. locus alter est: *Igitur omnia iumenta sarcinis leuari iubet, nisi frumẽto dierum x. Ceterũ vt res modo, & alia aqua idonea portari praeterea conquirit ex agris, quam plurimum potest. domiti pecoris: eoque imponit vasa* paucos libros vidi veteres, q nõ magna vestigia verae lectionis ostẽderent: *Et alia aqua portanda conquiri, praeterea ex agris:* & mox: *eoq; imponi. Aqua portanda,* vt illud: *Quae postquam gloriosa modo, neq; belli patrandi cognouit.* Sic n. & boni libri, & Priscianus. Ab eo sono tantũ discrepat, *res victui:* vt si dicas: *victui terra marique anquirere.* Varro li. 4. de lingua latina: *Prius de in dutui, aut amictui quae sunt, tangam.* Ibid. *Et quod amictui habent, purpuram vocant circumtextum.* Cornel. Tacitus: *Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus.* Ibidẽ: *Fennis mira feritas, foeda paupertas: non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile hum⁹.* Hęc addidi vt Plauti locũ emẽdarẽ curculione:

At ita mea volsella, pectẽ, speculum, calamistrum meum
Bene me amassint, meaq; axitia, linteumq; exterjum.

Lego: *linteumq; extersui.* i. linteũ ad extergẽdũ cõparatũ. Erat in iisdẽ verbis: *libido stupri, ganea:* hoc Valla ne recte accipit: *ganeam* ꝗũt ẽt Tacitus li. 2 hist *Nemo in illa aula probitate aut industria certauit. Vnum ad potentiam iter: prodigis epulis, & sumtu Caianae aquae satiare inexplebiles Vitellii libidines.* Ne diutius necesse habeamus audire aliorũ nugas de Caianis aquis, restituo: *vt sumtu ganeaque satiare*

[Margin notes:]
Liuii verba sunt de incensis a Scipione Syphacis castris.

Facta belli patrandi, quibus finiri bellum potest.

Libello de morib. Germandrum.

satiare inexplebiles Vit. l. Verũ redeamus. Vt *vescendi*, ita *impetrandi* quoq; dixit Sallustius, in oratione Adherbalis: *Si impetrandi nihil haberem, præter miserandam fortunam; quod paulo ante rex genere, fama, atq; copiis potens: nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes specto: tamẽ erat maiestatis populi R prohibere iniuriam.* Meus v. l. *impetrandæ caussa nihil haberem.* & q emaculare Sallustiũ se postulet, vt nihil sibi in cõiectãdo pmittat, nec suspicionib. scripturas veteres adiuuet, nugas agat. Mihi vero stat, vbi fenestrã al. q̃ aperiũt libri, vti porro ingenio, & q alii ante sibi in deprauãdo indulserũt, in corrigẽdo vsurpare. Caue n. existimes minus quoquã scriptore a glossis laborare Sallustiũ. Hoc ẽt mẽdosum est, vt excuditur: *Romani, pro ingenio quisq; pars eminus glande, aut lapidib. pugnare: alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi: cupere prælium manibus facere.* tauq̃ eminus pugnare, non sit præliũ manib. facere. & mirũ ni sic quoq; corrupturi fuerũt. si *prælium e manib facere*, scriptũ repperissent. Rectũ est. *prælium in manib. facere.* In manu, e manu, hoc est, *cominus, eminus.* Ennius Hectoris Lytris: *Quem mea machæra cominus, atq; hasta hostiuit e manu.* Itaq; *in manibus*, hic cõtra est q̃ *e manibus.* Eodẽ bello Iugurthino p libros vulgatur: *Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in solitudines, dein Thalam peruenit,* Itẽ alibi: *Inter hæc Iugurtha impẽsius modo legatos supplices mittere præter suam liberorumq; vitam, omnia Metello dedere.* Vtrobiq; scribendum, *impensimodis*: vt, *omnimodis, multimodis* Forte rectius sit, *impensimodo*, vt *omnimodo*, pro deiũcto, *impensis modis*: nisi eodẽ res redit, & non verius, Sallustiũ fuisse, q̃ ita eũ scripsisse. Impensius ad eũ modũ Curtius in 3. *Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi acrius, ob nimiam festinationẽ concitato spiritu, capesserent bellum.* Emendabam: *inhibens, ne impensius concitato spiritu capesserent bellum.* Illa: *acrius ob nimiam festinationem* glossema putabam: aut certe, *acrius*: vtcũq; de ceteris iudicia essent. inde, *homines impensi.* Plautus Capteiuis.

Væ misero illi, cuius cibo iste factus est imperiosior: Ausculto libros veteres: *factus est impensior.* In Sallustio oratione illa aurea, q̃ Seuerus imperator appellabat: *Paruum ego te Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans nõ minus me tibi, quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore.* Illud, *accepi*, non nauci est, hoc loco quidẽ. scribo: *in meum regnum asciui:* & porro: *nõ minus me tibi, quam si genuissem, ob b. c. f.* nã. *liberis*, inculcatũ. Accipere scelerẽtos vndeũdc pfugos in regnũ poterat: sed hoc non est communicare sceptrum. *Asciscere* & *adoptare* & *sumere* eis vocibus differunt solum. Itaque apud Ciceronem, aliosq;, *ascitus color orationis*, idem qui adoptiuus: & in oratione ma'edica, quæ Sallustium auctorem mẽtitur, *Cicero ascitus, ac paulo ante insitus huic urbi ciuis* audit: nisi q, *accitus*, ibi vitio legitur: vt item Catilina.

Nemo adverbium.

Nene expetes, id est, minime opus erit. Sic recte Ioseph. Scaliger.

Siquidem hercle possis, nil prius neq; fortius:
Verum si incipies, neque pol tendes nauiter,
Atq;, vbi pati non poteris, cum nene expetet,
Infecta pace vltro ad eam venies.

Vbi *atq;* eandem vim habet, quā *illico*, aut, *statim*. hac sententia: cōtinuo vbi pati non poteris. aliter non quisquam horum verborum sensum assequetur, Poniur ita a Vergilio, vt sentit Gellius. Præterea lex erat in XII. *Si quis in ius vocavit, atq; ito*. legis sententia: si quis in ius vocauerit, e vestigio sequitor: nisi si mauis prehēdi & rapi. Solebant enim tum, nisi vocantem ad Prætorem sequeretur reus, qui primus occurrisset, eum rogare, liceretne antestari: si opponeret auriculam, quem vocassent, ei collum obtorquere. Plauto multus eius vocabuli vsus est.

Epidico Sc. St. tacete.

Cum ad portum venio, atque ego illam hic video præstolarier, commodum, inquit, veneram, cum illam video.

Tum illud Tranionis:

Mostellaria Sc. qui homo.

Capio consilium, vt senatum congerronum conuocem:
Quem cum conuocaui, atque illi me e senatu segregant: hoc est nullam sibi moram adferunt, quin me segregent. Casina in mendo latet:

Sc. neq; quo fugiam.

Colloco, fulcio, mollio vt quam senex, ad te decumbem. legebam, *adce decumbem*, id est *atque*. nam d pro t, c pro g. & vicissim in antiquis libris nusquā non reperiri, sciunt q terunt Hoc cum ita sit, licuit mihi, q feci, e Basil. libri, *adq; ducerem*; emendare, *atque ducerem*. Proximū est: *Se in egit rete piscein*. Nisi valde animi fallor, qui cōtra sentiat, nihil sentiat. *Inigere* sæpe apud Varronem, in de re rustica: vbi non abierit in hoc, iniicere, nusquam. caussa est, quæ multarum maculaium, quod C scriberent tanquam G. Itaque apud Gellium de cassita peccatū: *Ea*, inquit, *cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores*. lego *congesserat*, id est, nidificarat. ——*aeria quo congessere columba*. Plautus: *quin tuam paludem is, exsicq; arundines*? lego, exicisque arundines? nam sico, pro seco: & ita sica a secando, ac sicilicum. etiam Sicilia, quod mare eam ab Italia sicarit. locum illum Plautinum intelligere aliter non est.

Velrectius Siicis retem pisc.

Rudente, Sc. Et vos a vestris.

Capteiuis, prima fabula:

Sc. I.

Prolatis rebus parasiti venatici
Sumus: quando res redierunt, molossici
Odiosiq;, & multum in commodestici sic restituo, vel vt est in V. L Langii *incommodestici*: vt quæsitus sit ioco risus in verbis sicandi et edendi. parasiti, inquit, sicando atque edendo odio & incōmodo sumus. Ita *prosico*: atque inde *prosicia*. Risi suauiter eum, qui Isidorum emendauit: *Prosiciei*, inquit, a cōs & sixes. vellē illi hoc tantum nefas non excidisset. Sed redeamus. Prima, inquam, coniugatio, & tertia in multis iisdem verbis erant: tum etiam tertia, & secunda q. tam animaduersum corrupit Terentiū Heaut.

Con-

Concurrunt multa opiniones, qua mihi animum exaugeant. Angeo enim dicebant, & *exangeo*, quod nunc *ango*, & *exango*. simillima labes Plauti Sticho: *Scio, atq; in cogitãdo mœrore augeor*. lege: *Angeor*. Hoc cũ nihil verius sit, tamẽ Calpurnius, *exaugeri*, inqt *animus dicitur, cum opinionibus ac suspicionibus in alteram partem inclinat*. Quid audeo folia Sybillæ. Huc legunt pueri, & sequuntur: putantque cum ita fecerunt, magnifice locutos. quid ni? cũ Terẽtio. At p me licet alii Calpurnium in delitiis, φ faciunt, habeant, dum sciant huiusmodi monstra dedisse, quot ne Africa quidem. Plauti versus sunt Pseud. — Ac. 1. Sc. 3. in fin.

Num cuspiam est hodie tua tuorum opera conseruorum
Nitidissimum caput? aut num ipse ego pulmento vtor magis. — Sc. ite, agite.
Vnctiusculo? Sed scio tu oleum haud magni pendis vino te
Deuincis. iis vitium idẽ obfuit, C pro G. scripto repono: *nitidiusculũ caput*. & postea: *Vino ted vncis*, id est, te vngis d immisso, vt, *te*, sustineatur, non elidatur. Sententia id probat, & q a sequitur vnctiusculo. sane mentem vincire limo. Vt semel absoluam, antiquitus maiusculis, quibus nunc in capitibus ppriorum nominũ & versuum initiis locus est, iis totos libros perscribebant: minusculas has notariis relinquebãt: quarum vsum Papirianus nõ nisi negotiosis & occupatis indulgebat. Itaq; quę de literarum forma Quintilianus, & Plinius, nisi de maiusculis nostris, audiri non possunt. Id est, cur E & F, C & G, P & R, toties inuicem locum commutarint: quod abfuisset, si minusculas vsurpassent. Superest, quem enarremus, vnus etiam versus.

Dum huc, dum illuc reted oria impedit. Oria est Fulgentio, quæ Nonio *horia*: rectius fortasse illi: nec desunt qui ab ora deducant, q a ea legere orã tantum piscatores soleant; non item alto se credere. His vt ad Plauti mentem non peruenerim, p Lambino tamẽ fecisse pretiũ operæ opinor: q multis verbis nihil dicit: & eo pcedit, vt hoc versu verborum Plauti nec volam, nec vestigiũ relinquat: scilicet ne h. aliquãdo littera sit, aut hiet versus m nõ eliso: res ipsi Virgilio, non comicis tantũ vsitatissima. Neque autẽ qc-q plus pmisimus nobis, φ minus debuerimus: sed via peruulgata, quam affinitas litterarum fraudem fecisset, aperuimus. Cæterum non minores turbas dedit n, cum pro b imponit: aut vicissim, vt:

Verterunt sese memoria. Stultus sit, qui id admiretur. — Truculento
Si eget, necesse est nos patiatur aui. ita æquum factum est. — Sc. ad fores
lego. — auscultate.

Verterunt sese memoria vicissim: qui id admiretur?
Si eget, necesse est nos patier. abi, ita æquum factũ est.

Qui iudicare volet, veteres editiones adhibeat. post deinde ne cucurbitæ caput habeat *Abi* est exultantis: vt Terent: Adel.

Laudo Ctesipho: patrissas: abi, virum te iudico.

Illud aliter eadem fabula:

Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines,
Sannio.

Aui, ergo apud Plautum est, *abi*: sic illo quoq; loco:

Par pari respondet: verum nunc saltem, si amas, da tu mihi de tuis delitiis summis.
Quicquid pauxillulum. Mi. *quid ita?* Ph. *ab auo est quod dem.*
Dictum superfert compasticis abaui consultor istuc.

Hercules tuam fidem: sentina vitiorum: quam vt exantlemus, sic forte, restituimus:

Ph. *Par pari respondet. Verum nunc saltem, si amas, mihi*
Da tu de tuis delitiis summis quid pauxillulum.
M. *Quid id, amabo, est, quod dem? dic dum: si superet, feres.*
Ph. *Campas dicis: abi, consultaui istuc.*

Non fallor: & profecto aut hæc vera est emendatio, aut paulo minus. Lambinum heic non miror: paucis additis literis, miseror. Quod plurimum ei loco obfuisse videatur, dicam. Duos versus compulerant in vnum, & quando iam stadium chartæ defecisset, tertiata & quartata verba notarant. *Superare*, autem pro, *superesse*: de quo, ne longior sim, videndus Gellius. Campas dicis, quid sit, consulendus Festus. Abi. abi: ita solebant; vbi fastidiose & contemtim aliquem amolirentur. ac pro eo quoque, ii modo. Exempla sunt Pœnulo. sc. Quid nunc. & Trin. sc. Minus quindecim. Sticho mendosum est:

Campagas dicere, pro nugari, res magnas & inanes loqui

——C. Quid grauare? censeas.

Nescio quid vero habeo in mundo, ii modo. Ep. Alium conuiuam quærito tibi in hũc diem. Commuto personas: Nescio quid vero habeo in mundo. Ep. I modo, Alium con. q. Cogamus etiam aliud nobis debere Plautum: apud quem, auiniæ, pro, abinitio, scriptum suspicamur Truculento:

Sc. libros inspexi.

Aduenisti huc ostentatum cum exornatis ossibus,
Quia tibi insuaso infecisti propudiosa palliulam?
An eo bella es tu, quia accepisti arme aduenias.
As. *Nunc places cum me illi vel in mentiri dicis.*
S. *quod te rogo?*
Muncupi vin quia accipias? gesta tecum henos annos?
A st. *Dignis dant.* ST. *Lauinia heic sunt, quas habes, victorias.*

Sc. quis illic est.

Arbitror propemodum emaculata fore, si reponas:

An eo bella es tu, quia cœpisti armeas? venias: nunc places,
Cum me limulo. Ast. *mentire* S. *dic sis id quod te rogo:*
Mancupi vin quas accipias? cape eccos ahenos anulos.
Ast. *Dignis dane. ahm?* St. io, *heic sunt quas habes victorias?*

Armeas pro diminutiuo *armellas*, vt rusticus, non male vsurpat Stratilax. *armea* enim & *armella* eædem quæ *armia* & *armilla*. Subiit aliquando suspicio, scribendum:

An eo bella es tu, quia caussis? at me aduenias *Prior emendatio verior*

Vt *ar me*, fit antique pro, *ad me*. Qui, quam pro more, comptior esset & elegantior, gestuq; ac incessu mimicus ac molestus, ioco rogabant, an caueret. Hæc enim loqui mollitiem & lasciuiam, non magis quam res est, arbitrabantur. hinc illud Persii:

——an Romule caues?

Et est quidem vt cauere marium sit potius, crissare mulierum: sed & rusticæ personæ conuenit proprietatis non maxime esse in verbis retinentem: & præterea prouerbium ita ferebatur, an caues? non, an crissas? Quod deinde scripsi: *cum me limulis* id quoque in lasciuiæ notis, *limulus aspicere*: & per ludum obiici solitum. Bacchidibus: *——at bonas fuisse credo.*

Viden limulis obsecro vt intuentur?

Quod autem armillas cœpisset Astaphium, rogat eam Stratilax, velletne potius quæ mancipio caperet, ahenos anulos. eos intelligendum est vel rusticum instrumentum, quod in manu gestaret Stratilax: vel compedes & manicas, quæ in proscenio erant, ad repræsentanda, si ita ex argumento fabulæ esset, noxiorũ vincula. Nam in mimis ac fabulis vapulabant nonnunquam serui: amplius etiam, e vinculis sæpe caussam dicebant: quibus rebus scena, quod dubitare nemo possit, apparabatur. Hos ergo fortasse anulos mõstrat illi Stratilax. At Astaphium iubet dignis dare. Facit huic rei, quod anulos pro compedibus apud veteres poetas notãt Grammatici. Mancupi, inquit autem, quia mancupium quod manucapiatur: illa autem siue rustica instrumenta, siue vincula, vere manucapiuntur sed et quæ mancipio capimus, propria perpetuaque nobis sunt: neque alienantur facile. Sic ergo iubet illam in vincula indui, aut gestare, quæ ipse in manibus præferret, vt ne facile deponere, neue sine iis esse possit, etiam cum velit. *Mancupi capere*, quod nos dicimus, mancupio capere. ita solebant olim & elegantius est Milite glorioso:

Periuriorem hoc homine si quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic est,
Me sibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.

sic v. l. & edit. non recte ergo Came. & Lamb. mutarunt. Postremo: lo. *hæc sunt quas habes, victoria?* lo triumphale est in victoria. & dicuntur hæc a mulierem contrectabundo: ac qui manum ferret ad eam partem, vbi amicitia habitat. Addam nunc locum extrema pœne Casina: fere vt a clarissimo Sambuco editus est:

Vbi intro hanc nouam deduxisti via recta, clauem
*Adduxisti, sed tamen tenebræ ibi erant ** tanquam*
*Colloco, fulcio mollio, *** Senex ad te decumbens*
Vt prior quam senex nup
Tardus esse illico cœpi quoniam.
Respecto videntidem ne semel

Illecebram stupri, principio eam, suauium posco.

Respulit mihi manum, nec quietum dare sibi suauium me sinit:

Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere,

Cupio illam operam seni surripere, forem obde ne senex me opprimat

Mu. *Agendum tu adi hunc* Cl. *vbi tua noua nupta est?*

Ol. *perii hercle manifesta res est.* Cl. *omnem ordine rem.*

Fateri ergo æquum est. quid intus agitur? quid agit

Casina ? satin morigera est? Ol *pudet dicere me.*

Cl *Memora ordine vt occœperas* Ol. *pudet hercle*

Cl. *age audacter.*

Quam debuisti, inde volo memorare, quid est factum?

Ol. *At flagitium est.* Cl. *cauebunt qui audierint, faciant.*

Hoc magnum est primum pergis quin tu pergis. sermo.

Vbi locus sumptus porro

** *Quid* * *pape quid* * *pape*

** *est* *** *Adhæreat maxumum*

Haberet metui vt quæreret occœpi.

Dum gladium quæro ne habeat. arripio capulum.

Sed quom cogito, non habuit gladium, nam & esse frigidius eloquere.

Ser. *At pudet.* Mu. *Num radix fuit?* Ser. *non fuit.*

Mu. *Num cucumis?*

Ser. *Profecto hercle non fuit quicquam olerum,*

Nisi quicquid erat calamitas profecto attigerat nunquam.

Ita quicquid erat grande erat.

Mu. *Quid denique edisserte.* Ol. *appello Casinam inquam,*

Amabo mea vxorcula, cur virum tuum sic me spernis?

Nimis tu quidem hercle immerito meo mihi hæc facis.

Quia te mihi expetiui: illa haud verbum facit.

Illa haud verbum facit, & sepit veste id qui estis.

Vbi illum saltum video objeptum, rogo vt altero sinat ire.

*Volo vt obuertam * cubitissim**

Illum mittite

*Surgo vt meam vi **** atque illa vi*

Perlepide narras

Suauium

*Ita quasi * sentis * labra mihi compungit barba*

Continuo estanti pectus mihi pedibus percutit.

Decido de lecto præceps, subsilit, obtundit os mihi.

Inde foras tacitus profici scens, exeo hoc ornatu quo vides

Vt senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet Cl *. ptume est.* Nihil deprauatius: &, credo, obtemperauit pudori suo qui tam neglige-

ter descripserunt. nec displicet exemplum: nisi quia video doctos homines in restitutione laborasse, mihi quoque libet idem ingredi. Non si non potuero indagare, eo ero tardior; sed velocior ideo, si quiuero inquit Varro.

Vbi intro hanc nouam nuptam deduxi, via recta clauam
Obdux: sed tamen tenebrae ibi erant, tanquam nox.
Colloco, fulcio, mollio: vt prius quam senex: atque, decumbo, inquam.
Taurus esse illico cœpi: respecto identidem, ne senex.
Ille cebram stupri, principio eam sauium posco:
Reppulit mihi manu, nec quietum dare sibi sauium me sinit.
Enim iam magis, iam appropero magis, iam lubet in Casinam irruere.
Cupio illam operam seni surripere: forem obdo, ne me opprimat
Mu. *Agedum tu adi hunc.* Cl. *vbi tua noua nupta est?*
Ol. *Perii hercle. manifesta res est.* Cl. *omnem ordine rem*
Fateri ergo aequum est. quid intus agitur? quid agit
Casina? satin morigera est? Ol. *pudet dicere me.*
Cl. *Memora ordine. vt occeperas.* Ol. *pudet hercle.* Cl. *age audacter.*
Quando habuisti, inde volo memorare, quid est factum?
Ol. *At flagitium est.* Cl. *cauebunt qui audierint, faciant.* Ol. *Oh. magnam.* Cl. *vah.* Ol *rimam.* Cl. *perdis quin tu pergis?*
Ol. *Vbi lucus humidus.* Cl. *porro: quid porro est?*
Ol *continuo stricto gladio.*
Cl. *Quid* Ol. *at at pape, baba* Cl. *quid? quid papa?* Ol
Flagitium, ah, erat maximum:
Gladium ne haberet, metui: id quaerere occœpi.
Dum gladium ne habeat, quaero, arripio capulum.
Sed cum cogito, non habuit gladium: nam & esset frigidus.
Mu. *eloquere.* Ol. *at pudet.* Cl. *memini, radix fuit.* Ol. *non fuit.*
Cl. *Num cucumis?* Ol. *profecto hercle non fuit quicquam olerum:*
Nisi quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam:

Et quae porro sunt. iam enim piget. Ex *tardo, taurum* mutaui ducente sententia. nam tardus nemo erat hominum qui viueret minus. Quin omnibus his verbis properationem suam narrat, vt seni operam illam surriperet. *Taurus*, autem scribendu, satis argumenti est in iis, quae dehinc sunt *Respecto identitem, ne senex.*

Notum enim, vbi plures in grege tauri sint, de vsu iuuencarum inter sed imicare: qui impar sit, non nisi ex insidiis conari, & identidem respectare, cum operam aliquam valentiori surripit. Adiunat, quod in ea palaestra taurus pro valido frequentatur. Horat.

Lib. 2 Car. oda 5.

——nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus. Item:
——pereat male, quæ te
Lesbia quærenti taurum, monstrauit inertem. Recte autem, vt in tali re, sermo ellipticus est: vt hic fere vtquequaque. Illud autem. *atque, decumbe, unquam:* sic est in Langii codice: in quo eodē, *primum:* ex quo, *rimam*, nos putamus vere coniecisse. verbis autem interruptis, & crebro intercepta sententia omnia dicit, vt rideatur astutim, neque res tamen tota dicatur. Ita enim etiam, *locus sumptus*, deprauatum putamus, ex, *lucus vmidus.* Attexamus nunc reliqua:

Nimis tu quidem hercule audax es: immerito meo mihi hæc facis
Quia te mihi expetiui.
Illa haud verbum facit, & sepit u. i.q.e.
Vbi t.s.u o.r u a.s.s.
Tollo vt obuertam cubitissim: verbum nullum mutit.
Surgo vt ineam, atq; illi impingo saxum. Mu perlepide narras.
Olilla quasi sentis, labra mihi compungit barba.
Continuo ingenua astituto pectus mihi pedibus percutit.
Decido de lecto præceps, subsilit, obtundit os mihi.
Inde foras tacitus præfiscini exeo, hoc ornatu, quo vides:
Vt senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.

Quæ postrema plerąque iam ex Roueriano libro vir doctus restituerat. *Præfiscini* e lituris u. c. cuius vocis insolentia factum, vt in antiquioribus editionibus omitteretur. In Langiano codice hoc eius vestigium, *proficiens:* in Basiliensi, *profisisci.* Cæterum, ait se præfiscini exiisse, vt eodem scilicet poculo senex biberet. Posteriora enim hæc prioris ratio sunt. Rudente:

Be. proh dii immortales.

Nimio minus altus puteus visus est, quam prius:
Vt sine labore hanc extraxi præfiscini. Idem verbum alibi apud hunc quoque: et meminit Sosipater. Quod autem hæc traducit Lambinus, quis illi hominum credat, homo quis sit? Primum illa verba *Memora ordine vt occeperas:* vincunt, iam ante eum sermonem ingressum Olympionem. tum illud: *quando habuisti, inde volo memorare;* ostendit, hucusque narrando peruenisse. *Habuisse*, autē hoc loco, vt illud: *Quis heri habuit Chrysidem?* Sed illo versu:

Asinaria Scen. quid hoc est negotii.

Titinnius eodem modo, & alii.

Sed tamen tenebræ ibi erant, tanquam nox: si verum est, quod inopia melioris e libris pro vero accipimus, *nox*, valet *noctu*; vt apud hunc sæpe Truculento:

St. Neaxpectem.

——*quid ais nunc tu? nonne vis me, voluptas mea,*
Quo vocatus sum, ire ad cœnam? nox ad te huc cubitum uenero.

Et Trinumo:

Sa. Huic ego dico.

Loca contemplat, circumspectat sese, atque adis noscitat.
Credo edepol, quo nox furatum veniat, speculatur loca. Rudente.

Sc. quis est.

——*accipiam hospicio, si nox venit.*

Qui-

Quibus locis omnibus non bene per libros propagatur, *mox*. & locus quidem Gelli, atque ex eo Macrobii, vbi narrant, vt nox pro noctu veteres dixerint, & verba legis XII. tabularum commemorant: *Si nox furtum factum essit, si im aliquis occisit, iure esto*; in medio sunt: illud minus, Ennium ita quoque locutum 16. Annal.

Si luci, si nox si mox, si iam data sit frux

Nox enim manifesto hic aduerbium pro *noctu*, & opponitur illi, *luci*: vt iam mirari possis Macrobium, qui inusitatissime dictum scribat. Et quo magis dicas, *lux*, quoque ita, pro *luci*, vsurparunt; nec istos dico subrancidæ antiquitatis; sed Catullus ipse in venustissimo poemate de Coma Berenyces:

Sed quanquam me nocte premunt vestigia diuum,
Lux me autem canæ Tethys restituem:
Pace tua fari hic liceat Rhamnusia virgo:
Namque ego non vllo vera timore tegam,
Non si me infestis discerpant sidera dictis,
Condita quin veri pectoris euoluem.

Vt scripsi, ita in u. c. esse testatur Achilles Statius: in quibus *euoluem* & *restituem* noto illo antiquitatis more scribitur, pro restituam & euoluam. Qui minus autem *lux* pro *luci*, quam *nox* pro *noctu*, aut, quod propius est *frux* pro *frugi*? quomodo Ennius in 9. Annalium:

Sed quid ego hæc memoro? dictum factumq; facit frux:

Vbi *frux facere*, est *facere frugi*: qua ratione apud Plautum Pœnulo restituo: *Si herus tuus volet facere frugi*: pro quo perperam vulgo, *facere frugem*: vt alibi ostendo. Et quia hic sum, non deero ascribere sententiam meam de fine illius poematii:

Tu vero, regina, tuens cum sidera, diuam
Placabis festis luminibus Venerem:
Sanguinis expertem non sineris esse tuam me,
Sed potius largis effice muneribus.
Sydera cur retinent? vtinam coma regia fiam;
Proximus Acturo fulgeret Erigone

Magnas lites hic locus dedit: neque facile vir doctus fuit his centum annis & quod excurrit, quem nō exercuerit. Ceterum omnes hanc sententiam subesse arbitrantur, restitui regio capiti velle comam, & deligi cœlo: quod quidem mihi nō videtur. Nam si ita vetus scriptura esset: *sidera cur retinēt?* existimari hoc poterat: sed cum omnes scripti codices habeant: *sidera cur iterent?* quid hæc lectio ei sententiæ facit? Iam & sine gratia præcedentes versus sunt, si sententia ante hoc postremum distichon sistat: O regina, caue me contemnas tuis sacrificiis: sed potius largis muneribus affice. Quæ ergo prima sententia mihi fuit, manet, continuanda hæc ita, vt scribam:

Sed potius largis affice muneribus.

Sidera cur iterent: Vtinam coma regia fiam,
Proximus Arcturo fulgor & Erigonæ.

Ita, inquit, mihi cumulate facito, vt reliqua sidera, quando tantum honorem mihi haberi vident, nullum eorum sit, quin coma Berenyces esse velit & subinde dicat: vtinam fiam coma regia, proximus scilicet ille fulgor Arcturo & Erigonæ. Manifesto enim hoc dicit, velle, vt sibi reliqua sidera inuideant, aut certe mutari suas fortunas eius felicitate studeant. *Sidera cur iterent,* hoc est, quę quidem caussa sit, cur sæpe iterent sidera. Quod autem diuersa lectio in multis vetustis libris inuenitur non me valde mouet, quando etiam hanc, quam dixi, in quibusdam exstare, sint qui memoriæ prodiderint: & scio duplices libros veteres Catulli propagatos, antiquissimæ notæ vtrosque, vt in alterutro menda esse non possint, nisi ab olim ~ doctis. Nam illas cercolipas, quis credat, vel ipsas etiam crepidas carbatinas a nuperis & semidoctis emendatoribus natas, quando neque crepidæ carbatinæ in publicum notissimæ, & cercolipas ipsi, qui tutati sunt, non intellexerint. Quod autem ad sententiam attinet, quam ego conficio, arbitrabantur Deos delectari, si sibi res diuina multa fieret, & ea re felicitatem eorum augere. Itaque etiam verbis *augendi & mactandi*, itemque ab his *augmenti & magmenti* in sacrificiis vtebantur: atque ita loquebantur: *augere Deos victimis: mactare Deos extis*: vt Cicero: *puerorum extis Deos manes mactare.* Idem: *Et lato mactasti lacte Latinas.* Amphitruone: *Sacrifico ego tibi. A quinam? So. quia enim macto te infortunio.* Sed hæc nota: & qui non aliunde, ex Arnobio discere possit: qui has ineptias refutat. In eodem carmine non recte vulgantur illa:

Widulam a fletu cedentem ad templa deum me,
Sidus in antiquis diua nouum posuit.
Virginis & saui contingens namq; leonis
Lumina, Callistoe iuncta Lycaonia,

Vertor in occasum. Placet mihi vetus mea restitutio:

Viuidulo a fluctu cedentem ad templa deum me
Sidus in antiquis diua nouum posuit.

Virginis & saui: contingens namq; leonis Sidera, &c. Posuit, inquit, me nouum sidus in antiquis illis virginis & equi. Sic enim hęc continuanda sunt. *Sauum* epitheton leonis pro ipso leone dixit: vt *ferum* pro *equo* apud Vergilium & Petronium; & *trux* apud Ausonium item pro leone. *fluctu* autem, non *fletu* est in scriptis libris, recte. Fluctus enim aeris ventus: neque aliud significat Catullus. Ergo, *cedentem me a fluctu viuidulo*, hoc est, vehementiore aura. neque non tamen, opinor, bona quoque lectio ita sit: *Vuidulam a fluctu. Vuidulam* quidem, quia vnguentata: *a fluctu*, quia vęto impulsa. Est ibidem:

Quicum ego, quum virgo quondam fuit omnibus expers,

Vnguentorum vna millia multa bibi.

Hic quoq; sexcentæ sententiæ sunt. Veterem scripturam rectam puto: *Cum virgo fuit omnibus expers,*

Vnguentis vna millia multa bibi.

Milia multa, non ad vnguenta referendum; sed ad precium vnguentorum. Multa milia numum se vnguentis bibisse: qui tritior sermo esset, sed indoctior: Vnguenta bibisse pretio multorum milium. Sermo, *virgo omnibus expers*, multis exemplis innoxius est, & id alii docuerunt: Tantum de hoc carmine Catulli: nunc quod reliqueramus, ad Plauti illud, *nox*, reuertamur. E Pœnulo laudauimus:

Salue adolescens. Sc. *tu multum salueto adolescentula.*

Am. *Ad vos venio* Sc. *accipiam hospitio si nox venis, item*

Vt affectam: nam nunc nihil est qui te inaniem.

Ita lego. *Affectam mulierem* hic agnoscit & interpretatur Pompeius. *Venis*, antique, pro *veneris*, vt *scis* pro *sciueris*. *Inanire* autem vsurpasse ita videntur, pro, in locum aliquem, qui vacet, hospitem accipere: cum alioquin *inanire* frequẽtetur a Lucretio, & aliis pro *exinanire*. Sed ludit Plautus tanquam ficto vocabulo ab *ano*. Nihil enim esse quo mulierem inanet (sic enim etiam forte scripserit, vt verbum sit *inano*, pro, vacuo loco recipio.) quæ aliter habilis viro sit. Ita *inforare* finxit Curculione: & in verbo *incomitiare* lusit, quia *comitium*, *coitus*.

EMENDATVS MVLTIS LOCIS SALLVSTIVS.

V. CL. Io. Sambuco Tirnauiensi Pannonio.

VErum est, Sambuce: quibus hoc primum, hoc postremum fuit, vt vetustos codices, qua cuique proximum esset, anquirerent, viam ad iuuandas literas vnicam instituerunt: ita, si etiam communicant: ne isti dictum pro se putent, qui antiquos libros habent, atque id hactenus: vti neque sciunt ipsi, neque, qui sciunt, facile patiuntur: hoc primum: deinde, cum diis tuis æquis librum e turba vtendum abstuleris, si hoc tantum, diem non repræsentes, quiritantur: clamant, deum atque hominum fidem: flagitium, facinus, perfidiam quicquid ipsis libuit, vocant. At vbi æquum bonum? tu mihi quo iure, qua iniuria publicũ occupatis, atq; id licere tibi postules, præter te nemini? Sed de horum hominum, audebo dicere, scelere, non addam, ne lacessiuisse conuitia videar: & quia pridem sunt, vt scire potes, Duzæ nostri Hipponacteo præconio addicti: ad te ibam, clarissime Sambuce, dignissimum, qui omnibus, quantum est, poetis carmen esses. Nam quis o dii, bonum hoc hominum generi dedit? tãtum optimorum codicũ vis aceruasse, laborantibus, ac diu extremum spiritũ trahentibus musis, remedium fuit: contulisse, adnotasse, emisisse, vitæ

quid communicasse? Itaque ergo paucas, ad Sallustium notas misi: paucas, vt hic fabulator errat: tibi, sat scio, nimium quam multæ videbuntur: nimirum,

Sic quondam tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

De libris antiquis ne ignores, nullum inspexi: tres in totidem Abbatiis repertos, & accuratissime a se collatos Fräciscus Modius Brugensis, adolescens doctus, quem de edito Curtio nosse potes, mecum communicauit: vnum Sigebergensem mea caussa diligenter legit amicus meus, Ioannes Gulhelmus Lubecensis: reliqui domi C. Hieronymi Berchemi fuerunt.

QVærere conuiuijs, dixerat Sallustius, in de bello Iugurthino: belle, si ita visum esset librariis: qui alii aliud: plerique *gloriam*, aut *gratiam*; quidam etiam, *amicitiam*, inculcarunt *Atqui ego credo fore, qui, quia decreui procul rep. ætatem agere, tanto tamque vtibili labori meo nomen inertiæ imponent: certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebē, & conuiuijs quærere. Vtibili*, fuit in u. c. meo, & musis gratia, cum bene fuit. Vsi eo multi, in multis Terentius:

Phormine act. 4. sc 4 *Quid minus vtibile fuit, quam hoc vlcus tangere?*

Sed quod cœpimus, conuiuiis quærere, est anquirere de apparatu: quod addit, deprauat, & quod poterat esse venustū, vetat: Petroni⁹ Arbiter,

——*Si quis sinus abditus vltra,*
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat: fatisque in tristia bella paratis
Quærebantur opes; non vulgo nota placebant
Gaudia.

Quærere opes, Petronius dicit, quod audiri vult, protritas & proculcatas has aspernari. Neque alia sententia iis quę mox sequuntur: ——*in vda*

Quæsitus tellure nitor certauerat ostro.

Quod enim arbitreris quæsitum nitorem hic esse acquisitum, non, anquisitum: dixit ita quoque quæsitissimas epulas Sallustius, cum cogitaret accuratissimum paratum lib. 2. Historiarum, de Metello Numidico: *Toga picta plerunque amiculo erat ei accūbenti: epulæ quæsitissimæ; neque per omnem modo prouinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera*. Imitatus Cornelius Tacitus 2. Annali. *Exceptæ Græci quæsitissimis honoribus, vetera suorum facta, dictaque præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Pro hoc nunc solum agnoscimus, *exquisite*: sed ita tum erat, simplicia fere pro compositis malebant. Itaque aliter etiam quam recte factum ab iis qui illo loco mutarunt: *Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus & tum in senatu pollens* (ita rectum est, non vt per omnes libros propagatum, *potens*: & ei rei argumentum est optimus codex

codex Thosanus) *quia consul. C Graccho, & M. Fuluio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat, cum Iugurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen curatissime accepit.* Notatum id a librario ad oram vetusti codicis: nec me pœnitet meæ olim ——— sententiæ, recepisse, qui Tacitum in eodem verbo meminerim; *Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna quæ tum erat: eoque a Thuscis accitos histriones, a Thurijs equorum certamina & possessa Achaia, Asiaque ludos curatius editos.* Apud eundem Sallustium coniuratione Catilinæ est, *anquirere vescendi: Sed libido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat: viri pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere. vescendi terra marique anquirere: dormire prius quam somni cupido.* Sic scripserat Salustius. sed vt prolixa est imperitia, mutarunt: *vescendi caussa terra mariq; omnia, exquirere,* Os hominum! at dii me omnes oderint, nisi Orbilius multas prægnantes plagas inflicturus fuit discipulo, qui ita loqueretur. Liber Thosanus, *caussa,* omittit: &, quod vere liceat, non facile eo melior alius est: Coloniensis neque illud, *omnia,* agnoscit, &, *inquirere,* repræsentat: e quo nos fecisse *anquirere,* crimen nostrũ sit, nisi vsquequaque iniuriam eam hoc verbum accepit: vt Iugurtha: *Igitur rex, vti constituerat, in castra venerat* (ita repono ex Thosano) *ac pauca præsenti consilio loquutus de inuidia sui facti, atq; vti in deditionem acciperetur: reliqua cum Bestia, &* Scauro *secreta transegit: dein postero die, quasi per saturam sententijs anquisitis, in deditionem accipitur,* Thosanus, *inquisitis.* Quod autem, *anquirere de reo, &, capitis anquirere,* hæc talia frequentantur, itemque, *anquirere sententijs,* lubuit credere idem hoc Sallustii loco fuisse. Tacitus 3. Annali: *sed solum Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud Senatum quam apud iudices de morte eius anquiritur.* Hoc ipso Iugurtha: *Itaque paucis diebus cum argento, auroq; multo Romam legatos mittit: quis præcipit, vti primum veteres amicos mactis muneribus expleant: deinde nouos anquirant: postremo, quæcunque possit, largiendo paratione cunctentur:* Vulgo, *acquirant,* aut, *inquirant:* neutrum ex sententia: alterum ne ex consuetudine latina quidem. Neq; vero præceperat, vt acquirerent amicos: quippe exitus in dis erat: sed vt operæ ne parcerent anquirere. *Mactis,* ausi sumus, quia nobis libertatem hanc præibat vetus scriptura, *Mactatis:* tametsi hoc in cõtextu verborum Sallustii (ne frustra sis) nusquam reperimus: verum mentionem faciebat commentator barbarus, cuius erant manu in eum annotationes. refectæ sane: & quo magis ducas, Catonis verbum est. Quam *macta arbor,* apud eum, itemq; Plinium reponenda, quæ est arbor valde aucta, in altum, quo, vt inquit Sallustius, gignentia omnia natura fert. In vulgatis est *ei ... arbor,* Mendose. Nam v. c. *macta:* quod etiam doctissimus Vict ...

Rr ;

satiare inexplebiles Vit. l. Verũ redeamus. Vt *vescendi*, ita *impetrandi* quoq; dixit Sallustius, in oratione Adherbalis: *Si impetrandi nihil haberem, prater miserandam fortunam; quod paulo ante rex genetere, fama, atq; copiis potens: nunc deformatus arumnis, inops, alienas opes specto: tamẽ erat maiestatis populi R. prohibere iniuriam.* Meus v. l. *impetranda caussa nihil haberem.* & q emaculare Sallustiũ se postulet, vt nihil sibi in cõiectãdo pmittat, nec suspicionib. scripturas veteres adiuuet, nugas agat. Mihi vero stat, vbi fenestrã al. q̃ aperiũt libri, vti porro ingenio, & ꝙ alii . nte sibi in deprauãdo indulserũt, in corrigẽdo vsurpare. Caue n. existimes minus quoquã scriptore a glossis laborare Sallustiũ. Hoc ẽt mẽdosum est, vt exeuditur: *Romani, pro ingenio quisq; pars eminus glande, aut lapidib. pugnare: alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi: cupere pralium manibus facere.* tanq̃ eminus pugnare, non sit præliũ manib. facere. & mirũ ni sic quoq; corrupturi fuerũt. si *pralium e manib facere*, scriptũ repperissent. Rectũ est. *pralium in manib. facere.* In manu, e manu, hoc est, *comminus, eminus.* Ennius Hectoris Lytris: *Quem mea machara comminus, atq; hasta hostiuit e manu.* Itaq; *in manibus*, hic cõtra est q̃ *e manibus.* Eodẽ bello Iugurthino p libros vulgatur: *Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in solitudines, dein Thalam peruenit,* Itẽ alibi: *Inter hac Iugurtha impẽsius modo legatos supplices mittere prater suam liberorumq; vitam, omnia Metello dedere.* Vtrobiq; scribendum, *impensimodis*: vt, *omnimodis, multimodis* Forte rectius sit, *impensimodo*, vt *omnimodo*, pro deiũcto, *impensis modis*: nisi eodẽ res redit, & non verius, Sallustiũ fuisse, q̃ ita eũ scripsisse. Impensius ad eũ modũ Curtius in 3. *Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi acrius, ob nimiam festinationẽ concitato spiritu, capesserent bellum.* Emendabam: *inhibens, ne impensius concitato spiritu capesserent bellum.* Illa: *acrius ob nimiam festinationem* glossema putabam: aut certe, *acrius*: vtcũq; de ceteris iudicia essent. inde, *homines impensi.* Plautus Capteiuis.

Va misero illi, cuius cibo iste factus est imperiosior: Ausculto libros veteres: *factus est impensior.* In Sallustio oratione illa aurea, q̃ Seuerus imperator appellabat: *Paruum ego te Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans nõ minus me tibi, quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore.* Illud, *accepi*, non nauci est, hoc loco quidẽ. scribo : *in meum regnum asciui*: & porro: *nõ minus me tibi, quam si genuissem, ob b. c. f.* nã *liberis*, inculcatũ. Accipere fexcẽtos vndeũde pfugos in regnũ poterat: sed hoc non est communicare sceptrum. *Asciscere* & *adoptare* & *sumere* c vocibus differunt solum. Itaque apud Ciceronem, aliosq;, *ascitus color orationis*, idem qui adoptiuus: & in oratione ma[illegible] quæ Sallustium auctorem mẽtitur, *Cicero ascitus, ac pau[illegible] urbi ciuis* audit: nisi ꝙ, *accitus*, ibi vitio legitur: ve[illegible]

Vulturtius, interrogatus de itinere, de liter. postremo quid, aut quade caussa cōsilij habuisset, primo fingere alia: Dissimulare de coniuratione: post, vbi fide publica dicere iussus est, omnia, vti gesta erãt, aperit, se paucis ante diebus a Gabinio, & Cepario socium ascitum. Vbi in vulgatis omnib. post, *aperit*, infertiũt. *docet'q;* male. nam nec sensus patitur, & sermo non desiderat. *Docere* enim nunquã est sine studio, & persuadendi siue illecebra, siue conatu. Vulturtius autem inuit⁹ indicium faciebat. Mendum in eodẽ vocabulo alio quoq; Iugurthæ loco, oratione Adherbalis: *Postremo Massinissa nos ita instituit, P. C. ne quem coleremus nisi populũ R. ne societates, neu fœdera noua acciperemus.* scribendũ, asciremus. Idem verbum, q̃ suis locis pulsum erat in Sallustio, aliena inuasit. Coniuratione Catilinæ: *Ea tempestate plurimos cuiq; generis homines adsciuisse sibi dicitur, mulieres aliquot etiam, quæ primo* &c. Amo Tholanum librũ, in quo ita legitur, *adsuisse*. nil pote elegantius. Iugurtha quoque: *Qui a postquam Massiua agitare cœpit: neque Iugurthæ in amicis satis præsidij st: quod eorum alium conscientia, aliũ mala fama, & timor impediebat: Bomilcari* (ita Tholanus semper) *proximo, ac maxime fido sibi imperat, pretio, sicut multa confecerat, insidiatores Massiuæ paret:* Tholanus *sicut multa consuerat* quanquam, verum vt dicã, Bertinianus is est *consuerat* autem a *cosuo* est, non a consuesco ne erres *Assuere* autem & *consuere* in fraude, dolis, lenociniis dicuntur: vnde *sutela* pro fraudibus, & *consutidolis*. Amphitruone:

Na tu isti hic hodie malo tuo, cōposi is mendacijs,
Aduenisti, audaciæ columen, cōsutis dolis, Idẽ Pseudolo & Casina
Pessime, nec me clamime, sutelis tuis
Præripere Casinam vxorem.

Vbi de Vaccensium perfidia est apud Sallustiũ, hoc legitur *Rom. milites percu'si improuiso metu incerti, ignariq; q̃d potissimũ facerant trepidare. Arcem oppidi, vbi signa, & scuta erant, præsidium hostiũ, portæ ante clausa fugã prohibebãt.* Æstuant emendatores — *velut minuta magno Deprensa nauis in mari vesaniente vito.* emaculandum autem: *Rom. milites improuiso metu incerti, ignariq; quid potissimũ facerẽt, trepidare adarcẽ oppidi, vbi signa & scuta erant: p̃sidiũ hostiũ. portæ ante clausa, fugã vetant.* ita Bertinianus & Sigebergẽsis: nisi q̃ in hoc, *prohibebãt*, legebatur: *Perculsi*, autem abesse a S.c. ne Riuius tacuit q̃dem. *Trepidare ad arcem* optime. Liui⁹: *Moxq; dũ in sua quisq; ministeria discursu trepidat ad prima signa.* Horati⁹:

Quam quæ per pronum trepidat cum murmure cliuum.

Hoc ergo exẽplo vetusta & venusta sunt, *trepidare domũ, trepidare in naues*: aliaq; talia. De eorundem Vaccẽsium re inf. *Sic animus eorũ arrectus equites in primo latere, pedites quã arctissime pergere, & signa occultare iubet* Nugantur alii. vnus Glareanus, more maiorum, sine fuco & fallaciis, negat se intelligere. Et melius ille, quam qui vbique intelligendo faciunt, vt nihil intelligant. Lego,

e quites

equites inprimo late; pedites quam artissime ire, & s.o.i Ire, in plerisque u.c Erant Metello equites auxiliares Numidæ, hos sparsos iubet ꝓcurrere, vt Vaccenses inducantur: Romanos pedites cõferto agmine sequi, eadem de caussa. hæc sententia aliter q̃ verbis a me restitutis nó cõficitur: *et* illud *artissime*, postulat cui referatur ac cõponatur in priore mẽbro. Sed fefellit bonos viros aduerbium *imprimo*, paulo minus quã ꝓculcatũ. De, *trepido*, autem non tacebo aliũ insignẽ locũ Q. *a. o, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit: ecquẽ ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotiũ mittatis, hominẽ veteris prosapia, ac multarum imaginum, & nullius stipendij; scilicet vt in tãta re ignarus omnia trepidet, festinem*. Sic verũ puto: & proxime verum fuisse in meo: *ad omnia trepidet*. At vulgati omnes: *ignarus omniũ trepidet. Trepidare negotia*, vt *properare*. idem: *Sed rex nihil iam infectũ Metello credens, quippe qui omnia arma, tela, locos, tempora, deniq; naturã ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cũ liberis, & magna parte pecunia ex oppido noctu profugit: neque postea in vllo amplius vna die, aut vna nocte moratus: simulabat s. se negotium properare*. Sic Coloniensis & antiquitus cusus Argentinẽsis: quod me Stançum monuisse, fateri debeo. Vulgo: *simulabat sese negotij gratia properare*. Illo modo Truculento: *Dic me adesse, cui properet sauium*. Et ita sæpe Horatius. Nunc aliũ ẽt locum adoriamur: *Namque haud longe, a flumine Mulcha, q Iugurtha, Bocchiq; regnum disiungebat, erat inter cateram planitiem mons saxeus, mediocri castello satis potẽs, in inmensum editus, vno perangusto a ditu relicto: nam omnis natura velut opere, atq; consulto, praceps:* Nimium inepte tandem, *inter cateram planitiem mons saxeus*: tanquam mons quoq; planities esset. nam ea vis est huius, *ceteram*. emendo: *erat inter cetera planitiem mons saxeus, mediocri castello satis patens, imensum editus, vno perangusto aditu relicto: nã omnia natura, velut opere, atque consulto, praceps*, hæc emendatio est: nunc videamus argumenta. Thosanus codex nũq̃ satis laudatus: *erat inter catera planitie* ita ille diserte Quis dubitet saltem cui cor sapiat, quin verum sit *inter catera planitiẽ? catera* vt illo Vergilii: *consertum tegmen spinis: at catera Graius*.

Et apud Tacitum in vita Agricolæ: *Hic cum egregius catera, arroganter in deditos, vt suaquoq; iniuria vltor cõsuleret durius*. Erat ergo cætera planities, id est, ad cætera q attineret; sed vnus inibi mõ: saxeus Postea: *nũ omnia natura*. alii: *sicut per omnia natura* Varie h. ꝑ libros vulgatur. nã aliã *per omnia natura*: qdam *nam omni natura*. quæ omnes scripturæ, vt verbo dicã, assis nõ sunt: vna aut ẽrecta nostra. qua enim facie, *catera* eadẽ, *omnia*, accusandi casu ponitur, ꝓ, omnes in par tes vsquequaque. Acceptum hoc est in vulgus: *homo est, nisi quod superbus, catera bonus*: id est, sine exceptione. ad vtrunq̃ eadẽ forma, & pari: Illud insolentius: *homo est, omnia bonus*, veterũ vsu. Sic ergo Sallustius. *mos omnia preceps* nihi-

lo aliter, quam antea ausus erat, *inter cetera planitiem*. Hæc iam dictaram, cum Riuium consului is codex, inqt, Badianus, ad hunc modum. *Nā omnia natura velut opera atq; cōsulto praceps habebat.* Quid quæris? plausi mihi, qui, cōiectura ad verum peruenissem. nā illud, *habebat*, quis incertum nō videt: ꝙ scripti nulli libri repræsentāt? *Catera* autem, & *omnia*, hac figura e Græcia sunt: vt pueri sciunt. Vnum addam: recepta lectio: *omnis natura*: ab emendatorum ingenio est, ꝙ eo volui, ne quis illā nobis imputaret. Sed sequamur. *Marium fatigantem de profectione, simul & inuitū, & offensum, sibi parum idoneum ratus, demū dimittit: & Romæ plebes, literis, quæ de Metello ac Mario missæ erāt, cognitis, volenti animo[de] ambobus acceperāt.* repono: *simul & inuisum & offensum* ac postea: *cognitis, volētia de ambob. acceperāt* Pri⁹ ex Thosano & Bertiniano simile illi *suspectus regi, & ipse eū suspiciēs*. Si cusam scripturā pbes difficile est vt leges breuitatis suæ nō migrarit Salusti⁹. Erat autē inuisus Metello Mari⁹, & vicissim offensus, de caussis, quas arcessere ex ipso Salustio, q̄ a me discere, cuiuis multo facili⁹ est. *Volētia* cōieci, quia recepta scriptura latina no est sic enim dicēdū fuisset potius: *Plebs volentib. animis acceperāt*. In meo quisdē s. *animo*, nō apparet: p cetero, *volēter*: ꝙ fuit cur minus me sentētiæ pœniteret Positū ita, *volētia*, vt in historiarū libro. 4. *Nā Pompeius multis suspicionib. volētia plebi facturus habebatur*, Tacitus: *Isq; omnes de festinatione Primi ac vari sinistre. & Muciano volentia scripsere*. Ab hac diuersa forma est hoc ipso libro: *Vt militib. aquatus cū duce labor volentib. esset*. Item: *Neq; ille senatus: quanquā, auersus* (ita repono: Vulgo, *aduersus*) *erat: de vllo negotio abnuere audebat: cæterū supplementū ēt latus decreuerat: qa neq; plebi militiā volēte, putabatur Marius aut belli vsum, aut studia vulgi amissurus*. Nusquā tā similes sui sunt emēdatores: sed Thosani lectio, q̄ eadem in veteri excuso Romano reperitur, & in Veneto, de quo nobilem adolescentē, & mihi amicū, Casparū ab Halborussum, pinde vt debeo, amo: ea ergo sola vera est *ꝙ neq; plebei militia volenti putabatur. & Marium aut belli vsum, aut studia vulgi amissurum*. Qua cū Priscianus quoq; facit, & hāc Græcā cum ea contendit, *οὐ βουλομένοις ἡ τούτοις ἐστίν* id ita reddidisset Sallustius: *illis audire volentib. sit*: aut q̄ illi *volentia audiāt*. Visus Curtius quoq; si emendati libri sint, in 7. *Archosiu datus Memnon prator quatuor millib. peditū, & DC. equitib. in præsidiū relictis. Ipse Rex nationem ne finitimis quidem satis notā, quippe nullo cōmercio volentem mutuos vsus, cū exercitu intrauit*. Illa, *mutuos vsus*, s.l. nō habēt & p *volentem volente*. sed rectū est: *quippe nullo cōmercio volentem, cū e.in*. Sic Tacitus in vita Agricolæ: *Eoq; initio erecta pūincia, vt quib. bellū volentib. erat*. & sæpe alias. Sed ordo tamen hic aliquis esto. Principio ergo de cōiuratione Catilinæ: *omnē homines, qui sese studēt præstare cæteris animalib. summa ope niti decet, ne vitā silentio transigant*. lego. trāsiēt.

Qui

Qui aliter excudūt, vim vocabuli nō assequūtur. Probabit ꝑ me Cornelius Tacitus in vita Agricolæ: *Mox inter q̄sturā ac tribunatū plebis atq; ēt ipsum tribunatus annū quiete & otio trāsit, gnarus sub Nerone tēporū quib. inertia pro sapientia fuit.* liquet mihi affirmare: hūc Sallustii locū Tacitus respexit: & eū qui mox est: *indocti, incultiq; vitā sicut ꝑegrinantes transire.* Neq; erg. inertes agūt vitā, verius trāseūt. Inibi: *Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. alterū nobis cū diis, alterū cū beluis cōe est:* In meo l. *cōe* abest, recte. sic Iugurtha: *Is vbi primū magistratū ingressus est: alia omnia sibi cū collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animū intēdit:* Ita Thosanus & Bertinian. In vulgatis omnib. inculcatur vox, *cōmunia: sibi cū collega cōmunia ratus.* ꝓ eo in Sigebergensi reperio. *certa:* ad marginē *leuiora & cōmunia:* q̄ omnia in librariorū officinis cusa sunt. Porro ita vulgo dicimus: *nihil mihi tecū est? quid mihi cum illo est?* & sc. hic sermo aures nostras vulnerat: *omnia mihi tecum sunt.* ac qui ita loquatur, exempla poscatur; q̄ nunc literarū ętas est. Postea. *Quo mihi rectius esse videtur, ingenii q̄ viriū opib. gloriā quærere.* Sigebergēsis delet, *esse:* & in Coloniensi, *melius* ꝓ *rectius*. Equidē pignus dem in omnes fortunas meas, ni scripsit Sallustius: *Quo mihi videtur, ingenii q. v. o. g. q.* Illud, *videtur*, vnicus huius rei nodus, eā ipsam vim habet Iugurtha: *Scio ego Quirites, plerosq; nō iisdem artib. imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos, esse. de hinc per ignauiā & superbiā ætatem, agere. sed mihi cōtra videtur. Videtur*, h. loco ꝑ. *rectum vid.* vt apud Tacitū. *Illic agitant re. placeretne obstrui Pannoniæ alpes donec a tergo vires vniuersæ cōsurgerent, an ire cominus, & certare ꝓ Italia cōstātius foret. Quib. opperiri auxilia, & trahere bellū videbatur; Germanicarū legionum vim famāq; extollebāt.* Iulius Cæsar: *Sed Pompeius suis prædixerat, vt Cæsaris impetū exciperent, neue se loco mouerent, aciemq; eius distrahi paterētur.* & multis interiectis verbis: *Quod nobis quidē factū a Pompeio, non videtur* Sic vulgares libri habent: Nollem factum, vt inuitis libris omnibus nuper viri docti eum locum apud Cæsarem deprauarent. Apud Sallustiū sequitur: *Nā & prius quam incipias. cōsulto, & vbi cōsulueris, mature facto opus est ita vtrūq; per se indigens, alterū alterius auxilio eget.* Di melius q̄ vt ita breuitati Sallustiū studuisse putemus: *vtrūq; indigēs eget.* & Bertinianus magis ēt ineptus, *indigēs indiget.* Coniiciebā olim: *Ita vtrūq; per se indigēs alterum alterius auxilio.* Id ita explicabā: vtrūq; indigens auxilio, alterum alterius scilicet. nec ea opinione erubesco. sed ꝓpior sum, vt verū putē: *alterū alterius auxilio veget:* Eo verbo vsus Pōponius Matali. *Animos Venus veget voluptatib.* Ennius Ambracia: *— æquora salsa veges ingentib. vētis*

Initio lib. 3. histor.

Comm. 3. de bello ciuili.

Et q̄ ibi agendi significatione est, nihil huic rei disconducit, nam hæc talia, naturæ actionem ostendunt, agendi fine sæpe perpessionem significare, ne scholæ quidem istæ negant.

Quamuis, ne dissimulem, nihil vetat actiuum esse. inuicem enim animus & corpus vegent. De hac emendatione placui mihi, postquam eam alios in v. l. reperisse audiui. sed qui nunc nuper Sallustium multis millibus emendatum ex officina Plantini emisit, cũ hoc de amico meo didicisset, qui ex me referebat, ꝓbauit, & in contextum postea recepit. Sequitur: *Verum vbi pro labore desidia; pro continentia, & aequitate libido, atq; superbia inuasere: fortuna simul cum moribus immutatur; ita imperium semper ad optumum quem a minus bono transfertur.* Sigebergẽsem & Coloniensem sequor: *ad optumum quemq; animi a minus bono transfertur. Optimus animi*, vt Tacitus, *nimius animi*: &, *animi immodicus*, Sallustius ipse apud Arusianum Messum. Post inde ex interuallo: *Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.* lego: *Vastus animi, immoderata, &c.* Ante eum locum: *Ac mihi quidem, tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorem, & actorem rerum; tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere: primum, quod facta dictis sunt exaequanda: dehinc, quia plerique quae delicta reprehenderis, maliuolentia & inuidia dicta putant: vbi de magna virtute atq; gloria bonorum memores; quae sibi quisque facilia factu putat, aeque animo accipit, supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.* Scribo: *quia plerique delicta reprehenderis, maliuolentia & inuidia putant: vbi de magna virtute gloria bonorum memores; quae sibi facilia quisq; facit, aequo animo accipit, supra velut ficta pro falsis ducit. Maliuolentia putare*, ex forma, qua Eunucho est:

——dum haec puto,
Praeterii imprudens villam. Item Caecilii Exsule
Non haec putas? non haec in corde versantur tibi?

Sententia Sallustii est: quae reprehenduntur, ipsi ita cogitant, maliuolentia & inuidia scripta esse. Elegantius aliquanto fit, & dignius Sallustio, quia remotius sumtũ, *putare maliuolẽtia*, pro, putare tanquam maliuolentia alius putarit. Ceterũ totius huius loci emendatio a Coloniensi libro est: nisi ea fini, qua, *gloria*, scripsi, pro, *gloria*, sententiae obsecutus: & in Coloniensi altero, *et*; in Sigebergensi, *ac*; in reliquis, *atq;*, erat. ea inconstantia argumentũ fuit, nullum eorũ rectũ esse. *gloria alicuius memorare*, pro ad gloriam, nota ratio Sallustio, & Sallustianis. Simile: *Igitur quaestori mandata Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt, vti fautor consultorq; sibi adsit: copias, fidem, magnitudinẽ regis sui, & alia, quae aut vtilia, aut beneuolentiae esse credebant, oratione extollunt. Pleri*, in plerisq; meis est: & eius hoc quoq; indicium in Sigebergẽsi, ꝙ ita legitur: *plerisq; delicta quae reprehenderis*. nec periculũ sit, si coniectura sola innixus, & auriũ lenocinio obsecũdans, reposuerim verbũ apud Sallustium, quo, non dico Claudius, sed Liuius atq; Suetonius (nã apud hunc in bonis libris saepe, pleri, reperias) vti amarũt; ne peritis imperite fecisse videar. Insuaue enim hoc est, aures modo qui habeat,

quia pleriq; qua delicta reprehenderis: lenius, *quia pleriq; qua delicta.* superest: *Qua sibi quisq; facilia facit.* ita Cicero propemodum: *Itaq; facio me alias res agere.* Idē: *Plato facit mundum ædificari a deo.* Idē: *Isocratem Plato in Phadro laudari fecit a Socrate.* Et Sedigitus: Cicero Famil. epi. libr. 15. epi. 18. ad Cæsarem De nat. de. 1. De Opt. ge. orat.

Post insequi Licinium facio Attilium.

Neque longe discedit illud Curculione:

Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.

Et Mostellaria.

Ferocem facis, quia te herus tam amat.

Continuo est apud Sallustium: *Sed ego adolescentulus initio, sicut pleriq; a studio ad rem publicam latus sum.* Et fragmentum Coloniense, & Thosanus, *a*, nulli habēt. Itaq; lego: *studio ad rempub. latus sum.* neque enim a literarum studio digressum se ad remp. ait: magis, studio illo & ambitu, quo Romę mos erat. Mox: *Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, qua ceteros, fama, atque inuidia vexabat. igitur, vbi animus ex multis miseriis, atq; periculis requieuit.* Scribo: *nihilominus honoris eadem fames, atq; inuidia necabat. igitur, vbi animum ex multis miseriis atque periculis requieui.* Illa verba *qua ceteros*, Thosanus non agnoscit, hoc primum; deinde, ipsis vestigiis odoratus sententiam *cupido*, glossema scilicet, eieci; e *fama*, *fames* mutaui. sic extremo Petronio Arbitro *fama auri*, pro *fames*, in omnibus libris vulgatur. *Necabat*, in fragmento Coloniensi scriptum erat: & solebant veteres illa, *necat ambitio, necat auaritia.* Neque eo dico, quod ignorem, *vexat*, ita cum ratione esse, & multis exemplis probum: sed non quid dici potuerit, magis, quid potissimum Sallustius voluerit, agitur. postrema verba e Coloniensi emaculauimus, atque eam coniecturam nostram præstare audemus. in illo erat: *vbi animo ex multis mis. a. p. requieui. Requiescere animum*, inquiete sistere. Vergilius:

Et mutata suos requierunt flumina cursus. Geminum:

Iuppiter Alcmena geminas requierat Arctos. Deinde

Hunc post dominationem L. Sylla, libido maxima inuaserat reip. capiunda: lego: *reip. rapiunda.* Neq; enim capere remp. volebat Catilina: quippe qui legibus capitur: sed rapere. Ostendunt quę deinceps sunt: *neq; id quibus modus assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat.* Et *regnum parare*, est, *rapere remp. capere remp.* est, *regnum prohibere.* Orosius ait, *triumuiros remp. rapuisse*: Cornelius Tacitus, *milites imperium rapere*: Spernuntur, inquit. *Centuriones, tribuniq; ac ne vox cuiusquam audiatur; quatiūt arma, rapturi imperium ni ducantur.* Postea: *Res ipsa hortari videtur quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta maiorum domi, militiaque quomodo remp. habuerint quantamq; reliquerint; vt paulatim immutata, ex pulcerrima, &c.* Scriptus Modii l. *quo more remp. habuerint.* optime: neç dubito Lib. 3. hist.

alius & aliter, pro malus, & male: vel, infelix, & infeliciter. Iugurtha: *Caterum ante te, qui atate & sapientia prior es ne aliter quid eueniat, prouidere decet.* Sticho:

Et si improbi sint atq; aliter in nos faciant, secus
Quam aequum est. Cicero siue quis alius, ad Herennium:

Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore qua incommodo mederi, aut erratum iudicum corrigere possit. ita secus pro male Tacitus: *Interrogatus a consule, quid de his censeret, qua de matre eius locuta secus argueretur, reticuit.* Non recte ergo, qui hoc vbique in, *secius*, mutant, cum eo exemplo occurrit. Ante hunc locum: *Fuere ea tempestate, qui dicerēt, Catilinam oratione dabita, cum ad iusiurandum populares sceleris sui adduceret humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse: inde post exsecrationem omnes degustauissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consueuit. aperuisse consilium suū: atq; eo dictare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alij tanti facinoris conscij.* Emendo *cum iusiurā cum populares sceleris sui adigeret, humani corporis, &c. ac post: is dq; eo d ctarent, quo inter se magis fidi forent, aliis alij tanti facinoris conscij. Adigere iusiurandum* in pandectis Florentinis multis locis, sed fere corruptum, in, *adicere*, nota affinitate literarum c & g. Sic quoq; fuit hic in Thosano. Deinde: *alis ali*, pro *alius alij* nam in fragmēto Coloniensi *alii alij*. Intra: *pauci in quos medios cohors pretoria disiecerat, paullo diuersi, alis alibi restantes. omnes tamen aduersis vulnerib. conciderunt.* Quem locum in vulgatis corruptum Priscianus tamē, & Sosipater Carisius, & Diomedes, ita vt posui, legūt *Alis* pro *alius* Catullusquoq;

Anne bonum oblita es facinus, quod regium adeptu es
Coniugium? quod non fortior aust sit alis:

Quæ nunc adiectam, miserabiliter a glossemate polluta sunt: *Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur. At illum ingens cura, atq; lætitia simul occupauere. nam lætabatur, intelligens, coniuratione patefacta, ciuitatem periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis ciuibus deprehensis, quid facto opus esset. Pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ Reipub credebat.* Quæ omnia longe sunt a breuitate Sallustii, & ita potius scribenda: *At illum ingens cura atq; lætitia simul occupauere. coniuratione patefacta: porro autem maximo scelere tantis ciuibus deprehensis, quid facto opus esset: pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reipub fore.* nam hoc quoq; *credebat*, in maximam malam rem ablegandum, vt supra *putabant*: itemq; illis verbis: *Namq; alia belli facinora præda magis quā detrimento fore: in eundum vero crudele, immoderatū, ac sibi maxime calamitosum putabat.* Hoc *putabat*, inducendū est. neq; enim a Sallustio: quis nō videt tantūmodo horum qui aliquid vidēt? illo loco *Ad ea rex aliter atq; animo gerebat, placide respōdit: Bomilcharis, atque alij*

Annali. 2.

Prisc. lib. 12.
Caris. lib. 2.
Diom. libr. 1

mulierē appellat a nota impudicitiæ *Ignobilis* pro ignoto Pseudolo:

Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

Apuleius, *rem sibi non nobilem*, pro, *ignotam.* Deinde de Catilina: *At Catilina crudelis animus eadem illa mouebat: tametsi præsidia parabantur: & ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo postremo, dissimulandi caussa, aut sui expurgandi; sicuti iurgio lacessitus foret; in Senatum venit.* In quibusdam, *& sui expurgandi.* mihi liquet, rectū esse: *dissimulandi caussa, an quasi sui expurgandi.* Sic Tacitus: *Simul Civilis ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum.* Item. *is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra ac se contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientiæ.* Curtius: *Sed metune, non traditur, an oborta seditione inter ipsos, subito profugerunt barbari.* Facile coniectare, illud, *non traditur*, aliunde quam a Curtio esse. Itaque eiiciebam: & sermonēm ad hanc ipsam formam, de qua agimus, reuocabam. De supplicio cōiuratorum: *est locus*, inquit, *in carcere, quod Tullianū appellatur: vbi paullulum adscenderis ad læuam, circiter XII. pedes humi depressus: eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis eius facies est.* Emendandum e Tholano: *vbi paullulum escenderis ad læuā, circiter XII. pedes depressus eum muniūt vndique parietes, atque super camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta, tenebris, odore fœda, atque terribilis eius facies est. Inculta* quidem, in illo libro scriptum non fuit: sed ita suspicione feci, inuitare cōcinnitate ipsa orationis. nam si quid tertium cum illo, *terribilis*, iungeretur, videri poterat Sallustii. nunc ibi hiat sermo. *Inculta tenebris, odore fœda, aspectu terribilis eius facies erat.* ita ferri, opinor, poterat. *terribilis*, sine suo aufetēdi casu, nō placet iam nec illi, *tenebris*. cūm, *inculta* conuenire potest. Aliud enim *incultum*, aliud *tenebræ*. De bello Iugurthino: *Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti aduorsum hostes non mœnib. modo & armis, atque viris, verum etiam multo magis locorū asperitate. nam, præter oppido propinqua loca, alia omnia, vasta, inculta, egentia atque, infesta serpētib.* Hic quidem quadra illa orationis postulat: *nā præter oppidum propinqua, alia omnia vasta inculta, egentia aqua, infesta serpentibus.* Sic prope arbitrabar scribendum apud Terentium.

——præterea vna ancillula

Erat: ea texebat vna pannis obsita.

Neglectu, immūdu, illuuie Obsita pannis, neglectu, inmundu, illuuie. *Pannis*, hoc ad vestitum: *neglectu*, hoc ad capillum: *immundus*, ad aurum atque argentum: *illuuie*, ad imbaluitiem, quam appellat Lucilius. *Inmundum autem*, Plautus mercatore dixit:

lib. 4. hist.
lib. 1. hist.
lib. 9.

Scen.1, Act. 1. Sic amède: vulgo mendosum est,

Adeo arte cohibitum se esse a patre:

Multopere immundo rustico se esse exercitum. quamuis; *in mundo* duabus dictionibus legi malim. In eodem Sallustii exemplo ex Thosano legendum est: *leni imperio, & ea fidelissimi habebantur.* scriptura tuta auctoritate antiquitatis: apud quos *ea* pro, *propterea* notum. Asinaria:

Act. 1. Sce. 1.

Istud dictum tibi non amplius irascor.

Sic scripsit Plautus: sensit, *propter istud dictum.* Numero multitudinis, Persa:

Cum bene nos, Iuppiter iuste, dijq; alii omnes cælipotentes,

Ea volis grates habeo, atque ag. Sed ad priora illa e Catilinaria redeamus. Feci, *escenderis*, quia in Thosano, *descenderis.* & sic fere semper in vulgatis vox ea periit: vt item occiderat illo belli Iugurthini loco: *Qui omnes trepidi improuiso metu, attamen virtutis memores aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, ire obuiam hostibus: pugna latrocinio magis, quam prælio similis fieri:* absque Frontone fuisset, qui *escendere*, legit. & mirum, Manutium suspicari, mendum subesse in Frontone, cum constet vix aliter Varronem, & Sallustium, Tacitumq;, & verbo vt dicam, omnes bonos, locutos. Sed quia imbi sum, quæ dehinc hoc proximo primo loco apud Sallustium sequuntur, quia manifesta sunt turpissimi mendi, & emendatores omnes pueriliter errant, vna opera emaculabo. *Pugna latrocinio magis quam prælio similis fieri: sine signis, sine ordinibus. equites, pedites, permixti cædere alios, alios obtruncare: multos contra aduersos acerrume pugnātes a tergo circūuenire.* Scribo. *cædere alij, alij obtrūcare: multi contra auersos acerrume pugnantes a t. c. Escendere.* verius etiam sit iis verbis scribi. *Itaque Marium propere adit, acta edocet: hortatur, ab ea parte qua ipse escenderat, castellum tentet. pollicetur sese itineris ducem, periculiq; nihil esse docet.* Quod ita in Thosano est: *atque super* camera lapideis fornicibus iuncta: in eo super valet, *insuper.* Ad eundem modum idem Sallustius in historia vsurpauit, vt Censorino videtur, de quo Priscianus. libro 14. *Super præpositio est apud Vergilium, primo, Æneidos: vt scribit Censorinus:*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Sallusti us vero in historiæ. aduerbium hoc protulit Vbi multa nefante casu super am si sed mihi videtur Sallustius quoq; loco præpositionis hac præpostere protulisse. quibus postremis verbis frustra Priscianus a Censorino dissentit. Sed verba quidem Sallustii etiam ab iis qui postremum fragmenta dederunt, mendose scripta, corrigēda sunt: *Vbi multa nefande ausi super casu atq; passi:* vt in veterib. editionib: est, *Super*, hoc quoque modo alibi: *At Metellus, vbi oppidanos prælio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo fossaq; mœnia circumuenit, deinde iubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere superq; aggerem iacere, & super aggeri*

impositis

impositis turrib. opus, & ministros tutari. Lego: *vallo fossaq. mœnia circumuenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere aggerë iacere, turribus super opus & administros tutari.* Glareanus idem hic est. Badius atque alii nouum docent, & fando hactenus nemini auditum, aggerem vineis instructum fuisse. Nec desunt id sonare verba Sallustii. Sed ille hoc insuper, fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas. caute. Oportuit enim noua forma esse, quæ aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionib. ignoramus. Longe autem hæc sententia Sallustio fuit. *Iubet* recte in Aldi; & Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest. nam, *agere iacere, tutari,* pro, *agebant, iaciebant, tutabantur,* actione frequentant. *Ex copia,* valet, *pro copia, pro opportunitate locorum.* Erant enim loca vineis atque aggerib. minus quã opportunissima. ita solens Sallustius loquitur. Quæ porro sunt: *turribus super opus & administros tutari*: in iis, *super,* aduerbium q; fefellit credo homines, vt clementissime dicã, nõ doctissimos, vt de suo benigni donarent Sallustio, *super aggerem impositis,* si qui tamen pbabit, *aggerem iacere, impositis super turrib. opus, & a. t.* per me liceoit, dum alterum, quod verius est, mihi relinquat, *Administros,* q pro, *ministros,* hoc loco dãnat Glareanus, non meminit scilicet alterius loci: *Milites neq; pro opere sistere, propter iniquitatem loci: neq; inter vineas sine periculo administrare. optimus quisq; cadere aut sauciare ceteris metus augeri.* Verbum *administrare* proprium in obsidionum machinationibus. Hos quoque etiam mẽda non caret in Catilinario: *Sed vrbana plebes ea vero praeceps erat multis de caussis.* Scribo: *praeceps ierat.* Idẽ Iugurtha, *præcipitẽ cadere. Si permanere,* inquit *velles in suis artib. vltro illi & gloriã & regnũ venturũ, sin properãtius pergeret, pecuniã & ipsum præcipitẽ casurũ,* Illo autẽ loco mirabar fuisse qui ferrent vulgatã lectionẽ *Ipse cũ liberis, & colonis propter aquilã adsistit, quã bello Cymbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur.* Qui enim isti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. nã ex Cicerone atq; ipso Sallustio discimus, captum amore Aureliæ Orestillæ; quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Cicero addit, etiam vxore Itaque q dubitare nemo possit, reponendum est, *libertis,* maxime cum ei hereat, *colonis.* Quanto autem fere agmine colonorum ac libertorũ innixi irent Romani nobiles, exemplum est apud Iulium Cæsarem commentariorum de bello ciuili primo, Domitius, in obsidione Massiliæ. Facit eodem illud paullo ante. *Cethegus autem per nuntios familiam, atq; libertos suos lectos & exercitos in audaciam, orabat, vt grege facto cum telis ad sese irrumperent* Eam rem diserte explanat Dionysius Halicarnassæus: solitos esse homines dites & nobiles Romæ seruorum vim commercari; plerunque deterrima mancipia: eos manu emittere, vomicã postea ciuitatis, & instru-

Et in 5. ——— *cornicum ut secla vetusta,*
Coruarumque greges.

Deinde: sæpe tentantes agros: feci, *sæpe tendentes,* quia *agros,* taceo a scriptis multis, etiam a cuso Argentinensi abest. Putaui ergo verum esse, *tendentes,* hoc est, alibi atque alibi tentoria (quæ eadem, vel paullo minus *magalia*) figentes: A tendendo enim Numidarum vocabulum sua lingua factum, non a tentando; & in tendendo mapaliorum vsus. Et qui, *tendare,* hic locum habere posse putat, legat, si integrum est, Gellii de eo verbo disputationem, & quomodo præterea illo Lucretius passim vtatur. Continuo sequitur: *Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinæ sunt.* recte Thosanus: *incuruis lateribus tecto.* tectum enim habent mapalia lateribus incuruis. At illud alterum, si attendas, ne latinum quidem. neque enim dicimus, *domum latere tectam,* vt, *latere,* a *latus,* sit. Mox. *Postea Phœnices, alij multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine sollicitata plebe, & alijs nouarũ rerum auidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasq; vrbes in ora maritima condidere: hæq; breui multum auctæ.* Priora illa ita Bertiniensis & scriptus Modii: *pars imperij cupidine s. p. alij rerum nouarum auidi* Et non hanc tantum varietatem alii notarunt. sed nisi valde animi fallor, verum est: *pars imperij cupidine sollicitant; plebs nouarum rerum auidis.* Primum membrum ad optimates: quod sequitur, ad reges, aut regni auidos; postremũ, ad ipsam multitudinem refertur. Fuisse enim qui sollicitarentur spe regni; hos plebem sequutos esse, auidos rerum nouarum. In sequentibus verbis Glareanus scribit vetustos quosdam codices referre: *eaque breui multum aucta:* quid eo faciat, non habet. Vera, autem ea lectio est; & *ea* aduerbium, opinor, respicit illa: in ora maritima condidere. quod enim maritimæ essent ciuitates, ea breui immensum auxerunt. Deinde. *Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereon.* Sic omnes libri: & imitatur Orosius: *Inde secundo mari vsque ad aras Philenorum extenditur.* sed plane durum non est dicere, Orosium errasse: & scripsisse Sallustium: *secundo mare prima Cyrene est* secundo mare, id est, secundum mare. sic enim scribebant: nos, *secundum,* tantum dicimus. *secunda,* & *secundo,* pro, *secundum,* antiqua fuisse vel vnus Varro satis dederit: & accedant, tanquam supernumerarii testes, fragmenta veterum Poetarum apud Marcellum: de re rustica lib secundo. *Innutricatu, quam porculationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus, secundo ea, cum iam pasci possunt, secernunt.* Secũdum mare, Cicero ad Atticum: *Qua iter secundum mare faciunt.* Pompeius Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Calinius ad me attulit a. d XIIII Calẽd. Martij. in quibus literis scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem & si secundũ ma-*

Secus, non sexum: tametsi id veteres Grammatici dicunt: sed seculum potius significat. Ausonius Corrupit totum qui puerile secus.

Quidni etiã ea, pro, propter ea. de quo supra. libr. I. cap. 2.

In proœm. li. 3 & c.1. & 5 Lib 2 Meteo.

Lib. 4. c. 13.

re ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum. Neque autem quia Plinius scribit per Gaditanum fretum irrumpentem Oceanum in maria diffundi, contra q̃ de Ægeo & Tyrrheno Aristoteles affirmat; (fuisse n. etiam qui aliter existimarent idem Plinius ait) ob id secundum mare, volo, non secundo mari: neq; enim hæc spectarunt historici, magis, quia ita Cato loquitur, cuius fragmentum est apud Lactantium Firmianum. Aliquot paginis infra: *sed ubi illa formido mentibus decessit; scilicet ea, quæ secundæ res amant lasciuia, atq; superbia incessere.* Mẽdum abest Nam pro, *scilicet*, reponendum, *ilicet*. Carthagine, inquit, deleta, ilicet lasciuia incessit. Ita Comici eam vocem frequentant: Infra: *Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum; vbi & incolere & mercari consueuerant Italici generis multi mortales huc consul, simul tentandi gratia, & si paterẽtur opportunitates loci, præsidium imposuit: præterea imperauit frumentum, & alia, quæ bello vsui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commeatuum iuuaturum exercitum; etiam paratis rebus munimento fore.* Quæso quæ sententia his verbis subest: *huc consul, simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci præsidium imposuit?* Et ridere possis emendatores, qui conantur. lego: *huc consul, simul tentandi gratia, si paterentur; & opportunitate loci, præsidium imposuit.* Inuadenti in Numidiam consuli, signa omnia deditionis occurrebãt. ea ipsa deditio an simulata esset, cum experimentum capere vellet, simul inuitatus opportunitate loci, Vaccæ oppido præsidium imposuit. Si, in hac oratione est, pro, *an* vt sæpe alias: ea res mendum peperit Eunucho: *Idq; ad eum visam, si domi est.* Propertius:

Mane erat, & volui si sola quiesceret illa,
Visere at in lecto Cynthia sola fuit.

Supra: *vbi colere & mercari: colere*, pro, *habitare*, seu *viuere*. Pl.
Exercere vocem, quam per v sum & colis.
Item milite:
Liberæ sunt ædis, liber sum egomet, cœlo libere. Sic enim eum locum restituo. Supra apud Sallustium: *neq; Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, & insidiis locum tentare.* Varietatem lectionis in scriptis libris e Riuio, & aliis dilcet: neq; tum negab s. minimum nobis permisisse, vt hæc emacularemus: *late explorare omnia, illa deditionis ostentui credere insidiis locum tentare. deditionis ostentui*, sunt, *signa deditionis*, sed amplius, ad ostentationem ẽt cõparata. Ita, *virtutis ostentui, roboris ostẽtui*, fuat harũ rerum signa, & exempla. Eodem hoc lib. o: *Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthæ scelerum ostentui essem.* Tacitus lib 1. hist. *Nona istra Cappadocia, noua Africa, ostentui magis quam mansura.*

Quod

Quod autem supra negleximus monere, illis verbis: *ratus frequentiam negotiatorum, & cōmeatuum innaturum exercitum, ēt paratis rebus præsidio fore*; audio antiquitus excusos, qui verba illa, *innaturum exercitum*, nulla habent; non quia nusquam legitur, *innaturū*. neq; Priscianus, qui non temere talia omittit, mentionem vllam facit: nam exempli satis erat vnicus locus Plinii Iunioris in epistolis: sed quod inserta esse, res ipsa loquitur: neq; olim eu scrib. scripta exemplaria defuerunt. Postea etiam, *pacatis*, pro *paratis*, extra controuersiam est: vt totus locus scribatur: *ratus frequentiam negotiatorum, & cōmeatuum etiam pacatis rebus munimento fore*. vt enim illa erant deditionis signa, pacem, an bellum agitaturus Iugurtha foret, in incerto erat: & vt maxime pax esset, commeatum tamen, subsidium exercitui parabat. Sub finem: *Sed nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis cæteris, dicitur secū ipse multa agitasse, vultu colore, ac motu corporis pariter atq; animo varius: quæ scilicet, tacēte ipso, occulta oris immutatione patefecit*. Hæc recepta scriptura est: scripti magis turbant. Quidam: *Quæ scilicet, tacente ipso. occulta pectoris specie oris patefecissent* alii: *quæ scilicet, ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse*. alii etiam peius. neq; tamen fallor, quin emendatum sit hoc pacto, *dicitur secum ipse multa agitauisse, vultu, atq; oculis, pariter atq; animo varius: quæ scilicet occulta, oris specie patefecisse. Specie* Thosanus & optimus quisque. Illa, *tacente ipso*, inculcata: vt item, *pectoris*, & *cordis*, & quæ alia adduntur. Ei rei multa argumenta dicere non attinet. Nam nec latine ita potest: *ipso tacente occulta oris immutatione patefecisse*. Sic scriberetur: *tacentem ipsum oris specie patefecisse*; aut, *tacente ipso oris speciem patefecisse*; non damnaretur. neque autem *occulta* refertur ad *specie*: sed ceteroquin occulta, ipsa oris specie patefecit. Caput autem est huius emēdationis, *scilicet*, cum infinitiuo. Sic Lucretius:

Scilicet esse globosa, tamen cum squalida constent.

In oratione Philippi libro primo historiarum: *At scilicet, ij qui ad postremum vsq;, legatos, pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt, gratiam ab eo pepererc*. sic coniectura fecit, qui Sallustii fragmenta edidit: & addit, nihil in hac sua significatione difficultatis inesse, quasi hac fine libri emendandi sint. Veterū editionum scriptura paullulum immutata vera est: *at scilicet eos qui legatos pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt, ad postremum gratiam ab eo peperisse. scilicet peperisse*, hoc est, scire licet peperisse. quod enim in his verbis, *auso*, pro, *habeo*, somniat collector fragmentorum, delirat. Vt, *scilicet*; eadem ratione, *videlicet*, aiunt iungi infinitiuo: & rationem volunt esse, quia sit tanquam scire licet, videre licet: verum mihi non probant. nam etiam, *f. rtasse*, eo modo Titinius Veliterna:

Fortasse notum fuisse, quo die liber foret:

Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam.

Priorem versum vel pueri emendent:

Fortasse votum fecisse, d.l.f. ita Pœnulo:

Fortasse medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego: & plane mendose alii, *arbitratur.* Sed vt hoc taceam: potest enim esse *fortassis*, pro, *forte an sit*, quomodo, *forsit*, apud Vergilium; & Propertium; quid de illo dicent Aulularia?

Ædepol senem Demaenetum lepidum fuisse nobis,

Vt assimulabat Sauream med esse, quam facete.

Ita non dubitem quoque dicere: *Nimirum fuisse illum senem nequam:* quod Lautus Sticho iterauit: *videlicet fuisse illũ nequam.* In oratione Memmii: *Nam & illis quantum importunitatis habẽt, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur: & vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruiẽdum esse, aut per manus libertatem retinendam.* Scribo: *& vos alterna sollicitudo manebit.* Vt Horatius:

Te manet Assaraci tellus: Idem:

Si tardiora fata te votis manent. Ita quidem malim: sed Catullus etiam cum dandi casu vsurpat:

Scelesta, te ne? qua tibi manet vita? Vergilius:

O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ.

Hoc ergo ambiguũ hic relinquetur, quo casu Sallustius vsus sit. In oratione Adherbalis: *Quæ præcepta patris cum agitarem: Iugurtha homo hominum, quos terra sustinet, sceleratissimus, contemto imperio vestro, Massanissæ me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum populi R. regno fortunisq; expulit.* Bertiniensis: *vt ab stirpe socium.* gratia illi, cum elegantem formam, & germanam Sallustii nobis restituit: *Massanissæ me nepotem, vtiq; ab stirpe socium.* Tale Catilinaria: *Neq; his modestia neq; modus contentionis erat: vtique victoriam crudeliter exercebant.* Hoc ipso libro, adeoq; oratione Adherbalis: *Atq; ego, P.C. quoniam eo miseriarum venturus, vellem potius ob mea, quam ob maiorum meorum, beneficia me posse a vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; sed ea si desideranda erant, vti debitis vterer.* L.S. *Vellem ob mea, quam ob maiorum meorũ beneficia posse auxiliũ petere ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; secundum ea, si desideranda erant, vt expenso vterer. Maiorem meum,* nulla alia de caussa scripsi, nisi quod aliter aures improbant. & solitũ ita veteribus Adelphis: *spero, est similis maiorum suum a nobis*, ea duo absunt a Bertiniensi *secundum ea*, u.c. Modii. Id probat; vt reliqua mittam: Prisc. li. 13. qui notat hic pro μετὰ accipi. Porro in meo, non vere erat, *in expensis* proxime verum erat. *nam expenso vti*, est, *debitis vti*: veteris, quę iam ante expensa feras. Sunt autem in hac oratione

tione Adherbalis quędam glossemata sane manifesta, vt mirari supinitatem emendatorum possis: *Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati me nepotem Massanisa frustra a vobis auxilium petere.* nam ita viuam, vt nunquam illa Sallustius scripsit, *me nepotem Massanisa:* iam n. dixerat, *quorum progeniem.* Postea: *Ecce autem ex improuiso Iugurtha intoleranda audacia, scelere, atq; superbia sese efferens,* illa, *ex improuiso,* ex ora irrepserunt, glossa a.l. *ecce.* sic n. hoc crepant Grammaticorū scholæ, vn & *ecce* in re subita pon:. Itaq; bella scilicet manus e regione notarat: *ecce ex improuiso:* & postea fuit, qui doleret eum ornatum abesse Sallustio. Non longe: *Pater nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est nobis coniunctum fore. alter eorum necatus: alter ipse ego manus impias vix effugi.* Etiamne est, qui ista, *ipse ego,* concoquere hic possit? scripserat Sallustius *alter manus impias vix effugi.* veriti sunt esse, ne flagitium esset, *alter effugi:* quippe personis discordare. ita cauta est imperitia. Sed hæc quidem talia qui tollere omnia e Sallustio velit, negotii vim quærat. In epistola Adherbalis: *Plura de Iugurtha scribere dehortatur fortuna mea: etiam ante expertus sum, parum fidei miseris esse: nisi tamen intelligo illum, supra quam ego sum, petere: neq; simul amicitiam vestram & regnum meum sperare.* Glareanus in sententia torquetur, hoc est, terebratum pertundit. Veteres tamen, inquit, quidam: *nisi annum intelligo illum.* sic Coloniensis quoque: & labebar vt scriberem: *nisi anno intelligo illū, supra quam ego sum, petere, Anno,* pro, *pridem.* Amphitruone:

Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Iouem inuocarunt, venit. Truculento:
——— *qui quasi vxorem sibi*
Me habebat anno, dum hic fuit. Lucilius: *Vtram anno an horno te abstuleris a viro.* Ita ergo fortassis hic Sallustius: & id tamen in medio relinquo. de cetero, nihil mutandum. hoc enim dicit: intelligere se, supra quam ipsius fortunæ sint, spirare Iugurtham & per suum latus Romanos petere, bellumq; cum ipsis etiam sibi deposcere. aliter enim nunquam venturum fuisse, vt se regno spoliaret: quod facere sciret se non posse, quin Romanorum arma lacesseret. Hoc hactenus. Illud etiam in mendo est: *Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitādo, aliud, quam bellum, mallet.* Coloniensis: *aliud bellum mallet.* Fallor? an iam nūc veram scripturam vides Sambuce? namque reponēdum esse: *aliud bello mallet.*

Neue putes alium sapiente bonoque beatum. *Horat lib. 1. epist 16.*
Edicto vetuit, ne quis se prater Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret ara. *Id. lib 2. ep. 1.*

Itaque, *alius huic, est, alius ab hoc:* quomodo, *idem,* cū dandi casu passim quoq; reperias, & fuit ex emendatorib. Sallustii, qui positum ita acciperet eo loco: *Quod sine iure despiciūt me, faciāt idem*

maioribus suis; quibus vti mihi, ex virtute nobilitas cœpit: & in eamrem paginam exemplis vndequaque implet. Sed hæc, aliaq. pauca condonanda sunt ætati, qua scripsit Quidnis enim potius ei loco conuenit, quam ea significatio. Ceterum me non piget credere, ita scripsisse Sallustium: *Quod ne iure despiciunt me. Neiure*, id est, *non iure, iniuria*: vt *ne recte*. Asinaria:

Male hercle iam magno tuo nunc isti ne recte dicis. Ita pleraque omnia componebant *nefunera*, Catullus:

Funera Cecropia nefunera portabantur Ouid. ad eundē modū; *nemunera. nepurus* itē apud Festū S. c facta omnia illa, *nefas, nefastus, nefandum, nefrendes, nemo, nequeo, neq̄, negotium*, & alia. & pōt sane, vt cū multis cusis legas, constare sensus, nisi mihi magis hoc pbatur De Mario: *Ergo vbi primum tribunatum militum a populo petit, plerisq; faciem eius ignorantib. factis notus per omnes tribus declaratur.* nō cohærent Scribo: *plerisq; f. eius ig. factis notus p. o. t. d.* Cū in petitione facies eius a plerisque ignoraretur, ipsis fact s nobil s declaratus est per tribus Non procul fine: *Igitur Sylla ri spōdit, pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quā paucissimis præsentibus.* Quod in Coloniensi hæc omissa sunt, *aut nullo*; in aliis quibusdam traducta, *aut quam paucissimis, aut nullo præsente*: in nōnullis, scilicet Thosano & Bertiniensi, *aut nullo præsente aut q. pauc.* vide, ecqd Sallustius maluerit: *cetera occulte, aut quam paucissimis præsente* raro n. aliter veteres. Eunucho id omnibus in ore est:

Nescio quid absente nobis turbatum est domi.

Tamen ita habent, quia, *nobis*, pro, *mihi*, valeat, rem spectari. verum non ita Pomponius:

Quidam apud forum præsente testibus mihi vendidit.

Nec Accius:

Est res aliqua, qua præsente his prius mature institit.

Et Fenestella, *præsente eius*, & Nonius, *præsente omnibus*, eadem ratione, apud Noniū. Nihil argumenti dico, cur necesse fuerit Sallustium ita scribere, nec eo desinit verisimile esse in antiquarie, suspicionem facientibus libris. Paullum ab eo loco: *Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabas, simul Romanos & Numidam spe pacis attinuisse.* melius Thosanus & Sigebergensis. *attinuisse* Milite glorioso:

Nam nihil miror, si libenter Philocomasium hic erat.

Forma huius, mores, virtus animum attinuere hic tuum. Vbi de oppugnatione Zamæ: *Neq;*, inqt, *diutius Numidæ resistere quiuissent, ni pedites cum equitib. permixti, magnam cladem in cōgressu facerent: quibus illi freti, non, vti equestri prælio solet, sequi, dein cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.* Bertiniensis: *sed aduersis equis currere.* ego ex eo coniicio, *corruere*: & ne me neges audacē, verissimū puto. neq. n. *cōcurrere*, sententia m assequitur: q semper est equestris prælii: sed *corruere*: (verbū actiuū) cum

cum illo *implicare ac perturbare aciem*, preterquam quod pulcre conuenit, mistos etiam & implicatos in mutuam perniciē pedites, equites tantum non ob oculos ponit. Curtius in 3. *Cultus regis inter omnia luxuria notabatur, purpurea tunica mediū albā intextū erat: pallam auro distinctam, aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant, & Zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gēma erat vagina.* Antea in omnib. libris erat, *rostris inter se concurrerent*. sed scripti, *corruerent*, habēt. *Ruere* actiue passim Vergil. *Ruit omnia late*. Et fragmentū Sallustii *Ictu eorū, qui in flumine ruebant, necabantur.* De deditione Albini: *Deinde Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame, ferroque clausum tenet; tamen se humanarū rerū memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub iugū missurū: præterea, vt dieb. decē Numidia decederet. Quæ quanq̃ grauia, & flagi ij plena erāt: tamen quia mortis metu mulctabantur, sicut regi libuerat.* ꝑ illo *multabantur*, ēt hæc reperias in libris, *tenebātur, minabātur, minitabātur, nutabāt. mutabātur*. alii aliud maluerūt: nemo recte: nisi ꝙ nuper fuit. q *minabantur*, ꝓbaret passiue: & de hoc tam præclare reperto triumpharet sed optimi libri, ꝙ Riuius etiam monuit, *nutabant*: proximi, *mutabātur*. verum est, *mutabant*. Leges Iugurtha ferebat, vt sub iugum mitterentur, & Numidia decederent. eas leges vna remutabant, morte. alterutrū enim legendum erat. *Mutabant*, illi dicebant: nos *mutabantur*. Catullus:

Hæc cum legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus vnus. caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat. Liuius:

Mores quidem populi Romani quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit. Alibi hoc agimus: neque libet idem sæpius: ac sunt alia potera. *Numidæ alij postremos cædere: pars a sinistra, ac dextra tentare: infensi adesse, atq; instare; omnib, locis Romanos ordines conturbare.* Ego: *Numidæ alij postremos incedere.* Eodē libro *Primo cōuentus, quē ab regulis factum supra memoraui propter dissensionem placuerat diuidi thesauros, finesq; imperij singulis cōstitui.* Elegāter inducta voce e Thosano scribi, *Primo cōuētu ab regulis, quē supr. memoraui.* *Cōuentus ab regulis* vt dicim⁹, *cōuenitur ab regulis.* Vt sup. *incedere*, sic iis quoq; verbis, sed cū ꝑpositione, ponitur: *simulq; barbari animos tollere, & in perculsos Romanos acrius incedere* Absq; repetitione ꝑpositionis, *insultare*, nih. mutata ab hac forma vsurpauit in fragmēto: Multos tamen a pueritia bonos insultauerat in oratione Marii: *Non sunt cōposita verba mea parui id facio: ipsa se virtus satis ostēdit: illis artificio opus est, vt turpia facta oratione tegant.* Ex Thosano & Coloniensi: *Parum id ago*. optime. Quod, inq̃t, nō est cōposita oratio mea, indiligēter ibi sum *Hoc agere*, est, *animum adhibere, operam sumere*. ita Comici, Et contrarium, *aliud agere*.

Verum

Verum ex his magistratus & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime mihi cupienda videntur Perperam ita cusi Quid ni enim cupienda essent? nec quicquam dicit. cur minus sint. recte Thosanus: *competenda.* Cōpetebantur magistratus: hinc *competitores.* Ambitū autem damnat, & malorum præmia. Sub exitum historię de Dabare memoratur: *Praterea Dabar, Massugrada filius, ex gente Massanissa; ceterum materno genere impar (nam mater eius ex concubina orta erat.)* Hoc vnus excogitauit: sed omnes postea amplexi sunt: credo, quia de materno impari genere dixerat. Recte tamen Thosanus & Bertiniensis: *nam pater eius ex concubina ortus erat.* Impar erat materno genere, quia auia concubina fuerat Massanissæ, e qua sublatus pater Dabaris. Quid enim referebat matrē non esse regia stirpe, aut ex concubina ortam, quod amplius est; si pater e gente Massanissæ legitimus esset? Oratione Marii: *Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas ægerrume tulit,* optime scripti, qui; *Bellum me gerere Iugurtha iussistis.* habent. Bella Romani a victis partibus appellabāt. Bellum Crassi, Pompei, Antonii, ea quibus hi victi sunt. nec aliter vnquam: si dubiū ita esset, adiiciebant: vt, bellum Antonii Parthicum: quippe q male cessit Antonio. Iam ergo, ominis caussa, Iugurthę bellum vocat Marius, qua re nihil anxius cauebant Romani, tum maxime cū ad bellum profecturus erat siue consul. siue pro consule. De Capsa, vt eam insidiis interceperit Marius: *Dein tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum milium interuallo.* Colouiensis: *non multum ante lucem:* alii, *ante lucem aduenientem.* mihi suspecta est inconstantia, & mirum ni scripsit Sallustius: *ante lucem aduentam.* Andria:

Ego commodiorem hominem aduentum ad tempus non vidi.
Homo aduentus, qui aduenit. Phormione:
Adeon' rem rediisse, quod mihi consultum esse optime velit,
Phadria, patrem vt extimescam, vbi in mentem eius venit.
Patris venti, dixit, vt *lucem aduentam,* hic noster.

Scio aliter circūferri: sed vetus interpres, q ego restitui, in veteribus esse fatetur Nihilo secus, *sol occasus.* In XII. qui occidit. *Sol occasus suprema tēpestas esto:* quomodo Q. Claudius in Annali. De rebus Albini ad oppidū Suthul. *Quod quanq & sæuitia tēporis, & opportunitate loci, neq; capi neq; obsideri poterat: (nā circū situ in prærupti mōtis extremo planities limosa hiemalib. aquis paludē fecerat.* Thos. *nā circū murū situm:* & postea, *gelualib. aquis.* lego: *hiemantib. aquis:* cetera bona vulgata lectio. Seneca de hoc loco intellexit, cū scribit, Sallustiū dixisse, *aquis hiemantibus.* Id Aruncīū nō desinere locis omnib. inculcare: adeoq; cū dicere vellet, frigidū annū fuisse ita fecisse: *Totus hiemauit annus.* In historia sane hoc ait dixisse Sallustiū, sed neq; perpetuū, vt in mētione scriptorū Sallustii illos tantū historiarū libros ea appellatione communicent: & simile

simile veri, Sallustium suum verbum vbiq; retinuisse: cuius eo maiore amore Aruncius deperiret. In oppugnatione Zamæ: *Cōtra ea oppidani in proximos saxa voluere, sudes, pila, praterea picem, & sulphure tadam mixtam ardenti mittere.* Non facile locus alius est, in quo scripti codices magis variēt, vt alii notarūt iā ante. Quidam: *Pice & sulphure tadam ardenti mitte*: quos optimos fuisse oportet. Nā illud, *mistam*, recte abest. alii: *Picem sulphure, & tada mistam omnia hac ardentia mittere.* hi pessime. nā ab ingenio librariorū est ea scriptura. Melius nōnulli: *Picē & sulphur & tadā mixtā ardētia mittere* quod enim in iis, *ardentia*, scribitur, nō potuit melius. Totum locū scribo: *praterea pice, & sulphure tadam, ardentia mittere.* Ceteri scripserant, tanq̄ tæda diuersa a pice & sulphure esset. At tęda erat pice & sulphure; sermo, vt ille: *Auro solis erat supra fastigia currus. Auro currus*, auro adornatus Itē hic: *Ære cauo clypeus. Ardentia*, prorsum Sallustiane: quod qui peruidere nō potuerant, diserte corruperūt: *omnia hac ardentia mittere.* In illis verbis: *Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine, multum & familiariter agebat, pramissus ab Iugurtha, postquam Syllam accitum audierat, oratum, & subdole speculatum Bocchi consilia*: quiescere cōsensu editorum codicū poteramus: absq; scriptis calamo esset: *orator & subdole speculator Bocchi consilia. speculator cōsilia*, vt *speculer consilia*. Nec insolens Sallustio, vt verbi casum det nomini. Libro 3. histor. *Sed Pompeius a prima adolescentia sermone fautorum, similem se fore credens Alexandro regi, facta consultaq; eius quondam amulus erat. Æmulus facta*, quia dicimus, *amulor facta*. Rursus oratione Marii: *Huiusce rei ego inopiam patior Quirites. Verum id quod multo praclarius, meamet facta mihi dicere licet.* Bene scriptus: *inopiā potior.* potiri enim non bona solum; etiam mala dicebant. Plautus.

Fortiter qui malum potitur, idem post potitur bonum.

Terentius Phormione.

Nam, vtut erant alia, illi certe consuleres, qua nunc tua est domi:
Nequid propter tuam fidem decepta poteretur mali.

Pateretur vulgo, male: nec tacuit vetus interpres, in antiquis esse, *poteretur*. Oratione Memmii: *At qui sunt hi, qui remp. occupauere? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentissimi, iidemque superbissimi.* Melius Coloniensis: *immuni auaritia.* Id positum, vt Trinumo.

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immune est facinus: verum in atate vtile.

Apud Terentium Adelphis.

Leno sum, fateor, pernicies immunis adolescentium, Periurus, pestis; tamen tibi a me nulla est orta iniuria. Hoc ibi quoq; verius est, quā vel in Brunii scripto codice, vel in veteri Argentinēsi, *immanis*: & sic in suo mihi ostēdit Stanæus. Meminit Festus quoq; & pro, *improbo*, valere dicit. *Immani auaritia* non male scribitur, nisi quod temere,

temere, *immune*, in veteri nusquam hac facie est, vt germanũ non sit. In eadem: *Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim quã ludibrio fueritis superbiæ paucorũ, quam fœde, quamq; inulti (ita rectum est: male alii, multi) perierint vestri defensores, vt vobis animus ab ignauia, atq; secordia corruptus sit: qui ne nunc quidem obnoxij inimicis exsurgitis.* Sic omnes: & parũ est male scribi, nisi etiam sint qui id propugnẽt. Quanto autẽ verius erat: *obnoxiis inimicis?* quomodo v. c. Hoc ait Memmius, nisi illis animus secordia atq; ignauia diffluat, vtiq; vsuros occasione; & excitaturos industriam suam in tanta opportunitate, fractis & iacentibus, atq; flagitii manifestis aduersariis. nunc, quia occasione vti cunctentur, quid aliud esse, quam deuota seruituti corpora? Antea, quamuis audaciam nobilium sua desidia aluerint, fuisse tamen caussam patriciorum potentiam: nam eos ipsos obnoxios esse. *obnoxius*, hic non ita, vt significatione vulgatur. Est enim idem qui opportunus & expositus siue vindictæ, siue iniuriæ: mista et altera significatione, pro scelerato & noxio: atq; eo elegantius. Sic, *innoxius*, pro florente, qui procul noxa sit, siue, cui nocere nemo vel possit, vel ausit; de coniuratione Catilinæ: *Hi magistratus, prouincias, aliaq; omnia tenere: ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere, ceterosq; iudiciis terrere quo plebem in magistratu placidius tractarent obnoxium.* Tacitus ad hoc exemplum: imitatus credo, Sallustium: *Ipsiq; milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos in prædam, aut si repugnatũ foret ad excidium destinabant, obnoxiis ducib. & prohibere nõ ausis.* *Obnoxij duces*, quorũ erat precariũ imperiũ apud milites: si iubere aut vetare vellent, ferro petebantur. Libro de Catilinæ coniuratione; *ipse equo circuiens, vnumquemq; nominans, appellat, hortatur rogat, vt meminerint se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis pro aris, atq; focis suis certare.* Bertiniensis *pugnare*: Tholanus: *decernere.* ex his facile, &, vt mihi videtur, vere conieci, *pro aris atque focis suis cernere.* nam τὸ *pugnare*, interpretatio fuit illius, *cernere.* Ennius: *Ter malim vitam sub armis cernere, quam semel modo parere.* *Armis cernere*, apud Marcellũ Accius. Sed res vulgaria est. Bello Iugurthino, de Mario: *Itaq; & illũ, & equites Romanos, milites & negotiatores alios ipse, plerosq; spes pacis impellit, vti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Mariũ imperatorem poscant.* Libri veteres paullo minus quam omnes; in his Bertiniensis & Tholanus, *spe pacis* proximũ sit repon: re. *alios ipse se, plerosq. spe pacis impellit.* oẽs impulit Iugurtha: alios fauore sui, hoc est, ipse se, alios studio & cura rerũ suarũ, h. e spe pacis. Eodẽ de Iugurtha, in obsidione Cirthæ: *Ille vbi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum suum venisse; primo commotus metu atq; lubidine diuersus agitatur. timebat iram senatus, ni paruisset legatis. porro animus cupidine cæcus ad inceptũ scelus rapiebatur.* Vetus Bertiniensis. *Ad inceptum celeratum rapiebatur.* Addã vnũ.

agitur

Igitur explorato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opportunitate loci, quam maximas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen a meridie oriens, nomine Muthul. a quo mons aberat ferme milliũ passuum XX. tractu pari, vastus ab natura, & humano cultu; sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immẽsum pertingens, vestitus oleastro ac myrtetis, aliisq; generib. arborum, quæ humi arida atq; arenosa gignuntur. Scribendũ e Bertiniẽsi: *quam maximas potest copias omne genus parat.* hoc primũ: deinde Coloniẽsi. *Sed ex eo medio quasi collis oriebãtur immensum pertinens, vestitus o. a. m. aliisq; g. a. quæ humi arido atq; arenoso genuntur* volui, ex vitiosa scriptura, quã alii ẽt in veterib. libris obseruarunt, *quæ humi arido atq; arenoso genere gignuntur.* neq; dubiũ, libenter vsum Sallustiũ, quo Lucretius, Varro & quis non? singulis paginis vti sustinuerũt. *Humi arido atq; arenoso,* Prisciani lectio est & de ea iã alii *Immensum pertinens,* vsq; eo rectũ est, vt diuerso hoc modo, *pertingens* ne Latinũ sit quidem. Enim *pertingere,* ad aliquid est, & rẽ certã postulat, quo pertingat. Pertinere autẽ sic sæpe Cicero de natura deorũ: *Ratio quadam pertinens per omnem rerum naturam.* Simile ibidẽ: *Vim vitalem per omnem mundum pertingẽtem.* mendosum puto, & scribendũ, *pertinentẽ.* vt in eiusdẽ operis lib. 2. *Atq; inde alia ad renes pertinentes sunt, per quas cadit cibus a iecore delapsus.* Sed exẽplorũ nemini deesse copia põt: & inibi Cicero decies repetiit. Dicãtur deinde alia, vt pagella hæc impleatur: *Ceterum in itinere quotidie pecus exercitus per centurias, item turmas æqualiter distribuerat, ex corum vires vti fierẽt, curabat: simul & inopiam frumenti leniret, & ignaris omnibus, parare, quæ mox vsui forent.* Veteres codices, *omnia:* & eo fuerũt, qui sic ederent; *& ignaris omnia parare:* & post ẽt (o stultitiam) in annotationibus de eo, si dis placet, se iactarent. Scribo: *& gnauus omnia parare, quæ mox vsui forent.* Alibi: *Deinde vbi ea impetrata fuere, semper bonifideleq; mansere, & cuncta a Bestia, Albino, Metelloq; imperata gnauiter fecerant.* In scriptis: *naui fecerant.* Oratione Adherbalis. *Vtinam emori fortunis meis honestus exitus esset: ne viuere cõtemtus viderer, si defessus malis iniuriæ concessissem.* Non frustra quærunt sententiam; quis etiam frustra nulla enim apta subest; quã quidẽ cogitari mihi se aperiat. Et de me alios iudico. Scilicet maculosum locũ esse, & emendandũ: *ne vixe contemtus viderer.* Si fessus malis sibi necẽ cõsciuisset Adherbal, videri poterat, cõtẽtissimus & extremus hominũ vixisse, atq; eius sibi fortunæ faber fuisse. Neq; enim quisquam rex, regium qui animum habeat, cito spes suas recuperandi regni deserit, vt eo sibi manus adferat. In Oratione Cæsaris: *De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non cruciatum esse eam cuncta mortalium mala dissoluere: vltra neque curæ, neq; gaudio locum esse,*

Sane non abhorruisse hanc sententiam Cæsarem apparet, post mortē gladio locū non esse: quantū verba hæc sonant. Qui n. curam post obitū tollit, gaudiū item demit. Sed q d hoc verbum ad coniuratos, quorū supplicia tantum aguntur; non item gaudia? Thosanus: *Neq; cura neq; gladio locum esse.* Verum est: *neq; cura, neque cladi.* Item: *Sin opportunior fuga collis quam campi fuerat, eo vero consueti Numidarum equi, facile inter virgulta euadere: nostros asperitas & insolentia loci retinebat.* E Bertiniano: *Ea vero consueti Numidarum equi, facile inter virgulta euadere: nostros a. e. n. l. retinere.* Nam post vocem, *equi*, interstinguendum. *Consuetus rem aliquam*, vt, *consuescere rē aliquam.* Infra: De coniuratione Nabdalsatis & Bomilcharis: *Igitur vtriusq; consilio dies insidiis statuitur: cetera, vti res posceret ex tempore parari placuit.* Recte Bertinianus: *vtriusque consilio.* Quod scripsi, *Nabdalsaris*, ita vet. c. Thosanus illo quoq; loco: *Sed cum hæ literæ allatæ sunt, forte Nabdalsar exercito corpore fessus, in lecto quiescebat.* Eodem libro. *Sed quia diuersi redeuntes alii ab alia parte, atq; omnes idem significabant, consul incertus quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, aduersum omnia paratus ibidem opperitur. Igitur Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus venturos.* E Bertiniano, *diuersi redeuntes. alii alia.* Et inde *Igitur Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat: e quis aliquos ab tergo hostibus venturos.* Quia, *ratus*, aut simile aliud historice omiserat Sallustius, alii id inculcarunt. De paratu Metelli: *Igitur diffidēs veteri exercitui, milites eligere, scribere præsidia, vndiq; accersere: arma, tela, equos, & cetera instrumēta militiæ parare: ad hoc commeatum affatim, denique omnia quæ in bello vario & multarum rerum egenti vsui esse solent.* Principio illud *eligere*, exturbandum est. In optimis enim libris nullum eius vestigium: & si aures consulas, quadra orationis ipsa repudiat. Deinde sequendus est Thosanus: *denique omnia, quæ in bello vario multarum rerum, vsui esse solent. Bellum rerum varium*, vt *homo animi varius*, ita *insignem* cum gignendi casu dixit Tertullianus: *Sardanapalum tacendum est, & alios libidinum insignes.* Illo loco: *Ipse paullatim dispersos milites, neq; minus hostibus conturbatis, in vnum contrahit: dein custos pleno gradu in collem subducit:* quod hic plerique scripti codices repræsentant, non est existimandum subesse aliud, quam quod ita scripserit Sallustius, *cuctos* sic enim dicebant. Itaq; *cuctionem* pro arilatore ab eadem origine interpretantur Isidorus & alii, quia per cuncta licitando eat.

In margin: **Equus consuetus rem aliquam.**

PLAVTVS MVLTIS LOCIS EMENDATVS,

Hugoni Blotio I. C.

ATqui putidum sit, *moenera*, scribere: cogitare *munera*: & si *premos*, exarauceris, *primus*, audiri velle. quam hoc agatur. *Aurea*

alia,

illa quam Hadrianus noster, nihil hercle nimium, appellat. Ciceronis ætas pleramque atauorum rationem antiquarat, exemplũ, quid ipsi a minoribus patiendum esset. quid? an id satis est, cur, quod ille quondam in Dionysii Siculi tragœdia, vna litura veterum omnia inducamus, si quid vetustatis inuidia reliqui fecit? Et sunt tamen antiquitatis scabra ac horrida multa. quis negat? sed dii istuc, vt lenitatem, & quicquid hæc ætas suum numerat, nobis debeat. Miseram vero, si a posteris legem scribendi accipit: & diuina illa ingenii monumenta in publicum dedit, vt vltima manus tum adderetur, cum tantum iam id in suis quisque posset, quantum ipsis illis antiquis acceptum referret. A me quidem etiam qui pandectas Florentinas dederunt, gratiam inierunt, nemo vt eo genere maiorem: non quin multa non proba in iis vetustate: nam hoc quidem qui neget, cum a se exiisse oporteat: sed quod, vt in venusto corpore, ipsi næui delectant. Et tuam fidem, Bioti: si quis deus Plauti manu eius comœdias det, quisquamne hoc vngue discedere ab illis operas leuiter ferat? Quanquam ego sane nulla grauiore caussa feci: tantum vt mendarum originem aperirem: quod tibi si a nobis factum videtur, cuius iudicium & eruditionem immensum fama extollit, reliquis deinde, plorare.

PLaut. Cap.

Age sis roga. P emptum nisi qui meliorem afferet,
Qua mihi atq; amicis placeat conditio magis.
Heg *Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.*
P, *Proh fundum vendis tu quidem haud fundum mihi.*
Heg. *Sed si venturus tempori. P. hem mihi iam otium est.*
Heg *I modo, venare leporem: nunc irim tenes:*
Nam meus scruposam victus commeat viam.

Se. aduorse ... (margin note)

In equuleo tortos olim memorant nugas maximas fuisse opinor, præ vt quomodo in his versibus emaculandis plerique omnes afflictarunt. Non fallor, & profecto aut vera est restitutio, aut proxime veram:

P. Age sis, roga emptum: nisi qui meliorem feret,
Qua mihi, atque amicis placeat conditio magis;
Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
Heg *profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.*
sed si venturus tempori. P. hem, olus iam otium est.
Heg *I modo, venare leporem; iam erim tenes:*
Nam meus scruposam victu commeat viam.

Solebant in contrahendo & obligando rogationibus ac responsionibus vti: quarum rerum formulas condebant I.C. Varro in de re rusti. Cic. in ea pro Mur. I.C. multis Digest. locis. Hoc e i ergo emptũ, conductum, mutuum rogare. Et ex sua persona hæc concinne parasitus: vt item alter ille Sticho auctioné facit, *Ferre*

conditionem, q post dehinc est, aptissime; aptius etiam verbis He-
gionis illa; *profundum vendit*. *Profundum* enim significare *ventrē*,
magister nobis Caper est: qui exemplum laudat, verba antiqui
scriptoris: *In profundum num ne arcā condun* ... sententia prope
est, vt verbis tantum mutet ab illis Varronis Octogesi. *In quo ...*
est Philippeum, quod accepimus, quam quod ... cum alterā
... in vulgatā, alterum in vesicā. Ita est ergo venusta, si qua
alia, metalepsi, per *profundam*, ventrem; & per hanc porro parab-
olam anfractu notat. ... *ventrem* quidē p *parasito* comici passim.
Parcam addere, alii hæc quam mult s verbis, q nihil dicant qui
nec *... , respicere illud, ... nec ferre*, spectare hoc, *...*,
vident: & verba ita, *... me ... legibus*, trahunt quo neque
... neque ius latinitatis patitur. Quoniam autem *addi-*
cere in ..., sermonibus vulgatur: atque hoc in emtionibus
verbum domi est: itemque *addicere & condicere ad cœnam*: in ora-
tionibus doctorū multa sunt: ob id voce ea, opinor, lusit iis verbis:
Olus iam otium est olus valet ... : ita enim olim.

Risit pater optimus oli.

Oli dura quies oculos & ferrea clausit

Nox. Et totum in gestu est. His, inquit, dentibus meis vel iam
nunc operæ est. Vnde cōiecturam duxerim, iam dicam. In v.c erat
amulu. Postea: *venare leporem: nunc erim tenes*. Potui, vt Camera-
rius ille musarum animus: *I, rem tenes*: sed & quod præcessit, *leporē*,
& quæ deinceps sunt, Camerarii illam cōiecturam damnant: a-
sperum enim quid nominasse indicio sunt: atque id vnum, ...
dumque ostendit verbum, *venare*. Accepi autem etiam ...
venatorum querelas, in Erinaceos incidere ... lepores ...
tur: & habere eos nescio quid ... : vt vitro canes ... le-
porum desistant, si præsagierint Ericium. Quæ de ... Erasmus, de
phasiane & carduele, alii, gerræ. Nam de ... libenter ...
quæ enim heic errat, ceteris eius in Rempub. literariā meritis cō-
donanda sunt. Nam ... quantum a se exiit. Qui enim mi-
nus potuit Plautus, quam ab ipso ...: qui & continuo asperū
victum ... calceatos dentes loquatur?

——— *est illis ... cœnaticus:*

Si ea ... , ... ad finem ad cœnam asperam.

Eres autem hunc ... Horat. Epodis:

Horret capillis ... marinus asperis

Echinus.

Contra leporum ac cuniculorum mollicies proverbium lu-
sit Catullus:

Cinæde Thalle, mollior cuniculi capillo.

Licuit mihi probare ... & libuit:

Venare leporem: nunc ... tenes: atque ita credere, ex apologo
esse, vt ... qui ... teneat, ... hanc accipiatur ...
& lepo-

& leporem consectari: sed quod mihi videretur magis, secutus sum Menæch. hoc mendosum est

conditiones
Tetuli tortas, confragosas, aut plus;
Aut minus, quam opus erat multo dixeram
Controuersiam vt sponsio fieret. Scribo:
Confragosas aut plus,
Aut minus, quam opus erat. mulctam dixeram, in
Controuersiam vt sponsio fieret.
Quid ille? quid? prædem dedit.

Dicit se, post latas tortas & confragosas conditiones, auctorem fuisse vt in certam pecuniam sponsio fieret, ni actor calumniaretur, aut reus nocens esset, clientem suum, eundem reum, prædem dedisse sed caussa cecidisse. *Mulctam* appellat sacramentum, siue æs, quod pœnæ nomine penditur, inquit Pompeius, siue eo quis interrogatur, siue contenditur. Gnarus mos antiquitatis, solitos, qui iudicio contenderent, inuicem prouocare sacramento, & certum aliquem pecuniæ conspectum deponere, malo eius, qui damnaretur. Pro ea pecunia, si forte dare damnas esset, prædem dabant sæpe, & porro, quanti alterutrius interterat. Huc respicit in eodem verbo etiam Trinummo commissum:

Sacramentum.

Non enim possum quin exclamem, euge, euge Lysiteles,
Facile palmam habes. hic victus, vicit tua comœdia.
Hic agit magis ex argumento, & versus meliores facit.
Etiam ob stultitiam te tueris multa abomina:

Scen. Scalico.

Scribo:

Etiam ob stultitiam tuam te tueris: mulctam abomina.

Scio alios velle stultè, multa: sed non sequor.

Peccatum ignoratione antiquitatis. Qui bene egerant histriones, secundum actionem præmio afficiebantur: contra mulctabantur. Ei rei probandæ multa sunt: nunc vnum contentus ero adscribere. Cistellaria:

Ne exspectetis spectatores, dum illi huc ad vos eant.
Nemo exibit, omnes intus conficient negotium.
Vbi erit factum, ornamenta ponent. Postidea loci,
Qui deliquit, vapulabit: qui non deliquit, bibet.

In fine fabulæ.

Itaque vernuliter seruus, cum palmam dedisset Lusiteli, addit ad herum Lesbonicum: tune etiam te tueris, & audes committere, vt componaris & contendaris cum Lesbonico, tot reb. meliore: qui ita varie deliqueris, vt mulctam abominari debeas? pulcre abeas si non vapules. *Abomino*, pro, *Abominor*, verbum sibi fieri non postulat. Casina:

Amato, ca dunuius tu homo es. nimias delicias facis.
St. Quid me amare refert, nisi sim doctus, & dicax nimis?

Sc. Nunc amici.

Sine gratia est, addo, sine sententia. neque vero me fallit, scribendum esse: *nisi sim doctus, dicax mimicus.* Mimorum eo generis

libros referenda sunt, quibus is titulum facit, *de veritate historia.* Puto verum esse, *Thurio infortunio.* nam Langobardicis notis hæ literæ eiusdem speciem præbent. Thurii iidem sunt Sybaritæ. hi luxu & lenocinijs perierunt, vt locum prouerbio facerēt. De luxu sensit Lampridius, qui eccidisse eos scribit, cum missam ex oleo & garo reperissent. De libidine & contemptu deorum etiam Athenæus & Stephanus. Qui ergo hoc per iocū monebat, vt a leno ne caueret, ita potuit facere familiariter: *caue a malo Thurio.* Id quanto verius est, quam illud malum curium, cui neque a seneque ex coniectura fides est? Et manco tamen in eo quod adolescens cœperam, vt suspicer, literis dictionem aberrasse. Casina:

——nunc præside hic Pardalisca:
etiam qui hinc exeat, eum vt ludibrio habeas
Par. *Lubens fecero, & solens.* Mu. *spectatis hinc omnia*
Intus quid intus agant. Pa. *pone me amabo.*
Mu. *Et illi audaciam licet quamuis libere*
Proloqui Pa. *tace: vestra foris crepuit.* Emendo:
Mu. *specta sis hinc omnia,*
Intus quid agant: pone me, amabo.
Et, illi audaciam licet quamuis libere

Sic. *Accepta bene & commode.*

Proloqui. Hortatur Murrina ancillam pone se latere. sic enim liberius herum irrisuram. *Sis*, valet, *si vis.* Petronius: *At ille non indelectatus nequitia mea postquam diu questus est deceptū se & irrisum, traditumque inter condiscipulos, quibus iactasset sensum meum: videsis tamen, inquit, non ero tui similis.* perperam nunc apud Petronium legitur *videris Et*, pro *ei*, imperatiuus ab *eo*: quem nunc scribimus, *i.* cæterum illi semper *ei.* Heautontimorumeno:

Illi pro illic aduerbium.

Cape hoc argentum ac defer. S. *ei, quid stas lapis?*
Quin accipis?

Vbi deprauarunt in, *hei*: quod huic loco tam conuenit, quam si personæ saltanti togam inducas. *Hei* autem plerunque porro in *&* degenerauit: vt hic loci, & in lusibus Vergilii. itemque apud Petronium

Sed contemptus amor vires habet, & mihi fata
Hos inter fluctus quis raptis euocet armis?
Cui non est mors vna satis? ne vincere pontum,
Gurgitibusque feris alios immittite fluctus.
Scribo,
Sed contemptus amor vires habet hei mihi; fata
Hos inter fluctus quis raptis? seuocat armis?
Cui non est mors vna satis ne pingite pontum.

Secundo versu sententia est medio mari inter fluctus, vbi ea mortis facies ob oculos versatur, arma mouere, & miscere ma-

nus est aliorsum fata seuocare. Tertii autem versiculi emendatio e quarto fidem accipit. Item in Troiæ halosi:

O patria, pulsus mille credidimus rates,
Solumq; bello liberum: hoc titulo fero
Incisus, hoc ad fata compositus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens.

Scripserim: *hæc mendacio in damnum potens.* Non præteribo insignem corruptelam venustissimi Epigrammatis Catulliani, ab iisdem caussis:

Passer, delitiæ meæ puellæ,
Qui cum ludere, quem in sinu tenere,
Cui primum digitum dare appetenti,
Et acres solet incitare morsus,
Cum desiderio meo nitenti
Carum nescio quid lubet iocari,
Et solatiolum sui doloris.
Credo, vt cum grauis acquiescet ardor:
Tecum ludere, sicut ipsa, possem,
Et tristeis animi leuare curas,
Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

Et lepidum & facile est Epigramma, quod tamen præter me vix quisquam putat. hoc solum in medio peccatum, &, pro *het*:

Cum desiderio meo nitenti
Carum nescio quid lubet iocari,
Het solatiolum sui doloris,

Credo. Desiderium, significare ipsam amicam, quæ passerem in sinu tenere soleret, vt alia omittam, rationis satis est in illo, *nitenti.* Quis enim sic hoc dicat, *nitens desiderium*, cum significet *sibi lubendo dare*, ita vt docti viri arbitrantur? Totius epigrammatis sententia est: Passer, qui cum ludere solet puella mea, cum ei lubet iocari nescio quid, credo tamen, solatium amoris sui, vtpote quando iam grauis ille ardor acquiescat; si ego quoque etiam tecum ludere ita possem, & remedium doloris mei a te petere, tam gratum id mihi futurum esset, quam Atalantæ pomum aureum, quod eam voti compotem fecit. Vnicus nodus est, vt, pro vt, ponatur: vt cum grauis ardor acquiescit, pro, quia scilicet tum grauis ardor acquiescit. sed hoc si aliter maluisset Catullus, minus elegans fecisset. Nam quod, *si*, subauditur, nihil attinet ei rei verbum iterari, quippe vitatissimæ. Ouidius:

Si subauditur. de eo in Spicileg. 8. Scen omnib. rebus.

Orta dies fuerit, tu desine credere ventis.

Atq; hoc esse locum vbi [illegible]gamus. Quæ in hoc epigrammate postremo vir eruditissimus scripsit, ea vt docta esse omnes mecum fatentur, ita vera, res ipsa negat. Eadem Casina:

Super

Super ancilla Casina, vt detur nuptum nostro villico.
Seruo frugi. atq; vbi illi bene sit, ligno, aqua calida, cibo,
Vestimentis: vbiq; educat pueros, quos pariat. bene,
Potius quam illi seruo nequam des armigerô mihi nihilo, atque improbo.

ita liber Sambuci. Facile eluere maculam:

Potius quam illi seruo nequam des armigero, nihili, atque improbo.

Seruus nihili, seruus nulli pretii. Aulularia, sub finem:

Reperi Ly. quid reperisti? Sce. non quod pueri clamitant
In faba se reperisse. Ly. Iamne autem, vt soles, deludis. Vetus:

Sce. dii immortales.

Iamne autem, vt soles me delicias? Delicere, delicias facere, oblectare per iocum. Vitinnius:

Quod ea parasitus habeat: quia illum sciat,
Delicare, & noctem facere de die,

Terentius Hæcyra:

Vide mi Parmeno etiam sodes, vt mihi hæc certa, & clara attuleris,
Ne me in breue hoc coniicias tempus, gaudio hoc falso frui.

Scen. vtis. vulgo mendose, coniicias.

Raro est, vt non hoc modo l in i. & vicissim migrarit: quod me sciunt verum dicere, qui scriptos codices triuerunt. Versus quidē hoc postulat: cui Lambinus vt cōsulat, reponit, me lamberas: sed quæ per deum, hęc stultitia est, ex, me deludis coniicere, me lamberas Cistellaria:

Scen. nisi quid miopis.

Quid quæritas? Ha. Cistellam, hic mihi, adolescens, euolauit.

La. *Incaueam latam oportuit.*

Gellius ex Annal. Claudii.

Vix mihi vulgarii codices hanc scripturam probant, *in caueā latam*: & ausim credere, *incaueatam*, rectum esse. *Incauare* autē, quomodo *inlatebrare incarcerare*. Et profecto valde placet. *incauerare auem*, pro, *in caueam dare*. Mostellaria:

Scen. Iam pridem a castor.

Perii hercle, ni ego illam pessimis exemplis enicasso:
Illa hanc corrumpit mulierem male suada vitii lena.

Sic legunt: & malesuadam vitii interpretantur: cum reponendum sit *malesuada vitilena.* hoc propemodum Vgoletus & Grapaldus repererant in veteribus & coniecerant, *vulgi lena*, monstrē sane lectionis. *Vitilenam* autem, & hæc talia componebant olim. Sic Cato *vitiligatores* ex vitio & litigatoribus fecit, vt inquit in præfatione Plinius maior. Sed & *vitii magistratus* Sallustius, Marianos & Cinnanos, qui vitio & per vim creati erant. *Namq; quia præter [illegible] vitiimagistratibus, cum per omnem prouinciam in fecunditate biennii proxumi graue pretium fructibus esset.* Sic fere [illegible] inuenisse se ait: sed verum suspicione attingere non

Hist. libr. 3.

potuit. quamuis hic quidem *vitimagistratus*, omnes esse videntur alii, quam boni. Igitur heic *vitilena*: at Truculento, *scorti lenones* appellantur.

Act. 1. Scen. 1

Nam nunc lenonum & scortorum plus est fere,
Quam olim muscarum est, cum caletur maxime,
Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias.
Scorti lenones quasi sedent quotidie.

Quod mihi tamen suspectum est, & restituendum videtur:

Nam nusquam alibi sic sunt, circum agentarias
Cortis lenones quasi s. q. nusquam, inquit, plures sunt lenones, quam circum argentarias cortes, hoc est, tabernas. Namque ex circum forum cortes erant. *Vitilena* alius loci nos admonuit, qui Cistellaria medicinam postulat:

Pergo: illam subagito blandis & benedictis
Dictis illac forte fortuna fortius.
Aures obserat. ego Lemniam foras voco.

Tuam fidem, Bloti: examen mendorum: & profecto Claudius Cæsar esset, carnificem ac citi cum machæra mensaque laniona flagitaret, qui falsatiis his manus amputarentur. Ex contentione exemplarium restituebam:

Pergo: illam his colloquor dictis: illec anus
Orcina forte matrem, ne deseras, vocat.

Ex illo, *forte fortuna fortius*, feci, *orcina forte*; audacter: quis negat? sed quæ penitus adacta sunt vulnera, leuiter curari non solét. Qui a scorti non erant, *orcinos*, appellabant, arguměto loci apud Suetonium: vbi, qui in curiam irrepsissent, senatores ignobiles, in sermonibus vulgi fuisse *orcinos* scribit hoc ita reddit Plutarchus, χαρωνίτας lidem *terræ filij*, non hercle, vt Erasmus putat, quia gigantes terræ filios fama vulgauit: nam iis quidem quid clarius? neque quod vere liceat, quicquam eius similitudinis gigantes capiunt: quorum vel s. p. ortus fuerit, ignobilitatem eam memorabile facinus postea omnem exhausit: sed, vt rectius Liuius, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem mětiebantur: quo eodem fabula spectat de Thebarum a Cadmo origine Et:: *ex sine patre filij* vocabantur. Nam vt Plutarchus memoriæ prodidit, quiqui patrem ciere non possent, s. p. filii proscribebantur: postea lapsi sunt, vt ex his capitalibus notis *spurium facerent*. Itaque puellam hanc expositiciam, *orcinam* appellat. Et de hoc quidem fortasse nimium multa. Quod sequitur, *forte matrem*, primo facie intuenti, nihili videtur, quantumuis elegans. Et rei argumenta dicam. Qui genuerat, pater erat: si e compressu alius, quam vxoris, *vitio pater*. Martialis: *Huic semper vitio pater fuisti*. Plautus Mercatore dicit, *sua culpa patrem esse*:

Scena. Iam rodio.
De hoc loco opera sit videre Iosephū Scaligerum in notis ad Varronem.

Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio male,

Suapte

Suapte culpa genere capiuntur: genus ingenuum improbant.

Genere

Enim in hac oratione est pro *gignere*. Ouidius:

Vt vitio factus sit pater ille meo.

Tum enim vitium facit puella. id eo exemplo, quo *turris vitium facit.* apud Hirtium de bello Hispanico. At qui alienum partum sustulissent, aut sibi suppoluissent, *fortuito parentes* erant. Sic ergo, hæc, inquit, se fortuito matrem appellat, ne se deseras. ceterum nutrix est, non mater. *Forte mater*, vt *vitio pater*: & est hic locus ei rei vnicus. Casina: *Esurio hercle, atq; adeo haud sitio.* St. *at ego amo.* Ol. *at ego hercle.* Scen. Age tibicen.

Nihil facio tibi amor pericli: mihi inanitate iamdudum intestina murmurant.

Optimi fere libri, in iis Langii: *atq; adeo haud spicio.* Ne me neges temerarium, Bloti, affirmo reponendum:

Esurio hercle, atq; adeo auspicio. Val. Maximus cap. de ominibus & auspiciis: multisq; aliis

Fabula de nuptiis est: in quibus omina atque auspicia contra&uri captabant, vt si alias vnquam. Nec vero nisi auspicato nubebant, aut ducebant. Itaque Olympio, qui iam vxorem duceret, se ait pro auspicio esurire, siue (ridiculum) auspicato. & fallor? an eo sibi augurabatur perpetuam deinde cũ sua vxore famem! *Au*, in *haud* ita passim abiit: vt Curculione: *haud male meditate, maledicax es.* melius: *Au male meditare.* Cicero in ea pro Cœlio: *Ceterum cum scires quantum ad facinus aurũ hoc quæreretur, ad necem scilicet legati, ad L. Lucei sanctissimi hominis atq; integerrimi labem sceleris sempiternam, huic sceleri tanto tua mens liberalis conscia tua domus popularis ministra, tua deniq; hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit.* Sic post sexcentos emendatores in Cicerone excuditur, tametsi nulla subiecta sententia. Scribo: Scena 1. supra virgo.

Tua deniq; auspicalis illa Venus.

Vnum præcipue deum domi in sacrario habebant, cuius in auspicando pacem poscerent. hunc Clodia, quod ipsam decebat, Venerem optarat. Rursum Cistellaria: Scen. Anum sectatus sũ.

Quot illi blanditias? quid illi promisi boni?

Quot admoui illi fabricas? quot fallacias?

Lepidum verbum periit:

Quot admœnui fabricas.

Verissima emendatio est: & admonent vestigia veteris scripturæ. Sic alibi Pseudolo: Scen. pro Iuppiter.

Hoc oppidum admœnire ego, vt capiatur, volo.

Tanquam de molimento oppugnandæ vrbis loquitur, cui fabricæ admœniuntur. Nam se expugnandæ lenæ machinas admolitum esse. Eadem Cistellaria: Act. 1. Sc. 1.

Æcastor haud me pœnitet, si, vt dixis, ita futura es.

Nam siquidem eris, vt volo, nunquam ætate Hecata fies.

Tt 5

Malo: *Hecalesies* &, *Hecata*, quidem non improbo: sed præter *Hecales* placet, repudio. Ad Deam quidem Hecaten non respexit. Nam quid ea putidius? nisi Valla hic sibi placet in nugis, & suas cogitationes amat sine riuali. De Luna enim insanit illo seculo digna: nam se, nolo dicere. Vt ad numerum centenarium alluserit, longinquum est. Hecales autem ætas, & ex ea deformitas, ad-de etiam tenuitas, prouerbium sustulit. Vergilius in lusibus:

Quædam senior Hectoris parente,
Cumeæ soror, vt puto, Sibyllæ,
Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem.

Et Hecalesium sacrificium, honoribus eius institutum, vt auctor est in Theseo Plutarchus, annos deformitatemque eius in vulgus celebrauit. Paupertatem Petronius loquitur, & Ouidii ille versiculus:

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Ita ergo omnia dixerit. Quod enim sine gratia Valla id esse arbitratur, quando etiam Hecale adolescentula aliquando fuerit, & per omnes ætatis gradus ascēderit, en cor Zenodoti, quasi non ita res nominum audiantur, vt eas fama memoriæ prodidit. Hecalen adolescentulam historiæ tacent, quæ a senectutis tantum factis famā inuenerit quod anus iuuenes multos, in multis Thesea hospitio demeruerit. Neque certe, si Entellus ab temeraria iuuenta fabula fuit, ob id necessarium est, ante senectutem decidisse. & Troilus puer, atque impar congressus Achilli, potuit sermonem hominibus dare, vt inglorie suæ superstes tamen esset. Vallam quidem sequentibus Martialis barbarus sit:

Cum possis Hecubam, non potes Andromachen?

Menæchmis excuditur:

Numquam quicquam facinus feci peius, neque scelestius,
Quam hodie, quando in concionem mediam me immersi miser:
Vbi dij mihi Menæchmus si subterdixit mihi.

Camerarius edidit, *Vbi dum hereo.* Verum erat: *Vbi dum inhio, Menæchmus se sub. m. Inhiare oculis.* optime: neque designauius potuit. atque ita Mercatore, *hiantes oculi.* Quod autem Camerarius, *hæreo*, suffecit, si ex libris, aut vestigiis antiquæ scripturæ, credam scripsisse: Plautum, *dum hieto*, prisco verbo, & ad hunc locum vnico. Diomedes Grammaticus lib. I. *Hietare, & hiatare veteres dixerunt. Plaut. ut:*

Si quæ forte concio est, vbi eum hietare nondum in mentem venit.

Vides vt etiam ibi de concione Plautus hoc verbum vsurparit: vt dubium non sit, quin hic quoque fuerit: aut certe *inhio*. Adde

alio

exempla: *Ille hiatans herbam moribundo ore.* Et Cæcilij: *Sequere me tu qui mihi oscitans hietarisque restas.* Laberius etiam, inquit, *in Tauro passiuo modo annuntiauit: Hietantur fores, pro eo quod est hietare, id est patere.* Captiuis: ——————— *huic illud dolet,*

Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Pa. *Nullumne interea nactus qui posset tibi*
Remissum, quem dixti, imperare exercitum?
He. *Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.*

Qua a distinctione, qua a verbis laborat locus. lego:

Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem duxti, reparare exercitum?
Pa. *Quid, credis? fugitant omnes hanc prouinciam,*
Cui obtigit, postquam captus est Philopolemus.

Dixti corrupte in omnibus, pro *duxti*, abstulerat sententiam. In edendo autem quia facile primus erat parasitus, ducem eum exercitus illius facit. *Omnes cui obtigit*, pro, vt cuique obtigit, comica & antiquæ notæ oratio est. Sic autem fuisse etiam in veteribus Lambini, ex eius verbis conijcias. Casina:

Vnde auscultare possis, quum ego illam osculer:
Quum mihi illa dicet, mi animale, mi Olympio,
Mea vita, mea medulla, mea festiuitas,
Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea,
Sine amabo ted' amari, meus festus dies;
Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.
Quum mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer
Quasi mus in medio pariete versabere.

Selacissima quæ sunt ac venustissima animalia, commemorat, columbam, passerem, leporem. Neque non tamen scribendum hic est, *mi lepos.* nam *lepus* vbi inter blanditias sit, nusquam memini; inter contumeliæ verba domesticum Hac eadem Casina:

——*respice o mi lepos* Cl. *nempe ita vti tu mihi es.* *Act.1.Sce.1.*

Iam in contumelia *lepus* notus est vel de dicto ille Liuij Andronici: *lepus tute es & pulpamentum quæris?* Leporem enim mutare sexum, atque alternis salire & subsidere. In iisdem versibus pro, *mea medulla*, mutandum e veteri codice, *mea mellilla.* Non me fugit Cethegum ab Ennio *suada medullam* audire, sed & hoc scio, nihil id ad hanc rem esse, non hercle magis, quam, *flos delibatus populi*: qua mente Lucretius florem ætatis vocat *Lucr.lib.4.*

Id, quod sponte sua solet remitti, *Qui versus*
Cum mens est pathica memor puella. *miserabiliter vulgo*
Denique cum membris collatis flore fruuntur *corrumpe-*
Ætatis, iam cum præsagit gaudia corpus: *tur.*
Atque in eo est Venus, vt muliebria conserat arua.

Florem enim appellat id, quod dixi: & *luuntur*, quam hic proprie sit, nemo ignorat, qui hoc sciat modo, vbi perficiunt. soluit id ita postea: *Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt*. Florem sic quoq; interpretatur Vergilius in lusibus:

Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit:
Quem cum moly vocat: & quæ deinceps sunt.

Atqui operæ pretium est cognoscere, qua via ad corrumpendū eum Lucretii versum Lambinus grassetur. Aulularia:

Sc. Narraui amicis.

Quorum animus auidus, atq; insatietatibus
Neq; lex, neq; tutor capere est qui possit modum.

Merito rem sibi non explicat Lambinus. Scribo:

Neq; lex, neq; tutor cauere est qui possit modum.]

Itaq; I.C. Cicero pro Mur. cautores formularum appellat, vbi male excudunt cantores.

Neque enim similia hæc, *capere modum*, & apud Terentium bis Heautont: *rationem capere*. Cauere autem proprie legum & I.C.torum, ac tutorum. Tertia inflexione eo vtebantur veteres. Corrupta dictio quoque apud Varronem *Modio*: *Quid aliud est, quod Delphice canat columna literis suis ἄγαν μηδὲν, viduam nos facere ad mortalem modum medioxime, vt quondam patres nostri loquebantur.* Restituo: *quid aliud est quod Delphis caueat columna literis suis, ἄγαν μηδὲν, ni viam nos facere ad m. m. m.* Hoc, inquit, præit nobis Delphica columna, vt media via tutissimi camus. Eadem Aulularia:

Sc. vbi tu es.

——— *Heus Staphyla, te voco.*
Ecquid audis? vascula intus pure propere, atq; elue.
Filiam despondi ego, hodie; huic nuptum Megadoro dabo.

Fatendum est & Camerarius nihil sani: & non vno modo restitui bene poterat:

Vascula intus pura propera, atq; elue. Propera pura, hoc est, propere fac pura.

Horatius:

Muricibus Tyrijs iterata vellera lana
Cui properabantur?

Vergilius:

——— *pulcram properat per vulnera mortem.*

Idem:

Multa forent cœlo quæ mox properanda sereno,
Maturare datur.

Se. sine modo

Ita Casina:

Scin' quid nunc facias? Ol. loquere. St. tene Marsupium:
Abi atq; obsona: propera: sed lepide velo
Molliculas escas, vt ipsa mollicula est.

Vetus codex: *Abi, atq; obsonia propera* & ita Langii liber quoque. Atque hoc primum est: deinde emaculari potest: *Vascula intus pura propere purare* eoum verbum pro *purgare*: quo vtitur Varro, parum ab aliis animaduerso: & Cato in de re rustica: quæ exempla

empla, quia alibi refero, non ero nunc odiosus. Alterutrum ergo verum est, tametsi posterius hoc melius; vt alibi item doceo. Iterum Casina:

Loricam induam mihi optimum esse opinor. quid vxor
Mea non adiit, atque ademit? Par. Nemo audet prope accedere,

Ferri ita poterat, nisi u. c. & in iis Langii, coniectandi copiam facerent: —— *quid vxor mea, non adijt? Par. non admittit prope, nemo audet accedere.* Ita ait furore percitam, vt neminem quemquam prope admittat. Ex *admittit* ergo male isti fecerant, *ademit.* Cistellaria.

Ne obloquere La. taceo, mulier perge dicere:
Vbi ea est, quæ gestitauit? Ha. hic in proximo.
Pf. Isthic quidem ædepol mei habitat viri gener.
La. Na. Ph. obloquere, rursus perge porro dicere
Quot annos nata dicitur? Ha. Septem & decem.
Ph. Mea est. La. Ea est, vt numerus annorum attulit.
*Quid qua **** iam quæro meam.*
*Pol * * sunt quæro tertiam.*
Ph. Quod quæritabam filiam inueni meam.
Ha. Æquum est tenere per fidem quod creditum est.
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra, hac alumna est profecto filia.

Sic quidem Camerarius: & negat exsculpi aliud e veteris scripturæ vestigiis posse. Mihi tamen liquet affirmare, proxime verã esse scripturam, quam dicturus sum.

Istic quidem adepol mei habitat viri gener.
La. Ne adhinnire equulam, soli si detur, possim ego hanc:
Nam ita mussulentus æstus nares attigit.
Ph. Ne obloquere. rursus perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur? Ha. septem & decem.
Ph. Mea est. La. Ea est, vt numerus annorum. Ha. at tu id
Quod quærebas, reperi. filiam quæro meam. La. at
Pol hasuas nacta sunt, quæro tertiam.
Ph. Quod quæritabam, filiam inueni meam.
Ha. Æquum est tenere per fidem quod creditum est,
Ne bene merenti sit malo benignitas.
Nostra hac alumna est tua profecto filia.

Illi versus integri duo, quin huc e Prisciano & Nonio, a quibus laudantur, inserendi sint, dubitare non oportet. Nam & mirifice huic loco faciunt, & sine illis verba inuicem parum apta hærent. Ille quidem versus;

Pol hasuas nacta sunt, quæro tertiam, fidem facit omnino, aliud

etiam lasciuiuscule de Halisca dixisse seruulum. Sed & eo loco, vt in vulgatis legitur:

Isthic quidem edepol mei habitat viri gener.
Ne obloquere.

Deficere verba Lampadionis, manifestum est; quia alioquin stultum sit, Phanostratam eum obloqui vetare, qui verbum interea non fecerit. Postremis versibus corrumpendis fuit elegans ἀκολουθία æquum est, quod temere creditum est, a me per fidem, ne mihi malo sit benignitas mea. Auditur, *in eo; ne in eo mihi sit malo benignitas.* Aulularia:

Coquite, facite, festinate nunc iam quantum lubet.
Con. *Tempori postquam impleuisti fustibus istorum caput.*

Scribo:

Postquam impluisti fustibus istorum in caput.

Lepide sane. Ita Mostellaria:

Lubet cauere malam rem prius,
Quam vt meum tergum exsinceratum fiat.
Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Sincerum, atq; vti votem verberari,
Si huic imperabo, probe tectum habebo:
Malum cum impluit ceteris, non impluit mihi.

Curculione:

Quos homini dei sunt propitii, lucrum ei profecto obiiciunt.

Quis suspicetur de mendo? at ego paratus sum contendere sacramento quinquagenario, ni corruptum sit. neque tu hoc negabis, Posthi. Quid enim hæc sententia verbis præcedentibus facit?

Nam illam minus olim decem puellam, paruolam emi:
Sed eum, qui mihi vendidit illam, nunquam postilla vidi:
Periisse credo. quid id mea refert? ego argentum habeo. nimirum hoc dicit, argentum se habere. sceleste. Nam olim puellam eam subrepticiam vendidisse prædonem: & se liberam virginem ad quæstum emisse. Sed quid id sua referat? cui dii irati non sint, nihil ante lucrum ponere ergo reponendum:

Quoi homini Dei sunt propitii, lucrum est profecto optimum.

Qui ne recte quid facerent, sentirentue, vt si se mala superstitione fraudandi genii sui obstrinxissent, aut aliud quid perperam perticuerarent, ita credebant, deorum ita fieri. & prouerbii vicem vsurpatum fuit, qui se ipsos vita fraudarent, propitios eis Deos non esse. Cicero in ea pro Cœlio: *Quamobrem si quem forte inueneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem, huic*

huic homini ego fortasse, & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Catullus ita *deos male aduocatos* appellat. Aulularia:

Cererin Strobile istas facturi nuptias?

Lego:

C. St. *istis facturi nuptiis:*

Quid? inquit, istæ nuptiæ non nuptiæ erunt, sed res diuina Cereri: quia temetum allatum non est?

Facere pro sacrificare scholasticum iam: & recte omnes editiones habent versus illos Rudente.

——*Isthuc voluerámus: iube modo accedat prope*
Regi rusticum hunc hic nobiscum diu facere postulas?
D*æ*. *pugnum in os impinge.*

Nollem a Camerario mutatum. Tale mendum in Curtio quoque fuerit. *Rex locorum magis quam hostium victor, tamen Magnæ victoriæ sacrificiis, & cultu deum fecit*. Vulgo: *tamen magnæ victoriæ sacrificiis & cultu deum satisfecit*. Non erat magna ea victoria Alexandri, qui locorum tantum victor fuisset: sed ipse, vt si magna esset, Magnæ victoriæ fecit. Nota hæc appellatio Deorum: qua illi in sacrificiis mactandis diis fere vtebantur. Eadem Aulularia: *Magna victoria dea.* *Act. 1. Sce. 2. in fine.*

——*neq; quicquam melius est mihi,*
Vt opinor, quam ex me vt vnam faciam literam
Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.
Lege, ——*quam ex me vt vnam faciam, aut literam*
Longam. Vnam pensilem ex se facere, est laqueum sibi nectere. Ita Pœnulo:

Quid tibi opus est vixisse?
Ausculta mihi modo, ac suspende te.
Mi. *Siquidem tu es mecum futurus pro vua passa pensilis.*

Hoc moneo, versum illum Casinæ, quem ita restituimus: *Quid tu amare refert, nisi sim dicax, doctus, mimicus?* si veteris scripturæ vestigia spectes, propius esse vt sic scribi debeat: *doctus dicax mimus?* quos numeros si quis sibi probabit, liceto. Epidico: *Act. 1. Sc.*

——*corium perdidi. nam iam vbi senex senserit.*
Sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.

Solœcismus, *despoliet*, pro, *despoliabit*: nusquam enim aliter lectum hoc verbum, quam in prima coniugatione. Scribo, *depoliet*. *Depolire corium* contrarium illi, *polire*: ergo idem quod, *exsincerare, depectere tergum*.

MILITE GLORIOSO MVLTA MENDA SVBLATA:

C. V. Ioanni Posthio, Medicinæ Doctori, Illustrissimi Principis VVirceburgensis Archiatro.

ET qui minus tandem? an quia non ita Ciceronis? ridiculum: sed & is tamen ad hæc exempla quoque. Nec me audiri volo: rem testem dabo. Qui annis his triginta, & quod excurrit, purgando illi operam sumserunt, (sine figura dicam) quotquot paginis indicarunt, quæ nisi a Cicerone scriberentur, scribi non debuisse: asti: maturi illi fuerunt. Quid? Lucretius paulo etiam natu minor, nonne, si antiquitatis venia est, qua sibi illi statuunt, inter Faunos & Aborigines scripsisse videri potest? iam non alius Catullo venustior. at huic mentior si multi versus sine archaismo exierunt: vt nunc quidem archaismis nomina faciunt. Adde Varronem, & nomen cum dico, sat est. Nec me fallit, Ciceronis, Terentii, Vergilii, quod minus scripta vetustatem retinent, plus iniuriæ ab imperitis accepisse. Neque mirum quidem, qui tam omnium manibus detriti sint. Nam reliquis hoc profuit, in manibus non esse. Et patimur tot iam annos iudicta caussa, istis iudicibus, damnatam antiquitatem, non hiscere, non oculos tollere contra audere? nos sedemus: & qui patrocinium suscepimus caussam aduersarius tradimus: qui minus quam præuaricatores? non ego. nam, quod potero, propugnabo: verum id frustra faciam, an ob rem, studiosis in manu est: quibus hic labor excubat. Vt illi tamen debere nobis nolint, non me deficiet auctoritati tuæ, Posthi, & cõsilio obtemperare: qui secundum Berchemium nostrum, maximum huic editioni meæ hortamentum, & quasi protelum fuisti. Et eruditionem tuam iam ante fando acceperam: virtutem, bonitatemque (hac apud me magnus es) si quid in me literarum est, nulla vnquam (deprecor læua numina) deinceps ætas tacebit. Vale.

Sc. Rem ompem — ARuncina, deruncinare, ab ascia, deasciare, verba sunt. vtroque vsus Plautus Milite glorioso.

Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari.

Facta coniectura e vestigiis scripturæ antiquæ. Ita Prudentius:

Vulgati lib. asseccari, pessime. — *Deasciato supplicare stipiti.*

Exasciare, ab eodem.

Quod apud nos fallaciarum est exasciatum, certo scio,

Sc. sequimini. — *Oppidum quod vis videtur posse expugnari dolis.*

sic restituo. Nam Camerarii emendatio probari mihi non potest:

Alii excitã, inepte. — neque opinor, cuiquam, cui in his literis tenebræ non sint. Non dissimulabo tamen inclinare me, vt reponam:

Quod

Quod apud nos fallaciarum est exercitus.

Suo enim more solens Plautus fecerit, si de dolis. tanquam de exercitu, laudat,& oppidũ vocet eum, ad quem machinas moliatur. Videre id est Pseudolo & Bacchidib. Fuerit ergo velut dixerit: *Prius probe.*

Qui apud nos fallaciarum est exercitus.

Deruncinare eo versu restituo: *Mil. glorioso. Sc. Sequenti.*

Nimis facete, nimisq; facunde mala est.

Vt lepide deruncinauit militem.

Detruncauit, vulgatur, nimium illepide. Dixit autem, *deruncinauit*, vt item illo loco:

Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser.

Nam quod alii heic, *ærumnatus*, reponunt, hariolantur. Illud eadem fabula mendosum est: *Captiuis. Scen. Quo illum.*

Quasiq; istius caussa amoris ex hoc matrimonio

Auorsam, cupiens istius summa nuptiarum ordinis.

PA. *Nisi modo vnum hoc.* Lego:

cupiens istius summe nuptiarum. PA, *Mil. glo. Scen. Sequimini.*

ordine is,

Nisi modo vnum hoc. Neque enim tormenta illa & fidiculas ꝓbo, quas huic loco vir doctiss. amicus meus adhibet. *Summe cupiens nuptiarum*, hoc est, vehementer cupiens nuptias. *ordine is*, pro rectam instas viam: qualia sexcenta alia dicit Plautus. Prologo, seu argumento potius.

Erat herus Athenis mihi adolescens optimus;

Is amabat meretricem æque Athenis Atticis.

Melius in quibusdam: *amabat meretricem macte Athenis Atticis. Macte*, id est, valde & afflictim. Apud Sallustium, *macta munera*; Terentiũ, *mactas partes*, & *mactum infortunio Chremem*, quæ in libris scriptis recte exstabant non omnibus probo, sat scio. Lucretius:

Vt nunc sæpe boues Lucæ ferro male macta. Ita lego. Quoniam auspicato & bene ominato verbo vtitur, quo in sacrificiis ii, q dis facerẽt, ob id addit, *male* Nec me mouet, quod aliter interpres Lucretianus: qui hoc etiam grauissimum peccat, quod de hostiis locum audiri vult; nullum sane argumentum iis rebus, quas Lucretius intendit. *Mactas* in sacrificiis interpretatur Varro libris de lingua latina. Liuius libr. 2. *Tu vero abi, inquit, in te magis, quã in me, hostilia ausus. Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* Hoc nunquam secus quam mendosum credidi. Neque vero aliter potest. Nam, *iubeo te macte esse*. nihilo aliter dicitur, quam, iubeo te bone & fortis esse *Macte*, enim vocandi casus. Itaque restituendum, *iuberem mactum te virtute esse*. Nam, *macte*, aduerbium esse, neque variationem finis admittere, nunquã quisquam mihi persuasit. Perinde est enim, ac si dicas, *aucte* aduer-

bium esse. nam *macte*, magis aucte. Catullus: *Teque adeo eximie tædis felicibus aucte*, potuit, *macte*: & quod Vergilius: *Macte puer*; hoc idem erat, *aucte puer*. Quod Lucretius, *ferro macte boues Luca*: hoc Terentius, *herum damno auctum*. Vera hæc sunt: tamē apud Plautum probaui aliquando:

Is amabat meretricem in acte Athenis Atticis.

Vt creticum admitterem: quomodo Eunucho Terentii:

——— ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,

Athenæ in acta, dicebant, pro, Athena Attica: vt in Græcorum Grammaticorum Commentariis.

Quod tamē ante in suo mihi Stanaus monstrarat.

Sc. quantas.

Ex actam illam hinc abreptam. Et Ciceronis epi. ad Att. *Macte Athenis statio mea nunc placet.* Sic testificantur esse in scriptis libris Victorius, & alii. Probabam olim: *In acte Athen. st. m. n. p.* nec demuto. Nam Terentii quidem illo loco, vt scripsi, sic est in Bruniano. Sed ad Militem redeamus.

Nego hercle vero: nam ille vetuit dicere.
Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum,
Neque illi hic calidum ebibit in prandium.
PA. Neq; tu bibisti? LV. dij me perdant, si bibi;
Si bibere potui. PA qui iam? LV. quia enim obsorbui.
Nam nimis calebat; amburebat gutturem.
Alij ebrii sunt, alia postquam potant vina.
PA Bone suppromo, & promo cellam creditam.

Restituo:

Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum:
Neque æque illic cadum exhauijt in prandium.
PA. Neq; tu bibisti? LV. dij me perdant, si bibi,
Si bibere potui. PA. qui iam? LV. quia enim obsorbui.
Nam nimis calebat, amburebat gutturem.
PA. Alij ebrii sunt, alij poscam potant vina.
Bono s & p. c. c.

Noluit, inquit, Lucrio, me dicere: & vt paream, nego. Itaque neque ego octo heminas promsi, neque ille cadum vini hausit. Intelligi vult autem contra plane, & se hausisse, & bibisse illum. quæ omnia mirifice Plautus, vt illi solitum, ad risum mouendum. ceterum illud *neque æque*, comicum prorsus est: ne quid amplius dicam. Terentius Heautontim. ———

——— Quæ harum mores cantabat mihi:
Monuisse frustra dolet, neque eum potuisse vnquam ab hac expellere.

Repono e Colon. & Mogunt. ——— *qui harum mores cantabat: mihi,*
Frustra: neque aque eum potuisse vnquam me ab hac expellere.

Mendum in eo Phormione quoque:

Neq; Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,

Tum

Tum mihi hoc esse obiectum malis

Repono:

Æque Antipho alia occupatus cum esset solicitudine.

Secutus sententiam, & ne aut in trochaico locum iambo facerem, aut inter tot trochaicos iambico. *Æque* autem, vbi ita superfluat passim in comicis reperitur. heic id insuper significat, verum esse, Sceledrum cadum vini non eduxisse, quam illud sit, se octo heminas non exprompsisse. *Exiuuit*, vel *ebuuiit*, subieci e v c. nisi quod *exuunt*, aut *exuunt* reperitur: quomodo in suis etiam libris inuenerunt Grapaldus & Sarracenus. Sed u pro b tralatius error. Ad rem quod attinet, ita tibi placeam, vt Plautus non Plautinius potuit: & sic quoque Lucilius ridiculi caussa *vinibuas* vocat, quos intellegi vult auidos vini. *Bua* enim nutricum ineptia est inter infantiæ nænias, pro potu: Varro de lib. educand hoc, vt pleraque alia vetera, indicat: *Cum cibum ac potionem buas ac papas vocant; matrem mammam: patrem tatam.* Sed & infantes *exbuas* dicebant, ablactati cum essent, vt *agnos abrumos*. Hoc si sequius esset, sufficerem, *eduxit*, verisimili coniectura. Nam *educere* & *obducere* Ciceroni valet, *ebibere*, ac Plauto Amph.

Hic cineam, vt matre fuerat natum vini eduxi meri. Sed Milite sequitur:

Alij ebrii sunt, alij poscam potant trua.

Indignatur suppromum ebrium esse, alios seruos poscam (erat is seruorum potus) polla trua bibere. Si tamen Lucrionem hæc putabis dicere, restituam:

Alij ebrii sunt, alij post iam potant ama

Sententia erit, reliquos iam non scyphis aut trullis, sed ipsis aqualibus (nam eæ sunt amæ, vel hamæ) vinum inuergere Sed nihil certius, quam Sceledrum hæc loqui, & *poscam*, scribendum. de cetero ita potest videri rectum:

Alii ebrii sunt, alij poscam potant de hama: vt *hama*, præter quod aqualis, etiam sit, in quo posca. quale Truculento: Scen. vlt.

Non enim possunt militares pueri, & a via exducier. Scripserim:

Non enim posca militares pueri de hama exducier, tametsi leuius sit.

Non enim possunt militares pueri de hama exducier de quo tamen versu alibi. Spicil. 7.

Mox deinde apud Plautum sequitur:

Hunc illecebro, o capite sistebas cadum.

LV. *Non hercule tam istoc valide quassabant cadi.*

Sed in cella est paullum intus loculi lubrici,

Ibi erat bilibris aqualis, hunc propter cados;

Ea sæpe decies complebatur plena die.

Scribo:

Hui illecebrose, capite sistebas cadum?

LV. *Non hercle: tam istoc valide quassabant cadi:*

Et postremo deinde versu:

Ea sæpe decies plena deplètur die.

Hui, deprauatum in *huic*, vt Terentij And.

Si id facis, hodie postremũ me vides. P. *quid illud?* C. *hei mihi.*

Vereor dicere. PA. *hui* CH. *dic quæso Byrrhia.*

Sic in Bal. & maxima eius vestigia in Bruniano. Tun' illecebrose, inquit, Palæstrio, capite sistebas cadum? negat Lucrio. tã enim valide quassasse cados, vt non possæ: sed propter cados æqualem bilibrem fuisse: eo se vinum indi ille, ac postea deplesse. *Deplere vinum* aut *vas*, quid sit, non es a me docendus, Posthi, qui hæc talia omnes quotidie doceas. Nec autem, *plena*, ad *diem* referendum, sed ad *aqualem*. Eadem fabula maculosum est illud:

Sc. Idne est ante adu.

Enim cognoui nunc: fecisti modo mihi ex procliuo palam rem.

e vestigiis veteris scripturæ restituo:

Fecisti modo mihi ex procliuo patale.

Procliue & *patale* contraria sunt. Patalia eadem loca, quæ patentia, a patendo. Itaque *patales boues*, quorum cornua patentia: & ita cum legeretur Truculento Plauti:

Scen. vlt.

Vt ego me ruri hamaxari mauelim patalim bouem;

nugæ hominis, Baptista Pius mutauit:

——— *examauerim patulum moueri*

Quod eadem comœdia legitur:

Sc. Hera eccum.

——————*Cum eo pol sum secuta.*

Placide ipsa, vt libitum est mihi, otiose meo arbitratu:

In eo, *sequi cum aliquo* est, *sermonem cadere*. Sic enim olim vulgabatur. Cato: *Scelera nefaria, qua neq; homines in secenda, neque legenda audiuerint* nam *in secenda*, valet, *in sequenda*: hoc est autem, *fanda*. Ennius:

In sece musa manu Romanorum induperator,

Quod quisq; in bello gessit cum rege Philippo.

Liuius Andronicus: *Virum mihi Camana insece versutum.* Secere est *secare* & *secare*, pro, *sequi*, etiam Vergilius *ille viam secat ad naues*. Ac illustriori exemplo:

Quæ cuiq; est fortuna hodie, quam quisque secat spem.

Porro hinc *insectiones* pro narrationibus dici; hinc *sectionem*, ac *sectores*, & recte sensit Gellius, & postea confirmauit Seruius. *Sectores*, qui empta sua persequuntur: ea ipsa persecutio, *sectio*. Ita Cæsar de bell. Gall. vsurpat, præter alios: *Sectionem eius vniuersam Cæsar vendidit*. Sed & hinc *seculum*, & *secundum*. & *secta*. *Sectius* ab eodem: vt nos docuit fragmentum Gellii e bibliotheca Buslidiana. Ac nunc primum latebra illa aperitur, vbi multorum Vergilii versuum emendatio reperiatur.

Currit iter tutum non secius æquore classis.

Ex

Et libr. VII.

Filius ardentes non sectius aequore campi Exercebat equos.

Ibi quoque ita Seruius legisse videtur:

——— *instat non sectius, ac rotat ensem*
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso.

Item. *interea tota non sectius aere nongit.*

Apud Terentium idem suspicabar, Andria.

Sed nihilo sectius huc puerum mox deferent ante ostium.

Nam in V.C.Coloniensi, qui publicus ibi est Academiae, *segnius*, scribitur. C autem & G in antiquis codicibus promiscue fere scribuntur, Hoc addam, *secius*, & *sectius* a *seco*; ac *sequius* a *sequor*, idem esse: cuius ignoratione offendit Muretus. Recte enim scriptum erat apud veterem interpretem Terentii: *Nihil ergo secius factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt. Secius*, enim antiquius est, *sectius*, recẽtius. Sed redeamus. *Sequor* ergo pro *sermocinor*, etiã Cicero in plerisque omnibus suis dialogis vsurpat; & pro, *narrare*, Liuius de Cicerone: *Ad laudes eius insequendas.* qui locus apud Senecam in controuersiis extat: si eae Senecae sunt. Et hęc quidem omnia volui fusius: quia amicus noster apud Plautum de mẽdo suspicatur. Plauti milite hoc quoque etiam contaminatum est, si quod aliud: *Scen. Iam ea est ante aedis.*

Tum ipsa est nimium lepida, nimisq; nitida femina.
Hercle vero iam allubescit primulum Palaestrio.
PA. *Prius nequam illam oculis tuis. Pyr. ideo id quod credo tibi,*
Cum hac locutus. Illa autem absens adigit me vt amem hercle hanc quidem. Lego:
Prius ne quam illam, oculis tuis? Pii, video: idque credo tibi,
Cum hac celox tam bella; illa autem absens subigit me, vt amem hanc quidem.

Bucco miles, qui non nisi de verbis serui saperet, quando is ancillam illam internuntiam, *celocem* appellasset; quia inquit, haec celox tam bella est, fidem mihi facit, lepidiorẽ esse longe dominam. Sed nimis quam elegans erit, si scribamus:

——— *video: idq; credo tibi,*
Cum hac celox tam: illa autem absens subigit me.

Ita enim militi verba defuerint imperitia: aut alioquin de triuio inepti hominis similis oratio exierit. Id monet vetus interpres eo loco Eunucho: ——— *tum sicubi eum satietas*
Hominum aut negoci si quando odium ceperat,
Requiescere vbi volebat, quasi: nostin?

Sed & poni ita amat illud, *tam*. Casina: *Scen. Ser. sim superat, tolle*

——— *Pectus mihi icit nunc hac cubito.*

Quid tu ergo hanc quaeso tractas tam?

At mihi. qui belle hanc tracto, non icit.

Sic lego: ex quo vulgarunt: *Pectus mihi agit* & post *non agit.* sed *igit*, ego puto fuisse, pro *icit*: g pro c. quomodo librarii millies has literas inuicem supposuerunt. Legitur & illud Milite aliter quam bene:

Quasiq; hoc anulum animo fame sua ancilla dederit.

Ego: *Quasiq; hoc anulum anim.o eamepsa ancilla ded.*

Eam:psa, valet, *eamet ipsa*. Postea idem fere error:

——— *dat ne ab se mulier operam?*

PE. Lepidus sum. & comis sum. A. confido confuturum,

Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum.

Lego: ——— *datne eapse mulier operam?*

PE. Lepidast, & comist. Cum enim senex operam clientis naua postulasset ad dolandum dolum, qui hospes suus côcubinam abduceret; tum illa, datne ea ipsa quoque concubina operam, vt abducatur? ac senex amplius etiam respondet: Lepida, inquit, est & comis iam ergo negat illa difficile fore: & quantumuis ea ingenium factũ dolis habeat, non vereri se, ne inferior reperiatur. Verissimũ puto hoc esse: & virũ eruditissimũ, q aliter sentit, errare: qui id quoque non recte suspicatur, scriptum fortasse a Planto: *Iamne est ante ades hircus.* Neque enim hoc vocandum in controuersiam est, quin rectum sit, *circus.* Et geminus locus Cornicularia:

Quid cessamus ludos facere? circus noster ecce adest.

Ne addam alia. neque adeo pretium est. iam enim, sat scio, a se olim dissentit. Illud autem:

Ibo intro: ne dum absim, illu sortito fuam:

lego: ——— *ne. dum absim, mulctas sortitio fuam.*

Mulctas, quia propius ad codices calamo exaratos. absque iis esset, *mulcta*, scribi, hilum non referret. ac ne nunc quidem refert. Qui senatu abesset, mulctabatur: ibidem sortiebantur prouincias. Iam ergo seruus, ibo, inquit, intro. ne mihi sorte mulcta obtingat. *Sortitio mulcta*, hoc modo elegantissime: vt apud Petronium *Quid ais amoris alieni concessio? dignus hac iniuria fui?* Neque diuersum, *optio*, qui optatur. Asinaria:

sume tibi optionem Leonidam. Sic Bibaculus Orbilium *literarum obliuionem* vocat, qui scilicet literas oblitus esset:

Orbilius vbi nunc literarum obliuio?

Sed Milite Plauti id inter cetera obscurum est:

Lautam vis, an qua nondum sit lauta?

Quod autem viri docti sic accipiunt, *lautam* esse grandiusculam, & virum iam sæpe expertam: contra, eam, de qua Satyricus:

——— *qua nondum are lauatur;*

Scen. Cohibere intra limen. *Sce. cui hoc idem initiũ.* *Sc. Satine abiit.* *Concessionem amoris dicit Petronius, pro amasio, qui alteri concessus sit. vt optio, pro milite, quẽ ab alio in rem legitur.* *Scen. cohibere intra limen.*

sane

Sane nollem dictum. Minus vero aberat, *laudam* esse, quæ desisset virgo esse: nec hoc ad publicas lauationes referendum fuit: sed quod cõtinuo, si caput cum viro limassent, aquam sumerent: qua de re Ouidius:

Dedecus hoc sumta dissimulauit aqua.

Et ludicrum Vergilii:

Vade per has vites, quarum si sumseris vuas,
Quas aliter sumas ho'pes habebis aquas.

Et Cicero in ea pro Cœlio: *Num ideo aquam ego adduxi, vt ea tu inceste vterere?* Sed & eo modo Martialis, & multi alii sæpe. Ne hoc quidem verum. Quid enim ita attinuisset quæri? nam iam præcesserant illa:

Ingenuamne, an libertinam? PA. *parui istuc facio, dummodo*
Eam des, quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore.

Nil pote illustrius. neque committam, vt campum hunc nacta frustra se iactet oratio nostra. Satis enim explicate & aperte hoc ait, meretricem velle se: ne addam, illa de lauationibus publicis ad ingenuas spectare: quibus virginibus loqui in scena non licuisset? multo minus sycophantiari. Et illud cogitasse Plautum ostendit Palæstrionis responsio. Omnino autem *lauta est*, Lucinam experta. nam a partu lauationibus multum vtebantur. Ostendit Sosia Amphit. ———— *hei perii miser*

AM *Quid tibi est?* SO. *ad aquam præbendam adueni domum.*
Decumo post mense, vt rationem te dictare intelligo.
AM. *Bono animo es,* SO. *scin' quam bono animo? si situlam iam cœpero,*
Nunquam edepol tu mihi diuini quidquam creduis post hunc diem,
Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero:

Sed & *lautos pueros* appellatos opinor, qui nouæ nuptæ cereum lucerent, quod ante nimisquam lauarent. Ille locus insigni Æschrologia sententiam occultat, vt mihi quidem videtur, venustissimam: *Curculi. Act. 1. Scen. 1. initio. S. cen, nisi hercle*

Nam mulier nunqua molitori supplicat, si qua est mala:
Domi habet hortũ, & condimenta ad omnes mores maleficas.

Sic enim corrigo. Videtur hoc dicere; *mulier nunquam olitori supplicat:* reuera dicit, *nunqua molitori supplicat.* *Nunqua* scribebant sine m. Epidico: *Qui pro. quin, vbique fere scriptus Catullus & sæpe Nonius*

Nunqua hercule hodie, nisi me orassis, solues,

Sic enim vetus codex Langii. Ita *promisca* pro *promiscam*: *Etiam, nequã dicendum; non, nequam, sit Sosipater*

Nunc ego Simonem mihi obuiam veniat velim:
Vt mea lætitia lætus promisca siet,

V. L. Camerarii. Et *eni* pro *enim* Ita semper *eniuero*, scribendõ apud Terentiũ: non *enim vero*, vt nugantur isti. & *eniuero*, sæpe

Malo: *Hecalesies.* &, *Hecata*, quidem non improbo: sed prae vt *Hecal*: placet, repudio. Ad Deam quidem Hecaten non respexit. Nam quid ea pulcrius? nisi Valla hic sibi placet in nugis, & suas cogitationes amat sine riuali. De Luna enim insanit illo seculo digna: nam te, nolo dicere. Vt ad numerum centenarium alluserit, longinquum est. Hecales autem aetas, & ex ea deformitas, addo etiam tenuitas, prouerbium sustulit. Vergilius in lusibus:

Quadam sorior Hectoris parente,
Cumea soror, vt puto, Sibyllae;
Aequalis tibi, quam domum reuertens
Thesaeum reperit in rogo iacentem.

Et Hecalesium sacrificium, honoribus eius institutum, vt auctor est in Theseo Plutarchus, annos deformitatemque eius in vulgus celebrauit. Paupertatem Petronius loquitur, & Ouidii ille versiculus:

Cur nemo est Hecalen, nulla est quae ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Ita ergo omnia dixerit. Quod enim sine gratia Valla id esse arbitratur, quando etiam Hecale adolescentula aliquando fuerit, & per omnes aetatis gradus ascēderit, en cor Zenodori. quasi non ita res nominum audiantur, vt eas fama memoriae prodidit. Hecalen adolescentulam historiae tacent, quae a senectutis tantum factis famā inuenerit quod anus iuuenes multos, in multis Thesea hospitio demeruerit. Neque certe, si Entellus ab temeraria iuuenta fabula fuit, ob id necessarium est, ante senectutem decidisse. & Troilus puer, atque impar congressus Achilli, potuit sermonem hominibus dare, vt ingloriae suae superstes tamen esset. Vallam quidem sequentibus Martialis barbarus sit:

Cum possis Hecubam, non potes Andromachen?

Menaechmis excuditur:

Numquam quicquam facinus feci peius, neque scelestius,
Quam hodie, quando in concionem mediam me immersi miser:
Vbi dij mihi Menaechmus se subterdixit mihi.

Camerarius edidit, *Vbi dum hereo.* Verum erat: *Vbi dum inhio, Menaechmus se s[...]m. Inhiare oculis*, optime: neque designatius potuit: atque ita Mercatore, *hiantes oculi.* Quod autem Camerarius, *hereo.* sufficit, si ex libris, aut vestigiis antiquae scripturae, credam scripsisse Plautum, *dum histo*, prisco verbo, & ad hunc locum voico. Diomedes Grammaticus lib. I. *Histare, & hiatare veteres dixerunt Plautus:*

Si qua forte concio est, vbi eum histare nondum in mentem venit.

Vides vt etiam ibi de concione Plautus hoc verbum vsurparit: vt dubium non sit, quin hic quoque fuerit: aut certe *inhio.* Addit

alio

exempla: *Ille hiatans herbam moribundo ore.* Et Cæcilij: *Sequere me tu qui mihi oscitans hietas, sque restas.* Laberius etiam, inquit, *in Tauro passiuo modo anuntiauit: Hietantur fores, pro eo quod est hietant, id est patent.* Captiuis: ———————— *huic illud dele.*

Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Pa. *Nullumne interea nactus qui posset tibi*
Remissum, quem dixti, imperare exercitum?
He. *Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.*

Qua a distinctione, qua a verbis laborat locus. lego:

Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem duxti, reparare exercitum?
Pa. *Quid, credis? fugitant omnes hanc prouinciam,*
Cui obtigit, postquam captus est Philopolemus.

Dixti, corrupte in omnibus, pro *duxti*, abstulerat sententiam. In edendo autem quia facile primus erat parasitus, ducem eum exercitus illius facit. *Omnes cui obtigit*, pro, vt cuique obtigit, comica & antiquæ notæ oratio est. Sic autem fuisse etiam in veteribus Lambini, ex eius verbis coniicias. Casina:

Vnde auscultare possis, quum ego illam osculer:
Quum mihi illa dicet, mi animale, mi Olympio,
Mea vita, mea medulla, mea festiuitas,
Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea,
Sine amabo ted' amari, meus festus dies;
Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.
Quum mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer
Quasi mus in medio pariete versabere.

Selacissima quæ sunt ac venustissima animalia, commemorat, columbam, passerem, leporem. Neque non tamen scribendum hic est, *mi lepos.* nam *lepus* vbi inter blanditias sit, nusquam memini; inter contumeliæ verba domesticum Hac eadem Casina:

———*respice o mi lepos* Cl. *nempe ita vti tu mihi es.* *Act.1.Sce.1.*

Iam in contumelia *lepus* notus est vel de dicto ille Liuii Andronici: *lepus tute es & pulpamentum quæris?* Leporem enim mutare sexum, atque alternis salire & subsidere. In iisdem versibus pro, *mea medulla*, mutandum e veteri codice, *mea mellilla.* Non me fugit Cethegum ab Ennio *suadæ medullam* audire, sed & hoc scio, nihil id ad hanc rem esse, non hercle magis, quam, *flos delibatus populi:* a qua mente Lucretius florem ætatis vocat *Lucr.lib.4.*

Id, quod sponte sua solet remitti, *Qui versus*
Cum mens est pathica memor puellæ. *miserabili-*
Denique cum membris collatis flore fruuntur *ter vulgo*
Ætatis, iam cum præsagit gaudia corpus: *corruptus*
Atque in eo est Venus, vt muliebria conserat arua. *erat.*

Florem enim appellat id, quod dixi: & *luuntur*, quam hic proprie sit, nemo ignorat, qui hoc sciat modo, vbi perficiunt, solui. Id ita postea: *Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt* Florem sic quoq; interpretatur Vergilius in lusibus:

Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit:
Quem cum moly vocat: & quæ deinceps sunt.

Atqui operæ pretium est cognoscere, qua via ad corrumpendū eum Lucretii versum Lambinus grassetur. Aulularia:

Sc. Narraui amicis.

Quorum animis auidis, atq; insatietatibus
Neq; lex, neq; tutor capere est qui possit modum.

Merito rem sibi non explicat Lambinus Scribo:

Neq; lex, neq; tutor cauere est qui possit modum.]

Itaq; I.C. Cicero pro Mur. cautores formularum appellat, vbi male excudunt cantores.

Neque enim similia hæc, *capere modum*, & apud Terentium bis Heautont: *rationem capere.* Cauere autem proprie legum & I.C. torum, ac tutorum. Tertia inflexione eo vtebantur veteres. Corrupta dictio quoque apud Varronem *Modio*: *Quid aliud est, quod Delphice canat columna literis suis ἄγαν μηδὲν, viduam nos facere ad mortalem modum medioxime, vt quondam patres nostri loquebantur.* Restituo: *quid aliud est quod Delphis caueat columna literis suis, ἄγαν μηδὲν, ni viam nos facere ad m. m. m.* Hoc, inquit, præit nobis Delphica columna, vt media via tutissimi eamus. Eadem Aulularia:

Sc. vbi tu es.

——— *Heus Staphyla, te voco.*
Ecquid audis? vascula intus pure propere, atq; elue,
Filiam despondi ego, hodie; huic nuptum Megadoro dabo.

Fatendum est & Camerarius nihil sani: & non vno modo restitui bene poterat:

Vascula intus pura propera, atq; elue. Propera pura, hoc est, propere fac pura.

Horatius:

Muricibus Tyriis iterata vellera lana
Cui properabantur?

Vergilius:

——— *celeram properet per vulnera mortem.*

Idem:

Multa forent cælo quæ mox properanda sereno,
Maturare datur.

Se. sine modo

Ita Casina:

Scin' quid nunc facias? Ol. loquere, St. tene Marsupium:
Abi atq; obsona: propera: sed lepide volo
Molliculas escas, vt ipsa mollicula est.

Vetus codex: *Abi, atq; obsonia propera* & ita Langii liber quoque. Atque hoc primum est: deinde emaculari potest: *Vascula intus pura propere. purare* enim verbum pro *purgare*: quo vtitur Varro, parum ab aliis animaduerso: & Cato in de re rustica: quæ exempla

empla, quia alibi refero, non ero nunc odiosus. Alterutrum ergo verum est, tametsi posterius hoc melius; vt alibi item doceo. Iterum Casina:

Loricam induam mihi optimum esse opinor. quid uxor
Mea non adiit, atque ademit? Par. Nemo audet prope accedere,

Ferri ita poterat, nisi u. c. & in iis Langii, coniectandi copiam facerent: —— *quid uxor mea, non adijt? Par. non admittit prope, nemo audet accedere* Ita ait furore percitam, vt neminem quemquam prope admittat. Ex *admittit* ergo male isti fecerant, *ademit.* Cistellaria.

Ne obloquere La. *taceo, mulier perge dicere:*
Vbi ea est, qua gestitauit? Ha *hic in proximo.*
Ph. *Isthic quidem adepol mei habitat viri gener.*
La. *Ne.* Ph. *obloquere, rursus perge porro dicere*
Quot annos nata dicitur? Ha. *Septem & decem.*
Ph *Mea est.* La *Ea est, vt numerus annorum attulit.*
*Quid qua **** tam quaro meam.*
*Pol ** sunt quaro tertiam.*
Ph. *Quod quaritabam filiam inueni meam.*
Ha. *Æquum est tenere per fidem quod creditum est.*
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra, hac alumna est profecto filia.

Sic quidem Camerarius: & negat exsculpi aliud e veteris scripturæ vestigiis posse. Mihi tamen liquet affirmare, proxime verá esse scripturam, quam dicturus sum.

Istic quidem adepol mei habitat viri gener.
La. *Ne adhinnire equulam, soli si detur, possim ego hanc:*
Nam ita mustulentus aestus nares attigit.
Ph. *Ne obloquere. rursus perge porro dicere.*
Quot annos nata dicitur? Ha. *septem & decem.*
Ph. *Mea est.* La. *Ea est, vt numerus annorum.* Ha. *at tu id*
Quod quarebas, reperis? filiam quaro meam. La. *at*
Pol ha suas nacta sunt, quaro tertiam.
Ph. *Quod quaritabam, filiam inueni meam.*
Ha. *Æquum est tenere per fidem quod creditum est,*
Ne bene merenti sit malo benignitas.
Nostra hac alumna est tua profecto filia.

Illi versus integri duo, quin huc e Prisciano & Nonio, a quibus laudantur, inserendi sint, dubitare non oportet. Nam & mirifice huic loco faciunt, & sine illis verba inuicem parum apta hærent. Ille quidem versus:

Pol ha suas nacta sunt, quaro tertiam; fidem facit omnino, aliud

etiam lasciniuscule de Halisca dixisse seruulum. Sed & eo loco, vt in vulgatis legitur:

Isthic quidem edepol mei habitat viri gener.
Ne obloquere.

Deficere verba Lampadionis, manifestum est, quia alioquin stultum sit, Phanostratam eum obloqui vetare, qui verbum interea non fecerit. Postremis versibus corrumpendis fuit elegans ἀκολουθία æquum est, quod temere creditum est, a me per fidem, ne mihi malo sit benignitas mea. Auditur, *in eo; ne in eo mihi sit malo benignitas.* Aulularia:

Coquite, facite, festinate nunc iam quantum lubet.
Con. *Tempori postquam impleuisti fustibus istorum caput.*

Scribo:

Postquam impluisti fustibus istorum in caput.

Lepide sane. Ita Mostellaria:

Lubet cauere malam rem prius,
Quam vt meum tergum exsinceratum fiat.
Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Sincerum, atq. vti votem verberari,
Si huic imperabo, probe tectum habebo;
Malum cum impluit ceteris, non impluit mihi.

Curculione:

Quoi homini dei sunt propitij, lucrum ei profecto obiiciunt.

Quis suspicetur de mendo? at ego paratus sum contendere sacramento quinquagenario, ni corruptum sit. neque tu hoc negabis, Posthi. Quid enim hæc sententia verbis præcedentibus facit?

Nam illam minis olim decem puellam, paruulam emi:
Sed eum, qui mihi vendidit illam, numquam postilla vidi.
Periisse credo. quid id mea refert? ego argentum habeo. nimirum hoc dicit, argentum se habere. scelestè. Nam olim puellam eam subreptitiam vendidisse prædonem: & se liberam virginem ad quæstum emisse. Sed quid id sua referat? cui dii irati non sint, nihil ante lucrum ponere. ergo reponendum:

Quoi homini Dei sunt propitij, lucrum est profecto optimum.

Qui ne recte quid facerent, sentirentue, vt si se mala superstitione fraudandi genii sui obstrinxissent, aut aliudquid perperam perseuerarent, ita credebant, deorum ira fieri. & proinde in vsum vsurpatum fuit, qui se ipsos vita fraudarent, propitios eis Deos non esse. Cicero in ea pro Cœlio: *Quamobrem si quem forte inuenerit is, qui spernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem,*

huius

si uicehomini ego fortasse, & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Catullus ita *deos male aduocatos* appellat. Aulularia:

Cererin Strobile istas facturi nuptias?

Lego:

C. *St. esti facturi nuptiis:*

Quid? inquit, istæ nuptiæ non nuptiæ erunt, sed res diuina Cereri: quia temetum allatum non est?

Facere pro sacrificare scholasticum iam: & recte omnes editiones habent versus illos Rudente.

———Isthuc voluptatimus: Iube modo accedat prope

Legirupionem hunc hic nobiscum dis facere postulas?

D. *ꝑ. pugnum in os impinge.*

Nollem a Camerario mutatum. Tale mendum in Curtio quoque fuerat. *Rex locorum magis quam hostium victor, tamen Magnæ victoriæ sacrificiis, & cultu deum fecit.* Vulgo: *tamen magnæ victoriæ sacrificiis & cultu deum satisfecit.* Non erat magna ea victoria Alexandri, qui locorum tantum victor fuisset: sed ipse, vt si magna esset, Magnæ victoriæ fecit. Nota hæc appellatio Deorum: qua illi in sacrificiis mactandis diis fere vtebantur. Eadem Aulularia: *Magna victoria dea.*

Act. 1. Sce. 1. in fine.

———neq; quicquam melius est mihi,

Vt opinor, quam ex me vt vnam faciam literam

Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.

Lege ——— *quam ex me vt vnam faciam aut literam*

Longam. Vnam pensilem ex se facere, est laqueum sibi nectere. Ita Pœnulo:

Quid tibi opus est vixisse?

Ausculta mihi modo, ac suspende te.

Mi. *Siquidem tu es mecum futurus pro vna passa pensilis.*

Hoc moneo, versum illum Casinæ, quem ita restituimus; *Quid nisi amare refert, nisi sim dicax, doctus, mimicus?* si veteris scripturæ vestigia spectes, propius esse vt sic scribi debeat: *doctus dicax mimus?* quos numeros si quis sibi probabit, licet. Epidico: *Act. 1. Sce. ...*

———corium perdidi. nam iam vbi senex senserit.

Sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.

Solœcismus, *despoliet,* pro, *despoliabit* nusquam enim aliter lectum hoc verbum, quam in prima coniugatione. Scribo, *depoliet. Depolire corium* contrarium illi, *polire:* ergo idem quod, *exfincerare, depeciere tergum.*

MILITE GLORIOSO MVLTA MENDA SVBLATA:

C. V. Ioanni Posthio, Medicinæ Doctori, Illustrissimi Principis Vvirceburgensis Archiatro.

ET qui minus tandem? an quia non ita Ciceronis? ridiculum: sed & is tamen ad hæc exempla quoque. Nec me audiri volo: rem testem dabo. Qui annis his triginta, & quod excurrit, purgando illi operam sumserunt, (sine figura dicam) quotquot paginis indicarunt, quæ nisi a Cicerone scriberentur, scribi non debuisse affirmaturi illi fuerint. Quid? Lucretius paulo etiam natu minor, nonne, si antiquitatis venia est, qua sibi illi statuunt, inter Faunos & Aborigines scripsisse videri potest? iam non alius Catullo venustior. at huic mentior ii multi versus sine archaismo exciunt: vt nunc quidem archaismis nomina faciunt. Adde Varronem, & nomen cum dico, sat est. Nec me fallit, Ciceronis, Terentii, Vergilii, quod minus scripta vetustatem retinent, plus iniuriæ ab imperitis accepisse. Neque mirum quidem, qui tam omnium manibus detriti sint. Nam reliquis hoc profuit, in manibus non esse. Et patimur tot iam annos iudicta caussa, istis iudicibus, damnatam antiquitatem, non hiscere, non oculos tollere contra audere? nos sedemus: & qui patrocinium suscepimus caussam aduersariis tradimus: qui minus quam præuaricatores? non ego. nam, quod potero, propugnabo: verum id frustra faciam, an ob rem, studiosis in manu est: quibus hic labor excubat. Vt illi tamen debere nobis nolint, non me deficiet auctoritati tuæ, Posthi, & consilio obtemperare: qui secundum Berchemium nostrum, maximum huic editioni meæ hortamentum, & quasi protelum fuisti. Et eruditionem tuam iam ante fando acceperam: virtutem, bonitatemque (hac apud me magnus es) si quid in me literarum est, nulla vnquam (deprecor læua numina) deinceps ætas tacebit. Vale.

Sc. Rem omnem

ARuncina, deruncinare, ab ascia, deasciare, verba sunt. vtroque vsus Plautus Milite glorioso.

Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari.

Facta coniectura e vestigiis scripturæ antiquæ. Ita Prudentius:

Vulgati lib. assecari, pessime.

Deasciato supplicare stipiti.

Exasciare, ab eodem.

Quod apud nos fallaciarum est exasciatum, certo scio,

Sc. sequiminæ.

Oppidum quod vis videtur posse expugnari dolis.

sic restituo. Nam Camerarii emendatio probari mihi non potest: neque opinor, cuiquam, cui in his literis tenebræ non sint. Non dissimulabo tamen inclinare me, vt reponam:

Alii exciti, inepte.

Quod

Quod apud nos fallaciarum est exercitus.

Suo enim more solens Plautus fecerit, si de dolis. tanquam de exercitu, laudat; & oppidũ vocet eum, ad quem machinas moliatur. Videre id est Pseudolo & Bacchidib. Fuerit ergo velut dixerit:

Prius probe.

Qui apud nos fallaciarum est exercitus.

Deruncinare eo versu restituo:

Mil. glorioso. Sc. Sequimini.

Nimis facete, nimisq; facunde mala est.

Vt lepide deruncinauit militem.

Detruncauit, vulgatur, nimium illepide. Dixit autem, *deruncinauit*, vt item illo loco:

Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser.

Nam quod alii heic, *ærumnatus*, reponunt, hariolantur. Illud eadem fabula mendosum est:

Captiuis. Scen. Quo illum.

Quasiq; istius caussa amoris ex hoc matrimonio

Abierim, cupiens istius summa nuptiarum ordinis.

PA. *Nisi modo vnum hoc.* Lego:

cupiens istius summe nuptiarum. PA.

ordine is,

Milg'o. Scen. Sequimini.

Nisi modo vnum hoc. Neque enim tormenta illa & fidiculas probo, quas huic loco vir doctiss. amicus meus adhibet. *Summe cupiens nuptiarum*, hoc est, vehementer cupiens nuptias. *ordine is*, pro rectam instas viam: qualia sexcenta alia dicit Plautus. Prologo, seu argumento potius.

Erat herus Athenis mihi adolescens optimus;

Is amabat meretricem æque Athenis Atticis.

Melius in quibusdam: *amabat meretricem macte Athenis Atticis. Macte*, id est, valde & afflictim. Apud Sallustium, *macta munera*; Terentiũ, *mactas partes*, & *mactum infortunio Chremem*, quæ in libris scriptis recte exstabant non omnibus probo, sat scio. Lucretius:

Vt nunc sæpe boues Lucæ ferro male macta. Ita lego. Quoniam auspicato & bene ominato verbo vtitur, quo in sacrificiis ii, q. diis facerẽt, ob id addit, *male* Nec me mouet, quod aliter interpres Lucretianus: qui hoc etiam grauissimum peccat, quod de hostiis locum audiri vult; nullum sane argumentum iis rebus, quas Lucretius intendit. *Mactas* in sacrificiis interpretatur Varro libris de lingua latina. Liuius libr. 2. *Tu vero abi, inquit, in te magis, quã in me, hostilia ausus. Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* Hoc nunquam secus quam mendosum credidi. Neque vero aliter potest. Nam, *iubeo te macte esse.* nihilo aliter dici tur, quam, iubeo te bone & fortis esse *Macte*, enim vocandi casus. Itaque restituendum, *iuberem mactum te virtute esse.* Nam, *macte*, aduerbium esse, neque variationem finis admittere, nunquã quisquam mihi persuatit. Perinde est enim, ac si dicas, *aucte* aduer-

Vu

bium esse. nam *macte*, magis aucte. Catullus: *Teque adeo eximie taedis felicibus aucte*, potuit, *macte*: & quod Vergilius: *Macte puer*; hoc idem erat, *aucte puer*. Quod Lucretius, *ferro macte boues Lucas*: hoc Terentius, *herum damno auctum*. Vera hæc sunt: tamē apud Plautum probaui aliquando:

Is amabat meretricem in acte Athenis Atticis.

Vt ereticum admitterem: quomodo Eunucho Terentii:

——*ibi tum matri paruolam*

Puellam dono quidam mercator dedit,

Ex actam illam hinc abreptam. Et Ciceronis epi. ad Att. *Macte Athenis statio mea nunc placet*. Sic testificantur esse in scriptis libris Victorius, & alii. Probabam olim: *In acte Athen. st. m. n. p.* nec demuto. Nam Terentii quidem illo loco, vt scripsi, sic est in Bruniano. Sed ad Militem redeamus.

Athenæ in acta, dicebant, pro, Athenæ Attica: vt in Græcorum Grammaticorum Commentariis. Quod tamē ante in suo mihi Stanaus monstrarat. Sc. quantas.

Nego hercle vero: nam ille vetuit dicere.
Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum,
Neque illi hic calidum ebibit in prandium.
PA. *Neq; tu bibisti?* LV. *dij me perdant, si bibi;*
Si bibere potui. PA. *qui iam?* LV. *quia enim obsorbui.*
Nam nimis calebat; amburebat gutturem.
Alij ebrii sunt, alia postquam potant via.
PA. *Bone supprome, & promo cellam creditam.*

Restituo:

Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum:
Neque æque illic cadum exhauijt in prandium.
PA. *Neq; tu bibisti?* LV. *dij me perdant, si bibi,*
Si bibere potui. PA. *qui iam?* LV. *quia enim obsorbui.*
Nam nimis calebat, amburebat gutturem.
PA. *Alij ebrii sunt, alij poscam potant vua.*
Bonaf & p.c.c.

Noluit, inquit, Lucrio, me dicere: & vt paream, nego. Itaque neque ego octo heminas promsi, neque ille cadum vini hausit. Intelligi vult autem contra plane, & se hausisse, & bibisse illum. omnia mirifice Plautus, vt illi solitum, ad risum mouendum. Ceterum illud *neque-æque*, comicum prorsus est: ne quid amplius dicam. Terentius Heautontim.——

——*Quibarum mores cantabat mihi:*

Monuisse frustra dolet, neque eum potuisse vnquam ab hac expellere.

Repono e Colon. & Mogunt.—— *quibarum mores cantabat: mihi,*

Frustra: neque æque eum potuisse vnquam me ab hac expellere.

Mendum in eo Phormione quoque:

Neq; Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,

Tum

Tum mihi hoc esse obiectum mali:

Repono:

Æque Antipho alia occupatus cum esset solicitudine.

Secutus sententiam, & ne aut in trochaico locum iambo facerem, aut inter tot trochaicos iambico. *Æque* autem, vbi ita superfluat, passim in comicis reperitur heic id insuper significat, verum esse, Sceledrum cadum vini non eduxisse, quam illud sit, se octo heminas non exprompsisse. *Exciuit, vel ebuiit*, subieci e v c. nisi quod *cruunt*, aut *exuum* reperitur: quomodo in suis etiam libris inuenerunt Grapaldus & Sarracenus. Sed u pro b tralatius error. Ad rem quod attinet, ita tibi placeam, vt Plautus non Plautinius potuit: & sic quoque Lucilius ridiculi caussa *vinibuas* vocat, quos intelligi vult auidos vini. *Bua* enim nutricum ineptia est inter infantiæ nænias, pro potu: Varro de lib. educand. hoc, vt pleraque alia vetera, indicat: *Cum cibum ac potionem buas ac papas vocent; matrem mammam: patrem tatam.* Sed & infantes *exbuas* dicebant, ablactati cum essent, vt *agnos abrumos*. Hoc si sequius esset, sufficeret, eduxit, verisimili coniectura. Nam *educere* & *obducere* Ciceroni valet, *ebibere*, ac Plauto Amph.

Hirceneam, vt matre fuerat natum vini eduxi meri. Sed Milite sequitur:

Alij ebrij sunt, alij poscam potant trua.

Indignatur suppromum ebrium esse, alios seruos poscam (erat is seruorum potus) posse trua bibere. Si tamen Lucrionem hæc putabis dicere, restituam:

Alij ebrij sunt, alij post tam potant ama

Sententia erit, reliquos iam non scyphis aut trullis, sed ipsis aqualibus (nam eæ sunt amæ, vel hamæ) vinum inuergere Sed nihil certius, quam Sceledrum hæc loqui, & *poscam*, scribendum. de cetero ita potest videri rectum:

Alij ebrij sunt, alij poscam potant de hama: vt *hama*, præter quod aqualis, etiam sit, in quo posca. quale Truculento: Scen. vlt.

Non enim possunt militares pueri, & a via exducier. Scripserim:

Non enim posca militares pueri de hama exducier, tametsi leuius sit.

Non enim possunt militares pueri de hama exducier de quo tamen versu alibi. Spicil. 7.

Mox deinde apud Plautum sequitur:

Hinc illecebroso capite sistebas cadum.

LV. *Non hercule tam istoc valide quassabant cadi.*

Sed in cella est paullum intus locus lubrici,

Ibi erat bilibris aqualis, heic prope ter cados;

Ea sæpe decies complebatur plena die.

Scribo:

Hui illecebrose, capite sistebas cadum?
LV. *Non hercle: tam istoc valide quassabant cadi:*
Et postremo deinde versu:
Ea sæpe decies plena depletur die.
Hui, deprauatum in *huic*, vt Terentij And.
Si id facis, hodie postremũ me vides. P. *quid illud?* C. *hei mihi.*
Vereor dicere. PA. *hui!* H. *dic quæso Byrrhia.*

Sic in Bal. & maxima eius vestigia in Bruniano. Tun' illecebrose, inquit, Palæstrio, capite sistebas cadum? negat Lucrio. tã enim valide quassasse cados, vt non possæ: sed propter cados aqualem bilibrem fuisse: eo se vinum indi ille, ac postea deplesse. *Deplere vinum* aut *vas*, quid sit, non es a me docendus, Posthi, qui hæc talia omnes quotidie doceas. Nec autem, *plena*, ad *diem* referendum, sed ad *aqualem*. Eadem fabula maculosum est illud:

Sc. Iã ne est ante adu. *Enim cognoui nunc: fecisti modo mihi ex procliuo palam rem.*
e vestigiis veteris scripturæ restituo:
Fecisti modo mihi ex procliuo patale.

Procliue & *patale* contraria sunt. Patalia eadem loca, quæ patentia, a patendo. Itaque *patales boues*, quorum cornua patentia: & ita cum legeretur Truculento Plauti:

Scen. vlt. *Vt ego me ruri hamaxari mauelim patalim bouem;*
nugæ hominis, Baptista Pius mutauit:
—— *examauerim patulum moueri*
Quod eadem comœdia legitur:

Sc. Hera eccum. ——————*Cum eo pol sum secuta.*
Placide ipsa, vt libitum est mihi, otiose meo arbitratu.

In eo, *sequi cum aliquo* est, *sermonem cadere*. Sic enim olim vulgabatur. Cato: *Scelera nefaria, quæ neq; homines in secenda, neque legenda audiuerint* nam *in secenda*, valet, *in sequenda*: hoc est autem, *fanda*. Ennius:

In secemussa manu Romanorum induperator,
Quod quisq; in bello gessit cum rege Philippo.

Liuius Andronicus: *Virum mihi Camæna insece versutum*. *Secere* est *secare* & *secare*, pro, *sequi*, etiam Vergilius *ille viam secat ad naues*. Ac illustriori exemplo:

Quæ cuiq; est fortuna hodie, quam quisque secat spem.

Porro hinc *insectiones* pro narrationibus dici: hinc *sectionem*, ac *sectores*, & recte sensit Gellius, & postea confirmauit Seruius. *Sectores*, qui empta sua persequuntur: ea ipsa persecutio, *sectio*. Ita Cæsar de bell. Gall. vsurpat, præter alios: *Sectionem eius vniuersam Cæsar vendidit*. Sed & hinc *seculum*, & *secundum*. & *secta*. *Sectius* ab eodem: vt nos docuit fragmentum Gellii e bibliotheca Buslidiana. Ac nunc primum latebra illa aperitur, vbi multorum Vergilii versuum emendatio reperiatur.

Currit iter tutum non sectius æquore classis.

Et libr. VII.

Filius ardentes non sectius aquore campi Exercebat equos.

Ibi quoque ita Seruius legisse videtur:

——*instat non sectius, ac rotat ensem*
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso.

Item. *interea tota non sectius aere nongit.*

Apud Terentium idem suspicabar, Andria.

Sed nihilo sectius huc puerum mox deferent ante ostium.

Nam in V.C. Coloniensi, qui publicus ibi est Academiæ, *segnius*, scribitur. C autem & G in antiquis codicibus promiscue fere scribuntur, Hoc addam, *secius*, & *sectius* a *seco*; ac *sequius* a *sequor*, idem esse: cuius ignoratione offendit Muretus. Recte enim scriptum erat apud veterem interpretem Terentii: *Nihil ergo secius factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt. Secius*, enim antiquius est, *sectius*, recẽtius. Sed redeamus. *Sequor* ergo pro *sermocinor*, etiã Cicero in plerisque omnibus suis dialogis vsurpat; & pro, *narrare*, Liuius de Cicerone: *Ad laudes eius insequendas.* qui locus apud Senecam in controuersiis extat: si ex Senecæ sunt. Et hęc quidem omnia volui fusius: quia amicus noster apud Plautum de mẽdo suspicatur. Plauti milite hoc quoque etiam contaminatum est, si quod aliud: Scen. Iam ne est ante adit.

Tum ipsa est nimium lepida, nimisq; nitida femina.
Hercle vero iam allubescit primulum Palæstrio.
PA. *Prius nequam illam oculis tuis. Pyr. ideo id quod credo tibi,*
Cum hac locutus. Illa autem absent adigit me vt amem hercle hanc quidem. Lego:
Prius ne quam illam, oculis tuis? Pii, *video: idque credo tibi,*
Cum hac celox tam bella; illa autem absens subigit me, vt amem hanc quidem.

Bucco miles, qui non nisi de verbis serui saperet, quando is ancillam illam internuntiam, *celocem* appellasset; quia inquit. hæc celox tam bella est, fidem mihi facit, lepidiorẽ esse longe dominam. Sed nimis quam elegans erit, si scribamus:

——*video: idq; credo tibi,*
Cum hac celox tam: illa autem absens subigit me.

Ita enim militi verba defuerint imperitia: aut alioquin de trinio inepti hominis similis oratio exierit. Id monet vetus interpres eo loco Eunucho:——*tum sicubi eum satietas*
Hominum aut negoci si quando odium ceperat,
Requiescere vbi volebat, quasi: nostin?

Sed & poni ita amat illud, *tam*. Casina: Scen. Sensim superat tolle

——*Pectus mihi icit nunc hac cubito.*

Sane nollem dictum. Minus vero aberat, *laudam* esse, quæ desisset virgo esse: nec hoc ad publicas lauationes referendum fuit: sed quod cõtinuo, si caput cum viro limassent, aquam sumerent: qua de re Ouidius:

Dedecus hoc sumta, dissimulauit aqua.

Et ludicrum Vergilii:

Vade per has vites, quarum si sumseris vuas,
Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

Et Cicero in ea pro Cœlio: *Num ideo aquam ego adduxi, vt ea tu inceste vterere?* Sed & eo modo Martialis, & multi alii sæpe. Ne hoc quidem verum. Quid enim ita attinuisset quæri? nam iam præcesserant illa:

Ingenuamne, an libertinam? PA. *parui istuc facio, dummodo*
Eam des, quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore.

Nil pote illustrius neque committam, vt campum hunc nacta frustra se iactet oratio nostra. Satis enim explicate & aperte hoc ait, meretricem velle se: ne addam, illa de lauationibus publicis ad ingenuas spectare: quibus virginibus loqui in scena non licuisset? multo minus sycophantiari. Et illud cogitasse Plautum ostendit Palæstrionis responsio. Omnino autem *lauta est*, Lucinam experta. nam a partu lauationibus multum vtebantur. Ostendit Sosia Amphit. ———— *hei perii miser*

AM. *Quid tibi est?* SO. *ad aquam præbendam aduenì domum*
Decumo post mense, vt rationem te dictare intelligo.
AM. *Bono animo es,* SO. *scin' quam bono animo? si situlam iam cœpero,*
Nunquam adepol tu mihi diuini quidquam creduis post hunc diem,
Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero:

Sed & *lautos pueros* appellatos opinor, qui nouæ nuptæ cereum lucerent, quod ante nimisquam lauarent. Ille locus insigni Æschrologia sententiam occultat, vt mihi quidem videtur, venustissimam: *Curculi. Act. 1. Scen. 1. initio. S. com, nisi hercle*

Nam mulier nunqua moliteri supplicat, si qua est mala:
Domi habet hortũ, & condimenta ad omnes mores maleficas.

Sic enim corrigo. Videtur hoc dicere; *mulier nunquam olitori supplicat:* reuera dicit, *nunqua moliteri supplicat.* *Nunqua* scribebant sine m. Epidico: *Qui pro. quin, vbiq; fere scriptus Catullus & sæpe Nonius Etiam, nequã dicens. dum; non, nequam, ait Sosipater*

Nunqua hercule hodie, nisi me orassis, solues,

Sic enim vetus codex Langii. Ita *promisca* pro *promiscam:*

Nunc ego Simonem mihi obuiam veniat velim:
Vt mea lætitia lætus promisca siet,

V. L. Camerarii. Et *eni* pro *enim* Ita semper *eniuero*, scribendũ apud Terentiũ: non *enim vero*, vt nugantur isti. & *eniuero*, sæpe

Raro dabat vinum quod biberem; id merum Infuscabat. lego: *infutabat.* idque probat Sambuci C. V. Futari vinum docet Festus, cum miscetur lympha. Quod ergo merum non est, id est infutatum: & ita Milite accipiendum; vt quidem mihi videtur, lepide: nec abhorrent veteres editiones, in quibus legas, *infucaueris.* Prçterea:

Quod id est facinus? SC. *impudicum.* Pa. *tute scis soli tibi:* — Scena. nisi quidem.
Mihi ne dixis: scire nolo. lego: *tute scis solite.*

Et eam scripturam vehementer sensus approbat. Continuo enim hæc præcedunt:

Nescis tu fortasse, apud nos facinus quod natum nouum, impudicum.

Quare Palæstrio: *ego nescio, at tu solide scis.* Impudicos enim & muliebria passos, *consuetos* & *solitos* vocabant. hoc eo, quia *consuescere* & *solere* vsurpant pro, *rem habere cum quiquam.* Cistellaria:

Viris cum suis prædicant nos solere:
Suas pellices esse aiunt. Asinaria:

Asta igitur vt consuetus es puer olim scin' vt dicam? neq; enim is versus a Camerario omitti debuit, & certum est Ganimedęum officium intelligi. Nec est obscurum genus libidinis, *equus.* Martial. — Scen. cur me retentas.

Hectoreo quoties sederat vxor equo.

Alludit & Petronius: *Nunquam,* inquit, *nisi in equestribus sedeo.* Plautus Pseudolo:

Etiamne facere solitus es puer? scin' quid loquar — Scena, mal & nequam.
Male hoc modo. nam legendum est:
Etiamne solitus es puer? scin' quid loquar?

Neq; enim meritorii pueri faciunt, sed patiuntur. Verum ignorata vis est illius, *solitus.* Ab eadem mente, *consuetum puerum,* alibi quoq; vocat Plautus: & Lucretius, *canes consuetos,* absolute, sine præterea verbo, exemplo eodem, sensu alio: — Lib. 4.

At consueta domi catulorum blanda propago
Discere, & corpus de terra corripere instant,
Proinde quasi ignotas facies, atq; ora tuantur.

Nam, *consuetos domi,* pellepide, quantum quidem eius iudicare possum, appellat, contra quam qui venatici. *consuescere* autem *domi,* quemadmodum, *curare domi,* Plautus: *seruare domi,* Terentius: alii alia. At interpres Lucretianus suum hoc loco versum inculcat; si diis placet. Et quasi parum sit, alibi hunc delet libro III.

Quæ quasi consuerunt, & sunt munita viai.

Vt autem pueri consuescere dicuntur, atque hinc *consueti,* qui, vt Petronius ait, teruntur; sic *via consuescere;* & ea sunt *munita viarum:* Græca figura scilicet, *via munita.* Sed ad Plautum:

Habes tabellas. AR. *vis rogare, habeo & stilum.* — Act 1. Sc. 1.
Lego: *Habes tabellas?* AR. *vah rogare? habeo*

Scen.rem otun om.

Item illic:

Nempe ergo tu nouisti militem meum herum? AR. *rogare mirum est.*

Emendo: AR. *rogitare?* Illa, *mirum est*, deleo, nec consuetudo aliter latini sermonis, aut numeri patiuntur. Pariter Hecyra:

Peperit filia. taces? hem, ex quo? My. ex quo? istuc rogitare patrem?

Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data nuptum, obsecro?

Plaut. *Credo, neq; adeo arbitrari patris est aliter: sed demiror,*

Quid sit, quod tantopere hunc omnes nos celare volueris

Partum præsertim, cum & recte, & tempore pepererit suo.

Adeon' peruicaci esse animo, vt præoptares perbitere,

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam post scires,

Quamde esset cum illo aduersus animi lubidinem tui?

Ego etiam illorum esse culpam credidi, quæ te est penes.

Qui versus contaminatissimi ab aliis eduntur: a me restitutos vincam suo loco. Sed illud:

——— *istuc rogitare patrem?*

Dictum est, quomodo Eunucho:

Ah, rogitare? quasi difficile sit. ———

Et Heautontim.

——— *Tantamne esse in animo inscientiam?*

Et hoc ipso loco:

Adeon' peruicaci esse animo? ———

Act.1. Sce.1. Non procul initio Militis:

Nam ego hanc macharam mihi consolari volo,

Ne lamentetur, neue animum despondeat,

Quia se iam pridem feriatam gestitem:

Quæ misera gestit fratrem facere ex hostibus.

Muretus emendat, *fartum facere ex hostibus*: hoc Lambinus probat. Ne tamen nihil noui reperisse videretur, mutat, *fartum*. nugas hominis, addit, quod ego non credo, in suis vetustis ita esse. at in Camerarii, quod optimum fuisse res ipsa loquitur, diserte, *fratrem*: nec aliter vetustissima quæque, vt ex Vgoleti & Grapaldi, atque etiam Baptistæ Pii, tum Sarraceni editionibus constat. Primi ii coniecerunt, *fractum*, ex, *fratrem*; non ex *fartum*; ne putes. *Fratres* qui sint hoc loco, Arnobius docebit: *Si enim*, inquit, *quæcunque ab hominibus fiunt, maximeq; in re sacra, debent habere suas caussas, nec sine ratione est quicquam in negotiis omnibus, atque in omni administratione faciendum, edissertate nobis, & dicite, quæ sit caussa, quæ ratio, vt hæc etiam diis dentur, sacrisq; adoleantur altaribus? In hoc enim diutius loco huic caussæ vel maxime necessario immoramur, insistimus, inhæremus, cupientes addiscere, quid cum pultibus deo sit, quid cum libis, quid diuersis cum fratribus, conf. Et. omnis miscere multiplici, atq; impensarum varietate conditis*: Itaq; sacrorum verbum

Fratres pro insitiis, ex concisa carne verbum sacrificiorũ.

verbum est; quæ extra rem diuinam non fere profanabantur: neq; magis repudiandum, quam aut *apexabo*, aut *longano*, aut *offa penita*: quam ipsam tamen *offam penitam* male quoque hac fabula Camerarius in porcinam mutauit:

Sed ijdem homines nunquam dicunt, quanquam appositum est ampliter, Sc. Cobibere intra limen.

Iube illud denuo tolli: hanc patinā remoue: pernā nihil moror.

Aufer illam offam penitam. probus hic conger frigidus.

Nam & Festus penitam offam esse ait, porcinam cum coda, quæ olim penis erat: & Arnobius: *Quid duceda? quid naniæ? quid offa? non vulgi, sed quibus est nomen, appellatioque penitæ: ex quibus quod primum est, in exiguas aruina est miculas, & minutim insecta de more: quod in secundo situm est, intestini est porrectio, per quam proluuies editur, succis perexsiccata vitalibus: offa autem penita est, cum particula visceris cauda pecoris amputata.* Hoc ergo maneat, & *offam penitam* apud Plautum relinquendam; & *fratres* qui quidem fiant ex concisa & comminuta carne.

Eadem fabula:

Rogitabant, hiccine Achilles est, inquit, tibi? Act. 1. Sc. 1.

Imo eius frater, inquam: innuit illarum altera:

Ergo mecastor pulcer est, inquit, mihi,

Et liberalis visus Cæsaries quam decet.

Putem verius scribi:

Imo eius frater inquam: infit illarum altera,

Ergo m. p. e, inquit, mihi, Et l. vis.

Sub finem comœdiæ:

——— *obsecro mitte mulierem,*

Ne affligatur. PY. *Quid istuc?* PA. *postquam abs te abit, animo male* Sc. quid modi.

Factum est huic repente misera. PY. *accurite intro atque afferte aquam.*

PA. *Nihil aquam moror.* PY. *cur?* Pa. *malo ne ipse intermoreris.*

Quæso dum respicito, capita inter se nimis nexa hic habent.

Non placet: labra & labella inter se ferunt admodum.

Ple. *Tentabam spiraret, an non. at eam ad nos iam oportuit.*

Sin magis vis, ambos mittam. Pa. *nolo retineat, fleo miser.*

Ita Camerarius: sed nihil, hoc quidem loco sibi explicauit. Nos, quod musæ approbent, non longe a scriptura Plauti confidimus discessisse coniecturam nostram, cum Basil. cod. consulimus:

——— Pa. *obsecro retine mulierem,*

Ne affligatur. Py. *Quid istuc?* Pa, *postquam abs te abit animo male,*

Factum est huic repente misera. Py. *accurrite intro atque afferte aquam*

Pa. *Nihil aquam moror.* Py. *cur?* Pa. *malo merum ne ipse interuenerit.*

Quaeso dum resipiscit. Py. *capita inter se nimis nexa hic habent.*

Non placet. labra labellis ferruminauit admodum.

Pl. *Tentabam spiraret, an non: at eam ad nos iam oportuit.*

Pa. *Sin magis vis, ambos mittam.* Py. *nolo retineas.*

Pa. *fleo miser.*

Res tota in aperto. Qui deperibat Philocomasium, Pleusides eam venit habitu thalassico arcessere. illa quod æque insaniret Pleusidem abire a milite studebat: hoc suspicari ipsum militem tamen nolebat. itaq; inuitam discedere simulans, afflet identidem: &, vt postremum liceat amplecti, illum, rem scilicet magnam, exorat: atq; inde digressa, auersaque simulat animo linqui se, & iam casuræ speciem præbet. adiuuat scenam Palęstrio, quod in se est: & memoriter, retinete, inquit, istam, ne cadat. Pleusides impotentissimus amator, siue vero ratus, animo eius male fieri, siue quamuis minimam amplectendi caussam, occasionem suam putans, vt ruituram suscipit. Inter hæc miles, quando dolum non suspectat, aquilam iubet obsipari: quod defectis solet: Palæstrio negat opus esse: &, vt curam illam periculumq; discutiat, ioco rem diluit malle merum se, quam aquam, aut vinum furatum: simul quod osculantes inter se (vt est impudẽs & incautus amor) Pleusidem ac Philocomasiũ videt, veritus ne suboleat militi, vetat accedere ipsum propius, dum resipiscat Philocomasium: secus, renouatum iri eius conspectu dolorem. neq; latere tamen potuerunt, quin limantes capita, &, vt ait Laberius, collabellantes manifesti prope fierent. Quare dubio procul est, illa militem dicere: *Capita inter se nimis nexa hic habent:* & quæ deinceps sunt. Neq; enim Palæstrioni vllo modo conueniunt: ne addam, quod mussaturus erat, ne se indicaret. at audisse ea verba etiam Pleusidem, argumentum est responsio. Ceterũ illa rursum Palæstrionis sunt: *sin magis vis, ambos mittam:* quippe qui illorum impotentiam videret, & metueret, ne ipsi palam facerent omnia, hoc operã dabat, vt illos quamprimum ad nauem dimitteret. Porro autem miles ita missam Philocomasium fecerat, vt videre tamen coram basiantem alium minime sustineret. itaque nolo, inquit, nauclerus retineat Philocomasium: versusq; inde ad curam mittendi, iubet sarcinas efferri foras. Hęc ita ego opinor. Quod autem eum versum sic scripsimus: *labra labellis ferruminauit admodum:* hę simus veteris scripturę vestigiis in Basilic. & vero antiquissimos eodẽ modo repræsentasse, de veteribus editionibus coniecturam facimus. Eleganter, *labra labellis ferruminare. Ferrumen* autem quid sit. & *ferruminatio*, vel pueris notum. Veteres glossæ: *Ferrumen*, συμμολ: *ferruminat*, συμμ. Plinius solens vtitur, vt libr. 16. cap. 30. *Ceterum gracilitas nodis distincta*

distincta leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore panicula coma, neque hac superuacua. aut enim pro pluma, strata cauponarum replet aut vbi limosiore callo indurvit, sicut in Belgis, contusa, & interiecta nauium commissuris, ferruminat textus, glutino tenaci, rimisq; explendis pice fidelior. Restituit id aliquot locis Politianus. quare iocus Scalæ, & id genus ineptis nebulonibus fuit. alii V.C. si vt Lābinus scribit, *firmant*, referunt, malæ fidei sunt Nam *firmare inter se labra*, non Latinum. Haud longe hinc ita scribitur:

Metuoq; & timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.

Py. *Quid id est?* Pa. *nos secundum ferre nunc per vrbem hæc omnia.*

Optime, & caue libros illos audias, qui habent: *nos palam ferre nunc per vrbem hæc omnia.* Nam *secundum ferri* dicuntur, quæ a seruis sectatoribus feruntur: ipsiq; pueri a pedibus, secundum ire. Amphitruone:

I tu secundu sequor. So. *subsequor te.*

Infra Milite:

Præcepta facito vt memineris. PH. *toties monere mirum est.*

Pa. *At metuo, vt satis sis subdola.* PH. *cedo vel doctas docebo.*

Memini malas vt sint mala: mihi pol e quo supersit.

Gellius lib. 1. Cap. 22. damnat formam illam, qua *superesse alicui*, pro, esse patronum, aut aduocatum, dicatur non in compitis solum, sed comitio ad tribunalia. Ego (nam fatebor) dubitaui adolescens semper. Legebam enim in Instit. lib. tit. de curato: *Sed & mente captis, & surdis & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (qui superesse rebus suis non possunt) curatores dandi sunt.* Et quod dicas hoc illius ætatis esse, qua latine loqui obliti erant, scilicet fuisse Institutiones e veterum I.C. commentariis, maxime Cai, consarcinatas: eorumque verbis loqui Tribonianum. Sed & elegantissimus Vlpianus l. his qui. D de tutoribus & curatoribus dan. *His*, inquit, *qui in ea caussa sunt, vt superesse rebus suis non possint, dare curatorem proconsulem oportebit.* Accedit Suetonius Augusto: *Cum Asprenas Nonius arctius Augusto iunctus, caussam veneficij, accusante Cassio Suero, diceret: consuluit Senatum, quid officij sui putaret. cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum; sin deesset, destituere ac prædamnare amicum extistimaretur.* Quod quidem eo efficacius est, si Augusti verbis dicitur: quem munditias patris in sermone æmulum ne Gellius quidem negat. Postremum ad hāc rem Plauti hunc locum vocabam: quem e nouis veteribusque editionibus concinnabam;

Sic etiam Arnobius, & Tacitus Ann. III. Fide, inquit, ac virtute legatos, se consiliis suis perfuisse.

At metuo vt satis sis subdola PH. *cedo, vel doctas docebo:*

Memini malas vt sint mala: mihi pol ego supersum.

Nam hæc extrema ita diserte omnes ante Camerarium. Neq; non tamen mihi placet alterum illud: & potuit nasci mendum ex antiqua scriptura, E C O. hoc enim aut, ego, signat, aut *e quo.*

Sed eo dixi, vt viderent alii, quid mallēt: mihi vtrumuis probatur. Infra alia Scena:

Nam mihi, deum virtute dicam propter, diuit: ad meas
Licuit vxorem dotatam genere summo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricem in ædis intromittere.
Pa. *Cur ne vis? nam procreare liberos lepidissimum est.*
PE. *Hercle vero,, verum, liberum esse, multo est lepidius.*

Coniecturam facio e.v.c.

Cur ne vis? nam procreare liberos, lepidust honos. recte sane. nam quæ illa tempora erant, publice honos lepidior non erat alius, quam liberorum parentem esse. Hinc apud Græcos, barbarosque præmia ipsis procreantibus: & ius trium liberorum, Romæ; aliaq; talia. Paullo ante hunc locum:

Es, bibe, animo obsequere mecum, atq; onera te hilaritudine.
Liberæ sunt ædis, liber sum egomet, volo libere.

Paruum mendum. Sribendum enim: *colo libere. Colere*, pro, *viuere*, perquam belle, aut ita simpliciter, aut vt Terentius, *vitam colere*.

—— nam vsq; dum ille vitam illam colet inopem.

Potest ita quoque: se liberum liberas ędes colere. *colere*, habitare. ita Marcellus quoque, & laudat Vergilium: *Hic mater cultrix Cybele: ——* id est, hic habitat Cybele. Item:

Prologo. *———— quas dira Celeno,*
Harpyiaq; colunt alia. Et noster Aulularia: *Hāc domum iam multos annos est, vt possideo & colo.* Mostellaria:

Nunc hinc exemplum capere vult, nisi tu na vis.
Nam eo magnopere ex te sibi exemplum expetit,
Quia hic audiuit esse æstatem perbonam:
Subdiu colis hasce solere perpetuum diem

qui postremus ita scribendus est: *Sub dio* &c *Sub dio*, quod Horatius: *Sub Ioue*: quod tamen nemo nesciebat, etiam priusquam Theognis nasceretur. Hoc ergo hic est *colo*. Lambinus alia via nititur, minus recte. Initio huius scenæ:

Sc. cohibete. *Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit vsui:*
Neq; potest quin si id inimicis vsui est, obsit mihi.
Nam bonum consilium surripitur sæpissime, si minus cum cura aut catalogo lectum est.

De catalogo profecto aliorum meræ gerræ sunt: & iam tum puer emendabam:

Locos nominandi casus pro locis. *Si minus cum cura, aut cata locos loquendi lectust.*

De loco enim dicit, vbi sermones conferant: quem esse lectum vult ne quis arbitrari dicta ipsorum possit. Hoc gaudeo doctissimo Lipsio quoque placere. Eadem:

Sc. cohibete. *Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,*
Qui facetiarum cor, corpusq; sit plenum, & doli.

Ita Ca-

Ita Camerarius, alii omnes, *fallaciarum*. mihi lubet verum esse, *pellaciarum*: neque cum sententiam specto, dubium habeo, quin germanum sit Plauti. Facetias in corpore non agnosco: nec fallacias admodum. *Pellacia*, autẽ heic proprie, vt apud Arnobiũ in 4. *Quis est, inquam, qui credat, ad humanas accubuisse Deum mensas interemtum auaritiæ caussa? fefellisse supplices ambiguitate responsi? praecellere in furum ordine? adulterasse? seruisse? vulneratum esse? & adamasse? & per omnes libidinum formas incestarum, cupiditatũq; circumegisse pellaciam.* Quod autem e liberis fugerit, vbi mansit?

At vos, deducta quibus est fallacia luna;
Et labor in magicis sacra piare focis.

Ita cum apud Propertium lib. 1. eleg. 1. vulgetur, reponendum est tamen e V.C. Lib. 1. el. 1. Propertii.

——— *deducta quibus est pellacia luna.*

Pellicere lunam, vt *elicere manes*: & Iupiter Elicius non alia ratione appellatus, vt scribit Varro: de quo item multa Arnobius in quincto ex Antiate: & Ouidius:

Eliciunt cœlo te Iuppiter, vnde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumq; vocant.

Ille quoq; versus commentatores sollicitos habet:

At nemo solus sapit nam ego multos sæpe vidi
Regionem fugere consilij, prius quam compertam habere.

neque tamen facilior cuiusquam loci restitutio:

——— ——— *nam ego sæpe multos vidi*
Regionem fugere consilij, prius quam compertam habuere.

multos, inquit, vidi, quos regio consilii fugeret postea; quantumuis eam compertam habuissent ante. De memoria enim loquitur: & id manifestum faciunt, quæ sequuntur, verbis Acroteleutii.

MVLTA PLAVTI EMACVLATA,
PRÆCIPVE ASINARIA.

Nobilissimo viro, Iano Duzæ, Nordouici Domino.

Ordiar a querela. Hem, tot iam menses, neque quicquam interea a Duza: & illa, ocelle noster, cor musarum, flos Agrippinensium, verba erant? Dices: adde istuc, iam hercle ego totidem in Palmerium. Fateor, & taceo. Enimuero quod non ex formula, Vt vellem, fuisse apud vos arbitreris, ita me Apollo vester, vt nusquam libentius. Nam de adventitia, dispeream, quantum qui pote pessime, si cœna iucundior vlla fuit: quam medius fidius adhuc ruminor: & immortalis, credo, eram, nisi Artocreæ illam tein quam (hei mihi, discendenti prandium dedit) ructarem, iã lude-

te credes, & redire ad ingenium: quod te per salem & fel Satyrarum, per genium scriptorum tuorum rogo, ne aliter quid esse me suspiceris. Ego ne vt non meminisse queam, quo me vultu, quàm prolixe, parum est verbis, etiam rebus semper acceperis? non faciam, neq; me deus ille seuerit. Tantum literatarum fabularum, tot ioca, seria communicata, toties, o dii conuiuia, quæ tua beneficentia erat, Saliarem in modum nobis acta obliuisci, ne cum volam quidem, potero. Etiam ausus es, homo candidissime, magna tibi de ingenio nostro polliceri, & si esse pars ibi Academiæ vellem, amplissimam conditionem ferre: qua ego tametsi vsus non sum, iudicio tamen tuo, siue id error fuit, delector: & quo de homine mereri volueris, quod musæ meæ poterunt, testificari nusquam desinam. Sed quid Lipsius, quid agit? ille musarum amor ecquid machinatur Menippeas? quid Hautenus autem? quid Tiara? & tota illa cohors doctorum hominum, Rhambertus Horæus, Drusus, Alexander Rhaelo, Hactus? En vnquam erit, cum vos, dulcissimæ animæ, amplectar? *Cum tristum ibericis fastus*: sed ohe Apollo, cedo quibus Plautus locis aliquot emendetur: si Duzæ videtur ac primum id quod Milite glor. vulgatur:

SCE. *Timeo quid rerum gesserim hic, ita dorsus totus prurit.*
Pa. *Scin' te perisse nunc quidem demi certo?* SCE. *certa res est*
Nunc nostrum obseruare ostium voluisse. Repono:
——————— *Certa res est,*
Nunc nostrum obserare ostium, ne euolet.

Qui se Philocomasium per ostium foras edidisse putaret in posterum an obseruaturum ostium, ne euolare illa tam facile possit. *Obserare*, passim in *obseruare* degenerauit Asinaria:

Illic homo a tu compilauit, more si fecit suo.
Vel illi qui tam indiligenter obserauit ianuam.

Sic enim rectum est, non, *obseruauit*. Curtius lib. 10. extremo: *Igitur Perdicca territus, conclaue, in quo Alexandri corpus iacebat, obserari iubet.* Ita emendaui, cum esset in omnibus, etiam scriptis codicibus, *obseruari*. Sequitur enim: *Ceterum haud difficulter a tot millibus armatorum claustra fracta sunt.* Casinæ quoque initio versus est, quem nunc quia commodum in mentem venit, lubet emaculare:

Ita te aggerunda coruuum aqua faciam, probe vt posilena possit ex te fieri.
Post autem nisi ruri tu eruum comederis,
Aut quasi lumbricus terram. Legendum:
Post autem nisi tu ruri acue eruum ederis.

Eruum concrete: quo exemplo in epitaphio Sergii Polensis parasiti: *Abiit ad rem vestram viatores optimi, ubi longo ambagibus condenati*

condonati posthumis. Nuga ambages, abstractum cum concreto; quasi, nugaces ambages, aut nugæ ambagiosæ. Sed & Isidorus, *resa iaculum*: & Horatius, *Stertinium acumen*: & Sallustius, *mulierem Galliam*. Et ita, *Italiam*, pro *Italicam*, Iustinus historicus; aliaque multa multi ad eam faciem dicunt. Terentius Phormione:

Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam.
Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,
Pauper, cui in opera vita erat, ruri fere
Se continebat. Legendum:——— *Cui opera vita erat.*

Opera adiectiuum, aut adiectiui facie, pro, *operaria*. est enim nominandi casus, *opera vita*. neque mirum adeo. Sic enim omnes, Cicero maxime, *operas* pro operariis dicunt Scio interpretem veterem dissentire. &, *opera*, auferendi casu accipere, ac vitam pro victu interpretati: quomodo sane Sticho:

Auspicio hodie optimo exiui foras,
Mustela murem mihi abstulit præter pedes:
Eum strenam obsonauit. spectatum hoc mihi est.
Nam vt illa vitam reperit hodie sibi,
Item me spero facturum.

Sine controuersia heic vita pro victu Plautus. Sed alterum magis placet. Trinumo:

Cœna hac annona est, sine sacris hereditas. Sc. Minus quindecim.

Cœnam annonam, tanquam cœnam annonariam vocat. *Annona* enim hic adiectiuum. Cœnas parasiticas, & annonas, quod sine impensa, alieno sumtu darentur. & hic, & Captiuis hereditatem sine sacris appellat. Nam quod vir doctus, amicus tuus, emendat;

Cœna hac an non est sine sacris hereditas? hariolatur. Ita propemodum arbitrabar Amphit. *lectum locum* dici:

Experirere istuc mauellem me, quam mi memorarier.
Prius abis quam lectus, vbi cubuisti, concaluit locus. Sce. Bene vale.

Priscianus tamen, *lectus*, hoc loco genitiuum putat: sed qui minus sit *lectus locus*, quam *manubia machæra*, Truculento; aut *commeatus cibus*, Captiuis.

Non ego nunc parasitus sum; sed regum rex regalior:
Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus. Sc. Quanto in pectore.

Cibus commeatus, quia alius etiam cibus non commeatus; & quidam commeatus non cibus. magnifice autem, & militariter, quia se magnum fecerat, *commeatum* appellat. illud, *cibus*, vt parasitus. Nunc redeamus. Nisi tu ruri, non eruum, sed paleam erui (id enim est acus eruum) comederis, ieiunabis. Eruum ipsum non sensisse Plautum, coniecturam facias, quia non vtilissimum, neque sordidissimum est: & continuo *lubricum* ac *terram* nominat. Nunc Asinariam percurramus.

Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit, Sc. vbi ego nunc.

- *Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.*

Sine controuersia legendum:

———— *ind pisces quadrigis Argis.*

Argæ autem quadrigæ eædem, quæ Argiuæ. Amphitruone

——*in illisce habitat ædibus*

Amphitruo natus Argis ex Argo patre.

Meminit & Nonius Argiuæ quadrigæ omniũ scriptis eximiæ. Vnde illud: *Aptum equis Argos.* in quo risi equidem multum Lãbini interpretationem. Sed *Argos aptum equis*, ita dixit propemodum Horatius, vt Varro: *Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus:* & Ennius:

Cælum stellis fulgentibus aptum.

Copiam enim & pulcritudinem, duo hæc significat. Quamobrem non est nobis hic V. C. Roueriani scriptura damnanda: quando omnibus in ore est Argos ἱππειον καὶ ἱπποβότον. Eadem: *Ead. Scena.*

Iussit vel nos atriensem, vel nos vxorem suam

Defraudare. dixit operam sese promissam dare.

mendum nimis apertum lego:

———— *dixit operam se promiscam dare.*

Sine, inquit, vxorem, siue atriensem defraudare institerimus, se promiscam (valet *promiscue*) operam daturum. Sic Pseudolo:

Nunc ego Simonem mihi obuiam veniat velim,

Vt mea lætitia lætus promiscua siet.

Eadem Asinaria:

Scen. Quid hoc est.

Si dedero priusquam credidi, vix anno post exegi.

Doctissimus Camerarius non est adsequutus sententiam. Distinguo:

Sic dedero: priusquam credidi, vix anno post exegi.

Nunc sat agit.

Sic dedero, triumphus est: atque ita solent in comœdia, quibus successit. Phormione:

Sic dabo: age age, nunc Phormionem, qui volet, lacessito

Pœnulo:

Sce. Si ego eminam.

Vbi nec leno neque illa redeunt, nec quod eram, quicquam datur.

Pro minore parte prandii pignus cœpi: abii foras.

Sic dedero; ære militari tetigero lenunculum.

Lego: *Vbi nec leno, nec illa redeunt, nec quo de eram, quidquam datur,*

Pro minore credid, eram prandij, pignus cœpi: abij foras.

Sic dedero, ære m. t. l.

Quod ad illud. *quo de eram*, arbitratur studiosorum vulgus, esse hoc modo venire ab *edo*, non a *sum*; quorum error eripiendus est. Truculento:

Dum equidem ei quinq; argenti deferre minas:

Prater-

Praterea vnam in obsonatum. AS. *idem hoc delatum scio:*
De eo nunc bene sumus tua virtute.

Menechmis *Minore nusquam bene fui dispendio.* Mercatore: *Quid stamus? quin ergo imus, atque obsoniũ Curamus, pulcre ut simus:* Sequitur: *pro mina oresd. ores,* est, auri: & appenditur d, vt ruina versus sustineatur. *Plostrum, clostrum, codex, pollus,* & ad id exemplum *orum.* Terentius Adelphis: *Est alius quidam parasitaster paullulus:*

Nostin? ——— ita V. C. Coloniensis. itemque alius ibidem in bibliotheca summi templi: quomodo Titinius:

Coquus magnum ahenum, quando feruit paulla confutat trua.

At idem pro eodem *pollus*:

Paussa, mea, amabo pollulam laudem addito praefiscini.

Ita cum versum restituo. *Pausa,* verbum, idem quod *striga* siue *interquiesce.* Illud, *mea,* dicitur quomodo Adelphis:

——— *modo dolores, mea tu, occipiunt premulum.*

Ad rem quod attinet; minam lenoni miles dederat pro prandio: eo postea nusquam apparente, arram prandii, pignus ex aedibus, lenonis secum abstulerat. Et verissimam esse opinor hanc emendationem. Quod addit,

——————— *are militari tetigero lenunculum:*

Ad rem quoque eam spectant versus Aullularia:

Ibi ad postremum cedit miles: as petit.
Itur: putatur ratio cum argentario:
Impransus miles astat, as censet dari:

quos versus explanat Varro de ling. latin. Eadem Asinaria:

Quid nunc? quid est? quin tradu huc cruminam herum pressatum.

Sambuci V. C. & vetustis editionibus adiutus coniiciebam.

Quid nunc? LE. *Quid est?* AR. *Quid tardas, hac crumina herum pressa tu.*

quod quidem rectum videtur. nisi mihi magis probatur:

Quin tradu huc cruminam aere impressatam?

id est, cruminam grauidam aere.

Neque ullum verbum facias perplexabile.

Lego: ——— *Verbum iaciat perplexabile*

In Hedorpii enim, *adeat:* in Sambuci, *audat.* Per sententiam non est, vt aliter scribi possit. De obscure enim & perplexe dictis, tum si quae oblique vibrantur, ita Latini, vt dicant *iaci.* Cicero ad Att. *Ad illud scire cupio, quod iacis obscure:*

Lucretius perspicue:

Aut quod in ambiguo verbum iaculata reliquit.

Iacere sermones, Cornelius Tacitus; quod Virgilius, *spargere voces In vulgum ambiguas.*

Polulum labellum, Cato de re rust. cap. 10 Afranius suspecta: Tamen animo ordiri me oportet paulla paullulũ, hoc est, paruа paruum Sce. Cur mi retentas.

Forte, si tussire occepsit, ne sic tussiat,
Vt quoiquam linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat,
Hoc ne sic faciat, tu labellum abstergeas,
Potius quam quoiquam illa sauium faciat palam.

Quæ de his sauiis vulgata sunt non me fugiunt, esse formationem oris in lasciuiam, tanquam si ad basiandum comparetur: & in ea sententia Turnebum: qui tamen Arbitri testimonio minus iuuatur quam nihil *Et quia considerantium haserant vultus, quidquid a spectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquam furtiuis oculis, subinde verberabat.* Neque enim de lasciua oris confirmatione Arbiter. sed qua os ad deridendum ducitur, & spargitur: ne addam, quod mendosissimum locum Petronii adducit. Legendum enim: *commouebat valgiter labra, & me tanquam furtiuis osculis subinde verberabat*, quod e Fulgentio Placiade cōstat. Et scis tu, Duza, non dicere aliud Arbitrum, quam illum Milite glorioso:

Itaq, hic meretrices labiis dum ductant eum,
Maiorem partem videas valgis sauiis.

Me non pœnitet V.C. sequi:

Potius quam cuiquam illa saliuiom faciat.

Nota veterum oscula: solitos transdere linguam ac proserpentem bestiam facere, & inuicem saliuas oris miscere. Itaque eleganter Catullus, vt omnia:

Sed nunc id doleo, quod pura impura puella
Suauia comminxit spurca saliua tua.

& osculantes, vt sunt ineptiæ amantum, rogabant amicam, saliuium sibi faceret. Hoc etiam addam, tametsi nihil attinet:

Scena. Vnū. quodque. *Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert:*

Scribendum e V. C. Langii, *tam æstus te portum refert.* Grammatici sanciunt, duo ne propria nomina, *rem* & *domus*, præpositionem repudiare: atque ea sola: qui profecto non heic tantum legibus suis frangere, vt ait ille, ceruices possunt, vt nihil nimis faciant. Ita in alio verbo Casina.

Certum est hunc Acherontem præmittam prius.

Sic *Acheronti*, vt *domi*, Captiuis:

Facito ergo vt Acheronti cluas gloria.

Accius Phœnissis:

Iussit proficisci exilium quouis gentium.
Proficisci exilium, vt *proficisci domum*. Item Catullus:
Cur non exilium, malasq, in oras itis.

Scen. 2. Sed reuertamur:

Verum meam vxorem Libane nescis qualis sit?
L. *Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.*

Conan-

Conantur omnes; etiam Cammerarius:sed conantur tantum. Langii V. C. *nos tamen in pretio sumus*. Scribo: *nos tamen inprimo sumus*. Tu quidem, inquit, sentis primus, nos tamen in illo ipso primo sumus. Nam, *premos*, hic vetuste pro *primus*:atque ea mendi origo. Ridicule ait, Demænetū ipsum sentire primum vxoris importunitatem & duritiem, se tamen in ipso illo primo esse. nam non abesse,quoties ea feruere incipiat,quin ipsi loris cædātur,cum maritus verba sola audiat. Hæc sententia est:quæ vel ita conficitur, vt intelligamus, seruorum fortunam cum heri ipsius coniunctam esse: vel hoc dicere Libanum, nihil esse quod queritur senex: se reuera sentire, quid mulieris ille vxorē habeat. Atque hanc veram lectionem opinor. Poterat quoque:

Primus sentis, nos tamen inprimo sciscimus.

Atq; ita, *inprimo*, aduerbiū sit, vt, *inprimis*. Sall. Iugurthi: *Sic animus eorum arrectus, equites in primo latere, pedites q̄ arctissime pergere, & signa occultare iubet*. Quid hoc est, *in primo latere*? Deinde. quid ei refertur quæso: Sequitur: *pedites quam artissime*. Sed quomodo id prioribus aptum est? Scribo: *equites inprimo late, pedites quam artissime pergere*. Vt enim suspicio fieret oppidanis, Iugurtham esse,qui veniret,auxiliares Numidas equites dilatare, & spargere agmen:pedites cōtra iubet:qui Romani essent. Quod ad Plauti versum, mutarant fortasse, qui hoc exemplo, *sciscere*, Amphittruone, & præterea apud Terentium non legerant, aut legisse non meminerant. Eadem fabula:

Interij si non inuenio ego illas viginti minas. Scena, vnū. quodque.
Et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi.
Nunc pergam ad forum, atq; experiar opibus omni copia.
Scribo: ——— *atq; experiar opibus omnibus copiam.*

Experiri copiam, fallor? an valet, sollicitare aliorum benignitatem, vt tibi copiam faciant? *omnibus opibus*, hoc est, accuratissimis precibus. Nam verba plus, minus nihil valent, quam hoc, diligentissime. Mercatore

Ex summis opibus viribusq; vsq; experire, nitere.
Sed & alias admodum quam sæpe. Eadem Asin: Scena. Vbi ego nunc.
——— ——— *bem istuc ago,*
Quomodo argentum interuortam. & aduentorem & Saureā
Lego:
Quomodo argento interuortam e, a, e, s,

quomodo, inquit, vtrumque argento circumducam atque euortam? Petronius: *Si hercle interuertissent pecunia vos, si fidem proditione læsissent, satiari tamen potuissetis. pœna hac quam viderū*. Sic lego. Vulgo: *interuertissent pecuniam vestram*. Sed meæ lectionis vestigia memini in Britannico condice esse. Eadem fabula glossema irrepsit in illum versum: Scena. Perfidis laudes.

Perij hercle. Si verum quidem est decorum berū vehere seruū.

Decorum, enim irrepsit, interpretatio illius, *verum*. Nam; *verum*, id est, *decorum*. Horatius:

Metiri se quemq; suo pede verum est.

Aduorsum stimulos, laminas, crucesq; compedesq;
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,
Inductoresq; ace rimos, gnarosq; nostri tergi:
Eas nunc legiones, copias exercitumq; eorum
Vi pugnando periurijs nostris euge potiti.

Scena perfidia laudes.

Repono: *Inductoresq; acerrimos*: & postea:

Ea nunc legiones, copia exercitusq; erorum
Vi pugnando, periur. nost. e. potiti.

Inductores pro ductoribus dixit, quod exercitum vlmorum in terga & scapulas inducerent: adde compedes & manicas quoque. Vetus glossarium *inductorem* interpretatur ἐμβιβάστην. Sequitur: *Herorum potiti*: quæ vera est scriptura. Quia idem librarii fecerant, quod semper, &, *erorum*, pro, *herorum*, scripserant, ob id mendi eius indoles in omnibus libris inoleuerat, neque tolli hactenus a quoquam potuerat. Pararat vxor Demæneti exercitum. eum Leonidas commemorat, stimulos, laminas, cruces, & quæ porro addit: ac ne quid iusto bello deesset; ductores etiam præfecerat, Sauream atriensem, hunc primum: deinde seruos lorarios. ob id nunc triumphant Leonidas, & Libanus, eas legiones & copias herorum suorum potitas: quam victoriam ii suis periuriis debeant. *Potiri herorum*, est, in herorum potestatem venire. Captiuis:

———*perdidi vnum filium*
Puerum quadrimum quem mihi seruus surpuit:
Neq; eum seruum vnquam reperi, neq; filium.
Maior potitus hostium est.

Potiri hostium, cadere in ditionem & potestatem hostium, contra quam fere solet. Sic locum hunc, qui viris doctis tantum negotii facessiuit, enucleauimus. Eadem:

Scen. quid. hoc est negotij.

Jam nunc secunda mihi facis: scribam huic te capitulo hodie
Facturum satis pro iniuria.

Parua res, nosse, olim quid quomodo scripserint: parua fateor, & adde, si quid vis: at parua res quoties non paruas turbas dedit? Scripserat Plautus:

IAM NVNC SECVNDAS MIHE ACIS

id est *secundas mihi agis*. at quia E & F tantum non eædem, ac G itē & G in V. L paruo discrimine sunt, abiit illud, *mihe acis*, in, *mihi agis mihe*, autē, qa vetuste E. p I. Quando igitur Mercator, quicq̄d diceret Leonidas, identidē fateretur, (& paret id ipsius responsionibus: *scilicet, ita res est: fortasse: non negassim*) iam nunc, inquit Leonidas, mihi agis secūdas, hoc est, adsentaris, neque contra tendis Seneca de ira lib. 3 *Optimum iudicauit, quicquid dixisset,*

sequi.

sequi, & secundas agere. Qui hoc in scena faceret, *subdigam* vocant glossæ veteres, & interpretantur ὑποκριτήν. De secundariis quidem & tertiariis nota res: & ait Cicero, sæpe qui secundarum sit partium histrio, non actuosissimum esse, non quin possit; sed enim remittere contentionem, & gratificari ei, qui primarum sit partium. Suetonius: *Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina, sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit.* Horatius. *sic nutum divitis horret,*

Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum saevo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.]

Sic ergo *secundas agere*, hic dixerit Plautus. Quod tamen verius sit, vt plerunque alias, *iacit*, in *facit*, abierit. Vere dico: nunquã fere aliter reperi: Sit igitur: *Iam nunc secunda mihi iacis. Iacis* autem, ita pro *dicis*, notissimum, & verbum sat est. Eadem.

Quid tandem? an ma fœtetne vxoris?
DE. *Murrham olet.* V.C. *smyrnam olet.*

Sic enim veteres myrrham vocarunt. Cinna poemation suum Smyrnam inscripsit, quod de Myrrhæ incesto condiderat. Lucr. lib. 2. in V. edit. & in s. c.

Et contemtus odor smyrnæ, mellisq; sapores:

quam scripturam interpres ne verbo dignatus est: vsque eo facilius illi fuit quiduis facere, quam sua verba Lucretio reddere. Atque ibi mox quod de curru Cybeles addit, omnino scribendum esse:

Sublimem in curru bijugos agitare leones:

Vbi omnes libri: *Sedibus in curru*; quale est tandem? quid simile, *sedibus* & *sublimem*? At ille tamen ad sua somnia abit, & quomodo mendum inoleuerit, inanissimus coniectator, comminiscitur. Nec eo dico, quod studium improbem: sed quod eum mundo imposuisse, & qui non aliter esset, noluisse a quoquam leuiter reprehendi, æquo animo non fero. Quanto verius, scripsisse Lucretium:

Seditus in curru bijugos agitare leones:

Vt *seditus* aduerbium sit, qua forma alia multa: aut; *sedulis in curru*. Vt enim *sella*, aut *sedes curulis*, ita *currus sedulis*. Neque mala scriptura: *Sedulem in curru*; vt, *curulem* dicimus: quæ omnia vulgato mẽdo affinia sunt. Sed & hac comœdia, quod de *quassante capite* addit quam ridiculum est, dii boni? quam sine vlla ratione? quod doctissimo Turnebo imprudenti exciderat, hic arripit: & tanquam pœniteret, quantũ is errasset, producit & trahit ad consequentias quoque. Quis vero nescit & quod in veteri comœdia lectum est, *casabundus*, & quod postea imitatus est Macrobius, alia forma, quam hoc *quassanti capiti*, dici? Quid?

quod etiam negat iratum fuisse Sauream: & tristitiæ fuisse hunc gestum: quippe qui demisso capite iret? cum illum refellart omnia, in omnibus maxime versus ille, qui sequitur: Apulei vero locum ꝙ laudat, & ibi quoq; quiduis potius q̃ iratã anũ quęquassarit caput, concedat fuisse. subiit mirari, an apud se fuisset. Et quid illis agas, quibus mero meridie tenebræ sunt? Sed nimirum veritus est, ne dare hoc aliquando cogeretur, actiuum, quod appellãt verbum absolute capi. Itaque quam ridicule interpretatur versum illum Mercatore?

Domi me ergo maneto. CHA *actutum face cum præda vi recipias.*

Lege, sodes; ridebis. At enim alia in Plautum sunt, quare ei debeamus. Illud opinor, cum Casina *tendacem equam* perseuerat, qui hactenus per omnes libros calamo & pręlo scriptos, *tenax* ꝓpagatur. nã, qs, inquit, est equus tenax? at tẽtax is est, qui immodice arget in Venerem: a tentigine scilicet, & prurigine. Poterat mutasse sententiam, si Varronem saltem meminisset de lingua latina: vbi ita scribit, pertinacem a pertentendo dici, potius quam a pertinendo. Hoc quidem etiam Propertii versus loquuntur:

Quod si pertendes animo vestita cubare,
Scissa veste meas experiere manus.

Et illud Terentii:

Quid istuc video non licere hoc vt cœpi, pertendere.

Pertinax a pertendendo: quid non etiam tenax a tendendo? & exemplum est Terentii in eam rem quoque:

Verum si incipies, neq; pol tendis nauiter.

Ita enim Sosipater Charisius. Item Eunucho:

——— Illa exclamat, minime gentium.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium:

Hoc ergo stet, tenacem equum esse apud Plautum, plus satis tentum, & vt ille ait, ostreosum. Sed Lambini quidem illud quoque tale est, Mostellaria:

Scena Melius anno

Velim vt velles Tranio Sed quid est negotii:
Tra. *Eloquar. herus peregre venit Si nunc tibi*
Chorda tenditur: inde in ferri cernuum,
postea in crucem recta.

Sic enim emendauit Lambinus, quod in omnibus aliis mendosum erat. Sed profecto, si me negem scire quid sit, *venire in ferri cernuum.* nemini sapienti infelicior videar: ne ipsum Apollinem scire opinor. Non me fugit, Verrium Flaccum, & Isidorum, *cernuum*, calceamẽti genus facere: sed & hoc scio, illos de male intellecto Lucillio errasse. Sed fuerit sane, vt illi volunt, calcei genus, quid id ad hunc locum? Quanto verius erat e vestigiis scripturæ veteris restitui:

——————Tunc tibi

Scen. Age. tibicen.

Chorda tenditur: inde in ferriterinium:
Postea in cr. r.

Ferriterinium, carceres & catenas vocat, quod ferrum in iis teratur. Nemo quisquam ei rei locupletior testis, quam ipse Plautus sibi. namqui alibi *ferritribas* & *ferriteros viros* appellat. Trinumo:

Therucbus fuit, Cerconius, Crinnus, Cercobulus, Collabus. Sce. Stasime
Occulteripeda, cruricrepida, ferriteri, mastigia. face te.

Vbi tamen malim, *Cottabus*, pro, *Collabus*; a cottabo scilicet illo flagellorum. Sed hoc alias. Neque vero eius, quod præcedit. *Tum tibi chorta tenditur*; ea interpretatio est, quam ipse anquirit: sed simpliciter hoc dicit; tum tibi vincula nectuntur. Ante hunc locum eadem Scena est, vbi magis etiam delirat: Sce. Melius anno.

Quid agis? TR. *hominum optimum teneo.* SI. *amice facis.*
Cum me laudas. TR. *decet certe.* SI. *certe hercle, at ego te.*
Haud bonum teneo seruum. TR. *quid ita vero Simo?*
SI. *Eia mastigia, a meridie amisti: sero.*

Hæc postrema a Lambino sunt: quæ tamen ita fere in quibusdam scriptis codicibus reperiuntur, nulla sententia: tametsi Lambinus interpretatur: qua quidem interpretatione si quicquam ineptius fuit, caussam non dico, Duza, quin me cum tota mea gente vendas. Veteres codices sequor, & minima licentia lego:

Eia mastigia. nam quid a merenda auisti cero?

Primum fefellit, quod *auisti*, pro, *abisti*, scriptum esset: & de hoc primo Spicilegio. Deinde, *cero*, (quod verbum in vetustis libris liquet) pro, *gerro*. nam neque consonantes geminabant, & C ac G promiscuæ literæ in veteribus. Quid, inquit, tu gerro abisti a merenda? Quando enim totos dies cōuiuari solerent, miratur Simo, Tranionem, qui caput eius rei esset, a congerronibus discessisse. Congerrones suos ipse Tranio postea appellat:

Capio, inquit, consilium, vt senatum congerronum conuocem. Gerro autem contumeliæ verbum etiam apud Terentium extrema Heaut. *Concerras* pro congerris legimus in antiquo carmine Lucilii:

Tapullam rident legem concerræ Opimi.

Qui versus vehementer huc facit. Addam alium locum. Pœnulo:

Diespiter me sic amabit. MI. *vt quidem edepol dignus es.* Scen. Satis
SI. *Vt ego hanc familiam interire cupio.* MY. *adde operam, si cupis.* spectatum.
ST. *Heus tu, sine pennis volare, haud facile est: meæ alæ pinnas non habent.*
MY. *Nolito edepol deuellisse, iam duobus mensibus volucres tibi erunt hircinæ.*

Longum sit referre, quam ridicule hæc omnia interpretetur

Lambinus: tum quo ineptiarum veniat emendando. Leuiter autem emaculandum est: *Nolito adepol te vellisse.* cetera sana sunt. Negarat Syncerastus suas alas pinnas habere: vbi alæ volucrium sunt: Milphio accipit, tanquam axillas dixisset: simul impudicitiæ hominem arguit: si, inquit, hoc tantum, vnum mensem desieris vellere te (vellebantur autem & pilabantur homines cinœdi) habebis alas hircinas. Volucres alæ hircinæ, quia impudicis hircus fere sub alis habitabat. ita audiendus locus ille Pseudolo:

Sed istbic seruus ex Carysto huc qui aduenit, quid sapit?

CH. *Hircum ab alis.* PH. *manuleatam tunicam habere hominem decet.*

E quo colligas, qui se aliis substernerent, vix aliter, quam hircum ab alis oboluisse. nam meritorii pueri, quos eosdem cauponios appellabant, manuleati erant. Pascitur animus opere: & iam libet porro. Versus sunt Mostellariæ:

Scen. *Serui, qui cum culpa.*

Nam illi qui nihil metuunt, postquam sunt malum
Meriti, stulta sibi expetunt consilia:
Exercent sese ad cursuram; fugiunt. Sed
Hi si reprehensi sunt, faciunt a malo,
Peculio quod nequeunt facere suo.

Scribendum omnino:

Hi si reprehensi sunt, faciunt a malo
Peculium quod nequeunt facere suo.

Peculium facere a malo, quemadmodum, *as. diuitias parare a malo*, quod antiquum est, & elegans: nec committendum, vt diutius fugiat. Apuleius in Asino libro 6. *Quin tu, quicunque es, homuncio, lucernam mihi actutum expedias, vt, erasis intrinsecus sordibus, diligenter vsus aptum possim dignoscere, nisi nos putatis as de malo habere. De malo as*, furtis, latrociniis, rapinis, fraudibus partum. Sed Plautus in ambiguo ludit: De malo enim peculium, vocat, offerrumentas & vibices e verberibus: quia, *dare malum*, est, *verberare & plectere.* Prologo quoq; Capteiuorũ frustra est Lambinus:

——————— *iam hoc tenetis? optimum est.*
Negat hercle ille vltimus, accedito.
Si non, vbi sedeas, locus est, est vbi ambules:
Quando histrionem cogis mendicarier.

Vix autem aliter scripsisse Plautum, quam emendaturus sum:

Quando histrionem cogis mendicar auier: aut, *cogis mendica rauere.* *Rauere* vel *raui*, id est, raucescere, ad rauim clamare. Pœnulo:

Negasne apud te esse aurum, nec seruum meum?
LY. *Nego: & negando, si quid refert, rauio.*

Hanc

Hanc autem scripturam veram esse, aut proxime veram, affirmantes audiamus versus, qui sequuntur:

Ego me tua caussa, ne erres, non rupturu' sum.
Vos qui potestis ope vestra censerier,
Accipite reliquum.

Quando tu, inquit, qui te negas tenere, & histrionem cogis raucere mendicus es, non sum tua causa rupturus ramicem: et vos, qui assidui ciues estis, & locupletes, ac vestris opibus potestis censeri, audite reliquum. Etiam hoc in numerum venit, Trinummo: *Scena. Huic ego dixi.*

——— *agedum, nomen tuum primum memora mihi.*
SY. *Magnum facinus incipiscis petere.* Ch. *quid ita?* SY. *quia, pater,*
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perueneris.
Ch. *Opus facto est, & viatico ad tuum nomen, vt tu praedicas.*

Manifestarium mendum est. itaque emendat Lambinus: *opus farto est.* O quem te appellem nescio. Sed iuuet ineptae lectionis ineptiorem interpretationem apud eum legere. Mihi abunde est tam multos conscios habere sententiae, quomodo adolescens emendauerim:

Opus facce est, & viatico ad tuum nomen; vel, *opus face est, & viatico.* Quod enim sycophanta diceret, tantum operis esse in nomine suo, vt, si ante lucem occipiat ire, concubia nocte venturus sit, respondet Charmides, face & viatico ad nomen eius opus esse. Epidico autem primo, sententiam rectam ex verbis non rectis euocat:

Quid tu? agis vt velis? TH. *exemplum adesse intelligo.* EP. *euge:*
Corpulentior videre atq; habitior.

Ita enim emaculandum fuerat:

Quid tu? agis vt velis? TH. *exemplum habes.* EP. *intelligo. euge,*
Corpulent. v. a. h.

Hac sententia: Quod quaeris, quomodo agam, exemplum habes meipsum. Hic enim nitor, haec habitudo mea testificatur fuisse mihi, vt vellem. & intellexit statim Epidicus, ac scilicet hoc, inquit, dicis, quando corpulentior ac habitior redieris, argumentum esse, bene te vsque habuisse.

Sc. Puero isti Cruciare, pro, cruciari

Vt miseræ matres, sollicitæque
Ex animo sunt, cruciantque

Non enim recte Camerarius, *crucianturque*. Atq; ad hanc faciem Ausonius dixit, *crucianti cauterio*. Ibidem:

Ne exspectetis spectatores, meas pugnas dum prædicem.
Manibus duellis prædicare soleo, haud in sermonibus.

Hoc mendum ex iis est, quæ nisi pueri in ludo scissent tollere, ab Orbilio vapulassent. Quis enim non videt reponendum *duelli*, aduerbialiter, pro, belli, hoc est, in bello: Ostendit id quod continuo est: *non in sermonibus*. Plautus Captiuis: *Domi, duelliq; duellatores optimi*. Nam ita in v.c. Samb. Lambinus tamen, *manibus*, inquit, *duellis*, *hoc est*, *bellicis*. Piget, pudetq; ineptiarum. Simile apud Petronium arbitrabar: *Itaq; conspicata eum Quartilla, cuius esset puer, diligentissima sciscitatione quæsiuit. Cum ego fratrem meum esse dixissem, quare ergo, inquit, me non basiauit? vocatumq; ad se, in osculum applicuit, mox manum demisit in sinum, & pertractato vasculo tam rudi, hæc, inquit, belle cras in promulside libidinis nostræ militabit. hodie enim post asellum diaria non sumo*. quæ quidem mendosa restituo: *& pertractato vasculo, rude hæc, inquit, belle cras in promulside libidinis nostræ militabit*. Rudis lanista ac gladiorum est, qua illi gladiorum vicem ad pugnam exercebantur: & baculũ esse pueri sciunt, vel de prouerbio illo, rude donari. Venustissime ergo Quartilla pueri vasculum illud, rudem vocat, qua in primo cœtu, tanquam ferentariis armis in velitatione, libido, ceu pugna irritaretur. & continuo Rhetorum legem migrat, qui vetant a metaphora transire. Venit enim ad cœnæ promulsidem; quæ est tanq̃ in prælio ferentariorum initium. Quod deinceps est; post asellum *diaria non sumo*: eodem facit. Asinus enim in viris id quo sumus: si ita sit, vt extrema Casina describitur, quod calamitas nunquã attigerit: ideo quia nullum animal asino ostreosius. quod quidẽ etiam Apuleius innuit Itaque in sacris queritur vates, mulieres Iudaicas animum tradidisse viris Assyriis, quorum caro sit, velut Asinorum & equorum. Neq; enim ad solam recutitionem referendũ. Itaque *belli* heic est, in bello illo Venerio. Sed & vulgatum *belle*, bellum est Eadem Truculento:

Sc. Rus manedudum.

Quid istuc alienum est? amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo ire si anne oportuit
Ita te quidem qui es familiaris Stabitur:
Ne me morari censeas. Leuiter deprauata sunt. Lego:
Quid istinc; alienus ne es, amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo intieris? anne oportuit
Ita te quidem q.e. familiaris? Quod sequitur:
Ne me morari censeas, in eo *morari*, prima longa efferẽdum est: quod certum habeo fecisse poetam in ineptissima persona ad mouendum risum. Sic enim sub finem fabulæ de eo ipso *Stratilax &*

insanus

insanus damnis certant, nos salui sumus. Suetonius Nerone: *Morari eum inter homines desisse producta prima syllaba iocabatur.* Eadem: *Saluus sum quia pereo, si non peream, pane vicem.* scribo: *plane euiter:* id est, interimar. Casina; *Casinam intus habere gladiũ aiunt, qui me, atq; te inuitet.* Sic olim: & agnoscit id Alciatus: tametsi Camerarius ediderit: *qui me atq; te interimat.* Apud Ciceronem vetus poeta:

Hac omnia vidi inflammari;

Priamo vitam vi euitari. Eadem:

Hem mea voluptas, attuli eccam pallulam ex parigratia tibi. Sc. Ne exspectetis.

Tene tibi. PH. *hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?*

St. *Perij hercle, iam mihi auro contra constat filius.*

Etiamnum me vili pendit. addit purpuram ex arat tibi.

Attuli duas Ponto amœnas.

Quæ omnia partem nullam sanam habent: habebunt fortasse, si scribamus:

attuli eccam pallulam ex parua Gracia tibi.

Tene t. PH. *h. m. o. l. t, t. d.*

St. *Perij b. i m. a. c. c. f.*

E. m. vilipendit. ad id purpuram ex Sara tibi

Attuli, & induuias Ponto amœnas.

Parua Gracia, scripsi, quia quam Italiæ partem Græci ipsi magnam Græciam appellabant, eam Itali, paruam Græciam. Iam ergo Plautus in palliata, tanquam si togata sit, loquatur: quod solet. In Italia autem lana Tarentina, primæ notę est: & oues illę Græce appellantur. Plautus in Mercatore.

Quin etiam tibi ancillam dabo, natam annos sexaginta, Peculiarem. PA. *mi senex, tam vetulam?* Ly *generis grati est. Eam si curabis, perbona est. tondetur nimium scite.* Quæ legenda sunt:

Quin etiam tibi eccillam dabo. n. a. s.

Pecul. Pa. *mi. s. t. v.* Ly. *generis Graij est.*

Camerarius, amor & cor musarum, *ancillam* edidit. Sed quid hoc est, *ancillam dare, quæ generis Graij sit, & tondeatur?* quin ille tanquam de oue loquitur, & eę proprie peculiares. Nam *peculiaris a pecu.* ac *pecus* oues maxime: vt hoc cum dicimus, *pecus,* neq; addimus, oues accipiendæ sint. Sic Terentii Hecyra.

Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. E Bas. & Col. muto: *Partim quæ perspexi eccillis, partim, q. a. h. a.* δεικτικὸν enim est, *eccillis,* pro, ecce illis oculis. Vt oues quædam Græcæ, ita Asiaticæ aliæ, siue Bithynæ, quas commemorat Plinius. Bacchidibus extremis.

Rerum ter in anno tu has tonsitari? So. *Pol hodie*

Altera iam bis detonsa certo est. BA. *vetulæ sunt thymiamina.* repono: *vetulæ sunt, Thyna, mina.* Cũ altera quæsisset, ecquid putet ter anno eas oues tonderi, quoniã toties Græcę oues tondeantur

Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.

Sine controuersia legendum:

——————*ind piscet quadrigis Argis.*

Argæ autem quadrigæ eædem, quæ Argiuæ. Amphitruone

——*in illisce habitat ædibus*

Amphitruo natus Argus ex Argo patre.

Meminit & Nonius Argiuæ quadrigæ omniũ scriptis eximiæ. Vnde illud: *Aptum equis Argos.* in quo risi equidem multum Lambini interpretationem. Sed *Argos aptum equis*, ita dixit propemodum Horatius, vt Varro: *Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus:* & Ennius:

Cœlum stellis fulgentibus aptum.

Copiam enim & pulcritudinem, duo hæc significat. Quamobrem non est nobis hic V. C. Roueriani scriptura damnanda: quando omnibus in ore est Argos ἱππειον κ̀ ἱππόβοτον. Eadem: *Ead. Scena.*

Iussit vel nos atriensem, vel nos uxorem suam

Defraudare. dixit operam sese promissam dare.

mendum nimis apertum lego:

——————*dixit operam se promiscam dare.*

Siue, inquit, vxorem, siue atriensem defraudare institerimus, se promiscam (valet *promiscue*) operam daturum. Sic Pseudolo:

Nunc ego Simonem mihi obuiam veniat velim,

Vt mea lætitia lætus promisca siet.

Eadem Asinaria:

Scen. Quid hoc est. *Si dedero priusquam credidi, vix anno post exegi.*

Doctissimus Camerarius non est adsequutus sententiam. Distinguo:

Sic dedero: priusquam credidi, vix anno post exegi.

Nunc sic agit.

Sic dedero, triumphus est: atque ita solent in comœdiã, quibus successit. Phormione:

Sic dabo: age age, nunc Phormionem, qui volet, lacessito

Pœnulo:

Sce. Si ego minam. *Vbi nec leno neque illæ redeunt, nec quod eram, quicquam datur.*

Pro minore parte prandii pignus cæpi: abij foras.

Sic dedero: ære militari tetigero lenunculum.

Lego: *Vbi nec leno, nec illæ redeunt, nec quo de eram, quicquam* [illegible]*tur,*

Ero minæ creid, [illegible] ram prandij, pignus cæpi: abij foras.

Sic dedero, ære m. t. l.

Quod ad illud. *quo de eram*, arbitratur studiosorum vulgus, esse, hoc modo venire ab *edo*, non a *sum*; quorum error eripiendus est. Truculento:

Dedi equidem ei quinq; argenti deferri minas:

Præter-

Praterea vnam in obsonatum. AS. *idem hoc delatum scis:*
De eo nunc bene sum tua virtute.

Menęchmis *Minore nusquam bene fui dispendio.* Mercatore: *Quid stamus? quin ergo imus, atq; obsoniũ Curamus, pulcre vt simus:* Sequitur: *pro mina oreid. ores,* est, auri: & appenditur d, vt ruina versus sustineatur. *Plostrum, clostrum, codex, pollus,* & ad id exemplum *orum.* Terentius Adelphis: *Est alius quidam parasitaster paullulus:*

Nostin? —— ita V. C. Coloniensis, itemque alius ibidem in bibliotheca summi templi; quomodo Titinius:

Coquus magnum ahenum, quando feruit paulla confutat trua.

At idem pro eodem *pollus:*

Paussa, mea, amabo pollulam laudem addito prafiscini.

Ita cum versum restituo. *Pausa,* verbum, idem quod *striga* siue *interquiesce.* Illud, *mea,* dicitur quomodo Adelphis:

—— *modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.*

Ad rem quod attinet; minam lenoni miles dederat pro prandio: eo postea nusquam apparente, arram prandii, pignus ex ædibus, lenonis secum abstulerat. Et verissimam esse opinor hanc emendationem. Quod addit,

—————— *are militari tetigero lenunculum:*

Ad rem quoque eam spectant versus Aullularia:

Ibi ad postremum cedit miles: as petit.

Itur: putatur ratio cum argentario:

Impransus miles astat, as censet dari:

quos versus explanat Varro de ling. latin. Eadem Asinaria:

Quid nunc? quid est? quin tradu huc cruminam herum pressatum.

Sambuci V. C. & vetustis editionibus adiutus coniiciebam.

Quid nunc? LE. *Quid est?* AR. *Quid tardas, hac crumina herum pressa tu.*

quod quidem rectum videtur. nisi mihi magis probatur:

Quin tradu huc cruminam are impressatam?

id est, cruminam grauidam ære.

Neq; ullum verbum facias perplexabile.

Lego: —— *Verbum iacias perplexabile*

In Hedorpii enim, *adeat:* in Sambuci, *audat.* Per sententiam non est, vt aliter scribi possit. De obscure enim & perplexe dictis, tum si quæ oblique vibrantur, ita Latini, vt dicant *iaci.* Cicero ad Att. *sed illud scire cupio, quod iacis obscure:*

Lucretius perspicue:

Aut quod in ambiguo verbum iaculata reliquit.

Iacere sermones, Cornelius Tacitus; quod Virgilius, *spargere voces In vulgum ambiguas.*

Polulum labellum, Cato de re rust. cap. 10 Afranius suspecta: Tamen animi ordiri me oportet paulla paullulũ, hoc est, parua paruum Sec. Cur mi retentas.

Forte, si tussire occepsit, ne sic tussiat,
Vt quoiquam linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat,
Hoc ne sic faciat, tu labellum abstergeas,
Potius quam quoiquam illa sanium faciat palam.

Quæ de his saniis vulgata sunt non me fugiunt, esse formationem oris in lasciuiam, tanquam si ad basiandum comparetur: & in ea sententia Turnebum: qui tamen Arbitri testimonio minus iuuatur quam nihil *Et quia considerantium haserant vultus, quidquid a spectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquam furtiuis oculis, subinde verberabat.* Neque enim de lasciua oris confirmatione Arbiter. sed qua os ad deridendum ducitur, & spargitur: ne addam, quod mendosissimum locum Petronii adducit. Legendum enim: *commouebat valgiter labra, & me tanquam furtiuis osculis subinde verberabat*, quod e Fulgentio Placiade cōstat. Et scis tu, Duza, non dicere aliud Arbitrum, quam illum Milite glorioso:

Itaq; hic meretrices labiis dum ductant eum,
Maiorem partem videas valgis sauiis.

Me non pœnitet V.C. sequi:

Potius quam cuiquam illa saluium faciat.

Nota veterum oscula: solitos transdere linguam ac proserpentem bestiam facere, & inuicem saliuas oris miscere. Itaque eleganter Catullus, vt omnia:

Sed nunc id doleo, quod pura impura puella
Suauia comminxit spurca saliua tua.

& osculantes, vt sunt ineptiæ amantum, rogabant amicam, saliuium sibi faceret. Hoc etiam addam, tametsi nihil attinet:

Scena. Vnū. quodque. *Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert:*

Scribendum e V C. Langii, *tam æstus te portum refert* Grammatici sanciunt, duo nepropria nomina, *rus* & *domus*, præpositionem repudiare: atque ea sola: qui profecto non heic tantum legibus suis frangere, vt ait ille, ceruices possunt, vt nihil nimis faciant. Ita in alio verbo Casina.

Certum est hunc Acherontem præmittam prius.

Sic *Acheronti*, vt *domi*, Captiuis:

Facito ergo vt Acheronti cluas gloria.

Accius Phœnissis:

Iussit proficisci exilium quouis gentium.

Proficisci exilium, vt. *proficisci domum*. Item Catullus:

Cur non exilium, malasq; in oras itis.

Scen 2. Sed reuertamur:

Verum meam vxorem Libane nescis qualis sit?
L. *Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.*

Conan-

Conantur omnes; etiam Cammerarius:sed conantur tantum. Langii V. C. *nos tamen in pretio sumus*. Scribo: *nos tamen inpremo sumus*. Tu quidem, inquit, sentis primus, nos tamen in illo ipso primo sumus. Nam, *premos*, hic vetuste pro *primus*:atque ea mendi origo. Ridicule ait, Demænetū ipsum sentire primum vxoris importunitatem & duritiem, se tamen in ipso illo primo esse. nam non abesse, quoties ea feruere incipiat, quin ipsi loris cædātur, cum maritus verba sola audiat. Hæc sententia est: quæ vel ita conficitur, vt intelligamus, seruorum fortunam cum heri ipsius coniunctam esse: vel hoc dicere Libanum, nihil esse quod queritur senex: se reuera sentire, quid mulieris ille vxoré habeat. Atque hanc veram lectionem opinor. Poterat quoque:

Primus sentis, nos tamen imprimo sciscimus.

Atq; ita, *inprimo*, aduerbiū fit, vt, *inprimis*. Sall. Iugurthi: *Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites q̄ arctissime pergere, & signa occultare iubet*. Quid hoc est, *in primo latere*? Deinde. quid ei refertur quæso: Sequitur: *pedites quam artissime*. Sed quomodo id prioribus aptum est? Scribo: *equites imprimo late, pedites quam artissime pergere*. Vt enim suspicio fieret oppidanis, Iugurtham esse, qui veniret, auxiliares Numidas equites dilatare, & spargere agmen: pedites cōtra iubet: qui Romani essent. Quod ad Plauti versum, mutarant fortasse, qui hoc exemplo, *sciscere*, Amphitruone, & præterea apud Terentium non legerant, aut legisse non meminerant. Eadem fabula:

Interij si non inuenio ego illas viginti minas. Scena, vnū.
Et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi. quodque.
Nunc pergam ad forum, atq; experiar opibus omni copia.
Scribo: —— *atq; experiar opibus omnibus copiam.*

Experiri copiam. fallor? an valet, sollicitare aliorum benignitatem, vt tibi copiam faciant? *omnibus opibus*, hoc est, accuratissimis precibus. Nam verba plus, minus nihil valent, quam hoc, diligentissime. Mercatore

Ex summis opibus viribusq; vsq; experire, nitere.
Sed & alias admodum quam sæpe. Eadem Asin: Scena. Vbi
——— ——— *hem istuc ago,* ego nunc.
Quomodo argentum interuortam. & aduentorem & Saureā
Lego:
Quomodo argento interuortam e, a, e, s,

quomodo, inquit, vtrumque argento circumducam atque euortam? Petronius: *Si hercle interuertissent pecunia vos, si fidem proditione lasissent, satiari tamen potuissetis. pœna hac quam videtis*. Sic lego. Vulgo: *interuertissent pecuniam vestram*. Sed meæ lectionis vestigia memini in Britannico condice esse. Eadem fabula glossema irrepsit in illum versum: Scena. Post dea immics.

Peris hercle. Si verum quidem est decorum herū vehere seruū.

Decorum, enim irrepsit, interpretatio illius, *verum*. Nam; *verum*, id est, *decorum*. Horatius:

Metiri se quemq; suo pede verum est.

Scena perfidia laudat.

Aduorsum stimulos, laminas, crucesq; compedesq;
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,
Inductoresq; ace rimos, gnaresq; nostri tergi:
Eas nunc legiones, copias exercitumq; eorum
Vi pugnando periurijs nostris euge potiti.

Repono: *Inductoresq; acerrimos:* & postea:

Ea nunc legiones, copia exercitusq; erorum
Vi pugnando, periur. nost. e potiti.

Inductores pro ductoribus dixit, quod exercitum vlmorum in terga & scapulas inducerent: adde compedes & manicas quoque. Vetus glossarium *inductorem* interpretatur ἐμβιβάστην. Sequitur: *Herorum potiti*: quæ vera est scriptura. Quia idem librarii fecerant, quod semper, &, *erorum*, pro, *herorum*, scripserant, ob id mendi eius indoles in omnibus libris inoleuerat, neque tolli hactenus a quoquam potuerat. Pararat vxor Demæneti exercitum. eum Leonidas commemorat, stimulos, laminas, cruces, & quæ porro addit: ac ne quid iusto bello deesset; ductores etiam præfecerat, Sauream atriensem, hunc primum: deinde seruos lorarios. ob id nunc triumphant Leonidas, & Libanus, eas legiones & copias herorum suorum potitas: quam victoriam ii suis periuriis debeant. *Potiri herorum*, est, in herorum potestatem venire. Captiuis:

——— perdidi vnum filium
Puerum quadrimum quem mihi seruus surpuit:
Neq; eum seruum vnquam reperi, neq; filium.
Maior potitus hostium est.

Potiri hostium, cadere in ditionem & potestatem hostium, contra quam fere solet. Sic locum hunc, qui viris doctis tantum negotii facessiuit, enucleauimus. Eadem:

Scen. quid. hoc est negotij.

Iam nunc secunda mihi facis: scibam huic te capitulo hodie
Facturum satis pro iniuria.

Paruares, nosse, olim quid quomodo scripserint: parua fateor; & adde, si quid vis: at parua res quoties non paruas turbas dedit? Scripserat Plautus:

IAM NVNC SECVNDAS MIHE ACIS

id est *secundas mihi agis*. at quia E & F tantum non eædem, ac C itē & G in V. L paruo discrimine sunt, abiit illud, *mihe acis*, in, *mihi agis*. *mihe*, autē, q̃a vetuste E. p̃ I. Quando igitur Mercator, quicquid diceret Leonidas, identidē fateretur; (& patet id ipsius responsionibus: *scilicet, ita res est: fortasse: non negassim*) iam nunc, inquit Leonidas, mihi agis secūdas, hoc est, adsentaris, neque contra tendis Senec. de ira lib. 3 *Optimum iudicauit, quidquid dixisset, sequi.*

sequi, & secundas agere. Qui hoc in scena faceret, *subdigam* vocant glossæ veteres, & interpretantur ὑπαγωνιστήν. De secundariis quidem & tertiariis nota res: & ait Cicero, sæpe qui secundarum sit partium histrio, non actuosissimum esse, non quin possit; sed enim remittere contentionem, & gratificari ei, qui primarum sit partium. Suetonius: *Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina, sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent; cruor e scena abundauit.* Horatius. *sic nutum diuitis horret,*

Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum saeuo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.]

Sic ergo *secundas agere*, hic dixerit Plautus. Quod tamen verius sit, vt plerunque alias, *iacit*, in *facit*, abierit. Vere dico: nunquã fere aliter reperi: Sit igitur: *Iam nunc secunda mihi iacis. Iacis* autem, ita pro *dicis*, notissimum, & verbum sat est. Eadem.

Quid tandem? an me fœtet ne vxoris?
DE *Murrham olet.* V.C. *smyrnam olet.*

Sic enim veteres myrrham vocarunt. Cinna poemation suum Smyrnam inscripsit, quod de Myrrhæ incesto condiderat. Lucr. lib. 2. in V. edit. & in f. c.

Et contemtus odor smyrnæ, mellisq; sapores:

quam scripturam interpres ne verbo dignatus est: vsque eo facilius illi fuit quiduis facere, quam sua verba Lucretio reddere. Atque ibi mox quod de curru Cybeles addit, omnino scribendum esse:

Sublimem in curru bijugos agitare leones:

Vbi omnes libri: *Sedibus in curru*; quale est tandem? quid simile, *sedibus* & *sublimem*? At ille tamen ad sua somnia abit, & quomodo mendum inoleuerit, inanissimus coniectator, comminiscitur. Nec eo dico, quod studium improbem: sed quod eum mundo imposuisse, & qui non aliter esset, noluisse a quoquam leuiter reprehendi, æquo animo non fero. Quanto verius, scripsisse Lucretium:

Seditus in curru bijugos agitare leones:

Vt *seditus* aduerbium sit, qua forma alia multa: aut; *sedulis in curru*. Vt enim *sella*, aut *sedes curulis*, ita. *currus sedulis*. Neque mala scriptura: *Sedulem in curru*; vt, *currulem* dicimus: quæ omnia vulgato mẽdo affinia sunt. Sed & hac comœdia, quod de *quassante capite* addit quam ridiculum est, dii boni? quam sine vlla ratione? quod doctissimo Turnebo imprudenti exciderat, hic arripit: & tanquam pœniteret, quantũ s erraſſet, producit & trahit ad consequentias quoque. Quis vero nescit & quod in veteri comœdia lectum est, *casabundus*, & quod postea imitatus est Macrobius, alia forma, quam hoc *quassanti capiti*, dici? Quid?

quod etiam negat iratum fuisse Sauream: & tristitiæ fuisse hunc gestum: quippe qui demisso capite iret? cum illum refellant omnia, in omnibus maxime versus ille, qui sequitur: Apulei vero locum ꝗ laudari & ibi quoq; quiduis potius q̃ iratā anū quę quassarit caput, concedat fuisse subiit mirari an apud se fuisset. Et quid illis agas, quibus mero meridie tenebræ sunt? Sed nimirum veritus est, ne dare hoc aliquando cogeretur, actiuum, quod appellāt verbum absolute capi. Itaque quam ridicule interpretatur versum illum Mercatore?

Domi me ergo maneto. CHA *astutum face eum prada vt recipias.*

Scen. Age. tibicen. Lege, sodes; ridebis. At enim alia in Plautum sunt, quare ei debeamus. Illud opinor, cum Casina *tendacem equum* perseuerat, qui hactenus per omnes libros calamo & pręlo scriptos, *tenax* ꝓpagatur. nā, qs, inquit, est equus tenax? attētax is est, qui immodice arget in Venerem: a tentigine scilicet, & prurigine. Poterat mutasse sententiam, si Varronem saltem meminisset de lingua latina: vbi ita scribit, pertinacem a pertentendo dici, potius quam a pertinendo. Hoc quidem etiam Propertii versus loquuntur:

Quod si pertendes animo vestita cubare,
Scissa veste meas experiere manus.

Et illud Terentii:

Quid istuc video non licere hoc vt cœpi, pertendere.

Pertinax a pertendendo: quid non etiam tenax a tendendo? & exemplum est Terentii in eam rem quoque:

Verum si incipies, neq; pol tendis nauiter.

Ita enim Sosipater Charisius. Item Eunucho:

——— *Illa exclamat, minime gentium.*
In conuiuium illam? miles tendere, inde ad iurgium:

Hoc ergo stet, tenacem equum esse apud Plautum, plus satis tentum, & vt ille ait, ostreosum. Sed Lambini quidem illud quoque tale est, Mostellaria:

Scena Meli. us anno

Velim vt velles Tranio Sed quid est negotii:
Tra. *Eloquar. herus peregre venit si nunc tibi*
Chorda tenditur: inde in ferri cernuum,
postea in crucem recta.

Sic enim emendauit Lambinus, quod in omnibus aliis mendosum erat. Sed profecto, si me negem scire quid sit, *venire in ferri cernuum.* nemini sapienti infelicior videar: ne ipsum Apollinem scire opinor. Non me fugit, Verrium Flaccum, & Isidorum, *cernuum*, calceamēti genus facere: sed & hoc scio, illos de male intellecto Lucilio errasse. Sed fuerit sane, vt illi volunt, calcei genus, quid id ad hunc locum? Quanto verius erat e vestigiis scripturæ veteris restitui:

————— *Tunc tibi*

Chorda

Chorda tenditur: inde in ferriterinium:
Postea in cr.r.

Ferriterinium, carceres & catenas vocat, quod ferrum in iis teratur. Nemo quisquam ei rei locupletior testis, quam ipse Plautus sibi. nam qui alibi *ferritribus* & *ferriteros viros* appellat. Trinummo:

Theruchus fuit, Cerconius, Crinnus, Cercobulus, Collabus. Sce. Stasime face te.
Occulteripeda, cruricrepida, ferriteri, mastigia.

Vbi tamen malim, *Cottabus*, pro, *Collabus*; a cottabo scilicet illo flagellorum. Sed hoc alias. Neque vero eius, quod præcedit. *Tum tibi chorta tenditur*; ea interpretatio est, quam ipse anquirit: sed simpliciter hoc dicit; tum tibi vincula nectuntur. Ante hunc locum eadem Scena est, vbi magis etiam delirat: Sce. Melius anno.

Quid agis? TR. *hominum optimum teneo.* SI. *amice facis.*
Cum me laudas. TR. *decet certe.* SI. *certe hercle, at ego te.*
Haud bonum teneo seruum. TR. *quid ita vero Simo?*
SI. *Eia mastigia, a meridie amisti: fero.*

Hæc postrema a Lambino sunt: quæ tamen ita fere in quibusdam scriptis codicibus reperiuntur, nulla sententia: tametsi Lambinus interpretatur: qua quidem interpretatione si quicquam ineptius fuit, caussam non dico, Duza, quin me cum tota mea gente vendas. Veteres codices sequor, & minima licentia lego:

Eia mastigia. nam quid a merenda auisti cero?

Primum fefellit, quod *auisti*, pro, *abisti*, scriptum esset: & de hoc primo Spicilegio. Deinde, *cero*, (quod verbum in vetustis libris liquet) pro, *gerro*. nam neque consonantes geminabant, & C ac G promiscuæ literæ in veteribus. Quid, inquit, tu gerro abisti a merenda? Quando enim totos dies cōuiuari solerent, miratur Simo, Tranionem, qui caput eius rei esset, a congerronibus discessisse. Congerrones suos ipse Tranio postea appellat:

Cupio, inquit, consilium, vt senatum congerronum conuocem. Gerro autem contumeliæ verbum etiam apud Terentium extrema Heaut. *Concerras* pro congerris legimus in antiquo carmine Lucilii:

Tapullam rident legem concerræ Opimi.

Qui versus vehementer huc facit. Addam alium locum. Pœnulo:

Diespiter me sic amabit. MI. *vt quidem adepol dignus es.* Scen. Satis spectatum.
SI. *Vt ego hanc familiam interire cupio.* MY. *adde operam, si cupis.*
ST. *Heus tu, sine pennis volare, haud facile est: meæ alæ pinnas non habent.*
MY. *Nolito adepol deuellisse, iam duobus mensibus volucres tibi erunt hircina.*

Longum sit referre, quam ridicule hæc omnia interpretetur

Lambinus: tum quo ineptiarum veniat emendando. Leuiter autem emaculandum est: *Nolito adepol te vellisse.* cetera sana sunt. Negarat Syncerastus suas alas pinnas habere: vbi alæ volucrium sunt: Milphio accipit, tanquam axillas dixisset: simul impudicitiæ hominem arguit: si, inquit, hoc tantum, vnum mensem desieris vellere te (vellebantur autem & pilabantur homines cinædi) habebis alas hircinas. Volucres alæ hircinæ, quia impudicis hircus fere sub alis habitabat. ita audiendus locus ille Pseudolo:

Sed istbic seruus ex Carysto huc qui aduenit, quid sapit?
CH. *Hircum ab alis.* PH. *manuleatam tunicam habere hominem decet.*

E quo colligas, qui se aliis substernerent, vix aliter, quam hircum ab alis oboluisse. nam meritorii pueri, quos eosdem cauponios appellabant, manuleati erant. Pascitur animus opere: & iam libet porro. Versus sunt Mostellariæ:

Gron. Serui, qui cum culpa.

Nam illi qui nihil metuunt, postquam sunt malum
Meriti, stulta sibi expetunt consilia:
Exercent sese ad cursuram; fugiunt. Sed
Hi si reprehensi sunt, faciunt a malo,
Peculio quod nequeunt facere suo.

Scribendum omnino:

Hi si reprehensi sunt, faciunt a malo
Peculium quod nequeunt facere suo.

Peculium facere a malo, quemadmodum, *as, diuitias parare a malo*, quod antiquum est, & elegans: nec committendum, vt diutius fugiat. Apuleius in Asino libro 6. *Quin tu, quicunque es, homuncio, lucernam mihi actutum expedias, vt, erasis intrinsecus sordibus, diligenter vsui aptum possim dignoscere, nisi nos putatis as de malo habere. De malo as*, furtis, latrociniis, rapinis, fraudibus partum. Sed Plautus in ambiguo ludit. De malo enim peculium, vocat, offerrumentas & vibices e verberibus: quia, *dare malum*, est, *verberare & plectere*. Prologo quoq; Capteiuorũ frustra est Lambinus:

———— iam hoc tenetis? optimum est.
Negat hercle ille vltimus, accedito.
Si non, vbi sedeas, locus est, est vbi ambules:
Quando histrionem cogis mendicarier.

Vix autem aliter scripsisse Plautum, quam emendaturus sum:

Quando histrionem cogis mendico rauier: aut, *cogis mendico rauere.* *Rauere* vel *raui*, id est, raucescere, ad rauim clamare. Pœnulo:

Negasne apud te esse aurum, nec seruum meum?
LY. *Nego: & negando, si quid refert, rauio.*

Hanc

Hanc autem scripturam veram esse, aut proxime veram, affirmantes audiamus versus, qui sequuntur:

Ego me tua caussa, ne erres, non rupturus sum.
Vos qui potestis ope vestra censerier,
Accipite reliquum.

Quando tu, inquit, qui te negas tenere, & histrionem cogis rabere, mendicus es, non sum tua caussa rupturus ramices: at vos, qui assidui ciues estis, & locupletes, ac vestris opibus potestis censeri, audite reliquum. Etiam hoc in numerum venit, Trinummo: Scena. Huic ego dies.

——— *agedum, nomen tuum primum memora mihi.*
SY. *Magnum facinus incipiscis petere.* Ch. *quid ita?* SY. *quia, pater,*
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perueneris.
Ch. *Opus facto est, & viatico ad tuum nomen, vt tu predicas.*

Manifestarium mendum est. itaque emendat Lambinus: *opus farto est.* O quem te appellem nescio. Sed iuuet ineptæ lectionis ineptiorem interpretationem apud eum legere. Mihi abunde est tam multos conscios habere sententiæ, quomodo adolescens emendauerim:

Opus facce est, & viatico ad tuum nomen; vel, *opus face est, & viatico.* Quod enim sycophanta diceret, tantum operis esse in nomine suo, vt, si ante lucem occipiat ire, concubia nocte venturus sit, respondet Charmides, face & viatico ad nomen eius opus esse. Epidico autem primo, sententiam rectam ex verbis non rectis euocat:

Quid tu? agis vt velis? TH. *exemplum adesse intelligo.* EP. *euge:*
Corpulentior videre atq; habitior.

Ita enim emaculandum fuerat:

Quid tu? agis vt velis? TH. *exemplum habes.* EP. *intelligo. euge,*
Corpulent. v. a. h.

Hæc sententia: Quod quæris, quomodo agam, exemplum habes meipsum. Hic enim nitor, hæc habitudo mea testificatur fuisse mihi, vt vellem. & intellexit statim Epidicus, ac scilicet hoc, inquit, dicis, quando corpulentior ac habitior redieris, argumentum esse, bene te vsque habuisse.

MVLTA MACVLOSA QVÆ ERANT, TRVCVLENTO PLAVTI correcta.

V. C. Hieronymo Berchemio. I. C:

HAbes, Berchemi, sero, fateor, sed habes, quas tibi debebas, nugas: illas quidem partum meum, ceterum te obstetrice. Meminisse potes mensem hunc decimum, cum cœpimus impetum: interea temporis multa fastidia, multasq; vt fit, nauseas: ac inibi sæpe fuisse, vt abortiremus, nisi bonitas tua sustinuisset. Et verum vis dicam? sæpe me, measque spes proieceram: simul aspexeram te, silescebant turbæ illæ, & venti ponebant. Siue hoc amor facit, siue genius tuus. sine te muta erant futura nostra omnia. Vides quam tibi personam beneficentia tua imposuerit. Qui eo animo in parentem semper fueris, partum ipsum non potes quin tuearis. Hoc etiam negotium in benignitate reperisti. Vale,

O & præsidium, & dulce decus meum.

TRuculento:

Quid multa ætatas huic si superet mulieri,
His cum anima ad eum habenti ersoteritur:

Lego:

Prologo. *Is cum anima ad eam habentiam ἔξω euerrerit.*

Omnibus fabulis Græcas voces ponere amat Plautus: nulla magis quam ipsa Truculento. Sed & illud ἔξω *euerrerit*, bis terue hac Comœdia. quare, vt solet, in argumento ponitur quoque. Lambinus alienam coniecturam secutus, de suo nugatur insuper, hoc est, cum populo risum mouere vult, pedit. *Habentiam* pro possessionibus Claudius dicit quoque apud Non.

In melle sunt lingua sita vestra atque orationes.

Sc. ad fores. Lego: *In mede s. l. s. v.* Sic enim libri Vaticani. Apud Propertium, *persuadent*: eodem exemplo. pro, *persquallent.*

Littora natiuis pellucent picta lapillis.

Nam in v. c *persuadent*: quod verius erat *persquadent*. Et ita me ames, Berchemi, ita te musæ ament, vt efficacius verbum, si quæreret Propertius non reperiret. Copiam enim densitatemque loquitur, quantum non verbum aliud: adde etiam, auram & nitorem lapillorum, quasi auri argentique. Proprie enim squalor in re inculcata, obsitaque congeriem, & splendorem, hæc duo significat: aut quod splendori pugnat: quo modo Accius Pelopidis, *auri squalorem*: Vergilius, *tunicam squalentem auro* quę omnia ita Gellius, vt mihi ne cincinnis quidem inurere reliquerit. Apud Manilium etiam *coda*, pro colla:

Digitized by Google

——— *nec crede seuera*
Frontis opus signi, strictos in coda Catonis,
Abruptamq; patri Torquatum, & Horatia facta.
ita enim in optimo V.C. legerim:
——— *nec crede. s.*
Fro. opus signo: strictos in coda Catones,
Aut Brutos, aut par Torquatum, & Horatiâ facta.

Quod Roma seuerissimorum hominum habuit, commemorat: in his Catones: quos strictos vocat a nota accuratæ virtutis, qui ad legem viuerent: vt; quod Sallustius de se scripsit, de Catone fortasse sensit; *nullius sibi vnquam delicti gratiam facerent*. Sed belle & poetice sane *strictos in colla Catones* dicit, tanquam si Catones secures ipsę in improborum colla essent & hoc amplius, eorum ceruicibus semper imminerent. Illud autem, *par Torquatum* eo quia duo Manlii, iuxta seueri vterque: & ab iis Manliana imperia. Quin etiam proditum memoriæ a quibusdam, ab vtroque filium securi percussum, illud tamen non recte fortasse. Sed Manilius poeta est. Quod autem alter horum tantum Torquatus, nihil in hac re mouet: quia postea omnes Manlii Torquati etiam: vt ita cum dicimus, Torquatus, audiri Manlium velimus. Et solitum hoc poetis; atque ita apud Vergilium *portus Velini*, & alia talia excusantur. Sic quidem restituta hæc sunt: nisi quod rectius videtur.

Aut Brutum, atque parem Torquatum. Ita ergo reponamus. Torquatus enim Bruto factis par, quia vterque liberos suos legibus gratificatus est. Eadem fabula: *Sct. ad fores.*

Hoc nobis vitium maximum est: cum amamus, tum perimus.

Si *illud quod volumus dicitur, palam cum mentiuntur, Verum esse inscitè credimus ne vt in æstu mutuamur ira.* Lego: *Velut in æstu mutitamus ira.* Gellius libr. 2. *Legi adeo nuper in Capitonis Attei Collectaneis, senatus decretum vetus C. Fannio, & M. Valerio Messala Coss. factum, in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua conuiuia agitarent, iurare apud Coss. verbis conceptis non amplius sumtus in singulas cœnas esse facturos, quam centenos vicenosque æris.* Et 18. *Quam ob caussam Patritij Megalensibus mutitare soliti sunt, plebs Cerealibus?* Corrigendus Varro apud Marcellum *in Sumti: Cum nouissime mitteret, quantum sumti faceret.* Scribendum enim: *cum nouissime mutitaret*: & scilicet esse Varronis verba de eadem re, qua de scripsit Capito. Venuste ergo Plautus *mutitare* ira, pro, iræ atq; amoris vices variare: quomodo Patritii conuiuiis mutitabant. Et profecto ita est amor, vt vicissim pœne amator atq; amica arrideant, & succenseant: sin minus, quod proximum est, assimulent. Sed & *mutitamus*, patiēdi significatione esse, vt item *mutamus*, pro, *mutamur*, nihil vetat: quo exemplo post:

Sc. Puero isti Cruciare, pro, cruciari

Vt miseræ matres, sollicitæque
Ex animo sunt, cruciantque

Non enim recte Camerarius, *cruciantur que.* Atq; ad hanc faciem Ausonius dixit, *crucianti cauterio.* Ibidem:

Ne exspectetis spectatores, meas pugnas dum prædicem.
Manibus duellis prædicare soleo, haud in sermonibus.

Hoc mendum ex iis est, quæ nisi pueri in ludo scissent tollere, ab Orbilio vapulassent. Quis enim non videt reponendum *duelli*, aduerbialiter, pro, belli, hoc est, in bello? Ostendit id quod continuo est: *non in sermonibus.* Plautus Captiuis: *Domi, duelliq; duellatores optimi.* Nam ita in v.c. Samb. Lambinus tamen, *manibus*, inquit, *duellis, hoc est, bellicis.* Piget, pudetq; ineptiarum. Simile apud Petronium arbitrabar: *Itaq; conspicata eum Quartilla, cuius esset puer, diligentissima sciscitatione quæsiuit. Cum ego fratrem meum esse dixissem, quare ergo, inquit, me non basiauit? vocatumq; ad se, in osculum applicuit, mox manum demisit in sinum, & pertractato vasculo tam rudi, hæc, inquit, belle cras in promulside libidinis nostræ militabit. hodie enim post asellum diaria non sumo.* quæ quidem mendosa restituo: *& pertractato vasculo, rude hæc, inquit, belli cras in promulside libidinis nostræ militabit.* Rudis lanista ac gladiorum est, qua illi gladiorum vicem ad pugnam exercebantur: & baculū esse pueri sciunt, vel de prouerbio illo, rude donari. Venustissime ergo Quartilla pueri vasculum illud, rudem vocat, qua in primo coitu, tanquam ferentariis armis in velitatione, libido, ceu pugna irritaretur. & continuo Rhetorum legem migrat, qui vetant a metaphora transire. Venit enim ad cœnæ promulsidem; quæ est tanquam in prælio ferentariorum initium. Quod deinceps est; post asellum *diaria non sumo*: eodem facit. Asinus enim in viris id quo sumus: si ita sit, vt extrema Casina describitur, quod calamitas nunquā attigerit: ideo quia nullum animal asino ostreosius. quod quidē etiam Apuleius innuit. Itaque in sacris Iqueritur vates, mulieres Iudaicas animum tradidisse viris Assyriis, quorum caro sit, velut Asinorum & equorum. Neq; enim ad solam recutitionem referendū. Itaque *belli* heic est, in bello illo Venerio. Sed & vulgatum *belle*, bellum est. Eadem Truculento:

Sc. Rus manendum.

Quid isthuc alienum est? amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo ire si anne oportuit
Ita te quidem qui es familiaris Stibitur:
Ne me morari censeas. Leuiter deprauata sunt. Lego:
Quid isthuc; alienus ne es, amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo inieris? anne oportuit
Ita te quidem, qui familiaris? Quod sequitur:
Ne me morari censeas, in eo *morari*, prima longa efferendum est: quod certum habeo fecisse poetam in stultissima persona ad mouendum risum. Sic enim sub finem fabulæ de eo ipso: *Stultus es*
insanus

insanus damnis certant, nos salua sumus. Suetonius Nerone: *Morari eum inter homines desisse producta prima syllaba iocabatur.* Eadem: *Saluus sum quia pereo, si non peream, pane vicem.* scribo: *plane aniter:* id est, interimar. Casina; *Casinam intus habere gladiū aiunt, qui me, atq; te inuitet.* Sic olim: & agnoscit id Alciatus: tametsi Camerarius ediderit: *qui me atq; te interimat.* Apud Ciceronem vetus poeta:

Hæc omnia vidi inflammari;
Priamo vitam vi euitari. Eadem:

Hem mea voluptas, attuli eccam pallulam ex parigratia tibi.
Tene tibi. PH. hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?
St. Perij hercle, iam mihi auro contra constat filius.
Etiamnum me vilis pendit. addit purpuram exarat tibi.
Attuli duas Ponto amœnas.

Sc. Ne ex̃spectis.

Quæ omnia partem nullam sanam habent: habebunt fortasse, si scribamus:

attuli eccam pallulam ex parua Gracia tibi,
Tene t. PH. h. m. o. l. t, t. d.
St. Perij h. i m. a. c. c. f.
E. m. vilipendit. ad id purpuram ex Sara tibi
Attuli, & induuias Ponto amœnas.

Parua Gracia, scripsi, quia quam Italiæ partem Græci ipsi magnam Græciam appellabant, eam Itali, paruam Græciam. Iam ergo Plautus in palliata, tanquam si togata sit, loquatur: quod solet. In Italia autem lana Tarentina, primæ notę est: & oues illę Græce appellantur. Plautus in Mercatore.

Quin etiam tibi ancillam dabo, natam annos sexaginta, Peculiarem. PA. mi senex, tam vetulam? Ly generis grati est. Eam si curabis, perbona est tondetur nimium scite. Quæ legenda sunt:

Quin etiam tibi eccillam dabo. n. a. s.
Pecul. Pa. mi. s. t. v. Ly. generis Graij est.

Camerarius, amor & cor musarum, *ancillam* edidit. Sed quid hoc est, *ancillam dare, quæ generis Graij sit, & tondeatur?* quin ille tanquam de oue loquitur, & eę proprie peculiares. Nam *peculiaris* a *pecu.* ac *pecus* oues maxime: vt hoc cum dicimus, *pecus*, neq; addimus, oues accipiendæ sint. Sic Terentii Hecyra.

Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. E Bas. & Col. muto: *Partim quæ perspexi eccillis, partim, q. a. h. a.* δεικτικὸν enim est, *eccillis*, pro, ecce illis oculis. Vt oues quædam Græcæ, ita Asiaticæ aliæ, siue Bithynæ, quas commemorat Plinius. Bacchidibus extremis.

Rerin ter in anno tu has tonsitari? So. Pol hodie
Altera iam bis detonsa certo est. BA. vetulæ sunt thymiamina. repono: *vetulæ sunt, Thyna, mina.* Cū altera quæsisset, ecquid putet ter anno eas oues tonderi, quoniā toties Græcę oues tonde-

bantur:tum reliqua,quod,inquit,tu generis Græci esse illas arbitreris, Thynæ sunt, & amplius etiam, minæ. *Thynæ*, sunt *Bithynæ*: quomodo *Thynas* merces legimus: & *Thynia*, *Bithynia*. Catullus:

Remitte pallium mihi meum,quod inuolasti,
Sudariumq; setabum,thyrographosq; Thynos.

Item:

Quam te libenter,quamq; lætus inuiso,
Vix mi ipse credens Thyniam,atque Bithynos
Liquisse campos.

Minas autem oues esse,glabras, de Varrone notum. Turnebus hoc loco emendando plus decem pondo auctoritatis amisisse videri potest. Nam quid ineptius? quid, quod minus in mentem Plauto venerit?quid tam sibi ipsi repugnans, quam quæ ille multis verbis errat?Nam de Lambino non dicam:qui nusquam magis Lambinus est. Sed longius discessi,quod nollem. Aut itaque paruam Græciam pro Italia dixit,aut pro ipsa Ionia:quæ parua Græcia est;vt altera illa magna.& Ionia lanificio commẽdatur. Quarto versu *Sara* est Tyrus,quod a Festo Pompeio notatur. Ex Tyro autem purpura aduehebatur,quæ ob id Tyria,proprio epitheto. Postremo versu nihil affirmo:sed quod primum obuiam fuit,scripsi. Menæchmis: *Quid hoc est?* Me. *induuiæ tuæ,atque exuuiæ vxoris,rosa.* Hæc itaque militaria sunt,*induuia*,*exuuia*. Et qui diuersissimas orbis partes nominaret,Italiam, Asiam, Pontum, militariter tandem illud addiderit, induuias hæc esse, quas ille armis belli pepererit. Et induuias potius quam exuuias, ominis caussa. Sed tu videris, Berchemi. Nam ego heic nihil scio,nisi nescio. Vereor enim,ne vnius vocis lacuna pateat:quod si est, relinquo coniiciendam Apollini. *Induuiæ autem Ponto*, vt Mercatore, *hospes Zacyntho*: & mox deinde,*ficos Zacyntho*. quomodo plane Terentius:

Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum quem Lemno vxoris reddunt prædia.

Sic enim omnino scribendum ex vetustissimis libris:non vt vulgatur, *Lemni*, Et Heautontimorumeno:

Minime:sed erat heic anus Corintho haud impura: ei dedi exponendam.

Non, vt receptum est, *anus Corinthia*:quod vel numeri ipsi probant. Sic Asinaria:

——etiam nunc dico;Periphanes Rhodo,mercator
Diues,absente hero,solus mihi talentum argenti
Soli annumerauit,& mihi credidit: neque deceptus in eo. Postea

Sc.Lepido. hac fabula:

Prome venustatem amanti tuam,vt gaudia comparet.
Ego interim heic restitrix præsidebo,istic dum sic faciat
Domum ad te exagogam:nec quenquam interim istac adnes,

Qui

Prome venustatem, amantiam tuam: gaudia copias:
Ego interim heic restricis præsidebo, isto, d.s.f.
Domum a.t.e.n.q. interim i.a.v.
Qui, s.o. i. tu perge, vt lubet, ludis tos.

Quod ad primum, verbum id suspicabar etiam paulo post eadem tabula reponendum: Sc. eád. m.

Nihili me: perdidi omne quod fuit: sio impudens:
Nec mihi adest ad illum pensi iam quos capiam calceos. lego:
Nec mihi adest hillum pensi iam, quo copiem calceos.

Facilis enim & in multo vsu est illa syllabarum collisio. *Copiari* passiuo vsus est Cœlius: *Armis & magno commeatu copiantur. Hillum* pro, *hilum*: Sic enim scribebant. Et lepide Cicero ac Cælius litteris vnis atque alteris ludunt de Hirro, balbos esse se, & hillum dicere, quom hirrum velint. Contemtim enim appellant qui minimi pretii sit. Sed ne quid dissimulem, scripturam illam.

Prome venustatem, amantiam, gaudia, copes amores; non damno: & meam sententiam libenter Scaligero condonauerim. Sequente deinde versu, *restrica*, sunt in aucupio funes, quorum ministerio potissimum aues irretiuntur. Festiuissime ergo ait, *restricis præsidere se velle*: & vna interim operam daturam, ne quis interueniat, quem abesse velint: vt item in aucupiis cauent ii, qui restricis præsident, ne quid animalium admittant, quod turbas det, & illicium comedat. De lenonia quidem arte, vt de aucupio, libenter poetæ loquuntur: & lena quidem illa Asinaria diserte:

Non tu scis? hic noster quæstus aucupij simil' must.

Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum: & quæ porro sunt. Ouidius quoque hac de re,

Incidit, inquit, *in casses præda petita meos.*

Sed ne quid plus, minus dicam, cum scriptos libros in consilium adhibeo, & mentem Plauti coniecto hariolus, verius videtur: *Ego interim heic restitrix tricis præsidebo.* Sunt enim, vt ait Marcellus, *tricæ*, remorationes: & *tricari* idem quod morari. Itaque mala nomina; & qui soluendo ægre sunt, *tricantur*: quos *tricones nummarios* Lucillius vocat. Sic ergo se ait Asthaphium, dum hera intus rem suam amat, foris velle restitricem præsidere tricis, hoc est, quod continuo dicit, moraturam eum, qui odiosus interueniat. Quid si etiam *tricas* appellet tricones ipsos & inanes amatores, qui ferant docta dicta pro datis, & dare lenti non sint, vt ait Lucillius: vt alii, lenti sint? His ergo præsidere se dicit, sed restitricem. Lambin' *vidi, visis*. Enim, rei triticeæ, legi omnino nō debet. Hāc enim prouinciam heræ mandat: sibi alias partes sumit: ipseque a deo exitus eam coniecturam refutat, quæ nulli bono fuerit, nisi quod moras Dinarcho iniiceret. Ad extremum id dico tamen, simplicius esse, priori illi de restricis coniecturæ acquiescere. *Pergere ludos* postremo versu eleganter dixit: & tamen vsitatissime.

Tacitus Annali 1. Prosperęq; cosiura, quæ pergerent. quemlocum iniuria de mendo suspiciunt.

Nam *pergere iter, culpam, librum*, hæc talia, pro, in itinere, in libro perficiendo, in culpa pergere, meministi, sat scio, apud plerosq; omnes antiquos: Atqui id e medio nunc excessit: qui minus, quam alia sexcenta? nam vetusta abierunt, sic demum, si etiam venusta. Quod autem de hoc loco semper existimaui, dicam: scribendum videri; *tu perge, vt lubet lud' stis*, aut, *lud istes*. Modus sane carminis non postulat aliter: cui numeros restituere hinc a me non sentienti difficile sit. Sed & occasio mendi ex eo apparet, quod per libros vulgatur, *ludi isto*, aut *ludin istos*. Neque sane illa leuiora sunt, quæ a Cicerone referuntur in de Oratore, *vas argenteis, pa͡ssicrinibus, tectis fractis*, Redeamus ad Trucul

Docet Cicero antiquis is prioris sinis eliso dum ita voces cōpelli in vnā solitas vt omnibus modis, omnimo dis. Scen. ste hac.

Si æquum facias, haud meos aduectores incuses.

Lego: *meos aduentores incuses. Aduentores* in coponis & diuersoriis hospites apud scorta, qui rei caussa veniebant: & ita præter alios Apuleius, & Petronius *Incusis* autē leuius heic est quam pro re. Deinde:

emoriere ocyus si manu viceris.

Quid manu vicerim? fac quod iussi, mane, iā ego te heic offatim cōficiam. GE. *occidi optimum est, captio est: istam Maicharam longiorem habes quam hac est: Sed verum sine dum petere.* Lego & distinguo.

Scæte ita hac.

——— emoriere cocio. si in manum biteris.

GE. *Quid manum biterim?* ST. *Vah, quo iussi? mane, iam ego te heic*

Off. c. GE. *occidi oppido: captio est.*

Sc. 6. Quantas res.

Gocionis vocabulum contumeliosum notare multis locis visus sum, ducentibus sane vestigiis scripturæ. Milite quidem aperte in V. Bas.

Atque vt tu scire possis, edico tibi,
Si falsa dixis cocio excruciabere.

Contemtos fuisse ostendit prouerbium, Nihili cocio: de iisdem prouerbia iaci & sumi solita, illud Laberii, *Duas vxores, hoc hercle plus negoti, inquit cocio: sex ædiles viderat.* In *manum bitere*, feci secutus sententiam. Et hoc quidem quid sit, *ire, venire hostium manum*, scholæ sciunt. Sallustius ita: *Cupere prælium in manibus facere*. Verg. *Martem in manibus esse.*

In manibus Mars ipse, viri.

Poteram aliter: *Si manum iceris*: vt hoc militare sit: quomodo Persa: *Hei mihi, pugnum icit.* Quod enim mutandum suspicatur Lambinus, is est, quem ille quendam suum in Lucretio qualem vocat. Sed profecto nihili cocio: & quorsum argutari, cū primam coniecturam veram putes? Postremo versu, *verum*, est pro *vero*. Et minus recte, veruτum, aut veruina scribitur: contraq; quam Plautus sentit. Sic enim supra Geta:

——————— tange,

Modo

Modo, iam ego te heic agnum faciam, & medium distruncabo, si siu

Ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares.

Huc spectat, & se e culina veru allaturum minatur. *verum* pro *veru*, Rudente:

Namq; quidem hoc vero natum est verum: ita in manibus consenescit. Et paulo post idem Eadem:

——————*totus gaudeo.*

Mea illa est si repudiatur miles, mecum mulier erit. reponendum e vet.

Mea pila est: si. r. m. m. m. perit. Scen. Neque gnatus est.

Nam illud, *mea pila est* prouerbialiter dictum, & venuste. Et meretrices, quæ se publicant, tanquam pilæ sunt. Næuius Tarentilla:

———*Quasi in foro pila*

Ludens datatim dat se, & communem facit.

At si non ipsæ pilæ, quasi ludunt pila. Vnde illud Afranii: *Datatim vxorem vt ludas* tanquam de pila loquatur. Et hoc Pomponii: *quod ille dicit, cum datatim in lecto tecum lusi*: tanquam de ea, qua cum ludas pila. nisi scripsit Pomponius: *cum datatim in lecto te lusi.* Sed quanto verius est, bene habere Pomponii versum, & in Afranii sensum hunc subesse: vxorem tuam vulges? Sic ergo rectum opinor, *mea pila est*: tametsi fuerit cum suspicarer scriptum *Mea illa est*: & hinc natum mendum, non multo alia occasione, quam Terentii Hecyra:

Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres. Quem versum crede meæ fidei ita restituendum:

Quamobrem tecum orabam, vt illam remitteres. Qui, *filiam*, scripserunt, stomachum indignabundi senis sustulerunt. Habet enim hoc, *filiam*, nescio quid fauoris: illud alterum inuidiæ & caloris. Simile Heautontimorumeno:

Gnate mi, ego pol dabo tibi puellam lepidam, quam tu facile ames.

Sic in legem septenarii committitur. emendo: *ego pol tibi dabo illam lepidam.* Cuius ignoratione vocem mancam rati, *puellam*, fecerant: & in colenda elegantia, retinendaq; etiam sententia minus ingenio vsi fuerant. Nihil quidem potuit vt magis comicum esset ita Andria:

Nescio qui senex modo venit: illum, confidens, catus. Similimum mendum Pomponii Pappo apud Nonium, *Manducatur*: *Nescio quis sellam vrget, quasi asinus, vxorem tuam, ita apertis oculis simul manducatur, ac molit.* Scribo: *Nescio quis illam vrget, quasi asinus, vxorem tuam.* Res in conspectu geritur. Itaque, *illam*, inquit, *vxorem tuam.* Lusum insigniter in vocabulo molendi. Asini enim certo in pistrino & molunt simul, & manducant. Truculenti quoque prologo in antiquis reperio:

pareat. *Mare serenat*, vel simpliciter, *serenat*. scis q̃ua cum gratia heic sit. Aut hoc verum fateberis, aut quod nunc dicam: *nunquam Abundat: at hoc saltem seruat, & secum, vbi aestuat, apparet*: vel *at hoc saltem seruat secum: vbi aestuat, app.* At mare, inquit, tametsi nunquam abundat, seruat tamen naufragia, & iacturas sibi. quinetiam, cum aestuat, apparent, & saepe in littora excernuntur. Meretrici neque ipsi apparet quicquam, neq; datori. Illud ibidem nihilo emaculatius:

Molestus ne sum? Ast. nunc magis quam fuisti. nam si qui haud
Nobis vsui est, nobis molestust. Sed obsecro da mihi operam vt Sce. Lepida
Narrem qua volo. D. *nam quid est?* Ast. *nam ea refert non* efficiam.
musset.
Intus bolos quos dat. Scribo: *nam si qui haud*
Nobis vsui est, nobis molestust. D. *obsecro da mihi operam, vt*
Narrem qua volo. Ast. *nam quid id mea refert, num musses?*
Sed intus bolos quos dat? D. *quid? amator nouus quispiam?*
Illa verba, *nam quid mea refert num musses?*

Astaphio dedi, ne alius esset heic Dinarchus, quam tota reliq̃ua fabula: qui quidem se curiosissimum audiendi, si quid intus ageretur ostendit: & Astaphium vt eadem esset. Neque enim nunc primum fastidiose & fastose hominem reiicit: & contemtim habet. illud *intus bolos quos dat?* cum admiratione proferendum, tanquam dicat, maximos. Sed si prodeuntem domo ancillam quaerere putabis ex argumento fabulae, cui narret quid intus geratur: quod, vt rem ipsam dicam, cum ratione magna est, ne praeter institutum comicum exeat, nisi quae narratura veniat, sic reposuerim, sub Astaphii persona:

——————*obsecro da mihi operam, vt*
Narrem qua volo. D. *nam quid id mea refert, num musses?*
Ast: *Intus bolos quos dat.*———

Fuge credere, quae hoc loco Turnebus, ne ipsi quidem auctori, sat scio, probata. nam quos nobis cudit numos & obolos, aerati sunt. quod quidem inuitus de tanto viro scribo. Eadem comoedia ita excuditur: *At te quidem.*

D. *Imo istuc ad vos.* Ast. *ire non potes* [illegible] *nimium pati.*
D. *Experiri sine.* Ast *imo opperire.* D. *meliust experirier.*
Dicam adesse D. *vbi est?* Eadem Scena.
Ita quidem deliciae nostrae Camerarius. Lego tamen:
Imo istoc ad vos. Ast *ire non potestur.* D, *nimium potest.* Natum mendum; quia, veis scriptũ antiq.
experiar sine Ast, *imo opperire: veis est experirier.*
Dicam adesse.

Multum haesi veteribus edit. Illud, *veis est*, prouerbialiter efferebãt. Suetonius de Iulio Caesare: *Clamantem, haec quidem vis est, alter Casca aduersum vulnerat, paullum infra iugulum.* Plaut. Cap.

Ca. *Propera, quid stas? accerse agnos: audin' quid ait Iupiter?*

Ita, *minimus*, proferendum, vt *minimis*, accipiat non præsentissimus. Tamen elegantior iocus, si legas, *minis*. Minæ enim oues vocantur: leno ouium exsta tanquam mina appellat: quod dictum extra lenonem neminem alium valde deceat. Aliud dico, cũ non fallendi caussa facit, qui dicit, sed captandę vocum affinitatis gratiæ: vt hac ipsa fabula:

Simpliciꝰ tamen & verius, legis Minimis m. o: extis p. v. Nam agni minores victima sunt, & min. affinitas, minimis, minis.

Eo mihi amare, fero supplicium damnis ad amicam meam:

Quem versum non vno modo restituebam. Modo:

Es mihi, amare Eros: supplicium do minis ad amicam.

Seruare enim suum illud Plautum, vt Græcis vocibus hac fabula vtatur, cum possit Latinis. Itaque, *amare fero supplicium*, in his verbis F natum ex illo E in fine præcedentis cognatione literarum: & S abiectum in principium sequentis, cui ea litera capitalis est. Queri igitur eum amarum amorem, in quo ille non nisi supplicium det suis minis. Modo:

Initium Scenæ.

Eu mihi amare Eros supplicium do iam bis ad amicam.

Sed verum est:

Eu mihi amare: fero supplicium iam bis ad amicam.

Amare, mare est: & cauendum amare, tanquam a mare. Eadem:

D. *Mulier assum, profectum est.* PH. *Quid agitur voluptas mea?* Scribo:

Scena Blitea & Iuccæ.

Mulier assum. PH. *profestum est. quid ag. vo. m.*

Ludit voce, *assum*: quæ nunc verbum est, pro, *adsum*: nunc nomen pro assa carne. Itaque Phronesium, assum, inquit, postulas? at nunc profestum est. Elixæ enim carnes viliores: & quibus profestis vescerentur magis. Hi sane Plautini ioci: quos in iocandi perpetuo conatu, vt fit, sæpe frigidos notarunt multi. Ita in eodem verbo, Pœnulo:

Sce. vltima.

Milphio, heus Milphio, vbi es. Mi. Assum apud te eccum.

Ac. *At ego elixum volo.* Eadem Truculento:

Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi rides spice.

Turnebus reponit, *rides, spice*. Lambinus corrigit, *rides, spece*. Sed profecto nugæ sunt istæ. Lego: *si mihi rides: espice. Escendere, estare, espicere*, olim scribebant, pro, *ascendere, astare aspicere*. Lucillius apud Marcellum in detrahere: *Cum ipsi in locum descendant tum alios detrahant.* Scribo: *Cum ipsi in locum escendant*: neq; ei emendationi verbum opus est. Plautus Casina:

etiamne estas?

Enimuero πράγματα μοι παρέχεις —— Ibidem:

Scen. Blitea.

Bene vale Phronesium PH *iam me tuum oculum non vocas?*

D. *Id quoq; interim futatim nomen commemorabitur.*

Amicus noster, vir doctissimus, emendat, *furatim*, aut *furtim*. sed cur non, *fututim*? Equidem sententia non possit aliter.

Et quidem apud Suetonium in Iulio versum illum triumphalem:

Aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuum:

per omnes libros propagarunt mendose:

Auro in Gallia stuprum emisti. nec viderunt homines doctissimi, glossam esse scioli, neque illam non ineptissimam. aut ab iis mutatum, per quos in nulla pagina, vt ille ait, latine loqui licet. Et quæ malum, religio est, ita lasciuiam verború fugere, vt veteres scriptores suis verbis loqui: atque alienos versus scribas? At si æmulari non libet, nec licet. saltem ne suis locis inuideantur. Neque enim charta erubescit Hanc eandem sententiam cum de eodem Iulio redderet Catullus, *expatrare*, dixit: quod tantundem est, atque *effutuere:*

Parum expatrauit? an parum helluatus est?

Cusa lectio apud Suetonium inepta est, vt dixi: & hoc significat, Cæsarem auro suo parasse, quibus ipse culcita esset At contra habet. in Truculento etiam depravatum illud est: *Nam quanquã es bella malo tuo n si tu ego alioqui gaudeo.* Emendo:

Scen. vltim.

Ne quicquam es bella, bello tuo nisi mihi & ego alioqui gaudeo.

Frustra bella es, nisi mihi fruendam das pulcritudinem tuam. Ibidem:

Omnes homines ad suum quæstum callent, & fastidiunt.

Non tamen, vt negem retineri vulgatam scripturam posse & doctam esse eius interpretationem in Notis Scaligeri ad Append. Vergilii: sed vt hoc ostendã ad vestigia v.c. pp. esse

E vestigiis antiquæ scripturæ restituisse gloriatur Lambinus, *callent & satis vident.* Quærat in Africa quibus persuadeat: in Europa quidem, satis scio, neminem reperiet. Emendo: *callent & satsciuunt;* vel etiam diuisis, *satis ciunt.* *Satsciuere*, vt *sat agere*, *satesse*.

ciuat, verbum notissimum: *Qui recte consulat, consulciuat.* Ita in Allobrogibus olim emendaui versum hunc Attii Bruto: quam coniecturam doctissimo Scaligero probaui. Addamus e Truculento:

Verum est verbum, quod memoratur: vbi amici, ibidem sunt opes.

Propter hunc spes etiam se hodie militem.

Quem ego ecastor mage amo. Scribo e lituris. v. l.

Propter hunc spes etiam si hodie exinanire in militem.

Quem ego e. m. a. Vel: *præter hac spes e e.* vt Sticho:

Prater hac si me irritassis. D. *Ædepol esuries male Exinanire* de eadem re supra quoque:

ama quod decet, rem tuam: istum exinani.

Im pro *eum*, antique. Quod dixi, verum arbitror, Proponam etiam alias coniecturas:

Propter hunc spes etiamce hodie viuit in militem.

Etiamce pro *etiamque*; idem, *etiamnum.* *Viuit* autem, quia supra dixerat:

Si

Si auferas puerum, a milite omnis tum mihi spes animam efflauerit. Quid si etiam?

Propter.h.s. etiam se hodie nutrit in militem. Quid si:

Propt. h.s. etiam ne hodie interbitat in milne pro *non*: Videlicet, *vana finguntur species.* Ego in primo acquiesco. Itidem Truculento:

Ha, ha, ha, hercle quieui, quia introiuit odium, tandem sola sum. Scribo:

Ha ha ha he, eceri quieuit, quia intro. o.

vt ex, *he ecere*, fecerint, *hercle*. Hoc nisi, aut tale quid faciemus, erit scilicet in Plauto monstrum Hercules, quantum ne Hercules domuit vnquam, vt in Comœdia mulier per Herculem deieret. Negant enim Varro, & Gellius, vsquam apud idoneum scriptorem reperiri, aut, me hercle, feminam dicere, aut mecastor, virum: Et nefarium id, ac piaculare adeo fuisse. quia feminæ Herculaneo sacrificio abstinerent: viri Eleusiniis initiis. An id nos fugere, aut prius in cogitando Plautum potuisse, aut postea in discendo histriones, aut demum in audiendo spectatores arbitramur? Illo loco:

Egone tibi maledicam, aut tibi adeo male velim? vt animus meus est, Scena initium.

Propemodum experta estis, quam ego sim mitis, tranquillusq; homo.

Libentius scripserim:

Egone, t.m.a t.a.male velim? animo meo,

Propemodum experta estis. Delitiosa illa forma sermonis, & quæ sit notæ Opimianæ *animo meo*, pro, quantum eius iudicare possim? vt opinor: vt mihi videtur. Menæchmis:

Nulla est voluptas nauitis Messenio

Maior, meo animo, quam quando ex alto procul Terram conspiciunt.

Sed illud malo, quod excusum est. Non procul initio fabulæ: Scen. prima.

Atq; vt cum solo pergraecetur milite,

Cum isti suppositum puerum opus pessima.

Mihi verba retur dare se.

Lego:

Eum isti suppositum it puerum, pus. pessuma,

Mihi verba retur dare se?

Ire suppositum, conari supponere: atque vt meretricem, *pus* vocet, contumeliose. Horatius:

Proscripti Rupuli regis pus atq; venenum. Lucillius:

In numero quorum, nunc primus. Trebellius multo

Lucius marcet a' febris, sonium, vomitum, pus.

Veruntamen quod in edit. Roberti Stephani exstat, si e lib. vet.

acceptum est, retinendum censeo *optant*, pro illo *opus*: & tum scripsero:

Atq; vt cum solo pergracetur; militi

Eum isti suppositum puerum optant. Et si quæris, hoc, vt in tali re, maxime probo. *Optant* pro *adoptant* Petronius:

Hæc vbi calcauit Cæsar iuga milite læto;
Optauitq; locum. ——— Vergilius.
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.

Belle ergo hoc Dinarchus, eas puerum istum adoptare militi. Qui enim adoptantur alieni atque extrarii, in locum filiorum veniunt. Hæc, vt mihi videntur, leuissima; neque opinor mutabis a me Berchemi, notabam: atque id tantum. nam iudicium tuum facio. Erant alia, quæ si pergam, extorquebo tibi. esse aliquid leuissimo leuius. Sed fallor? an te pigeat legere? me quidem certe pudet scribere. quid pudet autem? quasi eum, qui semel verecundiæ limites transgressus sit, non oporteat iam deinde nauiter esse impudentem. Itaque para assem & nugas accipe.

Scen. Quis illic.

Imprudens, per ridiculum vt rustica suadet stuprum.
AST. *Iram dixi.* ST. *vt esse cœpisti sidem, vt est vna altera*

Lego:

Impudens per. r. v. r. s. s.
AST. *Iram dixi.* ST. *vt esse cœpisti, sic es tu, ἄλε merà.*

Terentii Phormione eodem modo deprauatur:

Seruum hominem caussam orare leges non sinunt:
Neque testimoni dictio est. DE. *mitto omnia: adde*
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino.

Magno probo tot emendatorum hactenus ii versus maculosi leguntur: qui ne a numeris quidem admoniti, sententiam restituerunt: & vt motus instaurarent, contra libros veteres conati sunt. Emendo:

mitto omnia:
Adde istucce: pudens timuit adolescens: sino.

Spectat illum locum:

Functum adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita illi eum tum timidum obstupefecit pudor.

Neque id, non posse cogitata proloqui, imprudentia est; pudor est. Quod altero versu reposui, ἄλε, id contumeliæ verbum est. Hinc Curculione, *halophanta*: Pœnulo, *halagoras*, seu, ἀλε agoras. Forte sit qui probet potius.

——— *Vt esse cœpisti, fidem dem*

Si *est vna altera.* Nam in vet. quibusdam est, *fidem.* Atque cum quadam loquendi consuetudine, quæ legi imperat, imperfecta fuerit oratio. Sed mihi placet:

——— Vt

——*Vt esse cœpisti, ei dem me, Si est vna altera.*

Nam ex, *ei dem*, deprauarunt, *fidem*: fuitque ei dictioni fraudi affinitas F & E Si, inquit, altera est tui similis, ei me ego mancipio dabo: dedam me illi in seruitutem: quasi dicat, nulla alia tam mala est. Eadem: Sc. Num tibi

Non audes aliquod dare munusculum mihi In v.edit. *munus ciuilium*. additurus iam dudum fui, emaculandum ita *munus cimelium*: nisi ab Alciato notatum putarem. Nescio quid enim tale quasi per nebulam memini. Mihi autem in multis consiliis hoc primum est, ne quid alienum in armum tollam. *Cimelium*, tamen, vt dixi rectum est, quæ qualia sint de vulgatis Commentariis discere possit, qui aliunde nequierit. Ille locus etiã mendosissimus est:

——*Sed quinam illic homo est,*

Qui ipsus se comest, tristis, oculis malis? animo hercle homo est suo miser

Quisquis est, PH *dignus est mecastor*. GE. *Ecquis est?* PH. *non nosti obsecro?*

Qui illic apud me erat, huius pater pueri, vsq. adiectaculum

Iussit ali, mansi, auscultaui, obseruaui quem pernam noui hominem &c. Scripserim:

Qui illic apud me erat, huius pater pueri, vsque ad spectaculũ.

GE: *Hem vernam, noui hominem nihili.*

Illa verba, *iussit ali, mansi, auscultaui, obseruaui*, e glossemate irrepserunt. Qui enim inuenerunt, *pater pueri illic est, vsq. ad adientaculum*; (quomodo scribi etiam nihil vetat: vt significet astrictum militem & tenacem, qui tenuissime sumptus infanti suppeditet: sed alterum verius:) addiderunt de suo, *iussit ali*: qui *vsq. ad spectaculum*, repererunt, de suo inferserunt, *mansi, auscultaui, obseruaui*. Ait autem, vt solet Plautus, militem illum tantisper esse pueri patrem, dum fabula transigatur. Est illud quoque sub finem comœdiæ: Sc. vltima.

Vbi est quod tu dixi? solue Zonas. PH *prouocatur*. St. *quid times*

St. *Tu peregrinus, hic habito: nunc meos non ambulo.*

Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero [illegible]*ibo:*

Tu peregrinus: hic habito: nuui meos; non ego ambul[illegible]

Nuui meos, pro, *noui meos*. Ea enim est affinitas harum literarum a & v. vt item hac fabula:

Sed tandem loquere, qui is homo est, Astaphium?

Vnumne amator? emendo *Nuuus ne*, id est, *nouius*. Hac forma autem hic est, *noui meos*, qua Eunucho: *Non noui vostrum tam superbum*: & numero multitudinis aliquoties apud hunc ipsum. Rapidico:

Facile tu istic sine periculo, & cura, corde libero

Fabulare. noui nostros. tergo dolet, cum ego vapulo.

Et initio Stichi: *noui nostros: spero exorabilis est*. Sequentis ve-

sus vulgatam scripturam falsi damnant exemplaria Prisciani; apud quem est:

Pecua ad hanc collo in neruina ego obligata defero.

Et rectius est. Fingit enim Plautus subinde sub rusticis personis vocabula, atque ea rustica profecto, vt decoro seruiat. Supra *caulatorem* pro *cauillatore*, & *rabonem* pro *arrabone* Itaque cum obærati & nexi in neruum raperentur: (Phormione: *Vereor ne istac audacia in neruum erumpat denique*) atque ii homines ligati & obligati sint: pro *erumina* vocabulum, *neruminam* fecit, a neruo scilicet: quod obligatos numos ferret. Hoc probari potuit, vt quod maxime: sed enim in veteri codice Prisciani inuenio, vt manu Modii ad oram libri notatū est *nerumina*. q pura puta Plauti scriptura est? *Nerumina* oues sunt vitiosæ, quę ruminare nequeunt. Quas ergo paulo ante *perperas minas oues* appellarat, eas nūc *pecua nerumina*. Et hoc quidem verius, neruminas oues esse, quas dixi. nam morbum cum sæpe opiliones in pecu queruntur. Poterant tamen etiam videri, *nerumina*, quæ rumen non habent: quę esse perpera necesse est. *Rumen* ita pro mamma: quomodo olim in vsu fuisse, Varro: & Cato memoriæ produnt vnde arumos & subrumos agnos appellari. Apud eundem Priscianum in altero

Sce. vt ea

scripto codice, de quo mihi commodasti Hieronyme Berchemi, versus ille:

Haud male illanc amouit, nunc hunc ego imputissimum,
Barbatum, tremulum, Titanum, Cygno prognatum patre,

Ita mihi imperas. &c. medium, inquam, hunc versum ita ibi lego: *Titanum, qui Cygno lucet patre*: e quo manifesta scriptura emēdandum est: *Cygno qui cluet patre*. Vt autem *cluet*, pro *dicitur*, *fertur*, *celebratur*, ita *audit* quoque. Catullus ad Manlium:

Quod quondam cæsis montis fodisse medullis
Ausus falsiparens Amphitrioniades. Lego:

Audit falsiparens, id est, dicitur. Nam in v. c. *audet*. Sunt alia has præterea fabula in mendo:

Scena. II.

Nam me fuisse huic summum fateor atq; intimum:
Quod amantis multo pessimum est pecunia. Forte rectius:
Quoad amantis multa pessum yt pecunia. Et probare id se-

Sce. Neque gnatus.

quentia videntur. Item:

Sce. Ad res.

Procul hinc obseruabo, miles quid fortunis facit. Lego:
Miles ecquid fortis fuat. Et:
Quis vbi nostrarum quāq; videt prope adis, hac si aggredier.

Primum suspicabar: *videt prope ades hasce aggredier.* deinde: *prope ades hac sic aggredier, has &c* & id probo. Item.

Se Lepide effictam.

Nugæ sunt, si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.
De nihilo nihil est irasci, quæ te non flocci facit. Scribo:
De nihilo illi est irasci, quæ te n. fl. f. De nihilo est vt Hecyra:
Non hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuentam esse expedit. Mox:

Pertimui

Pertimui postquam vna cura cor monuit modo: Eadē Scena.
Timeo ne malefacta antiqua mea nunc inueniam omnia.
Lego:
Pertimui: plus quam vna cura cor meum monuit modo.
Non vna, inquit, cura nunc me angit; multæ sunt.
Postea: *Loquere, filiam meam quis integram stuprauerit.* Sc. Egone.
An. *Video ego te propter.* C. *mala, qui est* Emendo:
Quis, malum est? malum, nota aduerbii specie. Ibidem:
Scio equidem. qua nolo, multa mihi audienda obnoxia.
Scribo: *Audienda obnoxiam.* Neque negauerim, *obnoxia*, defendi posse, & ei rei multa verba fieri: sed alterū probabilius. Sed & illum versum corrupte legunt: ego emendatum ponam:
Vbi ad audiui, quamquam penes est me eius omnis res & liberi. Liberos de vno filio dixit, vt item Cicero, & alii. Postea: Scen. Blitea & lutea.
——— *Dic ob hac dona,* Sc. Ito ito hac.
Qua ab miserit, me illum amare plurimum omnium hominum:
Ergo eumque honorem eumque haberi omnium maximum. Lego:
Erga eumq; honorem habere, cumq; omnium maximum.
Omnium cumque, vt quicunque. Sed & *cumque*, pro, *quicunque aut quandocunque.* Horatius:

O decus Phœbi; & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, o laborum
Dulce lenimen mihi cunque salue
Rite vocanti.

Eadem comœdiæ: (Sc pueri isto.)
Cumq; eam rem in corde agito, nimius multo perhibemur
Mala, quam sumus ingenio. ego prima de me modo ista dicta dissito. Lego: *Ego prima domei docta dictito.*

QVOTIES, QVAM APERTE POST TOT EMENDATORES ADHVC IN BONIS scriptoribus capital fiat, leuibus aliquot emendatiunculis ostensum.

R. V. PAVLLO RVICKHOVIO RVREmundensi ad D. Petri in Colonia Agrippinensi Canonico.

TEcum sentio, eruditissime Ruichoui: adderem isthuc, nisi periculū sit, ne dari auribus tuis putes. sic es enim: quas omnes in te virtutes alii, tu solus nō agnoscis. Sed profecto tecum sentio, quibus in sola emendatione scriptorum vita est; vt tum Chrysippi ipsius, & quicquid ingeniosorum fuit, acumen adeptos se arbi-

trentur, cum alienos libros (quam bene, non agitur) scripserunt, indignos esse, quibus illæ faces ad laudem ac gloriam præluxerint. Recte enim hoc dicere illum apud Plinium; sic cognoscere, iudicare, negotium publicum gerere, & quæ sunt hoc genere alia, e rebus humanis excipias, reliqua non esse, in quibus impensæ sumere operam vir sapiens velit: qui in his velit, esse deum inter homines, certe, si etiam possit. Neque me fallit tamen, plus dicere te, quod minus sentias, vt me ad rem pub. traducas: hanc esse scilicet rem dignam, vbi neruos contendam meos, vt ait noster. Et credes ne? volentem, lubentem vocas. Nam quod hanc nunc operam a me imperatam auferunt homines docti, verbis impoluerunt: digna esse quæ lucem adspicerent: futurum in rem literariam: decus mihi, laudem, auxilia, alia nosti vt hæc talia soleant. Et hoc facilius passus sum falli me, quia eos ipsos falli videbam. Vides autem quo hæc res peruenerit, dum confecta iam, aut affecta quæ erant, efflagitant, noua alia, neque inepta minus, extuderũt: quæ tu Kuickhoui, cum iuuabat nihil agere, leges, & ne nihil agas, quod poteris, defendes.

Heautont, act.2. scena.3 FRequentes mendæ in libris sunt prona ac præcipitata litera, aut contra. Terentius: *Imo vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam puras dabit.* Vulgo, *duras dabit.* Et audi, sodes, Calpurnium: *duras*, inquit, intelligendum vel partes, vel lites. Sic illi videtur. quærat cui persuadeat neque enim vnquam fando auditum vbi in hoc concreto, *duras*, alterutrum horum dissimuletur. At si id demus, fuisse qui *duras*, dicerent, partes in cogitatione relinquerent, quæ heic, vbi sine æmulo & riuino erat, partes Clitiphonis essent, si ego me videre negem, minus mirum sit: ne ipsum quidem scisse opinor. Quod autem addit, *lites*, obsecro te Kuickhoui, qui tantum iudicio vales, quicquam illi venire ineptius in mentem potuit? credo, inibi tum non fuit, neque enim venturus erat, vt scriberet, *lites dare*, esse litigare. Ego vero *puras*, repono, & *noctes* accipio. Eæ sunt contra quam quæ spurcæ, quibus secubatur, Sic *ferum* sic *Numidicum*, sic *Africanum*, concreta pro abstractis dicimus. Sic Corinthia pro vasis Corinthiis. Petronius: *Ceterum in promulsi dari asellus erat Corinthius cum bisaccio positus.* scribo: *Ceterum in promulsidare,* eo exemplo quo postea: *Nos vtarissiores ad tam viles accessimus cibos, suadeo, inquit, Trimalchio. cœnemus. hoc est ius cœna.* Ita V.C Britannicus, *ius in*: & minus recte vulgo, *hoc est ius cœna.* Eodem modo dicimus *esse aliquid in panem*, Græca scilicet forma, Gell. lib. VIIII. cap. II *posit as sibi dari εἰς ἄρτους.* Ea facie est, quod Cicero & Aemilius Probus, si is auctor est, dicũt, in more fuisse Persarũ regib. bene meritis dono dare aliquot vrbiũ reditus, in panẽ, in veste, in vinũ inquiũnt. Sic quidem et, *Lunensi* dicimus, hoc amplius marmor intelligimus. Suetonius Nerone: *in eo monumento solio Porphyretici*

opus

operis superstante e Luuensi ara, circumseptum est lapide Thasio. qui locus Suetonii mendose excuditur. Apud Plautum, *puras*, pro, *noctes puras*, audimus:

Asinaria. *Si forte pure velle habere dixerit,*
Tot reddat spurcas, quot puras habuerit.

Propertius: *Redde etiam excubias diua nunc. ante iuuenca.*
Votiuas noctes & mihi solue decem.

Quod decem perpetuas noctes puras Cinthia Isidi peruigilasset, tanquam expenso eas refert Propertius: & reposcit spurcas. Non alio fonte in elegiis crebriores amatorum querelæ. Quando enim in casto aut peruigilio secubandum foret, neque aliter rem diuinam facere sine piaculo esset, assidue sacra postridie meretrices caussabantur. id eo, vt cupidos amatorum animos inopia incenderet. Neque præteriit inter præcipiendum lena illa: *Vtere causis:*

Maior dilata nocte recurret amor.

Scilicet hoc est, *arte tractare.* Terent. Heaut. *Hac arte tractabat virum.* Errant enim opinor qui, *arte*, nomen auferēdi casu accipiunt, cū aduerbium sit, quod alii quando scribunt, *arcte*, fit. Ita Sall. *Namq; edicto primum adiumenta ignauiæ sustulisse, ne quisquam in castris panē aut quē aliū cibū coctum venderet, ne lixæ exercitū sequerentur, ne miles gregarius in castris, neue in agmine seruum aut iumentum haberet. cæteris arcte modum statuisse.* male heic quoq; in peruulgatis *arte.* Vnum addam: si a me sis, iocū sale puro puto Attico spargas, & Terentio suā, vt mihi quidē videtur, elegantiā restituas. Cum enim impotens animi adolescens: vt est amor: a se impetrare nō posset, quin amicæ osculū aduenienti ferret, imo, inquit seruus, quo tu minus scis difficultates tuas pater, quantū eū vidi, diu etiā puras dabit. Quid lepidius? Dionysia erant, & per ea puras dare atque accipere, ridiculum: id eo magis, quod puras daturus pater, quæ filii erant partes. At si maxime alterum illud, *duras*, & re, & verbo conueniat, dicto tamen gratia aberit. Videbitur enim iocari voluisse seruus, sed nihil fecisse minus, & euanescet conatus ille facetiæ: quantum eius iudicare possum. Sed vnum etiam abest, vt emaculatus sit versus. Lego:

Imo, vt patrem tuum vidi esse, diu etiam puras dabit.

Nam, *vidi patrē esse habitū* quisquiliæ sermonis, & illud *habitū*, si recipias, manifesto ruit versus. Emēdabā olim: *Imo vt patrē tuū vidi ante habitū, diu et p. d.* vt Eunucho, *Quātum ego eū vidi, nimirū dabit hic miles aliquam turbā.* Sed ita numeri labarēt quoque. Vt noctes *puras*, ita ipsas mulieres dicebant: & contra *pollutas.* de quo Plauti versum legunt Rudente: *Non sum polluta, apage, potin vt abstineas manū?* sed quod eorū pace liceat, ne ipsorū quidē caussa probare possū nā, polluta pago, veteres editiones. & quo min⁹ id ita quod similia multa alia; poteram⁹ tñ seq. si sētētia probaret quod cōtra est quod duis Sc. Nunc id est.

enim potius quam pura erat. itaque postea ad aram deueneran-tur iram Veneris:

Ne inuisum habeas, neue idcirco vitio nobis vertas, si quippiam est minus, quod bene esse lautum tu arbitrare. Quid id minus lautum esset, innuit Trachalio:

Te ex concha natam esse autumant, caue tu harum conchas spernas.

Si enim choncham accipit, qua mulieres sunt, (& quis ille fungus qui hoc negeti?) difficile est, vt polluta non fuerit. Quod ait autem, *te e concha natam autumant*, eodem facit. hoc enim commento ad naturam muliebrem alluserunt: non quod e cōcha ortam Venerem arbitrarentur, sed quod consimilis est concha, quasi id, quod nolo dicere. Et hac sint ita: nunc illuc redeamus. Sticho, contra d in p mutatum:

Sc. quisnam obsecro.

——*salua sum. D. at ego perij, cui medullam lassitudo perbibit.*

Gel. *Quid ego, cui medullam misero ventris perrepit fames.* restituo, *peredit fames.* Dinacium, mihi, inquit, medullam lassitudo perbibit: tum parasitus, at mihi eam peredit fames. aliter quæ tandem dicti gratia est? At vir doctus emendat *perrepit.* ita priore versu reponendum esset, *cui medullam lassitudo perbitat.* Sed ita tibi placeam vt suum verbum Plauto reddidi: quod non dubitabis, si parasitos cogites: quorum omnia dicta de pulmento sunt. itaque addit, *ventris*, ridicule? quippe ossium medulla est: sed ventrem totum parasitum vocat: quomodo Terētius: *pugnos in ventrem ingere.* & hic ipse infra: *Enim qui ventrem vestiam.* Etiam Lucilio *ventres* sunt comedones & lurcones. Quid ergo elegantius illo Eunucho: *Hunc comedendum & deridendum vobis propino!* & apage viri illius diligētiam, qui id tanto opere mutare contendit. Miratur, (quod mireris) dictum insolenter & absurde, *propinare comedendum*, cum in ipso propinandi verbo, bibendi sit, non comedendi significatio: quasi non eo ipso lepidum fiat, quod aliorum a viris eruditis ex disciplina parasitorum capiatur. Nam quis dicat, hoc primum est: deinceps, quid dicatur. Ac profecto si parasitus sumē, aut glandium, aut tergus, aut eo genere quiduis aliud propinet conuiuæ, personam agat concinne: vbi rem non verbi primogeniam vim spectet, nisi qui desipiat. A cibo enim factū parasito nomen, non a potu: neque vsquam fere illi bibuli, aut madulsæ inducuntur: edaces vbique: de potione non temere loquuntur, de esca verba omnia. *Nolo*, inquit, ille, *in vesicam quod eat, in ventrem volo.* Quare etiam improbat ius collyricum, nisi quod crasso cremore sit. Curculio autem aquam poscit ita demū si frustulēta sit. Itaque parasiti *canes* appellantur, vt Eunucho: Ch.

Act. 4. sc. 7.

Vulgo hoc dicit Gnatho, pudendo errore.

Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Gn. *ain' vero?* CH. *canis.* Gn. *siccine agis?* Quod enim aliter personæ distinguūtur in libris

manife-

manifesto vitio est. spectauit id Terent. illo versu: *Viden ossuum, & cibus quid faciat alienus.* sic enim & v.c. optimæ notæ & numeri postulant; & ex hoc corruptum in vulgatis, *otium*. nam *ossuum*, & *otium*, affini sono, iis præsertim, quibus in pronuntiando t parum abest quin s sit. At id diuidere libuit Langio nostro, tanto quidem caueæ totius plausu, vt nulla emẽdatione, maiorem laudẽ reperisse videatur. Alia sunt eius viri multa, quæ miremur: hoc quidẽ adeo inuitis & auersis musis dixit. vt eas ingemuisse putem. Quod enim quæso os habet parasitus? sane nullum: vt in veteri epigrammate:

Qui caput ad læuam deicit, glossemata vobis
Tradidit, os nullum, vel potius pugilis.

Significat Palæmonem Grammaticum facere, quod Eunum dicit Ausonius:

Eune quod vxoris grauida putria inguina lambis,
Festinas glossas non natis, tradere natis.

Hoc est, *glossemata tradere*: & id notat verbum *deicit*. *Inclinare* enim, *deijcere*, *occultare caput*, in ea libidine proprie dicũtur, qꝫ, ne alios nominem, Cicero aliquot locis, significat de Sexto Clodio, prægustatore, vt appellat, libidinũ P. Clodii. Nunc illuc redeam? Impudentibus os esse consuetudo latini sermonis negat, cuius si exempla ponã, & meo, & tuo otio abutar. Iã si aliquod parasiti os habẽt qꝫ duis potius quam suum habent; multoq; magis, canis, vt κυνὸς ὄμματ' recte a Græcis audiant: ne addã, qꝫ caput est, potius dicẽdũ Terentio fuisse: *Viden' os & cib. alienus*. Parasiti n. nõ magis cibo alieno vtuntur, quam os alienum habent. quare id genus Horatius alienis maxillis ait ridere:

Verum hoc est, nam. Suetonius Palæmonem ait libidine flagrasse vsque ad obscenitatem oris.

Cum rapies in ius malis ridentem alienis. & Ter. Andria.

Hoccine est tanta vecordia quiquam vt siet,
Vt malis rideat alienis ẽ incommodis
Atq; ex alterius sua comparet vt commoda.

Act. 1. sce. 1. Rideant, in Bruniano v. c. qui Colon. ad D. Panthaleonis est, & caso v. Argentin. Anno. M. D. III.

Malis, enim, id est, *maxillis*. Omnino autem parasiti eiusdẽ sui regis os sumunt, cuius cibum contruncant: vultumq; ex vultu cõparant. Neq; dicturus erat Terentius, *os suum*; potius, *lingua sua*. ita enim solent Latini, cum de infami facundia, & scurrili dicacitate verba fiunt, vt linguam parasitorum, lenonum, sannionũ, rabularum, dicant: quando ii os non habent. At *os*, de graui facũdia: vt apud Vergilium in heroibus *sic ore locutus*: *sic ore profatur*. hinc *orare* & *oratores*: contra a lingua, *linculaca*, contumeliæ verbum, cuius in edendo & loquendo item officium; quoniam de cibo & parasitis mentio: quod solere ostendit leno ille:

Referunda ego habeo linguam natam gratia.
Eodem mihi pretio sal perhibetur, quo tibi.
Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.

Lingua autem, *dentes*, *guttur*, *fauces*, *venter* lurcationis & po-

pinationis vocabula sunt: *os*, non item. Nihil itaq; certius quam, *ossuum*, reponendum. Sunt autem *ossua*, eadem quæ *ossa*, vt *artua*. Sexcenta eius exempla in veteribus saxis & marmoribus. Qui, *otium*, defendunt apud Terentium, indignos puto, quibus respõdeatur, post optimorum codicum auctoritatem, quasi quicquam otii caussa parasiti facerent, & non ventris potius. Et erret longe, qui otiosos fuisse parasitos putet: quorum opera illi fidelissima in præcipiti & difficili vtebantur. Phormione:

Opus est mihi Phormionem adiutorem ad hanc rem dari.

An. *Pres est: audacissime oneris quiduis impone, & feret.* Milite glorioso:

Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,
Vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret. Curculione:

Nam parasitum misi nudiusquartus Cariam petere argentum. Sticho:

Eho Crocotium, i, parasitum Gelasimum huc accersito.
Tecum adduce: nam illum ecastor mittere ad portum volo.

Denique facile reliqua patiebantur parasiti; ventres saburrarent modo. Et quid illud tantum, otiosos esse parasitos, vbi plerique omnes vrbani otiosi essẽt? Ipsius mehercle Parmenonis ministerium otiosum erat, qui herum sectaretur: & non alii vsui esset Phædriæ, quam parasitus Thrasoni. Tamen non desinent nugari isti, & *ossuum*, vt deculpatum, improbũq; verbũ repudiare: quod tam multi vti sustinuerũt? Nam quod Augustinus sordidũ putat, non meminit scilicet veterũ: neq; is tamen aliud Charisio, & Plinio facit. Sed referamur vnde abiimus *propinare edendum*, parasitorum est. Qui minus ergo ita potuerit Terentius, quam Demosthenes; προπίνειν τὴν ἰλλάδα. & ad eũdem modũ Euripides? Quod vetustos codices nominat, scimus nos antiquissimos quosque propino, habere: & hoc modo Nonium legere, atque veteres interpretes. Nam de, *prabeo*, id quoque verbum in conuiuiis dici solitum, nugæ; non enim in solis conuiuiis *prabeo*, dominatur, vt risus continuo audientiũ sequatur, si dicas *prabeo ridendum*: tanq̃ de conuiuio sermo fiat. At *propinare*, alibi q̃ in conuiuio, non dicitur: et si dicatur, ridiculo est: quod significat interpres: De modo syllabæ dispeream nisi hominis caussa vellem, tacuisset. Quod enim Martialis versum laudat, eiusdem hic quoque est:

Hoc quoque nonnihil, est quod propinabis in istis.

Et ad hunc modum scimus eum sæpius aliquanto solere, quã contra Neque est qui nesciat, *propino*, si Grammaticos audias, ancipiti prima esse: alios etiam in eo manere. produci oportere: si cõtra fiat, licentiam poetæ appellant. Quod autem propinandi verbum potionis esse, non etiam escæ putat; frustra se habet. Gell. lib. x. cap. x v I I. *Et enim persona quæ hæc apud Laberiũ dicit. diuitis*

auari

auari & pauci, sumptum plurimum, ἀσωτίαν, & propinationem adolescentis filij detestantis. Ne quid tamen dissimulem, suspicor scribendum apud Gell. *popinationem.* Cæterum quod arbitratur, dicendum potius fuisse, *bibendum propino*, quis vnquam ita locutus est, vt non rueret, *bibere aliquem*, aut *bona alicuius*? at *comedere Titium*, aut *Titij substantiã*, p rem eius dilapidare, lacerare, & diffundere, elegãter. *Comedere* n. simpliciter *decoquere*. Mostell.

Propinare comedendũ est, substantiam eius dilapidandam ponere.

Patitur, sine modo adueniat senex:
Sine modo venire saluum, quem absentem comes.

Atque eius deinde sunt migrationes in alienum, vt cum Petronius vsuram edere inquit:

Præterea gemino deprensam inurgita prædam
Funeris illuuies, vsuraq; exederat aris.

Vbi mendum subest: lego, *fœnoris ingluuies. ingluuies* enim fœnoris est, non *illuuies*. Atque id conuenit cum eo, quod porro est, *exederat*.

Terent. Eunucho, vt in V. L. Stanæi:

Ita vt fit, vbi quid animum est molestia: min, *animum* sustinetur *est*, pro *edit*; quod pueri sciunt. Varro Ephebo: *Crede mihi, plures dominos serui comedere, quam canes, quod si Actæon occupasset, & prius ipsus canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret.* Quo in exẽplo Varronis legerẽ: *Crede mihi plures dominos ceruí comedere, q̃ canes ad inopiã deciderunt.* Hoc n. significat, fabulã illam non vsquequaque pertinere: & qui finxerint Actæona in ceruum mutasse, deinde a canibus discerptum periisse, aliquanto rectius facturos fuisse, si a ceruis comesum finxissent. Et quæ sequuntur verba, magis id etiam videntur ostendere. *Ceruí* autem, serui sunt nequam, & fugitiui. Terent. Prologo Heaut.

A canibus, hoc est, parasitis. plures comesti sunt a ceruis quam a canibus, hoc est, plures per seruos malos quam parasitos ad inopiam deciderunt.

Qui nuper fecit ceruo currenti via
Decesse populum. cur insano seruiat? In libro Basiliensi: nec me mouit, quod eadem manu emendatum. nam ego mendosum illud *ceruo*, malui. Sextus Pompeius, *Seruorum*, inquit, *dies festus, vulgo existimatur, Idus Aug. quod eo die Seruius Tullius natus seruus, ædem Dianæ ædem in Auentino dedicauit, cuius tutela sunt cerui: a quorum celeritate fugitiuos, vocant seruos.* quod quidem fragmentum Petro Crinito debemus. Martialis epigrammate de Achylla eundem fugitiuum & ceruum appellat:

Suppositam fama est quondam pro virgine ceruam,
At nunc pro ceruo mentula supposita est.

At supra dixerat: *Act. 5. Sc. 2.*

Huic comes hærebat domini fugitiuus Achillas

Quæ apud Donatum huc spectant, deprauata sunt, sed ita corrigentur: *Quadrupes*, inquit, in Andriam, *ligatura genus: aut etiam posuit quadrupedem pro ceruo & fugitiuo; vnde illud Vergilianum:*

Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Apud Terentium porro restituendum, *cerno*, ostendunt illa: *cur insano seruiat?* itaque fugitiuus erat. At serui currentes, alii, Dromones scilicet, qui sursum deorsum cursitant: de quibus heic non agit: Cœperamus quid sæpe vna littera mali dedisset. exemplum etiam eius est. Lucilii in versu:

Apud Nonium, Deblaterare.

Deblaterat plenus bonus rusticus, concinit vna.

Lego: *Deblaterat, blennusq́; onos rusticus concinit vna.* Ille; inquit blēnus rusticus asinus. Afranius Vopisco: *Voluptatem capio maximam, cruciari tua te culpa.*

Nonius in veretur.

Qui det, & de illa pessima, quam deamai, promerere. Lego: *Quippe & de illa pessime, quam deamas, promerere.* Item Simulante: *Tui veretur, me ad te misit oratum peteret.* lego: *Tui veretur: me ad te misit oratum betere*, id est, ire. Lucilius: *Redisse ac repedasse vt Romam vitat gladiatoribus.* Lego: *vt Romam bitet gladiatoribus*; &, *gladiatoribus*, est, ludis gladiatoriis: vt Cicero ad Atticum sæpe. Plautus Amphit.

Gladiatoribus Romæ esse, id est, tempore ludorum gladiatoriorũ, S e Cicero. Prologo.

Sirempse in lege iussit esse Iupiter,
Quasi magistratum sibi alteriue ambiuerit,
Virtute dixit vos victores imbitere, non
Ambitione: aut:

Sirempse vox in forma promulgandarum legum vsitata Festus.

Victores dixit vos virtute imbitere. Sirempse, recte Fruterius. Bitere etiam Rudente: *Sicceine me spernis?* Da. *Sic ago: semel bibo.* legerim: *sic age, semul bito*, id est, simul eo. ibat autem simul, vt sua opera facilius addiceretur. Apud Terentium fuit cum idem arbitrater:

Scena. Meane ille.

Dum tibi sit quod placeat: ille ringitur: tu rideas;

Prior bibas, prior decumbas Nam, *bibas*, ante illud, *decumbas*, vix probabam: & de esca magis parasitum loqui ex arte arbitrabar: non de potu primum. Nihil moueo tamen. nam ex Petronio Arbitro coniicere est, potionem etiam, priusquam discumberent, poscere solitos: vt id fortasse spectarit parasitus. Atque huius generis quæ sunt, in eis literarum affinitatem cogitanti, non difficilimum est oram aliquam euoluere: quæ longius discesserunt, aut a Grammaticis veteribus, aut a libris opem poscunt. Phormione:

Simul, vbique reperio pro simul.

Phor. act 2. sc. 1.

Quod ne ego perscripsi porro ijs, quibus debui.

Plane id opinor. Eam potionem Apuleius libr. 9. antecursoriam vocat.

Cui in mentem heic de mendo veniat, absque interprete sit? at ex eo certum, ita legendum esse:

Quod ne ego perscripsi porro aliis, ac dididi.

Multis inquit interpres, *per scripturam reddi* it: *multis dedi*: vt apud Vergilium:

Diditur interea Romana per agmina rumor.

Act. 5. Scē. 7.

Hæc sola ad reuocandum illud, *dididi*, suffecerint. Nam illa verba:

Quo

Quod ne ego perscripsi porro iis, quibus debui:

non vtique hanc explanationem postulant; *multus reddidi per scripturam, multis dedi*; sed illud primum solum. Deinde Vergilii versu quorsum vtatur, non apparet, nisi & apud Terentium *dididi*, reponas? Quid ergo, malum, hoc est, *dididi?* Non meis verbis dicam, sed Plautini illius Stasimi:

Comesum, expotum, exsutum, elotum in balneis.
Piscator, pistor abstulit, lanij coqui,
Olitores, myropolæ, aucupes: confit cito,
Quam si tu obijcias formicis papauerem

Homo dididerat nimirum. Ita emendo Ciceronem in ea pro Cœlio: *Dede te, ac disiice.* lego. *dide ac disiice*: & quiduis dicant isti, rectum puto. Nec hæc verba Ciceronis sunt, sed Cæcilii. Talia vix credas quot apud Terentium reliqua sint. Eunucho:

Vera lectio est, quam v. c. probant. Lambino ibi tenebræ sunt.

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.

Belle hoc. *satias cœpit fieri.* Equidem audire mihi Terentium videor, si diis placet. Poterat restitui e Marcello.

Scena, ex meo propinquo rure.

Vbi satias forte cœpit, commuto locum.

Sed neque, *forte*, valde locum heic habet: & in veteri Veneto est, *simul.* Procliuior lapsus fuit, *me*, omisso; quo addito minus obnoxium fuisset. Deinde turbauit, quod. *simul*, esset pro *simulac* vel *simulatque*. Hoc modo Cicero. *Simul literæ a Cæsare, quas exspectaret, remissæ essent.*

Et Catull.

Quæ, simul optatæ finito tempore luces

Aduenere. Horatius incredibile quot locis. Omnia autem impediit illud, *simitu.* Sic enim repono.

Vbi satias cœpit, muto simitu locum.

De hoc tamen in medio relinquo; quippe nata ex leui mihi suspicione. Et fallor? an verum est?

Vbi satias cœpit, simul muto locum. plane opinor. Hoc ergo iuuit Nonii exemplar paulo emendatius, eo quidem loco. Illud autem non potuit nisi e V. C emaculari:

In tempore ad eam veni, quod est rerum omnium
Primum. Nam mi e re quendam offendi ibi militem

Eius noctem orantem. Comodum, inquit, veni, cum ibi militem offenderem. Eunucho?

Indicare se, prodere se. in ceteris Comica ellipsis est.

Infecta pace vltro ad eam venies, indicans
Te: amare, & ferre non posse. actum est, illicet,
Peristi: eludet vbi te victum senserit.
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita
E re: quod in se neque consilium, neque modum
Habet vllum, eam consilio regere non pote.

qui versus ita & distinguendi & scribendi sunt. *Cogitare* autem *e re*, est, consilium capere ita vt in rem ipsam putes esse: &

Ite, ite hac simul muli heridamnigeruli, forasgerones,
Bonorum hamaxagoga: satine qui amat, nequit quin nihili
Sit: neque improbis sed artibus exspoliet? Nam hoc qui sciam, ne quis
*Id quærat ex me, domi scio. * qui facit improba facta amator,* Comica intelligitur: Nam domi is est:
Qui bona pro stercore habet: foras iubet ferri: metuit
Publicos: mundissimus est. puras sibi esse vult ædis,
Domi quicquid habet, verritur ἔξω.

Nomina illa, *heredamnigeruli, forasgerones*, facta sunt Plautino more: vt Persa:

Vaniloquidorus, virginisuendonides,
Nugipolaloquides, argentiexterebronides
Tedignilo quides, nummorum expalponides.

In quibus versibus, *Tedigniloquides*, de culpa suspicio. supra enim iam semel atque iterum hoc dixit: *Vaniloquidorus, nugipolaloquides*: & istud, *loquides*, ex eo versu venisse arbitror. Legerim, *Tetechnilocrides*. significabit, technis se ab eo facere lucri. iuuat, quod virgini nomen fecerat, Locridi. nam *locrum* & *locellum* pro lucro & lucello dicebant. Trinumo:

Oculicrepida, crucicrepida, ferriteri, mastigia,
Inter eos me homines condalium te redipisci postulas,
Quorum eorum vnus eripuit currenti cursori solum?

Vbi malim, *occulterepida, crucicrepida. Occulterepida* autem valet, *occulterspida. Sed artibus*, pro *se artibus*, d immisso. *Domi scire*, est, domi a se coniecturam facere. Amphit:

Nam ego nunc id experior de me, at que ipsa de me scio.

Non recte ita Camerarius. Lego: *Nam id ego experior de me*, id est, *domi*. Heautonti. corrigendum: *Egon mea bona vt dem Bacchidi domo? sciens non faciam*. significat extra domum & familiam. idque in Mogunt: liquet. Ita Mercatore:

Trahere, exhaurire me, quod quirem, abs se domo. Initio fabulæ.

Quia autem de iis ingressus eram dicere, quæ nisi e veteribus codicibus, vel interpretibus reduci ad integritatem non possunt, non discedemus, quin talia demus aliquot. Eunucho:

Estne vt fertur forma? Pa. *sane*. CH. *at nihil ad nostram hanc* Pa. *alia res.* lego: *alium est*:

Thais, inquit, formosa est, quod negari nequeat, sed si cum hac nostra componatur & contendatur, *alium*. Sic mihi lubebat verum esse in Bruniano codice, qui in bibliotheca Panthaleonis apud vos seruatur. Neque tamen iniusto scriptum id a Terentio. Ex ingenio quisque demat, aut addat fidem. Ego ratione ducor. *Alia res*, apud Terentium sine Venere. *Alium* autem, & *blitum* (fatuum frumentum) & alia talia contumeliæ verba erant in meretrices, quæ sine sale, sine lepore viuerent: quia vilissimus cibus,

messorum, & remigum, alium. *blitum*, non magni item pretii. Hinc *blitea* ex Truculento.

Blitea & lutea, est meretrix, nisi quæ in vino sapit ad rem suã.

Sce. vltima. Et pœnulo vocat *amatorem plenum alij Vlpici*. quem eundem, opinor, potuit, *alium Vlpicum*. Truculento, *Setania*, fortasse scribi poterat, pro, *& a via*, quod inibi deprauatissimum est.

Non enim possunt militares pueri & anio educier. quamuis lego.

Non enim posca militares pueri, & allio educier.

Alciatus emendabat, *a via educier*, inepte. & tamen inuidere ei hanc gloriam Turnebus, & illius hereditatem voluisse cernere videtur. *Posca* nihili potus est, & seruilis; vt, *alium*, cibus. Verbo deficitur oratio: hoc illis imposuit. At id solet Sallustius: *quam rē alij in superbiam vertebant, alij contumelia bonum ingenium accensum fuisse: multi quodnam parta victoria e manibus eriperetur.* Par Horatii illud:

Fore enim tutum iter ac patens

Conuerso in pretium deo. Ita ff. de acq. poss. l. 7. de aq. cot. & æst. & mille aliis locis. Apud Plautum quidem taceri verbum eo maior ratio est, quod nullum certum sensus postulat: &, *possunt*, scribas, an *debent*, an *solent*, nihil interfit. Sic sane consuetudinis est. Vlpianus libro tertio de it. & act. priuato: *Qui enim vult ire agere tantisper, quoad de seruitute constat, non de iure suo docere.* ita enim in Florentinis. Illud non silebo, vitium hærere Hecyra tale quoque:

Ceterum de reducenda id fac, quod in rem sit tuam,

Act. 3. Sce. 3. *Parturire eam, neq; grauidam esse ex te, solus conscius.*

Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus. Lego:

Parturire eam, neq; grauidam e. e. t. conscius

Nam tecum duobus post concubuisse eam mensibus.

Contaminauerunt inserta non suo loco alienissima voce. Et qui aiunt tandem? an non præcessit: *Neq; grauidam esse ex te, solus conscius?* Sua ergo habeãt sibi somnia interpretes: quibus quidem cum aqua hæret, nihil tam ineptum venire in mẽtem potest, quin sibi faciant satis Eunuch.

Parmenonis tam scio esse hanc technam quam me viuere.

Act. 4. Sc. 4. Lego:

Parmenonis esse hancce scio technam, quam me viuere.

Monet enim interpretes, vt plena sit oratio, desiderari, *magis*; cõficerique sententiam, *magis scio quam me viuere*: quæ omnia dicta ab eo commode intelligi non possunt, nisi, *tam*, eximas, eodem exemplo, quo Verg.

At vero ingentem quatiens Mezentius hastam,

Turbidus ingreditur campo. q̃ magnus Orion. Et Georgic. 3.

Quam magis exhausto spumauerit vbera mulctra,

Margin notes: *Setania compagenus minime sed sapidissima & dulcissima Plin. libr 19. ca. 6 vt heic fortasse reponi vox ea possit pro, & a uia, sed nõ censeo.*

Lac magis pressis manabunt vbera mammis. Trinumo:

Confit cito, quam si tu obiicias formicis papauerem.

Mirum autem non vidisse id alios? quasi non meridie ipso caligarint. nec verbis opus est: rem testem dabo. Adelphis:

———————— hei mihi,

Pater esse disce ab aliis, qui vere sciunt. Act.1.Sce.2.

Omitto nunquam ita locuturum Terentium fuisse, *qui vere sciunt esse patres*; potius, *qui sciunt esse patres*: atque ita Latini. Sed hoc vt non sit, *sciunt*, eo loco non feram. Primum arrogantius est, quam pro persona: *Disce a me pater esse, qui scio*: ac nescias insulsius an impudentius; prorsum vt a Thrasone esse videatur. Deinde nullam vim habet. Poterat enim manere in eo Mitio, & negare patrem illum scire esse. Vera lectio est:

Pater esse disce ab aliis, qui fere sient; aut, *qui vere sunt*. Demea vere pater erat; Mitio adoptione, itaque quando controuersia esset, vter magis sciret pater esse, Demea, disce, inquit, pater esse ab iis qui vere sint. Et ostendit Mitionis responsio:

Natura tu illi pater es, consiliis ego.

Ibidem: *Rursum Demea*

Irascere? DE. *ah non credis? repeton quem dedi?*

Vbi interpres nescio qui: *non credis*, inquit, *irasci?* matulam, qui non viderit mendum. Lego:

Rursum Demea,

Irascere? DE. *ah non. cedo, repeton quem dedi?*

Quid enim hoc est. *non credis irasci?* Quin & Mitio credebat, & illum qui irasci tam celer esset, comiter reprehendebat: Demea vero, id quod erat, videri iratus nolebat. Quid quæris? narro tibi omnibus Terentii, aliorumq; scriptorum locis aliquibus libris semper sedes inuicem mutasse, *an* & *ah*; *cedo*, *credo*: & id ad huius versus emaculationem argumenti satis est. Andria:

Ausculta, C. *audiui iam omnia*. D. *anne tu omnia?*

Varie hic versus scribitur; sed vnus Brunii liber recte habet: *audiui iam omnia*. DA *ah ne dum omnia*. Ibidem Adelphis:

Cum placo, aduorsor sedulo, & deterreo,

Tamen humane vix patitur: verum si augeam.

Mendum ferula & scutica dignum. Lego: *Verum si angeam*: *angeo* enim pro ango, veteres vsi: & priora illa: *placo, cum aduersor sedulo*: Dicit enim se aduersando eum placare. Ibidem.

Coemisse, hinc quæ illuc veheres, multa: nauem conductam: hoc scio. Act 2.Sc.2.

Animus tibi pendet: Distinguo: *nauem conductam, hoc scio: animus*. Hoc, inquit, scio, nauem conductam. Ita quidem interpunctiones sæpissime adhuc perperam in hoc auctore collocatæ. Ibidem: Act 3 Sce.2

Æschinus amare occepit aliam. S. *Va misera mihi.*

S. Neque id occulte fert: a lenone ipsus eripuit palam.

Libentius distinxerim: *neque id occulte fert: a lenone: ipsus eripuit palam.* Amat a lenone aliam, inquit, & ipsus palam eripuit. Amare a lenone, elegans. Pœnulo:

Amat a lenone hic. P. facere sapienter puto.

Act. 4. Sc. 5. Duo ergo dicit, & amare eum a lenone, quod occultum esse non posset, & palam eripuisse. ibidem:

Quid ista? quid aiunt? M. quid istas censes? nihil enim.

Commenta mater est. interpungo: *quid istas censes? nihil. enim*

Commenta mater est. Enim, ita eleganter orationem incipit. Mostellaria:

Aliqua multis locis Terentij & Plauti, enim. ita præponendum videtur vbi in vulgatis contra sit.

Maxime, accipito hanc ad te litem T. *Enim captio est.* Milite:

Enim cognoui nunc Vide ne etiam rectum sit Trinumo:

Enim non possum, quin exclamem, euge, euge.

Sed est vbi alieno loco scilicet totam sententiam abstulerit. Heautontim.

—— Scio tibi esse grauius multo, ac durius,
Cui fit, verum ego haud minus ægre patior, id qui nescio,
Nec rationem capio, nisi quod tibi bene volo.

Act 5. Sce. 2. Cedo mihi decem, qui vspiam sunt, optimos Grammaticos: si se hinc explicabunt, vt nihil esse incommodi in oratione appareat, caussam non dico, quin soli sapere videantur. Lego:

Verum ego haud minus ægre patior: id qui, nescio;
Nec rationem vllam capio. scio, inquit, tibi ægerrime esse: neque non ego tamen iniquissime etiam fero. id quare, quaue ratione mihi eueniat (id enim significat qui) nescio. Phormione amplius turbatum:

Sc. Penult.

Non hercle ex re istius me instigasti Demipho.
An tu cum peregre, tibi quod lubitum fuit, feceris,
Neque huius sis ver tus femina primaria,
Nouo modo ei quin faceres contumeliam,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo.

Lego:

Ain tu tandem? vbi peregre tibi quod lubitum fuit, feceris,
Neque huius sis veritus, femina primaria,
Nouo modo ei quin faceres contumeliam;
Venias n, p, l, p, tuum?
Hisce; ego illam dictis tibi ita incensam dabo.

Illa verba, *ain tu tandem?* a nouis editionibus absunt, magno flagitio: credo, quia versus ita iusto longius excurrit: quod quidem non est sine magna gratia, vt talia extra numeros censeantur: Præterea, si quæ iterum eodem versu ponuntur:

Coler

Color verus, corpus solidum, & succi plenum. P. *anni?* Ch. *anni sedecim.*

Nollem id mutatum. Nam quid est contaminare scriptores, si hoc castigare est? Mihi quidem, cum illud detraxeris, genium atq; animam versus amisisse videtur. Hecyra:

Tu sola exorere, qua perturbas hac tua impudentia.

Sost. *Ah exorere: egone?* L. *tu inquam, mulier.*

Ita vetus liber omnibus integris literis, sine litura, nullo scribendi compendio. Sed ad syllabarum dimensionem tantum incommodi accedit, facile vt cuiuis sit, digitis atque aure callere & deprehendere, si eius libri auctoritati stemus, stare versum non posse. Neque continuo damnandum est, quia verba in versum non quadrant. Perquam eleganter enim Sostrata, indignitate accusationis commota repetit illa, *ah, exorere,* quod est, ac si dicat, *ah, egone exorior, qua perturbem hac mea impudentia?* quæ extra versum assumta in numeros cogi non debent: cuius exempla sunt multa; maxime in Interiectionibus, quas appellant, quæ ad explendum orationis & conficiendum cursum nihil faciunt: tantum animi habitum extra ordinem, vt sic dixerim, expromūt. Et quanta ratio est eius rationem non haberi in versu, quod orationem non contexat? Proxime in iis, quæ ad gratiam repetuntur: quæ quoniam ipsa quoque orationis filum non perducunt & pertendunt, ne id quidem habent, quod Horatius inertissimis hominibus relinquit, vt numerus sint. quid ni? cum etiam diuerbia extra ordinem, & exodia accinerentur? Itaque non me perturbat quod in Brunii libro est:

Alieniori ætate post faceret tamen: tenes?

Quamuis manifesto a versu repudietur, *tenes*: sed ei iam numeris omnibus absoluto, adiicitur supernumerarium: vt istis adscriptiuis ad legionem fieri solet. Multa sunt eiusmodi: hæc retuli, ne, qui aliquid vltra mensuram trahant versus, eo repudiemus. *Ain' tu?* autem extra contextum orationis assumi, manifestum facit, quod Græcis ἄδαι, ita vsurpatur. Id Latini cum reddunt, *ain tu?* faciunt. Sic enim in Platonis Gorgia mutauit Cicero. Hecyra.

Ain' tu? tibi hoc incommodum euenit iter?

De Stanæi libro: tametsi interpunctio ibi absit, & iter scribatur: sed melius meo modo puto: ne addam, numeris male consuli. Itiner, autem exemplis non eget. Superioribus versibus quod scripsi:

Neque huius sis veritus, femina primaria,
Nouo modo ei quin facias contumelias.

Puto, *huius sis veritus,* verba esse floccum ostēdentis, aut aliam rem nauci neque tanti, inquit, feceris. Illud autem, *femina primaria, ei* repetitio comica est, & concinna, multisque exemplis

Act. 2 Sce. 1. Coloniensis V.C. e bib. publica.

Sc. 2. Act. 1. Verū dicam videtur eadem manu, atramento alio. Sed assis non interest.

Act. 3. Sc. 4.

Act. 3. Sc. 4.

celebris. *Hisce*, verbum opinor ab, hisco. Si, inquit, hisces tantum, non modo, si me in ius rapies, ego tibi ita gratiam reddam. *Dicta*, pro conuitiis, accusationibus, criminationibus, etiam Ciceroni vsitata: & omnino, quod maledicta, idem eius simplicia, *dicta & mala*. Andria:

Sed exemplo deficior.

Ingeram mala multa.

Plautus:

Iam ego te dictis differam. Locus quoque Adelphis a distinctione laborat:

Sce.1. act.1.

Tuum dedisti filium adoptandum mihi:
Is meus est factus, si quid peccat Demea,
Mihi peccat: ego illi a maxumam partem feram.
Scortatur? potat? olet vnguenta? b Demea,
Obsonat? dabitur a me, dum erit, commodum:
Vbi non erit, fortasse excludetur: c fores
Effregit? restituentur: d vestem discidit?
Resarcietur; est dijs e grata gratia, quia
Est vnde hæc fiant.

a Brunij v.c b Colon. in bibli. publ. c Brun. & Bas. d Cicero pro Cælio in meo v.c. e De coniectura.

Quem locum e multis libris persanauimus, e quo se, quod vere liceat, alii non extricarunt. Sed quod nunc agitur, vulgarem interstinctionem: *dabitur a me, dum erit commodum*; non valde probabam. Quando enim commodum est dare filio, quod in lustris comedat, & congræcetur? Quoniam igitur præcessit, si quid requirat Æschinus, se laturum sumtus, Demeam indemnem fore: verebar ne heic scribendum esset: *dabitur a me, dum erit commodum: Commodum dabitur*, vt cum *commodas minas* dicimus. Plautus Asinaria, & Mercatore. Sed hæc quidem non leuissimæ operæ sunt. Nos de iis ingressi eramus dicere, quæ præterisse quenquam miraculum sit, aut miraculo proximum. Heautontim. igitur:

Commodū dare, aut aliquam rem commodam dare, pro ampliter & prolixe dare.

Act.5 scen.3.

——— *At*
Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quamobrem id faciam? nescias,
In qua re nunc tam confidenter restas stulta. SO. *ego nescio?*
C. *Imo scis potius, quam quidem redeat ad integrum oratio.*

Lego:

Si rogitem iam, quid est quod peccem? aut quamobrem id faciam? nescias.
In qua re n. t. c. r. st. SO. *ego nescio?*

Ch. *Imo scias potius, q. q. r. a. i. v.* Obtundebat maritum vxor odium, quę illi, quod minime vellet, restitabat. Quare is, scias, inquit, potius quam vt te iterum audire cogar. Id vincitur etiam sequenti versu:

Oh iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.

Hoc igitur in exiguo peccatū: illud minimo minus, est, Heaut.

Mutaui. Nā scis vetus est, pro scieris. Imo, inquit, scieris potius, sed & scis, vetuste valet scias. Hoc tamen verum est, ante locum intellectum in scholis non esse.

Si

Si certum est tibi

Sic facere, illud permagni referre arbitror, Act.3.scen.1.

Vt nescientem sentiat te id sibi dare. Dirimendæ voces: *vt ne scientem, ne*, enim cum illo, *vt* rationem habet: non cum, *scientem*. ad rem quod attinet, cui in Cicerone ignorantur iunctæ voces: *vt ne*? Post paulo idem fere error: *Scin' esse factum vt dico?* Ch. *quid ego nesciam?* lego: *quid ego ni sciam?* Quid ni sciam? inquit. *Quid ego ni*, eleganter: quomodo Plautus aliquando. Ante hunc locum paruus est næuus, non scribentium vitio, sed legentium: Act.3.sce.2.

Cl. *Sine.* Sy. *non sinam, vnquam.* C. *quæso paulisper.* Sy. *Veto.*

C. *Saltem salutare.* S. *abeas si sapis:* Cl. *eo quid isthic?* Act.2.sce.2. in fine.

Errant, &, *eo*, verbum accipiunt. Nondum enim abibat Clitipho, vt post apparet.

Lego:

——— *Eo quid isthic?* vel,

Eho quid isthic? nam hilum non interest: sępiusq; non aspiratur. Minutissimum diximus: dicemus minutius:

Scilicet equidem isthuc factum ignoscam: verum Sostrata Act.4.Sc.1.

Male docet te facilitas mea inulta. Inulta facilitas, recte: &, *male docet*, vt nihil adiiciatur, non ineleganter. Sallust. Iugurth. *Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim, quam ludibrio fueritis superbiæ paucorum: quam fœde, quamque multi perierint vestri defensores.* Lego: *quam fœde, quamq̃ inulti.* Idē libro tertio historiar. *Dedecores multique terga ab hostibus cædebantur*: lego: Dedecores inultique, terga ab hostibus cædebantur. Errat, qui contra pertendit in notis suis ad fragmenta Sallustiana. Ne longius a Terentio discedamus, Eunucho cęperamus:

Nam parua caussa est, aut parua ratio. quisquiliæ sunt istæ, non Terentii veneres. Qui multa talia notarim, lego: Act.3.Sce.5.

Num parua caussa est, aut praua ratio? lusit in, *parua, praua*: Vt Cicero: *Consul noster paruus & prauus.* Piget sequi reliqua, & hęc vel ineptissimo satis sunt: quæ ego ita omnia ex animi sententia: nisi quod illo loco mittam cum vulgata scriptura pugnare:

Neq; huius sis veritus femina primaria.

Sic enim Apuleius lib 2 Milef. *Quin, inquit, etiam vel ipsam parentem tuam accedis & salutas? Vereor inquam, ignota mihi femina:* quem huc respexisse credere possis. Sic locutum docet Marcellus, Paccuuium, Attam, Accium, Afranium sæpe: neque ego hoc loco meam coniecturam amo.

TERENTII CONTINVI VERSVS MVLTI EMACVLATI LOcis aliquot.

Joanni Bendelio Bambergo.

IAm quidem pudet leuium scelerum, Bendeli: literam sollicitare: traiicere syllabas: via peruulgata emendatorum dictiones aliquot ex edicto, vnde vi, restituere. Fatendum est: ludus hæc sunt & quæ, si laudare aliquando possis, nolis, quia vetera sunt. Ceterum, versus inculcatos: totam sententiam amissam: iacturam esse antiquæ & elegantis formæ, an hæc quoque ludus sunt? Nec hoc quisquam mihi, quia Palmerio videtur. Neque enim iudicium vsurpo:

——— *Sedeant, spectentque Latini:*

tu imprimis, mi carissime Bendeli: quem ego quibus verbis laudem satis? Habuisti, amasti a paruulo: elementa prima, vt eius ætatis captus erat, præiuisti. postea discedentem, quod solum poteras, votis & fauore prosecutus es: donec etiam mirari (sed ego tibi non credo) tandem cœpisti. Et ignosco errori, quia in me tua munera amas: cuius a fontibus fluxi ad famam aliquam hominum, paruam illam, & adde si quid vis, sed tamen fama quæ sit. Vale.

TErentii Andria:

Act. 1. Sce. 5. *Hoccine est humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris?*

M. *Quid illud est?*

PA. *Proh deum atq; hominum fidem, quid est si non hæc contumelia est?*

Vxorem decreuit dare sese mi hodie: nonne oportuit

Præscisse me ante? nonne communicatum oportuit?

M. *Miseram me quod verbum audio?* P. *quid Chremes, qui denegauerat*

Se commissurum mihi gnatam suam vxorem? id mutauit,

Quoniam me immutatum videt.

Itane obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum abstrahat?

Quod si fit, pereo funditus.

Adeon' hominem inuenustum esse aut infelicem quemquam, vt ego sum?

Pro deum atq; hominum fidem, nullone ego

Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis

Contemtus, spretus? facta transacta omnia. hem,

Repudiatus repetor: quamobrem? nisi si id est, quod suspicor,

Aliquid monstri aluntis: quoniam nemini obtrudi potest,

Itur

Itur ad me. M. *Oratio hac me miseram exanimauit metu.*
Pa. *Nam quid ego dicam de patre? ah*
Tantamne rem tam negligenter agere? prateriens modo
Mihi apud forum; vxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, inquit, para:
Abi domum id mihi visus est dicere; abi cito, & suspende te,
Obstupui, censen' vllum verbum me potuisse proloqui?
Aut vllam caussam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Quod si ego prius id rescissem, quid facerem, si quis nunc me roget:
Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. sed nunc primum quid exsequar?
Tot me impediunt cura, qua animum meum diuersa trahunt;
Amor, huius misericordia, nuptiarum sollicitatio:
Tum patris pudor. qui me tam leni passus est animo vsq; adhuc,
Qua meo cunque animo libitum est, facere, et ne ego vt aduorser? hei mihi,
Incertum est quid agam.

Insanum magnum molior negotium, vt hos versus; quid versus? quasi vspiam numeris constent: veruntamen vt, quod in me est, emendem: tu quod in te est, facito, vt mihi in subsidiis adsis succenturiatus, si quid deficiam. Modi carminis maxime laborant: in verbis minus peccatum: quamuis etiam.

Hoccine est humanum factu, aut inceptu? hoccine patris? My. *Quid illud est?*
P. *proh deum atq; hominem fidem, quid est, si hac non contumelia est.*
Vxorem decrerat sese mi hodie: nonne oportuit
Prasciisse ante? nonne prius communicatum oportuit.
M. *Miseram me, quod verbum audio?*
P. *Quid? Chremes qui denegarat se commissurum mibi*
Gnatam vxorem: id mutauit, quoniam me mutatum videt.
Itane obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum
Abstrahat? quod si fit, pereo funditus, adeon' hominem
Inuenustum, aut infelicem quenquam? pro deum atque hominum,
Nullone Chremis ergo pacto affinitatem effugere ego
Potero? quot modis contemtus, spretus. acta transacta. hem,
Repudiatus repetor? quam nam ob rem? nisi si (id quod suspicor)
Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itum ad me.
My. *Oratio hac me miseram exanimauit metu.*
Pa. *Nam quid ego dicam de patre? ah tantamne rem tam,*

Negligenter agere? præteriens modo mihi apud forum,
Vxor tibi ducendum est Pamphile hodie, inquit: para.
I domum. hoc mihi visus est dicere, i cito & suspende te.
Obstupui, censen' me verbum potuisse vllum proloqui?
Aut caussam vllam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui: quod
Si ego resciuissem id prius, quid facerem? quis nunc me roget.
Al. quid facerem, vt hoc ne facerem. sed nunc quid primum exsequar?
Tot med impediunt curæ; quæ meum animum diuorsa trahunt:
Amor, vis, sua, miseratio, nuptiarum sollicitatio:
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsq; huc,
Quæ m- o cunq; a. l. e. facere: et ne. e. v. aduerser? hei mihi.

Quanta in Charybdi laboramus? & scio quid periculi adeam; sed non fit sine periculo facinus magnum, & memorabile. Prima labes hinc, quod Mysidis sermonem eosdem in numeros coniecerunt cum Pamphili. Atqui Terētio, cur separaret, ratio fuit, quoniam inuicem verba non peruenirent: quippe Pamphilum Mysidis oratio præterit. quid ergo ineptius, cum Pamphilus pro se versus loqueretur, velle eos impleri Mysidis verbis, quæ sermonem segregasset? velle, inquam, aliter nō posse: nam esse vbi fiat, scio iam vehemens indignationis, concitataque Pamphili actio aptissime septenariis feruet; verba trepidæ & metuentis Mysidis commode senariis remittuntur. Quid tam inuenustum, quam hæc eosdem in numeros redigere, vt versus qua tumeat, qua serpat? Senarii Mysidis his verbis continentur:

Quid illud est? miseram me, quod verbum audio.
Oratio hac me miseram exanimauit metu.

Nam ex interuallo impletur, vt is quoque sermone Mysidis interruptus.

Itum ad me. nam quid ego dicam de patre? ah tantamne rem.

Quod eo maiorem rationem habet, quia intelligendum est, Myside interloquente nihilo magis siluisse Pamphilum, cui illius verba ad aures non accidebant. Quod autem inter reliquos septenarios senarium illum interiicit:

Vxor tibi ducendum est Pamphile hodie, inquit: para, mirari in eo Terentii industriam non satis queas. Ob hæc sane aliaq; talia, dictus est vincere arte. neq; id negligere potuit, si vellet esse. qui solet. Imitatio enim est verborum Simonis: idq; seorsim in numeros coguntur: maxime quando hæc sine vlla contentione animi dixisset Simo. nec enim ea Pamphilus suis verbis, sed patris eoq; odiosa et & superba orationis figura vtitur: *uxor ducendum est.* non posset imperiosius. Ceterum prima voeis, *vxor*, a præcedenti versu vocē, *effictum*, deleui. neq; aliter debet, si numeris studeas versu quoque illo idem faciundum:

Nunc

Nunc tuum officium est, hos bene vt assimules nuntias. Lego: *Tuum nunc est, has bene vt a.n.* Inepta est & falsa vulgata lectio. neque enim Sosię officium erat, simulare nuptias: coquere, & quę eo spectarent, id erat. Quod enim aliud est coci officium? Neque vero ita loquimur: *mentiri non est meum officium.* sed, *mentiri non est meũ* & similia similiter. Quæ res Italiæ afflictas secuta est ætas, inscitia meliores ad sordes redit: & in multis næuis amaui tunc quoq; vt insereret ꝙ abesse, nõ deesse iudicarat antiquitas *Decreuerat*, volui: nec me mouit, quod alii, *decreuit*, probant. *Decreuerat*, vetusti: & hoc deprauatũ esse, mai r multo suspicio, q̃ *decreuit*. Libet quoq; interrogare si *decreuerat* falsum est, quomodo sequãtur illa: *Non oportuit præscisse me ante? nonne communicatum oportuit?* nam illud, *antea præscisse*, ostendit, remotioris tẽporis præcessisse verbũ, atque vt grammatici vocant, plusquam perfecti. Et profecto quo lõgius repetitur, eo est oratio in Simonem inuidiosior. Si autem subito consilium nuptiarum cœpisse patrem arbitratur, quam tandem orationem habet eius querela? *Nonne communicatum oportuit?* Quod enim Chremes nuntium remiserat, pridem factum erat & interea arbitratur rediisse eodẽ, & conuenisse senibus, neque tamen multis diebus secum communicasse, nisi nunc, cum nulla mora sit, præterquam si quæ in ipso. Et si maxime paulo ante consilium cepisset Simo; non erant hæc tamen ex re putanda: sed ꝑ animo adolescentis amantis atq; amentis: qui iẽ verbis inuidiosam faceret. Quàm autem Muretus suæ castigationis rationem reddit, de altero consilio nuptiarum queri Pamphilum quod patrem cepisse ex tempore arbitretur, non de primo illo, quo olim in hunc diem constitutæ erant nuptiæ, totum hoc verbis aliquid est, re nihil. neq; enim eo efficitur, vt *decreuerat*, locum non habeat. Sed de hoc nimiũ verborum. Illo loco: *quot modis cõtemptus, spretus? acta transacta, hem* secutus sum Coloni & Brunii librum; neque certius solem istũ lucere, quam, *omnia*, in textum a sciolis esse Cum olim aduertissem animum, *facta*, non solere huic *transacta* hærere, labebar vt reponerem, *pacta transacta*, mouebat quod hæc fere apta, coniugataq; reperiantur: & sic sint etiam in edicto prætoris: quod propriæ in nuptiis dicantur: ꝙ interpretis commentatio huc quadret, qui *facta*, inquit, *a Pamphilo, transacta etiam a Chremete.* Id enim hoc modo verũ non est: erit, si substituas *pacta*. Probauit tũ id, vt quod maxime Bonęfidius quo viro nihil sol ille melius illuxit: sed alteri cuidam I.C. maximi nominis persuaderi non potuit. In his omnibus me frustra fuisse ostenderunt v. c. in quibus *acta transacta*, reperitur. In Brunii quidem libro, pacta, fuit, sed princeps litera nescio cuius manu erasa. Id ego si fallo, tum me ille faciat deus, vt semper coniectem, neque vnquam verem. agnoscis hoc Ennianum. *Facta transacta*, qui deinceps probabit, eum musis iubebo facere, & quoque etiã Bonæ

menti. *Acta transacta*, solemne est formularum. itaque est in formua obligationis ex Bibliotheca Alciati: *Hacce sicce conuenere, hisce verbis, hisce conditionibus, acta transacta sunt.* nec parum ad latinam linguam refert, vtrum dicas. nam in his rebus duo copulari solēt, simplex & eius ipsius compositum. quare, *acta*, requirit *transacta*: at illi, *facta*, referunt, *perfecta*: ne addam, quod, *facta* nunquā in formulis dicitur. De, *acta*, significat Plautus Pseudolo:

Vt concepisti verba, viginti minas

Dabin'? D. dabuntur. S. hoc quidem actum est haud male.

Itaque minus vident quam se arbitrantur, qui receptam scripturam etiam laude dignantur. versu;

Tum patris pudor, qui me tam leni passus est an me vsq; huc,

. *Quæ meo cunque animo libitum est, f-cere*; in eo discessi a vulgatis, in quibus est, *vsque adhuc*. Volo cogites de eo, quot Plauti & Terentii locis ita commissum. sane amplius decem sunt. Sic vero Cicero: *Nec vero sapienti vsque plaudita viuenuum. Erant accepta pecunia a C: Verutio: sic tamen vt vsque alterum V litera constarent integra.* Sequenti *bis* extra versum est: ratione quanta esse potest maxima. Quæ enim dolore expressa nihil habent præter affectū & testificationem doloris interiectiones, extra contextum versuum innumera sunt. itaque quod sunt, appellantur. Iam deinceps, quia Mysis sermonem confert, ad aliud genus carminis abitur. Litemus nunc Hecyræ, cuius a distinctione corrupti loci multi, nullus magis quam is, quem dicam:

Act. 3 sce. 1. PAM. *Abi Parmeno intro, ac me venisse nuncia.* PAR. *quid hoc?* PAM. *tace:*

Trepidari sentio, cursari rursum, prorsum: agedum ad fores

Accede propius. PAR. *hem sensistin'* PAM. *noli fabularier.*

Pro Iuppiter, audio clamorem. PAR. *tute loqueris, me vetas?*

M. Tace obsecro, mea gnata. PAM. *matris vox visa est Philumena.*

Nullus sum. PAR. *qui dum?* PAM. *perij.* PAR. *quamobrem?* PAM. *nescio quod magnum malum.*

Profecto Parmeno me celant. PAR. *vxorem Philumenam*

Pauitare nescio quid dixerunt: id si forte est nescio.

Reddam nunc ea omnia, quomodo recudenda arbitror.

PAM. *Is Parmeno intro, ac me v. n.* PAR. *hem quid hoc? tace*

St., tace trepidari sentio rursum prorsum, agendum ad fores

Accede propius: hem sensistin' Pam *noli fabularier.*

PHIL *pro Iuppiter.* PAM. *audio clamorem.* PAR. *tute loqueris, me vetas.*

M. *Tace obsecro, mea gnata.* PAR *matris vox visa est Philumena.*

PAM.

PAM. *nullus sum.* PAR. *qui dum?* PAM. *peri.* PAR. *quamobrem?* PAM. *nescio quod magnum malum*
Profecto Parmeno me celant uxorem Philumenam
Pauit ara nescio quid dixerunt. Par. *id si forte est, nescio.*
PAM. *interij: cur mihi id non dixti?*

Quantum interest? tantum scilicet, quantum inter veritatem & errorem potest maximum. Secundo versu (id enim primum nobis erit (*cursari*, verbum sustulimus: & continuauimus: *Trepidari sentio rursum*, *prorsum*: secuti auctoritatẽ Basiliensis libri, & præterea Bruniani. *Trepidare* autem quid sit, non doctissimis etiam notum est: festinare scilicet, & satis agere, ac multo cum metu circumagi. Vergil.

Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Varro ait, an apes congeminauerint, ex ipsis coniecturam capi, si intus bombum faciant, ac foras trepident. Aliquot scriptorum locis corruptum reperi: ex his nunc vnum Sallustii adferam, quia in multis emendatoribus nemo castigauit: reliqua vbi videbitur: *Romani milites perculsi, improuiso metu incerti, ignariq;, quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, vbi signa & scuta erant.* Quod autem in personarum distinctione a libris discessimus, res ipsa nobis persuasit, aliter ad mentem Terentii non peruenturos. Solebant olim, qui peregre redibant, ne improuisi suis se restituerent, priusquam in conspectum suorum se darent, præmittere, qui nuncium reditus adferret: cuius rei a Plutarcho caussæ aliquot, vt in re tali, probabiles redduntur. Pamphilus ergo antequam se in ædes inferret; *i intro*, inquit, *Parmeno ac me. venisse nũcia.* Abit Parmeno: sed cum iam inibi esset, vt limen pedes transferret, audit intus trepidari. Itaque quid hoc, inquit, est? tace Pamphile, ne mihi obturbes: audio enim nescio q d tumultuari: vt vero etiam tu audire possis, accede ad fores. cum accessisset, hem sensistin'? inquit. tum demum loqui eum Pamphilus vetat. Omnia in actione posita sunt: neque intelligi possunt, nisi animum in re præsenti sistas. vulgata distinctio seipsa refellit. Primum cum Pãphilus Parmenonem præmisisset, ipse se remouisset ac continuisset tam diu, dum certior fieret vxor, reducẽ pro foribus esse; quomodo nunc demum eũ accedere iubet? Parmeno enim iam accesserat ostiũ; Pamphilus minime. Deinde quid rationis habet, quod vno interiecto versu e Parmenone quærit: *hem sensistin'?* quasi is non prior senserit, ac ob id supra iam dixerit: *Hem quid hoc?* Hic in personarum interstinctione primus error est, grauis: alter etiam grauior. illa verba: *Pro Iuppiter, clamorem audio*: libri cuñ Pamphilo tribuunt omnia inepte. q duis enim potius conuenit ei q silentium Dauo imposuerit, q̃ ipsum clamare: tũ ridiculũ est Pamphilũ, q a clamorẽ audiat ob id dicere, *p Iuppiter.* hęc n. exclamatio doloris summi est, nõ eius, q incerti aliq d clamoris audiat. p̃terea Pãphil.

cum Parmenone consusurrabat solum: tantum abest vt vocē miserit, quam cum legimus, summum clamorem fuisse intelligimus. Neq; certe si exclamasset Pamphilus, dicturus erat Parmeno: *Tute loquere, me vetas?* potius si quid iudicare ego possum: *tute clamas, me vetas loqui?* sed quid nugamur: Pariebat Philumena. in quo nihilo certe, q̄ reliq̄ puellæ, meliore cōditione fuit. Quæ igitur veteri dolorib. cōflictaretur q̄uis id ageret sedulo, vt partū cęlaret, non imperauit tamē sibi quin clamorē ipsi dolor exprimeret. cæteræ fere parturientes exclamabant: *Iuno Lucina, fer opē, serua me obsecro.* hæc illa nō audet, q̄ alium morbum caussaretur. Itaq; diuerso genere vtitur: *Proh Iupiter.* Eum clamorem audit foris Pamphilus, & eodem cōsternata Myrrhina, *tace obsecro*, inquit, *mea gnata*: quam quidem Myrrhinæ orationem cum foris acceperit Pamphilus, quidni debuerit quoque Philumenæ clamorem? Tertium in eodem mendum sequitur:

Pam. *Nescio quod magnum malum*
Profecto Parmeno me celant. Par. *uxorem Philumenam*
Pauitare nescio quid dixerunt: id si forte est, nescio.

Captabat foris Pamphilus sermonem, quid intus turbaretur: Pauidę tum ancillæ in ipso puellę nixu concurrunt, & Philumenam trepidant parere. Id ergo cum audisset Pamphilus, intus dicere illas, eam parere, siue parturire; accipit tanquam dixerint, pauere;, aut pauitare: quia consimile *parit*, quasi dicas, *pauit*: eoque magis, quod vicissim dicebant *paret*, & *pauet*. An vero mirum? qui nihil vnquam sequius de vxore existimauerat, & tertio abhinc mense primum rem cum illa cœperat: profecto ratio fuit potius cur pauere, quam cur parere putaret. Iam igitur, *nescio*, inquit, *quod magnum malum me celant Parmeno: modo hete intus vxorem pauitare dixerunt*: respondet Parmeno: *id si forte est, nescio.* At isti fungi Parmenoni affinxerunt ea verba: velut Philumena Parmenonis vxor esset. Est aliud etiam quod errorem illorum corrigere potuerit. Instabat Parmeno hero ipsi, vt diceret, cur intermisset: neque igitur desistere debuit, prius quam responsum ab eo exprimeret. at si receptam distinctionem nobis probamus, nunquam respondebit Pamphilus: sed Parmeno, quam ab hero tantopere requirebat caussam, & sibi, & illi reddet. Id enim pauebat, quoniam vxorem Philumenam pauitare dixerant. Heic tanquam in clara luce videas, quantis in tenebris fuerit Seruius. nam in illum Vergilii versum.

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra.

Reciproca, inquit, *translatione & timor pro frigore, & frigus pro timore, ponitur, vt in Terentio vxorem tuam pauitare aiunt. non timere; sed laborare frigoribus. vtrūq; enim in eundem exitum cadit. sicut & de calore, & frigore, vrere dicimus.* Hæc Seruius. Errauit quia Parmenonis esse verba credidit, quæ Pamphili sunt. Tantum

ſine libris auſi ſumus: quod cui non placebit, tam facile nos eum contemnemus, quam ille nos reprehendet. Quin auſus ſum aliud quoque Eunucho: *Act.4.Sc.4.*

Dic dum hoc rurſum, Cherean' tuam veſtem detraxit tibi?
D. *Factum.* P. *& ea eſt indutus?* D. *Factum.* P. *& pro te huc deductus eſt?* D. *ita.*
P. *Pro Iuppiter magne, o ſceleſtum atq; audacem hominem.* Py. *va mihi.*
Etiam nunc non credis indignis nos irriſus modis.
P. *Mirum ni tu credas, quod iſte dicat. quid agam, neſcio.*
Heus tu, negato rurſum. poſſumne ego hodie ex te exſculpere
Verum? vidiſtin' fratrem Chaream? D. *non.* PH: *non poteſt ſine*
Malo fateri, video: ſequere me hac. Lego:
Dic dum rurſum, Charean' tuam veſtem detraxit tibi.
D. *Factum.* P. *& eam eſt indutus?* D. *Factum.* P. *& pro te ductus eſt?* D. *ita.*
P. *Iup. m o ſ. a. a. h.* Py. *va mihi,*
Etiam non credis indignis nos eſſe irriſas modis?
Ph. *Mirum ni tu c. q. i. d. q. a. n.*
Heus negato rurſum, poſſumne e. h. e. t. exſculpere
Verum: vidiſtine fratrem Chaream? D. *non.* PH. *non.* Py. *non poteſt*
Sine malo fateri, video. Pa. *ſequere hac.*

Principio ſcripſerant: *Et pro te huc deductus eſt?* miror vbi animi mentem habuerint. Aguntur hæc in ædibus Pamphili. quarę verum non eſſet: *huc deductus eſt*: ſed; *hinc deductus eſt illuc.* namqui ex illo loco, vbi hæc dicuntur, ductus erat ad Thaidem. poſtea vetus interpres ait, apud Terentium duci volentes, deduci inuitos. Sequitur non fuiſſe deductum Chæream, ſed ductum: qui adeo non inuitus ierat, vt non nollet duci. Col. V.C. & Brunii habent: *pro te ductus eſt.* veriſſime. Extremis verſibus quiduis fiunt, recẽtiores, vt numeros expediãt: veteres, illi, vt ſentẽtiam reddãt: in quo me quidem illorum miſeret. Nihil contra libros tentandum; & in, *Chaream*, media ſyllaba collidenda. Sententia in propatulo eſt. Primum Phędria, *vidiſtine*, inquit *fratrem*? negat Dorio. tum Pamphilus, *non*? repetit negationem, vt indignari videatur, & ſuccenſere inconſtantiæ ſerui. Præterea quia ſubmiſſius Dorio, & timidius dixerat, *non*, vt planius audirent Pytias & Dorias negare eum, quod modo affirmaſſet. Sed Pytas, non, quit, poteſt ſine malo fateri: qui mirum eſt negare? Tum Pamphilus, qui defungi, & aliqua ſaltem extricari ſtudet, *ſequere hac*, inquit, & ita ſine, *me*, Colonienſ. L. V. Reiiciamur in Andriam: *Act.3. Sc.2*

Adhuc Archillis qua aſſolent, quaq; oportent

Signa ad salutem esse omnia huic esse video.
Nunc primum fac isthæc ut lauet: post deinde
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date: mox ego huc reuertar.
Per Æcastor, scitus puer natus est Pamphilo:
Deos quæso, ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono:
Cumque huic veritus est optima adolescenti facere iniuriam

In his versibus multi multa conantur, quam æquis suis diis, nescio: sed certe Erasmi eruditionem agnoscas, Glareani ames diligentiam, Gouçani etiam mireris ingenium. Et fortasse ipsos quantum profecissent iis restituendis, non pœnituit: me probare piget. Iudam eandem aleam, exitu, quo diis videtur.

Adhuc Archillu, quaq; oportent quæ assolent,
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.
Nunc primum fac isthæc lauet: deinde post,
Quod iussi ei dare biber, & quantum, date:
Mox ego reuertor.
Per ecastor, scitus puer gnatust e Pamphilo: deos
Quæso, superstes ut sit, quandoquidem ipse est ingenio bono:
Cumq; & huic veritast optime adolescenti facere iniuriam.

In primo natum opinor vitium, quod *quaq;* pro *quacumque* a Terentio scriptum, ab aliis non intellectum fuerit, qui *quaque*, acceperint pro, & *quæ* Sic ergo cum scriberetur: *Quaq; oportent, quæ ad solent*; nemo fuit, opinor, quin traiicienda putaret, ob vim illius, quę *Quæ assolent, quaque oportent. Quaque*, pro, *quacumque*, non est nouum. Plautus:

Nisi hercle defregeritis talos, posthac quemq; in tegulis videritis alienum. Ausonius:

Ita in epigram. de Vergilio: Longe erit a primo quisque secundus erit, hoc est quicunq; secundus erit.

Pareto legi quisq; legem sanxeris.

Quarto deinde versu Goueanus negat latitine dici, *dare bibere*: & cum interprete expostulat, atque exempla requirit. sed res ingenii non fuit. Namque apud Catonem in de re rustica reperimus: qui præcipit gallinæ, quam farcire velis, meridie dare biber. Quid? quod aliquot exempla eius Sosipater Charisius laudat? Faunnii: *Domina eius ubi ad villam venit, iubebat biber dari*: Titinnii: *Date ei biber; iracunda hac est.* Addit Catonis Originibus: sed eius verbis supersedet. Maximum est autem quod Seruius illo versu: *Dederatq; comas diffundere ventis*: græca figura dictum ait: quasi illud: *Argenti magnum dat ferre talentum: unde*, inquit, *usus obtinuit, dare bibere: quod alioquin faciẽdum non est.* Quid? an non Seruius cum Aspero sensit, tantum non verbis iisdem: qui ait, consuetudine ꝗ ratione dictum? At ipse suo se gladio Goueanus, q affirmet omnem de medio sumptam comicorũ orationem. Cæterum, quia *biber*, eo tantum exemplo probat Sosipater, & Seruius usu solum obtinuisse atque inualuisse ait, libenter, *biber*, quoq; apud

apud Terentium scripserim. quæ enim consuetudine omnibus in ore erant, in iis fere etiam contra rationem faciebant, vt vulgo obtemperarent. Sed vtrum scribas non magni interest: dum scias vtrumque posse. Hoc bene Priscianus, quod verba illa, *Mox huc ego reuertor*, quæ e præcedentibus superfluunt, separatim sumit, distinctionis, vt ait, caussa. Quid multis? valde id Priscianus ex disciplina comica: quod vtinam attendisset Goueanus. mirifice enim eius ingenio faueo. Heic ego autem omnium interpretum & grammaticorum veterum auctoritatem proieci, cum illud, *imperaui*, exclusi: quoniam arbitrarer antiquitus ex glossa esse, ac repetendum huc quod præcesserat, *iussit*. Secutus sum numeros, qui manifesto eo ducunt. Alii scio quomodo restituant: Sed ita si versus sunt, nescierunt neque Terentianus Maurus, neque Rufinus, neque Priscianus comicos numeros condere. Accedit, quod nec ita euoluunt, nisi perpetuos creticos, collisiones, distractiones, aliaque rerum, & verborum portenta, ac tormenta comminiscantur. Postea legunt:

Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Nec vident se Terentio sermonem non latinum dare. neque enim Pamphilo natus puer erat, sed plane omnibus. Quisquis ergo Atheniensis erat, fortasse & Græcus, natum sibi ciuem puerum dicere poterat, vt non mentiretur. Puer enim omnibus est: & huius in ipso nominis ratio est, non in relatione. At sic *filius natus est Pamphilo*, recte, & ad Latii consuetudinem: vt Hecyra: *Natus est nobis nepos*. præterea non erat natus Pamphilo, quippe extra matrimonium, & sine patre filius: qui scilicet matrē sequeretur: erat tamen e Pamphilo. Quare apparet, quo flagitio vulgatam scripturam retinuerint, velut vxor esset Glycerium, quæ amica erat, & tanquam filius esset Pamphilus, nihil amplius quam ex eo natus Tandem est: *Cumq; & huic veritus est*. ita vetus Venetus & Argent. ex officina Gruningeri. Indicium eius hoc in. V. C. Brunii: *cum & huic*. Eleganter ita geminatur: & miror non restitutum versum Heautont. quem e V. C. Col. & Moguntino emendabo:

Cumq; tuo inuento, cumq; incepto perduint.

Multa ita passim in hoc scriptore mendosa sunt: vt illud Heautont. si quid optimo libro, quem beneficio Brunii nactus sum, credimus:

Quid si hoc incipiam nunc? nihil est. quid si sic? tantundem egero. Act. 4 sce. 2.

Ac sic opinor. non potest. imo optume: euge optimam habeo.

In illo libro est: *Ac sic opinor. non potest. imo optime euge optime habet*. Sane elegantissime. Triumphale est, *habet*, & iacēti hosti insultat. Verg.

Nihil melius, hac scriptura: neque verius, meridie lucere.

Hoc habet: hac melior magnis data victima diuis.

Apud Plautum Mostellaria in simili re:

Hoc habet: reperi, qui senem ducerem.

Hoc habet, perinde est id, ac si dicat, *tactus est*. Sed hæc talia quidem sexcenta: nunc, vbi perpetui multi versus corrupti sunt, referamus, Andria:

Act. 4. Sc. 1. in vulg. lib.

Hoccine credibile est aut memorabile,
Tanta vaecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat alienis, atque incommodis
Alterius sua vt comparet commoda? ah,
Idne est verum? imo id genus est hominum pessimum,
In denegando modo queis pudor adest paululum:
Post vbi iam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt, & timent.
Et tamen res cogit eos denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? quis mihi est? cur meam tibi? heus.
Proximus sum egomet mihi. attamen vbi fides est,
Si roges, nihil pudet. heic, vbi opus est,
Non verentur, illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.

Hos ego versus, Bamberge, tantopere corruptos, in numeros reponam, & vulnera, quæ scis esse plurima, faueant modo musæ, sanabo. Edepol, inquies, mortalem graphicum, si seruat fidem. Atqui minimum conabor: quamuis, ne quid dissimulem, in meis libris nihil variet, præterquam secundo versu, *videat*, pro, *gaudeat*, & nono, *premit*, pro, *cogit*. Sed speramus, cum tantam iis labem vetustas importarit, quanto lapsus procliuior, tanto nobis, sicubi offenderimus, paratiorem veniam fore: apud bonos certe, etiamsi plusculum sumere videbimur. Nam de ceteris nunquam laborauimus.

Hoccine? tanta vaecordia cuiquam vt siet,
Vt malis videat alienis, incommodis
Atque ex alterius sua comparet, vt commoda? ah,
Idne est verum? imo id genus est hominum pessimum,
In denegando modo queis pudor est paululum:
Post. vbi iam tempus est promissa perfici,
Coacti sese aperiunt: & timent tamen,
Et res tamen premit eos denegare. ibi
Eorunc impudentissima tum oratio est.
Quis tu, quis es? quid mi es? quid? cur meam tibi? heus,
Proximus egomet mihi sum. attamen, vbi fides?
Roges, nil pudent. heic vbi opus est, nihil
Verentur: illi ibi verentur, vbi opus est nihil.

Principio cum esset antique & eleganter: *Hoccine?* suspicati fortasse in eo supplendum, vel, *credibile*, vel, *memorabile*: quę deinde in contextum defluxerunt. Ceterum Latini moris est, in re indigna, *hoccine?* vt Heautontim.

Hoccine

Hoccinetnon licere meo modo ingenio frui:

Vbi,quia non intellexerunt vulgo,non etiam interpunxerunt. Is tamen versus ita scribendus:

*Hoccine? non l.m.modo genio frui.*quod erit vbi probemus. Sunt cum eadem gratia.*siccine?setin?itane?*Pseudolo:

Quid hoc?siccine?sedes statin' statim?

Accessit grauius,quo cumularetur error. *Tanta vacordia quiquam vt siet.* Nemo vidit,eorum certe qui corruperunt, *vacordia*,heic esse auferendi casu:quomodo dicimus, *hominem magno ingenio,audacia,auctoritate:* quę cum multis locis nō perciperēt: quid illi autem perceperunt?inculcarunt,*praditus, affectus*,aliudue quiduis potius, quam vt integrum & sanum esse paterentur. Quando ergo ipsis,*vacordia*,pro nominandi casu probaret,nihil prius erat,quam ei vt adminiculum quæreretur,inuenerunt, *innata*.at hoc quidem non nimium conuenit. neq; enim hilum refert ad hanc profecto rem,innata sit væcordia, an consuetudine peccandi in naturam verterit.Et me hercle nouum sit genus, qui se iniuriam accepisse sentiat,queri,vitium innatum esse inimico. Satis super est,maleficum esse,& damnum vel malum dedisse;si aliud non sit,consilio,instinctuque cuiusquam:nedum vt referat a natura esse crimen.Scio militem illum dicere: *Nunquam mihi auaritia innata est*:sed id heic nihil mouet. Proximum deinde,vnde proseminaretur error,fuit, quoniam, *quiquam*, seu cuiquam, dandi casu acceperunt,quod est nominandi.nota iam est affinitas literarum q & c,ēt iis,quibus hoc tantum: alteram alteri iuuandæ repertā,& sæpe mutuas operas præbere:*cocus,coquus:quotidie cotidie:cas,quas*,apud Nonium fons multorum mendorum: *coq, queq*,in peruulgato Ciceronis ioco:*com, qom*, & nota ad id Grāmaticorum nemini ignota:*cointus,quintus*,in marmoribus:*cuando,quando*,in libello Velii:*coipe,quippe*,in Pādectis Flor.& alia tot, quot me scribere,te fortasse legere piget. Sequitur:

Milite glorioso.Scen. lamne est ante adu.

Vt malis rideat alienis.malis,opinor,pro,*maxillis*. Malis vel maxillis alienis rident,qui verbis assentantur:&sensum suum gratificantur alteri,qua fini ipsis commodum est. Etiam parasiti,qui ad regem se componunt,& de eius vultu vultum sumunt:quo exemplo Horatius:

Cum rapies in ius malis ridentem alienis.

Eam certe sententiam & heic, & apud Terentium syllabæ modus requirit.cui id tamen acutius, quam verius videbitur,per me licet,scribat. *Malis vt rideat alienis.*Quod ego cōiectaui,probant & Porphyrio, qui ait, *malis alienis ridere*, esse, *aliter facere quam sentias:* & quæ post sequuntur:

——in denegando modo queis pudor est paullulum.

Quod autem deinceps:———— *ah,*

*Id ne verum?quotusquisq; istorum intelligit?*Et risi multum inter-

pretem veterem. *Primum*, inquit, *negat veros homines esse, deinde etiam esse pessimos ait*. nugæ. neque enim quisquam ita loquitur, *malos non esse verum hominum genus*: potius, *non esse veros homines* ac ne sic quidem ii, qui in Terentii ordine stant auctores: sed, *non esse homines*: præterea hæc interrogatio requirit, vt inferatur, non esse verum hominum genus: nisi ratio sit, quæ apud Plautum:

Nullus sum, imo aliquis. iam ve[r]sum dices.

Accedit: sed hæc argumentis refellere putidum sit. *Verum* heic est, *æquum, honestum, probum* Cæsar: *Neque verum esse, qui suos fines tueri nequiuerint, alienos occupare*. Vergilius:

——— *me verius vnum*

Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro Sallustius.

Si vera & honesta flagitium superauerit.

Verum apud hunc quidem nullus horum exemplorum modus. Neque aliter est intelligere Adelphis: *Non fieri*, inquit *ex vera vita*. Item Heautontim:

Scen. vltima. in fina.
Act. 1. Scē. 1.

Hoc vbi fit, ibi non vere viuitur Porro est:

Coacti sese aperiunt, & timent tamen:

Et res tamen premit eos denegare. Hæc aliter sunt in vulgatis:

Tum coacti sese necessario aperiunt, & timent;

Et res tamen cogit eos denegare.

Primum, quorsum additur, *tum*, nisi ad corrumpendum versum? quid vero illud, *coacti necessario*? an non id nugari est, & alterum qui dixit, reliquũ dixit quoq,? Postea, *tamẽ* e libris geminauimus, obsecuti numeris, & quia gratia non caret Continuo:

Eorunc impudentissima tum oratio est.

ordo e Libr. Coloniensi est: sed e de nostro addidimus: quia librarii imperitia intercidisse rati sumus: quomodo vacillarent numeri. Vt autem h spiritum multis vocibus roborandis, firmandisque immittebant, ita c appendebant atque affigebant, intendendæ hoc quasi neruo dictionis. *Illim, istim*, (hæc enim aduerbia apud priscos lecta sunt, etiam Ciceronem & Terentium) *illum istum*, leuiter atque exiliter dicuntur: sed quia in iis aures nimiumquam requiescunt, c nonnunquam ad finem sufficitur; & in aduerbiis quidem plerumque, eo magis, quod m litera, supra quam alia vlla, liquescat. Manet ea ratio etiam in, *hi*, & *ha*. Eunucho:

Interea dum hac (puella) lauant. Phorm.

Hac erant itiones crebra, & mansiones diutina?

Et ride, sodes Grammaticos, qui heic generis mutationem somniant. neutrum enim inquiunt, pro feminino positum. nugæ *Hac*, femininum est, & appensum c; vt in illis, *eorunc, istunc, illunc*. Argumento est, quod addito insuper c, nulla suspicio mutati generis;

generis; *hacce hicce.* quod fit ad productionem vocabuli, vt, *sice, name, quame*, cui inserunt d, vt exeat, *quamde*: pro *sic, nam, iam, quã.* In formula illa obligationis ex bibliotheca Alciati, edita in Italiã: HAECCE SICCE CONVENERE. Plaut. Rudente:

Non licet te sicce placide, bellum belle tangere?

De *name*, Festus *quamde*, etiam pueris notum. *Iame*, multis locis apud Comicos: vbi quidem male se habent emendatores, qui, *iam*, in versu: non quadrare vident: ac huc veniunt tandem, vt diuidant, *iam*, cogantque duas syllabas fieri; vt quidem mihi videtur, inuitis musis. Sequitur:

Quis tu, quis es? quis mies? quo modo restitui, ausu quidem maiore, quam alia omnia: sed vt peruenisse ad verum me putem. Sic alias Andria: *Quid tu, quid ais?* Eunucho: *Quid tu, quid trepidas?* quæ ipsa etiam corrupetant. Quod porro repono: —— *quid mi es?* facio cum multis libris: & vides quanto indoctius sit masculino genere, Mor: —————— *attame, n vbi fides?*

Roges, nil pudens. Hæc qui intelligant, puto non multos esse: vt quidem in publicis libris scribuntur & interstinguuntur. Solebant, qui fidem non seruatam quererentur, inter expostulandum rogare, *vbi est fides?* quale illud: *Resistentem, clamantemque, vbi est fides? milites arripuerunt*: Et Heauton. *O Iuppiter, vbi est fides.* Nero Imper. cum sibi manus attulisset, irrumpenti quasi in auxilium centurioni, nibil aliud respondit, quam, *sero* &, *hac est fides?* inquit, Suetonius. Cato de falsis pugnis: *Vbi societas? vbi fides maiorum? insignitas iniurias plagas verbera, vibices*, & quæ deinceps sunt. Totus enim locus apud Gellium libr. 10. capit. 3. & Non. in *Vibices* refertur. Dixi quæ mentem nobis Terentii aperirent; quam esse oportet hanc: Si cum illis expostules, & roges, vbi est fides? nihil pudet. Scripsi præterea, *roges*, deleto, *si*. Qui versum restituere volet, si alia via poterit, rex sit. Neque autem capital feci. Ita sæpe alias. Ouidius:

Orta dies fuerit, tu desine credere ventis.

Valet, si orta dies fuerit. Catullus.

Istud, quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio, meus sodalis
Cinna est Caius, is sibi parauit.
Verum vtrum illius, an mei, quid ad me?
Vtor tam bene, quam mihi pararim.

Simile Paulli in Pandect ad S.C. Trebell. *Ergo non alias cogetur restituere, quam ei caueatur*: id est, *quam si ei caueatur.* Hinc apparet, quam vere in Brumi V.C. legatur: *Act. 4. Scæ. 1.*

Eho impudens, non satis habes, tibi dieculam addo?

Vbi, *quod*, inseritur in lib. publicatis. Quamuis eum locum aliter lego: *Act. 2. sce.*

Eho imp. nõ s. habes? tibi dieculã addo. q. h. q. n. Hecyra: —— *nã nũq̃ sec* *in v.c. Bru*

Habui illam, ac ex me esset nata. vbi prælis excusi, *ac si ex me. e. n.* Quæ quamuis ita sint, fuit tamen cum suspicarer reponendum: *attamen vbi fides? Si orges, nihil pudent.* vbi primum indignatus, suis verbis hoc dicat Charinus: *attamen vbi fides?* tantisper sermonem interrumpens: mox eodem redeat: *Si orges promissa, & ea repræsentari vis. n. p. orges* pro *vrges*, ita peruulgatum, vt pigeat verbum facere: & facile mendum, *roges, orges.* Tandem ad calcem veniamus. *Illi, ibi verentur. Illi,* non, *illic,* in v. c fuit. Quod autem geminatur, *illi ibi,* non tacuit id interpres vetus: & comperi hoc modo, alioque etiam magis miro olim locutos. Hæc Varronis pro multis sint *Quo inde suscipiunt perpetuo, flumen. Quo inde,* valet, *vnde.* Item: *Lacuna, in qua ibi aqua.* Habes, Bendeli, ab homine non nimis verecundo: sed habes, quid secutus sim. aliquid amplius opinor; neque aliter videri tibi arbitror, quam meum sensum. Alii non probabunt fortasse. Sed nosti in Barbaria liberta suæ quod dixit patronæ: Liberta salue: vapula Papyria. Neque autem hæc sunt tanquam Delphis responsa: tantum, quibus liberius quam pro iure fecisse videbor, Goueani emendationem cum mea contendant: nisi vno versu plus licere sibi voluit, quam omnibus ego, caussam non dico, quin exsulem in posterum Terentii me faciant. Nam Erasmi quidem & Glareani contentio materia esse tragœdiæ potuit. Vnum effugit, *nihil pudent.* Hoc verberat, credo, aures istorum, qui pudet, tantum norunt. Equidem cur ita mutatem, versus fecit neque tamen verum scribas, ciccum interdem. Casina:

Illi agnoscit interpres vetus.

De lingua Latina.

Sc. plerique homines.

Ita nunc pudeo, atq; ita nunc paueo. Epidico:

Pleriq; homines quot, quum nihil refert, pudet; vbi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, quum vsus est, vt pudeat. is adeo tu es, qui
Des, quod pudendum siet, genere natam bono, pauperem domum
Vxorem ducere; præsertim eam, qua ex tibi commemores
Hanc, qua domi est. familiam prognatam.

Ita edidit Camerarius, diuerse a mente Plauti, & nulla sententia. Legendum autem:

Ibi eos deserit pudor, q v. est vt pudeant. Is a. t. es. pu-
Des quod pudendum siet. & vltimo versu, *filiam,* pro, *familiam.*

Sustulerat Periphanes filiam e muliere: posteaque aliam duxerat: qua defuncta, quin primam illam vxorem sumeret, pudore filii deterrebatur. Itaque Apœcides, *pudes,* inquit, *quod pudendum siet:* id est, *pudor ille pudendus est* Induxit Camerarium secta vox, & sparsa in duos versus. at id quidem nimium quam frequens est, vt quæ priorem absoluerit, initium sit sequentis. Sed non tacebo, aliter emendari bene etiam posse, & id Lambinum iam significasse.

A M-

AMPHITRVO ET TRINVMVS EMENDATAE.

Nobili Adolesc. Casparo ab Hall Borusso.

MOdo vt eum esse memineris: neue, quem ab ineunte ætate cursum petisti, desinas. Mihi crede, non aliter tanti nominis mensura impletur. Fuit, vt meminisse potes, cum te in Græciam vocatem: auctor essem, vt omne illud Latium vetus peragrares: non tu quidem, vt multorum ibi vocabulorum radices quæreres: quamuis id quidem maximũ est: sed ad illos tandem etiam fontes peruenires, quibus in nostros libros antiquæ facundiæ flumina manarunt: ac, quod caput, prudentia (liceat verum dicere) omnis aut paulo minus, fluxit: quod quidem non posses, nisi in Lycei ambulationibus, sed multo maxime vestris illis legum spatiis habitares. Sed hæc quidem, vt ætas tua est, in integro etiamnum sunt: illa autem, oratores, poetas, historicos tractare: experiri de te, ecquid ad illos possis: &, ne parce dicam, conari librariorum imperitia circumuentis opem ferre: quibus medicinam nequeas, saltem questus & dolorem commodare: hæc iam te annus, opinor, vigesimus admonere potest, si parum fecisti, (tametsi, vt quod sentio, dicam, vestro ex ordine, ea ætate qui magis ista curaret, hominem Germanum nondũ videre mihi fuit) damnes ipse te: & quod cessatum sit vsque huc, nunc iam porro expergiscaris. Difficile credas, quid tibi voluptatis: voluptatis autem? imo quid emolumenti laturum sit. Nam, vt alia mittam, vnum vide, iudicium acuet: qui prius per quietem legisse scriptores, & mentem procul habuisse, acumen omnino non habuisse te putabis, vt nunc vltro illis audeas præscribere, quid scribere debuerint. Hoc nusquam minus feci, quam in his notis paucis, quas eo misi, vt lacesserem tuas.

Prologo Amphitruonis extremo:

Adest, ferit: opera pretium hic spectantibus
Iouem & Mercurium facere histrioniam.

Nusquam adiit quaquam prope ostium Sosia: vt res ipsa loquitur. ante enim a Mercurio vapulat. tum si fores ille feriisset, nondum erat inibi, vt posset: quippe qui non amplius quam e portu nunc prodiret. neq; tamen mirum facit Lambinus. Restituo:

Adeste: erit operæpretium spectantibus.

Citat animum auditorum: operæpretium enim esse. F & E. paruo discrimine sunt; & hæc mendi origo scilicet postea:

Distributi viri, distributi ordines.

Non eleganter hæc ita geminantur. Sequor ductus literam in vet. cod. & repono: Sc. prima.

Distributi viri, diribiti ordines.

Diribere valet, *distribuere*: & hoc quis nescit? *Diribitas tabellas, diribita suffragia*, apud Ciceronem passim. Post reditum in Senatu: *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesue vidissent*

Sc. Num quid parua. Eadem fabula:

Recte dicit, vt commeminit, somnium narrat tibi, mendose ita hæreo vestigiis antiquæ scripturæ, & haud dubie emendo:

Recte dicit: vt conniuit somnium narrat tibi.

Et *conniuit*, non ad, *narrat*, sed ad, *somnium*, referendum. *Somnium vt conniuit*, est, quod somniauit, dum conniueret. Manifestum hoc legenti sequentia:

Sed mulier, postquam experrecta es, prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.

Nam *experrecta es*, contenditur cum illo, *conniuit*; & proprium hoc in somniantibus. minus enim ii, quam dormiunt. Eadem fabula:

Sc. prima.

Hoc vbi Amphitruo herus conspicatus est meus,
Ilico equites iubet dextra inducere.

Pessimo iam pridem exemplo accepta in vulgus opinio est, quæ in verbis inflexionum varietas, eandem olim fuisse: qua patefacta semel ad corruptelas librorum fenestra, quid ab istorum iniuria tutum atque illæsum mansit? Lego e v. c.

——*equites iubet dextra inundere.* Vetuste, *inundere* pro, *inundare*. Sane eleganter: & ita inundationes atque illuuiones barbarorum in Italiam legimus. & alioquin libenter a fluuiis ac torrentibus præliorum similitudines capiunt. *Fluctuantem aciem*, Liuius & Tacitus libro 5. Hist. *Absumptis, quæ iaciuntur, & ardescente pugna, procursum ab hoste infestius, immensis corporibus, & prælongis hastis fluitantem, labantemque militem, eminus fodiebant* Neq; enim eo fluctuantem, quia in palude conserebatur pugna. nam Romanos paludem ingressos negat. Quod autem in vetustis libris, inudere, legitur, scilicet ita solitos illos n abiicere. In Pandectis Florentinis, *pregnas* pro, *prægnans*: apud Plautum, *mussas*, pro, *mussans*, prologo Mercatoris:

Summo hac clamore. interdum missa conloqui
Abnuere: negitare adeo me natum suum.

Restituo:

Summo hac clamore: interdum mussas, conloqui
Abnuere ——————

Apud eundem, *stas*, Sticho.

Ædepol te vocem libenter, si superfiat locus.

Sc. sed ita. GE. *Quin tussas; obstrusero aliquid strenue*: Emendo.

Quin stas obstrusero aliquid strenue.

Vbi, *stas*, participium est, pro *stans*. Cum enim Epignomus negaret locum esse, vbi reciperetur, alioquin se illum vocaturum rasitus, qui nihil magis metuebat, quam ne Epignomo caussa

esset

esset, soluit hominem ea cura. Non, inquit, moror sedere: stans comedero. *Obstrudere* autem, *tubureinare*, & vt inquit Plautus, *coruidare*, hæc omnia pro eodem dicebant, nempe *auide vesci*: idque etiam Festus notat. Ibidem Amphitruone:

Age tu secundum. So. *sequor subsequor te.*

Inepte: & quorsum repetitur? Lib. vet. habent:

Age i tu secundo. sequor: So. *subsequor te.*

Lego: *Age i tu secundu sequior*. So. *subsequor te.*

Sequior valet, *deterior, peior scelestior*: & factum est nomen a verbo *sequor*. Itaque captat gratiam vocum allusione; *tu sequior sequere*. Sunt enim verba stomachantis heri. Ita *sequiorem sexum* vocat Apuleius *muliebrem*. *Secundu* autem & *secundo*, idem. Plautus Cistellaria:

Idq; initium sc. est.

Sed memet moror cum hoc ago secordius

E.v c. repono: ———— *cum hoc ago secius*

Sc. nisi quid mihi.

Prologo Amphitruonis.

Quod ego huc processi sic cum seruili schema.

Recte hoc modo, & ita Persa quoque:

Tiara ornatum lepide condecorat tuum.

Sc. Nunquid moror.

Restituo:

Tiara tuum lepida lepide decorat schema:

tametsi vulgata Prisciani exempla sequenti legendum foret: *theatrum*, pro, *tiara tuum*. Sed falsum est. Quid enim? theatrum totum is decorabat, qui præter tunicam, zonã, chlamidem, causiam, vestes itineri, seruus nihil sumserat? diceret *prosenium*, ferremus fortasse: quamuis ne sic quidem. quin, quoniam omnia supra præter tiaram nominarat, hic gaudet sibi illo parasiti ingenio, qui amplius cogitarit, vt tiaram de suo adderet. Et non hoc solum Plautus ad instruendos obiter histriones, si qui ab obitu suo eam fabulam discerent, dixit: sexcenta sunt alia. Quid verba facimus? sequens versus neminem dubitare sinit. Quod autem Lambinus hũc versum corrumpit, numeris, vt ait, obsecutus nihil nouum facit. Quid ni autem & *crepidam*, & *aratrum*, & alia multa versibus latinis exturbet, quia apud Græcos alio modulo sint? schemam vsu suo fecerant Latini. Itaque vt inflexionem, ita ne modo quidem syllabæ attenderunt. Est hoc quoque apud Petronium in mendo:

Iocari ego sinem poetica leuitate credebam, cum ille, vtinam quidem sufficeret largior scena, id est, vestis humanior, vestimentum latius, q; praberet mendaci fidem, non mehercules pœnam istam differrem. Legendum: *cum ille: vtinam quidem sufficeret largior schema, quæ praberet mendacio fidem: non mehercules peram istam differrẽ.* Illa verba: *vestis humanior, vestimentum latius*, manifesto e glossa sunt. *Pera* est græcorũ πήρα. Non, inquit, differrẽ experiri. Nam iocose illum Ennii ore locutũ: *speram istam differrem* p *spem* non

aulum

Nonius in Derepente. ausim dicere. Mouius Macco: *Scalpis dentes derepente, in cœnam si peccaueris*, Lego: *in schemam si peccaueris* Sententia subest lepida. Si tantillum, inquit, gestu achorruisti, sudas, rubes, scalpis dentes. Facit huic emendationi titulus ipse. *Maccum* enim significare hominem silicem & absurdum, sciunt omnes. Apud Apuleium bis terue & Nomium in, *Petaurista*, item in *sanniones*, idem corruptum est in, *scenam*: quæ menda tollere cuiusuis hominis est. Eadem Amphitruone:

Sed fugam in se nemo tamen conuortitur.

Quæ de hoc loco Nonius, ea poterat quiuis de triuio: neque mihi auctoritas eius maioris est, quam esse debet. Scribo:

Sed fulgam ince tamen nemo conuertitur.

Puto, *ince*, vsurpasse, pro *in*. Qui enim aliis multis vocibus quæ in primam syllabam desinerent, *ce* aut *de* adderent, (*horunce, sicce, mamo, quam de*) cur in hac voce eam productionem refugerint? Catullus:

Paterna prima lancinata sunt bona:
Secunda præda Pontica: inde tertia
Hibera, quace it amnis aurifer Tagus,
Vulgo: ——*quam scit amnis aurifer Tagus.*

., inepte: & in v. c. est *qua*, non, *quam*. Scriptum esse epigramma Pompeio superstite, loquitur postremus versus, in ipsum Pompeium inuidiosissimus. Et si natum esset flagrâte bello ciuili Reipub. parcere Pompeio debuit, qui a Cæsare non esset. Qui imponere autem perpetua stigmata Cæsari post Pharsalicam, & Hispanicã victoriam potuit, alterquam exul? nec fuisse exulem appatet q nihil amplius quam satisfacientem sibi in gratiam recepit Cæsar. Iam cum Sueto. scribat post reconciliationem non destitisse patris eius hospitio vti Cæsarem, ante id factum sit oportet, quam is multum esse in Gallia cisalpina desierit. Nõ dubium ergo quin inimicitias cum eo Catullus gesserit Bibuli consulatu, & postea Gallias illo tenente: cum quidem pariter Pompeius & Cæsar inuidia laborarunt Ponticam autem prædam accepi semper, cum prima stipendia fecit in Asia Thermi contubernio: inde Hiberã, quando ex prętura Hispaniam sortitus Callæcos & Lusitanos domuit. Nam ea fluit Tagus. Vt autẽ hac facie, *se*, quod in v. c. est, *ece*. fiat, non est hoc primum, neque vltimum: nec *ince*, pro, *in*, mirabitur, qui meminerit *incitegam*, pro, *integam*: *reciprocare, recuperare, concipilare*, pro, *reprocare, reparare, compilare*. Versu, qui deinceps est, quid faciam, nescio. si cum patribus sentirem, & spondæum semel admitteram, restituebam:

Nunc Galliæ tument, timent Britanniæ.

Quando prædas Ponticas & Hiberas comedit, vt sumptibus suppeditare queat, Galliæ & Britanniæ turbantur. Quod enim in scriptis lib. est, Galliæ tellus timet, & Britanniæ; factum, quia librarius.

librarius, *Gallica*, & *Britannia*, numero multitudinis non probauit. Itaque qui gignendi casu acciperet, glossam addidit, *tellus & tument*, vbi hoc modo iteretur, aliudue quid simile, nec scribarum culpa semel desideretur, vix vnquam est. Sic opinor: neque vlla hic exquisitiora tormenta adhibenda. *Tumere prouinciam*, & *rerum tumores*, hæc qui latine nesciet, rem omnium notissimam, per me semper ignorabit. Eadem Amphitruone:

Lassus sum, hercle, e naui vectus vt sum,
Etiam nunc nauseo.

Conatur hic aliquid Lambinus: sed hæc aliaque talia diligentiæ eius condonanda sunt, ad quam si par ingenium habuisset, minus ægre nobis esset, Lucretium aut Plautum emendare ausum fuisse. Scribo:

Vera sententia & scriptura est Lassus sum hercle e naui, vt huc vect. sum.

Lassus sum e naui: vt vectus huc sum,
Etiam nunc nauseo.

Lassus sum e naui, hoc est, *dum huc e naui, eo*, eleganter: quomodo, *lassus sum de via*, illa, *vt vectus sum*, referenda ad verbum, *nauseo*. Licet hoc quoque modo:

Lassus sum e naui, vt vectus huc sum,
Etiam n. n. Nauseo e naui, vt videlicet huc vectus sum. Atque hoc fortasse an erit qui magis probet. Ibidem:

Lassus e naui id est, e nauigatione. Similis versus Bacchid. sc. prima Nã vt in naui vecta es, credo timida es.

Ain vero? So. *aio enimuero*, Mer. *verbero*. So. *mentiris nunc iam.*
Mer. *At iam faciam, vt verum discas dicere.*

Sic recte scribitur. Cum Mercurius hominem verberonem appellasset Sosiam, ille tanquam si verbum esset, *verbero*, mentiris, inquit: non enim verberas. Tum Mercurius, at iam faciam, inquit, vt discas ac fatearis me non mentiri: atque inter hæc parat se ad verberandum. Vt discas verum dicere; referendum est ad Mercurium, non ad Sosiam. Iam ergo apparet quam inuita Minerua hæc mutarit Lambinus. Ibidem:

vt scias me verum dicere; non (quomodo Lambinus) vt te doceã alias verum dicere. Sc. prima.

Pro fide Thebani ciues. Mer. *etiam clamas carnufex,*

Cui dubium esse potest. scribendum:

Pro fidem Thebani ciues. Qualia illa sunt: *Pro deum atque hominum.* & aliquando sine illo *pro* vt in Satyræ Varronianæ titulo, *Hercules tuam fidem.* Curculione: *Tuam fidem Venus noctuuigila.* Ita fidem Cæsaris implorabant, *Pro fidem Cæsaris*: aut, *Tuam fidẽ Cæsar*: vt apparet in Apulei Asino. Illud autem, *Pro fide Thebain*, non assis est. Eadem: ——— *pessimum est*

Facinus nequiter ferire malam male discit manus,
Alia forma oportet esse, quem tu pugno læseris.

Sermonicatio est quasi lanistæ, qui gladiatorem erudiat. Cum Langii v.c. & aliorum editiones consulo, ita restituo:

——————— *pessum ij:*
Facinust nequiter ferire malam: male discis manus.

Alia forma oportet esse, quem tu, pugne, legeris.

Sunt enim verba Mercurii ad pugnum suum, quibus eum tanquam emendans increpat, quod parum bene discat colligere se, atque exercere in alios: *Pessum ij*; hoc videlicet, vt tractim tangat & *ij* valet, i, quod ita semper scribebant. Ea vox nunc in dissyllabam spargitur: vt item *dij*; de quo Quintilianus. *legeris*, heic recte: vt Asinaria, delegit.

Ii & ei idē, pro, i, nostro.

Hinc med amantem ex adibus delegit huius mater.

Item Terent. Adelphis:

——& tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere dum per atatem licet,
Potius quam vbi exspectatum elegisset forus.

Quod enim excuditur. *eiecisset*, minus placet. Quamuis non ignorem eiectos aliquando, elatos dici, & defunctos: & eius sermonis rationem quærere Turnebum in aduersariis. sed elegisset, eam vim habet, quam Lucilii libro 29 apud Marcellum in Eligere: Corrumpat prorsus, ac neruos omnes eligat: qui fortasse an versus magnus est:

Corrumpat prorsus, ac neruos eligat omnes. Propertius lib 2.
Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaque mortali deligere astra manu.

Lucret. in 6.

Inde sonus sequitur, qui tardius ad ligit aures. Ita lego, quia in vetustis, adlicit. Poterat, accidit; nisi & longius abesset, & de immenso illo sono, qui prope eligit, vel adligit aures, suo loco poni id verbum arbitrarer. *Elegisset* autem, si velis apud Terentium, possis recte probare. Calorem enim illum, & gaudium gestientis adolescentis in efferendo expecto sene exertissime notat: & multo designatius hoc est, *deligere foras*, quam, *deijcere*. Quibus in rebus omnibus facile patior me a Lambino dissentire, qui legere & diligere, non nisi vulgata significatione nouit. Cæterum, *elegisse*, in *eiecisse*, facile mendum. Nam i & l fere promiscue sunt in libris vetustis: Terentius Hecyra: *Ne mei breue hoc conlicias tempus* quod insigni mendo vulgatur:

Apud Plautum scilicet

Scena vlt.

Ne me in breue hoc conlicias tempus, gaudio hoc falso frui.

Conlicere & *delicare* a veteri verbo *lacio*, pro, *ductare*, & *falso gaudio perfundere*, accipiuntur: quod idem verba ab iis frequentatiua ostendunt, *delectare*, & *conlectare*, Ennius Thyeste:

Nec me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.

Non, in delectare.

Item Quadrigarius: *Fabius de nocte cœpit hostibus castra simul oppugnare: eum hostem delectare, dum contega id caperet quod captabat.* Quæ tamen mendo non vacant. Restituo: *cœpit hostium castra simule oppugnare. simule est. simulate & ficte*: verbum nouum, & quod nunc, opinor, primum a me restituitur. Nam etiam apud Plautum repono, Trinumo:

Sed

Sed quis hic est qui in plateam ingreditur, cum nouo ornatu, specieq; *Sc. Salsipotens: in fin.*

Simula?

Vt *species simula*, sit, *personata*, quamuis vulgatur, *simul*, sane inepte. Ita ergo, *conicere*, vt dixi. Neque tamen Lambinum laudo, qui vbicunque apud venustissimum poetam reperit, *iacere*, aut, *conycere in fraudem, in laqueos, in plagas*; sustulit; & reposuit. *Iacere* ac *conlicere*. Quin ergo prius ille ex Plauto id tollit, quando omnia in omnes licent?

Nunquam amor quenquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas

Conycere. qui locus Trinumo est, sc. *Multa res*. & ita idem alias. Neque culpo, lacere aut conlicere in fraudem, sed, iacere, & conicere, indicta caussa damnari ab inscio iudice, non fero. Eadem Amphitruone:

Væ capiti tuo. So. *tua istæc refert si curaueris.* *Sc. Satin parua.*

Lego: *Væ capiti tuo*. So. *tuo. istæc refert si curaueris.*

Plautinus iocus: & sæpe ab eo repetitus: vt Captiuis:

Iuppiter te, dijq; perdant. ER. te hercle mihi æquum gratias agere. *Sc. Quanto in pectore.*

Videtur dicere: *æquum est te mihi gratias agere*: reuera autem post, *te*, subiiciendum est punctum, vt sit sententia: *te potius dij perdant*. Milite glorioso:

Dij te perdant. PAL. *te, istuc æquum quoniam occepisti, eloqui.*

Sic enim omnia hæc distinguimus Pœnulo. *S. Nisi quid ego dormiens.*

Dij te perdant. MI. *vos quidem hercle: commendo quum quiqui tamen*

Et bene & benigne facitis. locus in distinctione est, vt post hercle interpungatur. Nam quod Turnebus hęc mutat, tollit ex hoc versu, quod Plauti est, vt sine ioco exanimus frigeat. Ita ergo Amphitruone loco hoc videtur dicere, *tua interest*, & ad aures Alcmenæ sic accidit: sed ille sentiebat tamen, *væ tuo capiti*. Ac fortasse an intellexit Alcmena. nam continuo subiicit: *Sc. Iam tenes.*

Iterum iam hic in me inclementer dic[illegible]s.

Hoc ex veterum superstitione, qui, si quis male precatus esset, continuo deprecabantur, & in eius caput amoliebantur. vnde illa nata: *tuo capiti: quod illis sit potius: tuæ ætati dic.* Catullus,

Lesbia mi dicit semper male, nec tacet vnquam
De me. Lesbia me, dispeream, nisi amat.
Quo signo? quia sic totidem mox: deprecor illi
Assidue: verum dispeream, nisi amo.

Eadem fabula:

Pro se quisq; id quod quisq; potest & valet,
Edit, ferit: tela frangunt? boat
Cœlum fremitu virum: ex spiritu & anhelitu
Nebula constat.

Varie hac scena numeri procedunt: & aliquando nihil omnium rerum minus, quam de iis cogitasse Plautus videtur. Si modorum rationem habere vellem, quo me ducerent, videbam. Sed neque hoc ago: & cuius dementiæ tandem esset, alienos versus scribere, cum vetustorum cod. auctoritatem desideres: in eo præsertim, qui sæpe leges carminum industria migrarit? Ex variis exemplaribus, præterea coniecturis innixus scribo.

Pro se quisq; fœdit, ferit. talia tela fragunt: boat
Cœlum fremitu virum: ex spiratu & anhelitu
Nebula constat.

Illa verba, *quod quisq; potest & valet*, e glossa sunt: interpretatio huius *pro se quisq;*. Vergil.

Pro se quisq; viri summa nituntur opum vi.

Terent. Heautont.

——Pro se quisq; sedulo
Faciebant, vt illam mihi lenirent miseriam.

id est, *quantum quisque poterat*, *Fœdit* valet, *fœdat* Prima enim & tertia coniugatio antiquitus eadem. Cum autem ita scriptum esset QUIS QUE FEDIT, fecit illa, quam dixi, literarum F & E affinitas, vt inquinaretur. *Fœdare* autem & *fœdum* propria in vulneribus ac strata acie. testes Liuius & Vergilius.

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Item: O*bscænas pelagi ferro fœdare volucres.*

Et Plautus ipse paulo post.

Fœdant, & proterunt hostium copias.

Poterat tamen, *cedit & ferit*. Ego cur *fœdit* maluerim, fecit, quod pronior menti occasio, tum quia magis ad Plauti consuetudinem, vtriusque vocis eadem capitali litera. Porro veteres dicebant, *tago. frago*, quod nos *tango frango*. A *tago* Lucillii *tagax*, pro *fure*: & hinc *attigo* Terentii Andria.

Act. 4. scena. 5.

Noui omnem rem. scdst Simo intu' : D. est. M. ne me attigas.

Scelcste. si pol Glycerio non omnia hæc.

Ita enim v. c. quomodo Turpilius Leucadia.

Ne me attigas atque aufer manum. Sic Plautus Bacchidibus, & Accius Erigonis. *Fragere*, ergo pro, *cum fragore collidi & frangi.* A *frago* enim *fragor*. Eadem. Amphitr. sc. concedite.

Marcellus in Attigas.

Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.

V. C. *Nec quisquam tam ausu fuat homo* Certe legendum: *Nec quisquam tanto ausu fuat homo. Ausus & ausum: auctus. & auctum*; aliaq; talia dicebant, Gellius: *Eam causam esse dicunt sacerdotes Ægyptij cur Pelusiota cepe non edant: quia solum olerum omnium contra luna aucta atq; damna vices augendi & minuendi habeat contrarias.* Male apud Gellium nunc circumfertur, *contra luna atq; damna.* Hoc quoque monebo, tametsi leue est, legendum

dum e v.c. illum versum.

Heic in ædibus ubi tu habitas. AM. PH. nusquam factum est: non vt vulgo *nunquam factum est*. Terentius Andria: Sce. Satis parua.

Ego dicam? Da. cur non? Pam. nusquam faciam. Act. 2. scen 3

Sic vetus Venetus; nimium bene: Aduerbia enim temporis & loci mutua vice cõmeãt ac vertũtur: neque q illa iam hominum sermo desierit, me quidq̃ mouet, dum cõstet, desiisse. Eadẽ fabula:

Itidem habet petasum ac vestitum: tam consimilis est atq; ego. Sc. prima.

Sura, pes statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra.

Legerim nulla licentia:

Sura, pes, statura, t. o. nasum vella labra: id est, *bella labra*, Nam illa ætate librarios b & v promiscue vsos scimus. & facit huc, quod fere proprio ephitheto *bella labella* vocantur. & dixisse hoc histrio potuit ad mouendum risum. Si tamen verum est, quod alii scribunt, exstare in sc. lib. vestigia litterarum, quibus comprehensis propemodum, *dens*, fieret, restituerim

Sura, pes, status, tonsus, oculi, nasum, tempus, labra.

Nam Grammaticis, qui multitudinis numero tantum admittunt, *tempora*, malum. *Status*, autem habitus est & facies standi, vt Pseudolo:

Statum vide hominis, Callipho, quasi basilicum.

Et Eunucho:

Quis esset status; flabellum tenere te asinum tantum.

Pugilibus & athletis eo statu collocabantur statuæ, in quo vicissent. Bene autem Plautus, post pedem deinde statum commemorauerit; neque vetat relinqui, *statura*, vt rectum nihilominus sit, *tempus*. Ibidem: Scen. Sequeñ.

Quid tibi est? So. ad aquam præbendam commodum adueni domum,

Decumo post mense, vt rationem te dictare intelligo. Forte: *vt rat. dictare int.*

Trinumo locus est minime obscurus, sed tanquam fit, omnis eius sententia corruptela scripturæ amissa est. Scen. Huic ego dici.

Quod in manu teneas, atq; oculis videas, id desideres.

Literis recomminiscar. Ch. est principium nomini Callicles? Sy. non est Ch. Callipus? Lego:

Literis recomminiscar: C. est principium nomini. Ch. Callicles? Sy. non est. Ch. call pus? Sy. non est.

Cum enim Charmides de nomine percontaretur, neque reperiret sycophanta, tandem ait literis recomminisci velle; & quidem C esse capitalem literam. Iam ergo coniectat Charmides: sed vt de industria ducat hominem. Qui mox locus sequitur, eodem vitio laborat:

Quod ad exemplum est? coniectura si reperire possumus. Ibidem.

At hoc exemplum est? an Chares? an Charmides?

Lego:

quod ad exemplum est? coniectura si repperire possumus.

Sy. ad hoc exemplum est. Char. Ch. an Chares?

Quærit Charmides ad quod exemplum sit nomen; si forte ita tandem ad verum peruenire posset. respondet, Char esse initium. Sic quidem vbi solum literarum res est, facilime multis locis amissa sententia est. Nam ne id quidem, quod eodem loco integerrimum & probissimum videtur, sine labe est.

Eadem Sce

Quod est ei nomen? Sy. quod edepol homini probo.

Lubet audire. Sy. illi edepol, illi, illi, va misero mihi.

Lego.

Il, il, edepol, il, il. Neque enim hæc vlla cum significatione sunt sed voces effutitiæ, comminiscentis nomen quod excidens facilius ante, quam nunc in mentem redeat. Equidem *il, il, il*, striblligo est. & conatus reddendæ vocis. Sed & Milite quod in Hedorpii repperi, pro certo amplexus sum:

Scena. Hera eccum prope.

Nescio vbi hæc prope adest, quem expeto videre, huic olet profecto.

PAL. *Naso poliam hæc quidem videt plus quam oculis*, sed leuiter immuto: *hu. hu, olet profecto.* vera est emendatio. quam tamen amicis quibusdam meis nulla vi persuadere potui. Non enim solum imperium silentii scribebant: sed & olfactandi, & videndi, & & lugendi notas. Ea autem, quam dixi, olfactus, seu vestigationis atque indagationis nota *hu*, erat. id probat Aristophanes, maxime Pluto extremo: vbi in simili, hac nota sæpe iterata vtitur. Hu autem scribas, an hy, tantillū non refert. Quamuis Trinumo quidē non solæ effutitiæ illæ voces, aut quattrata verba obfuerunt, sed & intercedentia personarum nomina: vt item Pseudolo:

Scen. Dulcia atq; amara

Quin tu, quicquid opus est. mihi heic audacter imperas.

Pl. Bene sit Charine. nolo tibi molestos esse nos. lego:

Xaqis Charine: nolo tibi. Nā in aliis fere legitur: *Gratia sit Charine.* neque tamen heic tam personæ nomen, quam glossa ipsa detrimento fuit. Facile id tollere contendenti & conferenti diuersa exemplaria: neque eo magis miror, non sublatum. nam continuo fœdissime commissum est, atque id impune hactenus.

Bene iuuas: sed quinq; inuentis opus est argenti minis

Mutuis, quas hodie reddam: Nam vnam mihi huius debet pater.

Quorsum illud: *vnam mihi huius debet pater*? an, vt sex fierent? at quinque solis opus erat ad denuncinandum lenonem. an quia mox reddendæ quinque? at quid ineptius? rogare mutuas quinque, quas quidem mox reddas, quod vna tibi debeatur? ne addam ꝙ falsum erat. Viginti enim exsponsione debebat Simo: quæ vox reponenda est: *Nam viginti mihi huius debet pater.* Natus error ex compendio scripturæ. Quod autem diximus, cum sententiæ res non est, sed literarum, facile subolescere menda, id in vniuersum

sum ita habet, etiam cum dictiones integræ sunt; quarum sola vis in agendo conspicua. Terent Hecyra. *Act 3. Scě. 2.*

Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli.

Quæ inter vos interuenit, vnde ortum est initium iræ atq;,

atq; eccum video ipsum egredi. Sic enim, *atq;*, geminatur in optimo illo libro Brunii: quam scripturam Terentii esse quouis pignore contendam: primum, quia illius codicis est: tum quod ita numeri postulent; quos aliter expedire, difficile. Postremo, quod sententia sequitur apta: nec ea exsculpitur, sed elicitur. Nam cum Parmeno disputando tenderet, & orationis reliquum exsequi vellet, subito ex ædibus prodit Pamphilus: ac verba iam iam locuturo aufert. Cum igitur dixisset: *vnde ortum est initium iræ*; velletque fortasse addere, *atq; dissidij*. seu quiduis aliud, (neque enim, præter coniecturam, nobis reliquit) regressu suo Pamphilus locuturo porro orationem ex ore eripit, vt, *atq;*, finis esset, quod nouæ sentētiæ initiū debuerat. Hoc qui non videt, fungus est qui videre dissimulat, liuor. Dabimus tamen in quo acquiescat, si satisfiori sibi forte patiatur. Sit ergo alterum illud, *atque*, aduerbium, pro, *continuo, nunc ipsum: commodum*: quomodo vsi eo verbo. Sic eadem Hecyra in v.c. Colon. *Scen. eadem.*

O mi Gnate, o. In publicis libris, o, alterum nusquam: quod nos eo restituendum putamus, vel quia matrem addituram occupauit Pamphilus: vel quod lætitia significatur, quam vix animus caperet; certe cui orationem parem non reperiret. Rudente in veteri quodam Veneto excuso reperi: *Scen. meam ne ille amicam.*

LA. *Non auexi.* PL. *cur negas to.*

LA. *Quia pol prouexi, auehere haud quiui miser.*

Nam illud, o, est meditantis conuitium facere, nec reperientis quicquam, quod digne in lenonem iaceretur. Neque feruor iratissimi adolescentis re alia exprimi designatius, efficaciusue potuit. Quę quidem omnia quamuis leuiora sunt, quam quæ leuissima, mentem tamen aperiunt multo magis, quam quæ alii in prolixis suis commentariis insaniunt. Ad eundem modum interiectiones cum reliquis vocibus hæserunt, sine turbis raro res abiit. Milite glorioso: *Sce. Nisi hercle.*

Tibi ego dico, an ne? heu feriatus ne sis.

Vbi Turnebi emendatio quouis potius quam auctore suo digna est. at *ebriacus* Lambini sane illo dignissimus. Mea si vera non est, propius vero abest. Mendum ex eo, quia E & F non multo plus quam nihil differunt. Menæchm: *Sce. sine. fores.*

acastor haud inuita fecero

Sed scin' quid te amabo vt facias impero. ME *quid vis modo?*

Nimis apertum mendum: neque sustulerunt tamen

Sed scin' quid te amabo vt facias? ME. *impera quiduis modo.*

pretem veterem. *Primum*, inquit, *negat veros homines esse, deinde etiam esse pessimos ait.* nugæ. neque enim quisquam ita loquitur, *malos non esse verum hominum genus*: potius, *non esse veros homines* at ne sic quidem ii, qui in Terentii ordine stant auctores: sed, *non esse homines*: præterea hæc interrogatio requirit, vt inferatur, non esse verum hominum genus: nisi ratio sit, quæ apud Plautum:

Nullus sum, imo aliquis. iam m[i]serum dices.

Accedit: sed hæc argumentis refellere putidum sit. *Verum* heic est, *æquum, honestum, probum* Cæsar: *Neque verum esse, qui suos fines tueri nequiuerint, alienos occupare.* Vergilius:

——— me verius vnum

Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro Sallustius.

Si vera & honesta flagitium superauerit.

Verum apud hunc quidem nullus horum exemplorum modus. Neque aliter est intelligere Adelphis: *Non fieri, inquit ex vera vita.* Item Heautontim:

Scen. vltima. in fina. Act. 1. Scen. 1.

Hoc vbi fit, ibi non vere viuitur Porro est:

Coacti sese aperiunt, & timent tamen:

Et res tamen premit eos denegare Hæc aliter sunt in vulgatis:

Tum coacti sese necessario aperiunt, & timent;

Et res tamen cogit eos denegare.

Primum, quorsum additur, *tum*, nisi ad corrumpendum versum? quid vero illud, *coacti necessario*? an non id nugari est, & alterum qui dixit, reliquū dixit quoq,? Postea, *tamē* e libris geminauimus, obsecuti numeris, & quia gratia non caret Continuo:

Eorunc impudentissima tum oratio est.

ordo e Libr. Coloniensi est: sed e de nostro addidimus: quia librarii imperitia intercidisse rati sumus: quomodo vacillarent numeri. Vt autem h spiritum multis vocibus roborandis, firmandisque immittebant, ita e appendebant atque affigebant, intendendæ hoc quasi neruo dictionis: *Illim, istim*, (hæc enim aduerbia apud priscos lecta sunt, etiam Ciceronem & Terentium) *illum istum*, leuiter atque exiliter dicuntur: sed quia in iis aures nimiumquam requiescunt, e nonnunquam ad finem sufficitur; & in aduerbiis quidem plerumque, eo magis, quod m litera, supra quam alia vlla, liquescat. Manet ea ratio etiam in, *hi*, & *ha*. Eunucho:

Interea dum hac (puella) lauant. Phorm.

Hac erant itiones crebra, & mansiones diutina?

Et ride, sodes Grammaticos, qui heic generis mutationem somniant. neutrum enim inquiunt, pro feminino positum nugæ *Hac*, femininum est, & appensum e; vt in illis, *eorunc, istunc, illunc.* Argumento est, quod addito insuper e, nulla suspicio mutati

generis,

generis; *haec hice.* quod fit ad productionem vocabuli, vt, *sice, name, quame*, cui inserunt d, vt exeat, *quamde*: pro *sic, nam, iam, quã.* In formula illa obligationis ex bibliotheca Alciati, edita in Italiá: HAECCE SICCE CONVENERE. Plaut. Rudente:

Non licet te sicce placide, bellum belle tangere?

De *name*, Festus *quamde*, etiam pueris notum. *Iame*, multis locis apud Comicos: vbi quidem male se habent emendatores, qui, *iam*, in versu: non quadrare vident: ac huc veniunt tandem, vt diuidant, *iam*, cogantque duas syllabas fieri; vt quidem mihi videtur, inuitis musis. Sequitur:

Quis tu, quis es? quis mies? quo modo restitui, ausu quidem maiore, quam alia omnia: sed vt peruenisse ad verum me putem. Sic alias Andria: *Quid tu, quid ais?* Eunucho: *Quid tu, quid trepidas?* quæ ipsa etiam corruperant. Quod porro repono: ——*quid mi es?* facio cum multis libris: & vides quanto indoctius sit masculino genere, Mor: ————*attame, vbi fides?*

Roges, nil pudent. Hæc qui intelligant, puto non multos esse: vt quidem in publicis libris scribuntur & interstinguuntur. Solebant, qui fidem non seruatam quererentur, inter expostulandum rogare, *vbi est fides?* quale illud: *Resistentem, clamantemque, vbi est fides? milites arripuerunt*: Et Heauton. *O Iuppiter, vbi est fides.* Nero Imper. cum sibi manus attulisset, irrumpenti quasi in auxilium centurioni, nihil aliud respondit, quam, *sero* &, *hac est fides?* inquit, Suetonius. Cato de falsis pugnis: *Vbi societas? vbi fides maiorum? insignitas iniurias plagas verbera, vibices*; & quæ deinceps sunt. Totus enim locus apud Gellium libr. 10. capit. 3. & Non. in *Vibices* refertur. Dixi quæ mentem nobis Terentii aperirent; quam esse oportet hanc: Si cum illis expostules, & roges, vbi est fides? nihil pudet. Scripsi præterea, *roges*, deleto, *si*. Qui versum restituere volet, si alia via poterit, rex sit. Neque autem capital feci. Ita sæpe alias. Ouidius:

Orta dies fuerit, tu desine credere ventis.

Valet, si orta dies fuerit. Catullus.

Istud, quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio, meus sodalis
Cinna est Caius, is sibi parauit.
Verum vtrum illius, an mei, quid ad me?
Vtor tam bene, quam mihi pararim.

Simile Paulli in Pandect ad S.C. Trebell. *Ergo non aliàs cogetur restituere, quam ei caueatur*: id est, *quam si ei caueatur*. Hinc apparet, quam vere in Brunii V.C. legatur: *Act. 4. Scæ. 1.*

Eho impudens, non satis habes, tibi dieculam addo?

Vbi, *quod*, inseritur in lib. publicatis. Quamuis eum locum aliter lego: *Act. 2. sce.*

Eho imp. nõ s. habes? tibi dieculã addo. q. h. q. n. Hecyra: — *nãnũq̃ sec* *in v.c. Bru.*

Habui illam, ac ex me esset nata. vbi prælis excusi, *ac si ex me e. n.* Quæ quamuis ita sint, fuit tamen cum suspicarer reponendum: *attamen vbi fides? Si orges, nihil pudent.* vbi primum indignatus, suis verbis hoc dicat Charinus: *attamen vbi fides?* tantisper sermonem interrumpens: mox eodem redeat: *Si orges promissa, & ea repræsentari vis, n. p. orges* pro *vrges*, ita peruulgatum, vt pigeat verbum facere: & facile mendum, *roges, orges.* Tandem ad calcem veniamus. *Illi, ibi verentur. Illi*, non, *illic*, in v. c fuit. Quod autem geminatur, *illi ibi*, non tacuit id interpres vetus: & comperi hoc modo, alioque etiam magis miro olim locutos. Hæc Varronis pro multis sint *Quo inde suscipiunt perpetuo, flumen. Quo inde*, valet, *vnde.* Item: *Lacuna, in qua ibi aqua.* Habes, Bendeli, ab homine non nimis verecundo: sed habes, quid secutus sim. aliquid amplius opinor; neque aliter videri tibi arbitror, quam meum sensum. Alii non probabunt fortasse. Sed nosti in Barbaria liberta suæ quod dixit patronæ: Liberta salue: vapula Papyria. Neque autem hæc sunt tanquam Delphis responsa: tantum, quibus liberius quam pro iure fecisse videbor, Goueani emendationem cum mea contendant: nisi vno versu plus licere sibi voluit, quam omnibus ego, caussam non dico, quin exsulem in posterum Terentii me faciant. Nam Erasmi quidem & Glareani contentio materia esse tragœdiæ potuit. Vnum effugit, *nihil pudent.* Hoc verberat, credo, aures istorum, qui pudet, tantum norunt. Equidem cur ita mutarem, versus fecit. neque tamen verum scribas, ciccum interdem. Casina:

Illi agnoscit interpres vetus.

De lingua Latina.

Sc. plerique homines.

Ita nunc pudeo, atq; ita nunc paueo. Epidico:

Plerique homines quot, quum nihil refert, pudet; vbi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, quum vsus est, vt pudeat. is adeo tu es, qui
Des, quod pudendum siet, genere natam bono, pauperem domum
Vxorem ducere; præ'ertim eam, qua ex tibi commemores
Hanc, quæ domi est, familiam prognatam.

Ita edidit Camerarius, diuerse a mente Plauti, & nulla sententia. Legendum autem:

Ibi eos deserit pudor, q v. est vt pudeant. Is a. t. es. pu-
Des quod pudendum siet. & vltimo versu, *filiam*, pro, *familiam.*

Sustulerat Periphanes filiam e muliere: posteaque aliam duxerat: qua defuncta, quin primam illam vxorem sumeret, pudore filii deterrebatur. Itaque Apœcides, *pudes*, inquit, *quod pudendum siet:* id est, *pudor ille pudendus est* Induxit Camerarium secta vox, & sparsa in duos versus. at id quidem nimium quam frequens est, vt quæ priorem absoluerit, initium sit sequentis. Sed non tacebo, aliter emendari bene etiam posse, & id Lambinum iam significasse.

AMPHITRVO ET TRINVMVS EMENDATÆ.

Nobili Adolesc. Casparo ab Hall Borusso.

MOdo vt eum esse memineris: neue, quem ab ineunte ætate cursum petisti, desinas. Mihi crede, non aliter tanti nominis mensura impletur. Fuit, vt meminisse potes, cum te in Græciam vocatem: auctor essem, vt omne illud Latium vetus peragrares: non tu quidem, vt multorum ibi vocabulorum radices quæreres: quamuis id quidem maximũ est; sed ad illos tandem etiam fontes peruenires, quibus in nostros libros antiquæ facundiæ flumina manarunt: ac, quod caput, prudentia (liceat verum dicere) omnis aut paulo minus, fluxit: quod quidem nonposses, nisi in Lycei ambulationibus, sed multo maxime vestris illis legum spatiis habitares. Sed hæc quidem, vt ætas tua est, in integro etiamnum sunt: illa autem, oratores, poetas, historicos tractare: experiri de te, ecquid ad illos possis: &, ne parce dicam, conari librariorum imperitia circumuentis opem ferre: quibus medicinam nequeas, talem questus & dolorem commodare: hæc iam te annus, opinor, vigesimus admonere potest, si parum fecisti, (tametsi, vt quod sentio, dicam, vestro ex ordine, ea ætate qui magis ista curaret, hominem Germanum nondũ videre mihi fuit) damnes ipse te: & quod cessatum sit vsque huc, nunc iam porro expergiscaris. Difficile credas, quid tibi voluptatis: voluptatis autem? imo quid emolumenti laturum sit. Nam, vt alia mittam, vnum vide, iudicium acuet: qui prius per quietem legisse scriptores, & mentem procul habuisse, acumen omnino non habuisse te putabis, vt nunc vltro illis audeas præscribere, quid scribere debuerint. Hoc nusquam minus feci, quam in his notis paucis, quas eo misi, vt lacesserem tuas.

Prologo Amphitruonis extremo:

Adest, ferit: opera pretium hic spectantibus
Iouem & Mercurium facere histrioniam.

Nusquam adiit quaquam prope ostium Sosia: vt res ipsa loquitur. ante enim a Mercurio vapulat. tum si fores ille feriisset, nondum erat inibi, vt posset: quippe qui non amplius quam e portu nunc prodiret. neq; tamen mirum facit Lambinus. Restituo:

Adeste: erit operapretium spectantibus.

Citat animum auditorum: operæpretium enim esse. F & E. paruo discrimine sunt; & hæc mendi origo scilicet postea:

Distributi viri, distributi ordines.

Non eleganter hæc ita geminantur. Sequor ductus literam in vet. cod. & repono:

Distributi viri, diribiti ordines.

Sc. prima

Diribere valet, *distribuere*: & hoc quis nescit? *Diribitas tabellas, diribita suffragia*, apud Ciceronem passim. Post reditum in Senatu: *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis?*

Sc. Num quid parua. Eadem fabula:

Recte dicit, ut commeminit, somnium narrat tibi, mendose ita hæreo vestigiis antiquæ scripturæ, & haud dubie emendo:

Recte dicit: ut conniuit somnium narrat tibi.

Et *conniuit*, non ad, *narrat*, sed ad, *somnium*, referendum. *Somnium ut conniuit*, est, quod somniauit, dum conniueret. Manifestum hoc legenti sequentia:

Sed mulier, postquam experrecta es, prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.

Nam *experrecta es*, contenditur cum illo, *conniuit*; & proprium hoc in somniantibus. minus enim ii, quam dormiunt. Eadem fabula:

Sc. prima.

Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est meus,
Ilico equites iubet dextra inducere.

Pessimo iam pridem exemplo accepta in vulgus opinio est, quæ in verbis inflexionum varietas, eandem olim fuisse: qua patefacta semel ad corruptelas librorum fenestra, quid ab istorum iniuria tutum atque illæsum mansit? Lego e v. c.

——*equites iubet dextra inundere*. Vetuste, *inundere* pro *inducere*. Sane eleganter: & ita inundationes atque illuuiones barbarorum in Italiam legimus. & alioquin libenter a fluuiis ac torrentibus præliorum similitudines capiunt. *Fluctuantem aciem*, Liuius & Tacitus libro 5. Hist. *Absumptis, quæ iaciuntur, & ardescente pugna, procursum ab hoste infestius, immensis corporibus, & prælongis hastis fluitantem, labantemque militem, eminus fodiebant*. Neque enim eo fluctuantem, quia in palude conserebatur pugna. nam Romanos paludem ingressos negat. Quod autem in vetustis libris, inudere, legitur, scilicet ita solitos illos n abiicere. In Pandectis Florentinis, *pregnas* pro, *prægnans*: apud Plautum, *mussas*, pro, *mussans*, prologo Mercatoris:

Summo hac clamore. interdum missa conloqui
Abnuere: negitare adeo me natum suum.

Restituo:

Summo hac clamore: interdum mussas, conloqui
Abnuere ——————

Apud eundem, *stas*, Sticho.

Ædepol te vocem libenter, si superfiat locus.

Sc. sed ita. GE. *Quin tu stas; obstrusero aliquid strenue*: Emendo.

Quin stas obstrusero aliquid strenue.

Vbi, *stas*, participium est, pro *stans*. Cum enim Epignomus negaret locum esse, vbi reciperetur, alioquin se illum vocaturum ralitus, qui nihil magis metuebat, quam ne Epignomo caussa esset

esset, soluit hominem ea cura. Non, inquit, moror sedere: stans comedero. *Obstrudere* autem, *tuburcinare*, & vt inquit Plautus, *cornidare*, hæc omnia pro eodem dicebant, nempe *auide vesci*: idque etiam Festus notat. Ibidem Amphitruone:

Age tu secundum. So. *sequor subsequor te.*

Inepte: & quorsum repetitur? Lib. vet. habent:

Age tu secundo, sequor So. *subsequor te.*

Lego: *Age tu secundu sequior.* So. *subsequor te.*

Idq. initium sc. est.

Sequior valet, *deterior, peior scelestior*: & factum est nomen a verbo *sequor*. Itaque captat gratiam vocum allusione; *tu sequior sequere.* Sunt enim verba stomachantis heri. Ita *sequiorem sexum* vocat Apuleius, *muliebrem*. *Secundu* autem & *secundo*, idem. Plautus Cistellaria:

Sc. nisi quid mihi.

Sed memet moror cum hoc ago secordius

E.v crepono: ——————— *cum hoc ago secius*

Prologo Amphitruonis.

Quod ego huc processi sic cum seruili schema.

Recte hoc modo, & ita Persa quoque:

Sc. Nunquid moror.

Tiara ornatum lepide condecorat tuum.

Restituo:

Tiara tuum lepida lepide decorat schema:

tametsi vulgata Prisciani exempla sequenti legendum foret: *theatrum*, pro, *tiara tuum*. Sed falsum est. Quid enim? theatrum totum is decorabat, qui prçter tunicam, zonã, chlamidem, causiam, vestes itineri, seruus nihil sumserat? diceret *prosensum*, ferremus fortasse: quamuis ne sic quidem. quin, quoniam omnia supra præter tiaram nominarat, hic gaudet sibi illo parasiti ingenio, qui amplius cogitarit, vt tiaram de suo adderet. Et non hoc solum Plautus ad instruendos obiter histriones, si qui ab obitu suo eam fabulam discerent, dixit: sexcenta sunt alia. Quid verba facimus? sequens versus nemiuem dubitare sinit. Quod autem Lambinus hũc versum corrumpit, numeris, vt ait, oblecutus nihil nouum facit. Quid ni autem & *crepidam*, & *aratrum*, & alia multa versibus latinis exturbet, quia apud Græcos alio modulo sint? schemam vsu suo fecerant Latini. Itaque vt inflexionem, ita ne modo quidem syllabæ attenderunt. Est hoc quoque apud Petronium in mendo:

Iocari ego senem poetica leuitate credebam, cum ille, vtinam quidem sufficeret largior scena, id est, vestis humanior, vestimentum latium quæ praberet mendaci fidem, non mehercules pœnam istam differrem. Legendum: *cum ille: vtinam quidem sufficeret largior schema, qua praberet mendacio fidem: non mehercules peram istam differrẽ.* Illa verba: *vestis humanior, vestimentum latum*, manifesto e glossa sunt. *Pera* est græcorũ *πεῖρα*. Non, inquit, differrẽ experiri. Nam iocose illum Ennii ore locutũ: *speram istam differrem* p *spem* non

aulum

Nonius in Derepente.

ausim dicere. Monius Macco: *Scalpis dentes derepente, in cœnam si peccaueris*, Lego: *in schemam si peccaueris* Sententia subest lepida. Si tantillum, inquit, gestu achoruisti, sudas, rubes, scalpis dentes. Facit huic emendationi titulus ipse. *Maccum* enim significare hominem silicem & absurdum, sciunt omnes. Apud Apuleium bis terue & Nomium in, *Petaurista*, item in *sanniones*, idem corruptum est in, *scenam*: quæ menda tollere cuiusuis hominis est. Eadem Amphitruone:

Sed fugam in se nemo tamen conuortitur.

Quæ de hoc loco Nonius, ea poterat quiuis de triuio: neque mihi auctoritas eius maioris est, quam esse debet. Scribo:

Sed fulgam ince tamen nemo conuertitur.

Puto, *ince*, vsurpasse, pro *in*. Qui enim aliis multis vocibus quæ in primam syllabam desinerent, *ce* aut *ae* adderent, (*hornnce, sicce, mame, quam de*) cur in hac voce eam productionem refugerint? Catullus:

Paterna prima lancinata sunt bona:
Secunda præda Pontica: inde tertia
Hibera, quae scit amnis aurifer Tagus,
Vulgo: —— *quam scit amnis aurifer Tagus.*

.. inepte: & in v.c. est *qua*, non, *quam*. Scriptum esse epigramma Pompeio superstite, loquitur postremus versus, in ipsum Pompeium inuidiosissimus. Et si natum esset flagrãte bello ciuili Reipub. parcere Pompeio debuit, qui a Cæsare non esset. Qui imponere autem perpetua stigmata Cæsari post Pharsalicam, & Hispanicã victoriam potuit, aliterquam exul? nec fuisse exulem apparet q nihil amplius quam satisfacientem sibi in gratiam recepit Cæsar. Iam cum Sueto. scribat post reconciliationem non destitisse patris eius hospitio vti Cæsarem, ante id factum sit oportet, quam is multum esse in Gallia cisalpina desierit. Nõ dubium ergo quin inimicitias cum eo Catullus gesserit Bibuli consulatu, & postea Gallias illo tenente: cum quidem pariter Pompeius & Cæsar inuidia laborarunt. Ponticam autem prædam accepi semper, cum prima stipendia fecit in Asia Thermi contubernio: inde Hiberã, quando ex pretura Hispaniam sortitus Calæcos & Lusitanos domuit. Nam ea fluit Tagus. Vt autẽ hac facie, *se*, quod in v.c. est, *ece*, fiat, non est hoc primum, neque vltimum: nec *ince*, pro, *in*, mirabitur, qui meminerit *incitegam*, pro, *integam*: *reciprocare, recuperare, concipilare*, pro, *reprocare, reparare, compilare*. Versu, qui deinceps est, quid faciam, nescio. si cum patribus sentirem, & spondæum semel admitteram, restituebam:

Nunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

Quando prædas Ponticas & Hiberas comedit, vt sumptibus suppeditare queat, Galliæ & Britanniæ turbantur. Quod enim in scriptis lib. est: Galliæ tellus timet, & Britanniæ; factum, quia librarius

librarius, *Gallica*, & *Britannia*, numero multitudinis non probauit. Itaque qui gignendi casu acciperet, glossam addidit, *tellus & timent*, vbi hoc modo iteretur, aliudue quid simile, nec scribarum culpa semel desideretur, vix vsquam est. Sic opinor: neque vlla hic exquisitiora tormenta adhibenda. *Tumere prouinciam*, & *rerum tumores*, hæc qui latine nesciet, rem omnium notissimam, per me semper ignorabit. Eadem Amphitruone:

Lassus sum, hercle, e naui vectus vt sum,
Etiam nunc nauseo.

Conatur hic aliquid Lambinus: sed hæc aliaque talia diligentiæ eius condonanda sunt, ad quam si par ingenium habuisset, minus ægre nobis esset, Lucretium aut Plautum emendare ausum fuisse. Scribo:

Lassus sum e naui: vt vectus huc sum,
Etiam nunc nauseo.

Lassus sum e naui, hoc est, *dum huc e naui, eo*, eleganter: quomodo, *lassus sum de via*, illa, *vt vectus sum*, referenda ad verbum, *nauseo*. Licet hoc quoque modo:

Lassus sum e naui, vt vectus huc sum,

Etiam n. n. Nauseo e naui, vt videlicet huc vectus sum. Atque hoc fortasse an erit qui magis probet. Ibidem:

Ain vero? So. *aio enimuero*, Mer. *verbero*. So. *mentiris nunc iam.*
Mer. *At iam faciam, vt verum discas dicere.*

Sic recte scribitur. Cum Mercurius hominem verberonem appellasset Sosiam, ille tanquam si verbum esset, *verbero*, mentiris, inquit: non enim verberas. Tum Mercurius, at iam faciam, inquit, vt discas ac fatearis me non mentiri: atque inter hæc parat se ad verberandum. Vt discas verum dicere; referendum est ad Mercurium, non ad Sosiam. Iam ergo apparet quam inuita Minerua hæc mutarit Lambinus. Ibidem:

Pro fidi Thebani cives. Mer. *etiam clamas carnufex,*

Cui dubium esse potest, scribendum:

Pro fidem Thebani ciues. Qualia illa sunt: *Pro deum atque hominum.* & aliquando sine illo *pro* vt in Satyræ Varronianæ titulo, *Hercules tuam fidem.* Curculione: *Tuam fidem Venus noctuuigila.* Ita fidem Cæsaris implorabant, *Pro fidem Cæsaris*: aut, *Tuam fidē Cæsar*: vt apparet in Apulei Asino. Illud autem, *Pro fidi Thebain*, non assis est. Eadem: ——— *pessimum est*

Facinus nequiter ferire malam male discit manus,
Alia forma oportet esse, quem tu pugno læseris.

Sermonicatio est quasi lanistæ, qui gladiatorem erudiat. Cum Langii v.c. & aliorum editiones consulo, ita restituo:

——— *pessum ij:*
Facinust nequiter ferire malam: male discis manus.

Vera sententia & scriptura est Lassus sum hercle e naui, vt huc vect. sum. Lassus e naui id est, e nauigatione. Similis versus Bacchid. sc. prima Nā vt in naui vecta es, credo timida es. vt sciās me verum dicere; non (quomodo Lambinus) vt te doceā alias verum dicere. Sc. prima.

Alia forma oportet esse, quem tu, pugne, legeris.

Sunt enim verba Mercurii ad pugnum suum, quibus eum tanquam emendans increpat, quod parum bene discat colligere se, atque exercere in alios: *Pessum ij*; hoc videlicet, vt tractim tangat. & *ij* valet, *i*, quod ita semper scribebant. Ea vox nunc in dissyllabam spargitur: vt item *dij*; de quo Quintilianus. *legeris*, heic recte: vt Asinaria, delegit.

Ii & ei idē, pro, i, nostro.

Hinc med amantem ex adibus delegit huius mater.

Item Terent. Adelphis:

——& tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere dum per atatem licet,
Potius quam vbi exspectatum elegisset foras.

Quod enim excuditur. *eiecisset*, minus placet. Quamuis non ignorem eiectos aliquando, elatos dici, & defunctos: & eius sermonis rationem quærere Turnebum in aduersariis. sed elegisset, eam vim habet, quam Lucilii libro 29 apud Marcellum in Eligere: Corrumpat prorsus, ac neruos omnes eligat: qui fortasse an versus magnus est:

Corrumpat prorsus, ac neruos eligat omnes. Propertius lib 2.
Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,
Altaque mortali deligere astra manu.

Lucret. in 6.

Inde sonus sequitur, qui tardius ad ligit aures. Ita lego, quia in vetustis, adlicit. Poterat, accidit; nisi & longius abesset, & de immenso illo sono, qui prope eligit, vel adligit aures, suo loco poni id verbum arbitrarer. *Elegisset* autem, si velis apud Terentium, possis recte probare. Calorem enim illum, & gaudium gestientis adolescentis in efferendo expecto sene exertissime notat: & multo designatius hoc est, *deligere foras*, quam, *deijcere*. Quibus in rebus omnibus facile patior me a Lambino dissentire, qui legere & diligere, non nisi vulgata significatione nouit. Cæterum, *elegisse*, in *eiecisse*, facile mendum. Nam i & l fere promiscue sunt in libris vetustis: Terentius Hecyra: *Ne mei breue hoc conlicias tempus* quod insigni mendo vulgatur:

Apud Plautum scilicet

Scena vlt.

Ne me in breue hoc conlicias tempus, gaudio hoc falso frui.

Conlicere & *delicere* a veteri verbo *lacio*, pro, *ductare*, & *falso gaudio perfundere*, accipiuntur: quod idem verba ab iis frequentatiua ostendunt, *delectare*, & *conlectare*, Ennius Thyeste:

Nec me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.

Non. in delectare.

Item Quadrigarius: *Fabius de nocte cœpit hostibus castra simul oppugnare: eum hostem delectare, dum contega id caperet quod captabat.* Quæ tamen mendo non vacant. Restituo: *cœpit hostium castra simule oppugnare. simule est. simulate & ficte*: verbum nouum. & quod nunc, opinor, primum a me restituitur. Nam etiam apud Plautum repono, Trinumo:

Sed

Sed quis hic est qui in plateam ingreditur, cum nouo ornatu speciéq;
Simula?

Sc. Salsipotens: in fine.

Vt *species simula*, sit, *personata*, quamuis vulgatur, *simul*, sane inepte. Ita ergo, *conlicere*, vt dixi. Neque tamen Lambinum laudo, qui vbicunque apud venustissimum poetam reperit, *iacere*. aut, *conycere in fraudem, in laqueos, in plagas*; sustulit; & reposuit. *Iacere* ac *conlicere*. Quin ergo prius ille ex Plauto id tollit, quando omnia in omnes licent?

Nunquam amor quenquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas

Conycere. qui locus Trinumo est, sc. *Multa res*. & ita idem alias. Neque culpo, iacere aut conlicere in fraudem, sed, iacere, & conijcere, indicta caussa damnari ab inscio iudice, non fero. Eadem Amphitruone:

Sc. Satin' parua.

Va capiti tuo. So. *tua istac refert si curaueris*.
Lego: *Va capiti tuo*. So. *tuo. istac refert si curaueris*.

Plautinus iocus: & sæpe ab eo repetitus: vt Captiuis:

Sc. Quanto in pectore.

Iuppiter te, dijq; perdant. ER. *te hercle mihi aquum gratias agere*.

Videtur dicere: *aquum est te mihi gratias agere*: reuera autem post, *te*, subiiciendum est punctum, vt sit sententia: *te potius dij perdant*. Milite glorioso:

Dij te perdant. PAL. *te, istuc aquum quoniam occepisti, eloqui*.

Sic enim omnia hæc distinguimus Pœnulo.

S. Nisi quid ego dormiens.

Dij te perdant. MI. *vos quidem hercle: commendo quum quiqui tamen*

Sc. Iam tenes.

Et bene & benigne facitis. locus in distinctione est, vt post hercle interpungatur. Nam quod Turnebus hęc mutat, tollit ex hoc versu, quod Plauti est, vt sine ioco exanimus frigeat. Ita ergo Amphitruone loco hoc videtur dicere, *tua interest*, & ad aures Alcmenæ sic accidit: sed ille sentiebat tamen, *va tuo capiti*. Ac fortasse an intellexit Alcmena. nam continuo subiicit:

Iterum iam hic in me inclementer dicis.

Hoc ex veterum superstitione, qui, si quis male precatus esset, continuo deprecabantur, & in eius caput amoliebantur. vnde illa nata: *tuo capiti: quod illis sit potius: tua atati dic*. Catullus,

Lesbia mi dicit semper male, nec tacet vnquam
De me. Lesbia me, dispeream, nisi amat.
Quo signo? quia sic totidem mox deprecor illi
Assidue: verum dispeream, nisi amo.

Eadem fabula:

Pro se quisq; id quod quisq; potest & valet,
Edit, ferit: tela frangunt? boat
Cœlum fremitu virum: ex spiritu & anhelitu
Nebula constat.

Varie hac scena numeri procedunt: & aliquando nihil omnium rerum minus, quam de iis cogitasse Plautus videtur. Si modorum rationem habere vellem, quo me ducerent, videbam. Sed neque hoc ago: & cuius dementiæ tandem esset, alienos versus scribere, cum vetustorum cod. auctoritatem desideres: in eo præsertim, qui sæpe leges carminum industria migrarit? Ex variis exemplaribus, præterea coniecturis innixus scribo.

Pro se quisq; fœdit, ferit. talia tela fragunt: boat
Cœlum fremitu virum: ex spiratu & anhelitu
Nebula constat.

Illa verba, *quod quisq; potest & valet*, e glossa sunt: interpretatio huius *pro se quisq;*. Vergil.

Pro se quisq; viri summa nituntur opum vi,

Terent. Heautont.

——Pro se quisq; sedulo
Faciebant, vt illam mihi lenirent miseriam.

id est, *quantum quisque poterat*, *Fœdit* valet, *fœdat* Prima enim & tertia coniugatio antiquitus eadem. Cum autem ita scriptum esset Quis Que Fedit, fecit illa, quam dixi, literarum F & E affinitas, vt inquinaretur. *Fœdare* autem & *fœdum* propria in vulneribus ac strata acie. testes Liuius & Vergilius.

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Item: *Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.*

Et Plautus ipse paulo post.

Fœdant, & proterunt hostium copias.

Poterat tamen, *cedit & ferit*. Ego cur *fœdit* maluerim, fecit, quod pronior menti occasio, tum quia magis ad Plauti consuetudinem, vtriusque vocis eadem capitali litera. Porro veteres dicebant, *tago. frago*, quod nos *tango frango*. A *tago* Lucilii *tagax*, pro *fure*: & hinc *attigo* Terentii Andria. *Act. 4. scena. 5.*

Noui omnem rem. sedst Simo intu'? D. est. M. ne me attigas.

Scelestе. si pol Glycerio non omnia hæc.

Ita enim v. c. quomodo Turpilius Leucadia.

Ne me attigas atque aufer manum. Sic Plautus Bacchidibus, & Accius Erigonis. *Fragere*, ergo pro, *cum fragore collidi & frangi.* A *frago* enim *fragor*. Eadem. Amphitr. sc. concedite.

Marcellus in Attigas.

Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.

V.C. *Nec quisquam tam aus— fuat homo* Certe legendum: *Nec quisquam tanto ausu fuat homo. Ausus & ausum: auctus. & auctum*; aliaq; talia dicebant, Gellius: *Eam caussam esse dicunt sacerdotes Ægyptij cur Pelusiota cepe non edant: quia solum holerum omnium contra luna aucta atq; damna vices augendi & minuendi habeat contrarias.* Male apud Gellium nunc circumfertur, *contra luna atq; damna.* Hoc quoque monebo, tametsi leue est, legendum

dum e v.c. illum versum.

Heic in ædibus ubi tu habitas. AM. PH. nusquam factum est: non ut vulgo *nunquam factum est*. Terentius Andria: *Sce. Satin parua. Act. 2. scen 3*

Ego dicam? Da. cur non? Pam. nusquam faciam.

Sic vetus Venetus; nimium bene: Aduerbia enim temporis & loci mutua vice cõmeãt ac vertũtur: neque ꝙ illa iam hominum sermo desierit, me quidq̃ mouet, dum cõstet, desiisse. Eadẽ fabula:

Itidem habet petasum ac vestitum: tam consimilist atq; ego. *Sc. prima.*

Sura, pes statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra.

Legerim nulla licentia:

Sura, pes, statura, t. o. nasum vella labra: id est, *bella labra*, Nam illa ætate librarios b & v promiscue vsos scimus. & facit huc, quod fere proprio ephitheto *bella labella* vocantur. & dixisse hoc histrio potuit ad mouendum risum. Si tamen verum est, quod alii scribunt, exstare in sc. lib. vestigia litterarum, quibus comprehensis propemodum, *dens*, fieret, restituerim

Sura, pes, status, tonsus, oculi, nasum, tempus, labra.

Nam Grammaticis, qui multitudinis numero tantum admittunt, *tempora*, malum. *Status*, autem habitus est & facies standi, vt Pseudolo:

Statum vide hominis, Callipho, quasi basilicum.

Et Eunucho:

Quis esset status; flabellum tenere te asinum tantum.

Pugilibus & athletis eo statu collocabantur statuæ, in quo vicissent. Bene autem Plautus, post pedem deinde statum commemorauerit; neque vetat relinqui, *statura*, vt rectum nihilominus sit, *tempus*. Ibidem:

Quid tibi est? So. ad aquam prabendam commodum adueni domum, *Scen. Sequere.*

Decumo post mense, vt rationem te dictare intelligo. Forte: *vt rat. dictare int.*

Trinumo locus est minime obscurus, sed tanquam sit, omnis eius sententia corruptela scripturæ amissa est. *Scen. Huic ego dici.*

Quod in manu teneas, atq; oculis videas, id desideres.

Literis recomminiscar. Ch. est principium nomini Callicles? Sy. non est. Ch. Callipus? Lego:

Literis recomminiscar: C. est principium nomini. Ch. Callicles? Sy. non est. Ch. call pus? Sy. non est.

Cum enim Charmides de nomine percontaretur, neque reperiret sycophanta, tandem ait literis recomminisci velle; & quidem C esse capitalem literam. Iam ergo coniectat Charmides: sed vt de industria ducat hominem. Qui mox locus sequitur, eodem vitio laborat:

Quod ad exemplum est? coniectura si reperire possumus. *Ibidem.*

At hoc exemplum est? an Chares? an Charmides?

ſum ita habet, etiam cum dictiones integræ ſunt; quarum ſola vis in agendo conſpicua. Terent Hecyra. *Act 3. Scē. 2.*

Omnem rem narrabit, ſcio, continuo ſola ſoli.

Quæ inter vos interuenit, vnde ortum eſt initium iræ atq; ,

atq; eccum video ipſum egredi. Sic enim, *atq;*, geminatur in optimo illo libro Bruni: quam ſcripturam Terentii eſſe quouis pignore contendam: primum, quia illius codicis eſt: tum quod ita numeri poſtulent; quos aliter expedire, difficile. Poſtremo, quod ſententia ſequitur apta: nec ea exſculpitur, ſed elicitur. Nam cum Parmeno diſputando tenderet, & orationis reliquum exſequiveller, ſubito ex ædibus prodit Pamphilus: ac verba iam iam locuturo aufert. Cum igitur dixiſſet: *vnde ortum eſt initium iræ*; velletque fortaſſe addere, *atq; diſſidij.* ſeu quiduis aliud, (neque enim, præter coniecturam, nobis reliquit) regreſſu ſuo Pamphilus locuturo porro orationem ex ore eripit, vt, *atq;*, finis eſſet, quod nouæ ſententiæ initiũ debuerat. Hoc qui non videt, fungus eſt qui videre diſſimulat, liuor. Dabimus tamen in quo acquieſcat, ſi ſatisfieri ſibi forte patiatur. Sit ergo alterum illud, *atque*, aduerbium, pro, *continuo, nunc ipſum: commodum*: quomodo vſi eo verbo. Sic eadem Hecyra in v.c. Colon. *Scen. eadem.*

O mi Gnate, o. In publicis libris, o, alterum nuſquam: quod nos eo reſtituendum putamus, vel quia matrem addituram occupauit Pamphilus: vel quod lætitia ſignificatur, quam vix animus caperet; certe cui orationem parem non reperiret. Rudente in veteri quodam Veneto excuſo reperi: *Scen. meam ne illa amicam.*

LA. *Non auexi.* PL. *cur negas?o.*

LA. *Quia pol prouexi, auehere haud quiui miſer.*

Nam illud, o, eſt meditantis conuitium facere, nec reperientis quicquam, quod digne in lenonem iaceretur. Neque feruor iratiſſimi adoleſcentis re alia exprimi deſignatius, efficaciusue potuit. Quę quidem omnia quamuis leuiora ſunt, quam quæ leuiſſima, mentem tamen aperiunt multo magis, quam quæ alii prolixis ſuis commentariis inſaniunt. Ad eundem modum interiectiones cum reliquis vocibus hæſerunt, ſine turbis raro res abiit. Milite glorioſo: *Sce. Niſi hercle.*

Tibi ego dico, an ne? heu feriatus ne ſis.

Vbi Turnebi emendatio quouis potius quam auctore ſuo digna eſt. at *ebriatus* Lambini ſane illo digniſſimus. Mea ſi vera non eſt, propius vero abeſt. Mendum ex eo, quia E & F non multo plus quam nihil differunt. Menæchm: *Sce. ſine. fores.*

acaſtor haud inuita fecero

Sed ſcin' quid te amabo vt facias impero. ME *quid vis modo?*

Nimis apertum mendum: neque ſuſtulerunt tamen

Sed ſcin' quid te amabo vt facias? ME. *impera quiduis modo.*

Nam hoc quidem quam durum est, vt dicat amica, impero. Post deinde, *amabo*, valet, *precor*. itaque idem sit, ac si dicas: *precor impero facias*. *Amare*, autem pro, *orare*, illustrius etiam Terentii Hecyra:

Sce. penultima.

Parmeno, opportune te affers: propere curre ad Pamphilum.

PA. *Quid eo?* D. *dic me amare, vt veniat.*

Quæ scriptura non auro contra chara est. & me hercle multum de ea amaui B. C. qui heic seipsum fide & bonitate superauit. Plaut. Menæchmis:

Initium Sc. est.

Menæchme amare te ait multum Erotium,

Vt hoc vna opera ad aurificem deferas. Ita quoque aliquando, *amo*, vt significet *gratiam habeo*.

Act. 1. Sc. 2. Eunucho: —— *scilicet,*

Faciundum quod vis. Th. *merito amo te.* P. *benefacis.*

Ridicule. E verbis interpretum in veteri Veneto restituere possis. ———— *scilicet,*

Faciundum quod vis. Th. *bene facis: merito te amo.*

Sunt enim verba Thaidis, quibus gratiam Pamphilo agit, quod biduum concedere se rus dicat. Ita sæpe perperam traductæ personæ. Et ne promtius nobis esse putes dicere, quam facere, rem testem dabimus. Casina:

Sc. Age tibi cen.

—— *Perij hercle ego miser; dirupi*

Cantando hymenæum licet illo morbo quo dirumpi cupio, non est copia. Interstinguo: *dirupi*

Cantando hymenæum Cl. *licet*. ST. *illo morbo, quo cupio, n. v. c.*

Sce. vltima. sumitur *licet*, vt illo Persa:

———— *Hei nates peruellit.*

Sc. cohibete. Pa. *Licet: diu sæpe sunt expertæ.* vbi male distinguunt.

Mil. glor. —— *nunc tu ausculta Pleusides.*

Pl. *Tibi sum obediens hoc facto.* Pa. *miles domum vbi aduenerit.* Scribo:

Tibi sum obediens. Pa. *hoc facto miles. dom. v. a.*

Sc. Vt atat mea est. Nisi quis verius putabit. *Tibi sum obediens facto:* vt quemadmodum *audientem dicto esse*, dicimus, ita *obedientem facto*. Menæch.

Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant & domi deuinciant,

Priusquam turbarum quid faciat. ME. *amplius enimuero nisi*

Occupo.

quis tantus stupor, quin videat legendum?

Priusquam turbarum quid faciat. amplius M. *enimuero nisi o.*

Scena, Sed ita. Sticho:

Tua pol refert enim. GE. *siquidem mea refert, opera vtere*

EP. *Posse Ædepol tibi opinor etiam vni locum conspicor.* emendo:

Siquidem mea refert, opera vtere.

Posce. EP. *Ædepol tibi. o. e. v. l. c.* Eleganter. Qui beneficium alicui offerebant, atque vti eum amicitia iubebant, his fere verbis id faciebant:

faciebant: *Tua opera est, utere, posce.* Iam ergo parasitus, quod cum deceret, Epignomum poscere suam operam, & vti ea in edendo iubet; qui ipsi tam amicus sit, quam quisquam possit. In hac ipsa autem fabula punctum & sicilicum sæpe vnum, atque alterum fecit, vt minuta quædam, senes docti intellexerint parum.

Scena. libros inspexi.

Nam vt illa vitam reperit hodie sibi,
Item me spero facturum. augurium hoc facit Epignomus.

Dicit Epignomum suam auem esse, aqua augurium capiat. Hunc quia prodiens domo videat, bene se de vita ominari. Eadem.

Propterea Dinacium pedes hortare honesta dicta factis.

Honesta, nomen accipiunt, hoc est, sententiam amittunt. verbum est: & *honestare dicta factis*, valet, *verba ad rẽ conferre.* Inhonesta enim oratio est, cui fidem re non facias. itaq; distinguendũ:

Propera Dinacium: pedes hortare: honesta dicta f.

Sce. Mercurius. Scen. 1.

Hoc etiam Sticho traiectis verbis plane corruptum:

tamen pol
Ne quid magis simus omnibus obnoxia opibus;
Nostrum officium meminisse decet. Scribo:
Ne quid magis simus obnoxia opibus omnibus
Nostr. off. n. d. Opibus omnibus meminisse officium.

id est, summo opere meminisse vt officium faciamus. Mercatore:

Ex summis opibus viribusq; vsque experire, nitere Most.
Iuppiter supremus summis opibus atq; industriis
Me perisse & Philolachetem cupit herum.

Summis opibus niti; summa ope niti. Grammatici, qui *opem* significare, *auxilium*; *opes*, *diuitias*, cẽsent Sallustio respondeant, & pereant. Non autem eo tantum nobis debet Plautus, quod heic ei sententiam reddiderimus: verum etiam quod ea significatione verbum, *obnoxia* vindicauerimus. Ennius Phœnice.

Ea libertas est, qui pectus purum & firmum gestitat.
Aliæ res obnoxia nocte in obscura latent. Sall. *Minari etiam ferro, nisi sibi obnoxia esset.* Illud Sticho sine vllo vitio interstinctionis mendosum est:

Sce. Mercurius.

Contundam facta Talthybij, contemnamque omnis nuncios. Scribo: *conteramque omnis n.* vt aptum sit cum illo, *contundam*. Nam *contemnam*, alienum est. Curculione.

Leno minitatur mihi;
Meaque pugna praliares plurima
Obtrita iacent. Vt heic, *obterere*, ita illic, *conterere*. Eadem fabula.

Tibi propino decimo fonte, tibi tute inte si sapis. Scribo.
Tibi propino decim: a fonte tibi tute inde si sapis.

Scen. Agite, ite foras.

Duas prouincias nominauit, vt Libero, aut vt Fontinali imperium perhiberet. Heic igitur *fontem* intelligit, *aquam* quæ tom-

perabat vinum. Itaque ego, inquit, tibi decem vini cyathos propino: aquæ tibi tute a fonte, quantum voles, indito. *Indo*, verbum est ab *indo*, proprium in hac re Illud autem quam elegans est?

Fine Stichi.

Vos spectatores plaudite, atq; ite ad nos comessatum:

Emaculatum sit modo, & legatur: *Ite ad vos commessatum*. Comessatum, inquit, ite, sed domum quisque suam. Nam, *vos*, id est, *vestram domum*.

Menæchm.

Sc. Vt atas mea.

Quid tu au? num hinc emigrasti? ME. *quem in locum, aut rem obsecro?*

S E. *Non Ædepol scio.* M E. *profecto ludit te hic.* S. *non tute tenes?*

Tute, pronomen vna voce accipiunt: & esse verba senis ad filiam. at scribendũ est, *non tu te tenes?* te, id est, *domum tuam*. ac sunt ea ad Menæchmum. Eadem: Trinum. Sc. multas res.

Mille modis amor ignorandus est.

Procul adhibendus est, atq; abstinendus.

Scribendum.

Procul adhibendus est. Sallust. dixisset, *procul habendus est*: vt de Cat. coniuratione: *Mihi reliquam ætatem a rep. procul habendam decreui.*

Ibidem Trinumo.

Sc. Multas res.

Certum est ad frugem applicare animum, quamquam ibi animo

Labos grandis capitur, boni sibi hac expetunt, rem, fidem, honorem,

Gloriam, & gratiam: hoc probis pretium est.

Emendo:

——— *bonis ibi hac expetunt, res, fides, honor*

Gloria & gratia. Qui vim huius, *expetunt*, norit (& possunt omnes de Plauto) non metuo ne cõiecturam meam damnet. Sic eadem Scena:

———*primum omnium*

Amoris artes eloquar quemadmodum expediant.

Vbi manifestum est, corrigendum: *quemadmodum expetant*, hoc est, *quem successum, quem exitum ferant*. Multa talia Amphitruone: vt:

Nequiter pœne expetiuit prima supparasitatio.

Et:

Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,

Id Alcumena si innocenti huic expetat.

FRA-

FRAGMENTA VETERVM ALIQVOT, QVÆ APVD MARCELLVM reliqua iniuria vetustatis fecit, tentatum an emaculari possent.

NOBILI VIRO, NICOLAO ISTbuanffii Pannonio, Sac. Cæs. M. uest. in regno Hungariæ Secretario.

NOn ita abis, Nobiliss. Isthuanffi, it ad te recta morbus quoque. Scilicet hoc aberat: & parum fuit qua priuatim, qua publice distentissimum esse, nisi hic homo in nugis otium tuum occuparet. Ita sumus ingenio: vltro ciemus testes imperitiæ: & id, vt in peccatis, ferendum: etiam quærimus cui errorem nostrum cõmendemus: nec contenti næuos & vomicas nostras publicasse, vt amentur, viam affectamus. Ac vide peruersitatem: qui diu parturiuimus, tamen aliquando parimus, quod Thetys si videat, deieret mõstrum esse, & se neget eluere omnibus vndis posse: nec tum solas terras, aut (quod verius erat) Veneris maritum cogitamus: ne quidem æmulum, quem fuisse velimus: sed amicum: sed Mecœnatem, sed eum, cuius eximium aliquid loquatur fama. Quid verbis opus? nulla res neque tam parua, neque tam magna est, quæ amorem suadeat, quin esse caussam nobis arbitremur, vt amando enecemus. Tantum nobis gaudium est in omni culpa, in qua sceleris aliquid suscipitur. Atqui ego te viuum, Isthuanffi, volebam: quippe publice interesse: & viueres, absque amicis aliquot meis fuisset, qui virtutem tuam, doctrinam, humanitatem ad cœlum ferebant: esse Latine doctissimum: poetam insignem: facere Loticbium maximi, argumenta, quid tibi literæ debere possent, quid tu literis, si in his studiis habitares: qui, nunc, quando peregrinaris, ita hospes sis, vt nemo videatur omnium qui viuat minus. Nam illa, deliciæ Hungarorum, Cæsaris ipsius amores: cetera, non addam. ne figuram suspiceris. & esse mea, quæ aliena memorem. His hercle caussis visus es mihi, qui perires: neque quisquam dignior. Et quod Catullianum illud suburbanum cogites, vbi ocymoq; & vrtica: nosti reliqua: dico tibi,

Si vndecim deos præter se secum adducat Iupiter,
Ita non omnes e calamitate poterunt eximere
Isthuanffium: tangat modo has nugas. Sed & si pergam, sic tamen sine vllo Spicilegio perierit. Vale, si potes.

IN IMPERTIRE.

QVod olim operam dabant, vt primus miles nomine atq; omine bono exiret, de eo ego susq; deq; qui hęc (dicã vere)

vt sub calamum successerint. quæ igitur Marcellus in voce *Impertire* ex Nouio adfert, in iis vox vna in mendo cubat: *Si ignotis impertit fleuit facilius*. restituo: *eluit facilius*. *Eluere*, est, *decoquere, substantiam lancinare*. Asinaria:

Nam mare haud est mare: vos mare acerrimum:
Nam in mari reperi hic elaui bonis. Rudente:
——————— *eho tu, an pœnitet,*
In mari quod elaui, nisi hic in terra iterum eluam?

Sic *proluere*, quoque. Itaque *proluuium*, pro immoderata & effusa largitate. Neque enim recte iudicauit Turnebus, qui id Adelphis extremis mutauit in, *prolubium*: quæ vox Gellii vulgatis codicibus excidit libri 5. cap. 10. *Potui*, inquit, *huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiam, si verba non ipse facerem, sed alio patrono vterer. sed maius mihi in ista victoria prolubium est, cum te non in caussa tantum, sed in argumento quoque isto vinco*. Neq; enim probo vulgatam scripturam, *proludium*. Hoc ergo apud Terentium reponendum non est: quippe quod in laude ponatur: sed *proluuium* quia in vitio est. Nouii sententia est: Qui vsque eo rem familiarem aperit omnibus, vt nemini etiam ignoto claudat, eo facilius possessionibus se exsuit. Meminisset Turnebus apud Tacitum *proluere opes*, mutasset.

IN PILARE.

Nouius Exodio:

Pati dum poterunt, antequam pugnæ pilant.

Lego: *antequam pugæ pilant. pugæ* sunt, *nates*: & sermo est de pueris meritoriis ac Pathicis.

IN COMITASSET.

Accius Erigone: Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri. Quid hoc hominis sit? Accius scripserat:

Tum autem Ægisthus, si med eodem letho comitasset patri.

Absolutus octonarius est. Querebatur secum fortunas suas Antigone, quod non eodem letho data esset comes patri suo Agamemnoni ab Ægistho. At ille fungus legit pro *letho*, *lecto*: & *comitasset*, *exponit*, *cubuisset*. Sed ab his notis Marcellus nobilis est. Hoc tamen non triuiale, Accium dixisse, *comitasset*, pro, *comitem misisset*.

Sed titulus mendosus est. Scribendum enim potius: Accius Antigone

IN ASSVLATIM.

Nauius pullis escam: Hic iure inops paullo da assimile, simul assipulatim vis aias. sumit cibum. Lego:

——————— *escam hic e iure inops.*
Pullo dat: ile simul assulatim viscerat Cibum.

Vt senariorum in legem reponantur. Esca e iure inopum erat. Itaque Thusculanis, cœna tenuis, & si lautiores audires, sordida delec-

describitur, cuius caput esset, ius atrum. Germanum huic Eunucho:

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Vbi non defuerunt qui reponerent, *iure externo:* sed ii hostibus nostris persuadeant. *Pullo* autem valet, *puello*, diminutum e *puro*, hoc est, *puero*. Lucretius lib 4.

Puri sæpe lacum propter se, ac dolia curta, Somno deuincti, credunt extollere vestem, Totius humorem saccatum vt corporis fundant. Puri est pusi. Vnde apud Lucilium, & Ausonium, *pullipremones*, & *felles pullaria*.

Pusum e puro neuia & blanditia matrum finxerunt. S enim blæsum est, & inter mulierum ineptias. Ita pese, mese, masia, Parisiseës mulierculæ.

IN PETAVRISTÆ.

Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, aut Germani petauristæ. Scribo: *Nec minus salio in genere sunt ludij velites Galli.* De ludiis enim, credo, & saliis agit Varro: in quo genere salio seu salisubsulorum etiam esse velites Gallos & petauristas sentit. Labebat Plauto, vt vetustos libros sequerer Menæchmis:

Post autem ille hircus salius, qui sæpe ætate in sua ciuem innocentem perdidit.

Vulgatur nunc: *hircos alius. Hircum salium* accipio, vt, *equum admissarium*; qui capras saliat. Hoc quidem sententiæ conuenit. Qui enim saliunt hirci, fœdissimi ac teterrimi sunt odoris, magis etiam si vetuli: & hoc dicit Plautus; certe voluit. Vt igitur Mostellaria, *capra commista*; ita hic, *hircus salius*.

Hoc ego, vt nihil affirmem. Nam vulgata scriptura, non mala.

IN MASCVLVM.

Varro ὄνος λύρας: Si non plus testiculorum offenderis, quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem. Scribo: *non esse masculum Arem.* Probaueris ipsum Martem non esse masculum, prouerbialiter dixit. Quid enim magis masculum, quam deus belli præses, & idem Veneris maritus? Mendum exiguum, & adde, si quid vis: sed quod sentẽtiam bonam male perderet. *Arem* pro Marte etiam Plautus Truculento:

——— *si tu*

Ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares.

Recte enim ita e veteri codice Erasmus.

IN EXAMVSSIM.

Varro: Quare si diu gens est ad amussim, per me licet assumas;
Scribo:

Quare si dium genus es ad amussim, per me licet assumas: teneo μακρὰν. Si, inquit, plane a diis oriundus es, atque adeo ad amussim: neque enim debet esse quo nobilitas illa exsinceretur. Ridet ineptiam eorum, qui in generis nobilitate putanda fastidiunt.

IN PVRITER.

Pomponius Haruspice: Fac puriter bucco, vel pectore rustico vn tractes, laui iam dudum manus.

Mire corruptum: —— *fac puriter.*

Bucco, vel pecorei rustico coutem tractes N. laui dudum manus.

Iubet puris manibus facere, aut, si nolit, turi pecori veterino cutem tractare. tum ille, *dudum*, inquit, *laui manus. Coutem*, scribebant, ou, pro u. Itaque Ausonius:

Vna fuit tantum, qua respondere Lacones,
Litera, & irato regi placuere negantes.

Ea litera est, u. At Lacones rescripserant, ού. Plautus Menæchmis: ———— *tu istic, inquam. vin afferri noctuam,*
Quæ tu tu vsque dicat tibi?

Noctua enim vberius illud Germanicum tu sonat; non exilius hoc Gallicum. Quod autem Lambinus arbitratur, u Germanicum vsurpasse, si producere vellent; contra, gallicum illud; tanquam si y esset; multa sunt argumenta eum falli. Vt ad pauca redeam, amabo an ypsilon breue est? Quid autem est, quod, *vlulare*, breui prima syllaba dicunt, atque ipsas *vlulas*, vocem ad noctuarum atque vlularum commentam, si, u, illud longum est?

IN ELIMINARE.

Pacuuius Dulorestε:

Vbi illic est? me miseram, quoniam clam vos eliminat. Lego: *quianam clamore eliminat? Quianam*, vt apud Vergilium:

Cælicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retro? Et:
Hei quianam tanti cinxerunt æquora venti?

Quod autem Iouianus Pontanus huic verbo status controuersiam mouet, & quidem ei Latio vniuerso interdicit, prætutam scilicet gerit sine populi suffragio. Plautus Trinummo:

Cetera rape, trahe, fuge, late. lacrumas hæc mihi cum video,
Eliciunt. Quia ego ad hoc genus hominum durani, quin prius
Me ad plures penetraui. Scribo ex Sententia: *quianam ego ad hoc genus hominum duraui?*

Forte verius: Eheu, quem ego auiui. Sic Menæch. Hei mihi. Cũ nihil est illi qui homini diminuā caput. Ter. Andr. Hei mihi, Cum non habeo spatium, vt de tesumam supplicium. Sed & habui, retinere potest.

Phormione:
———— *hei mihi*
Quianam timeo aduentus huius quo impellat patrem.

Ita feci ex Moguntinensi & Bruniano. *Huius*, ad regulam factum inde, *huis*. Pœnulo:

Eheu quam ego habui ariolos, haruspices. Scribo:
Eheu quianam ego adiui ariolos, haruspices.

IN TOGA.

Titinnius Gemina: Syrus cum scorto constituit ire, claues ilico abstrudi iubeo, rustica toga ne sit copia, id est, tecti. Lego:

Si rus scorto constituit, claues ilico
Abstrudi iubeo, rustica ne sit toga
Copia, id est, tecti.

Scorto rus constituit, vt illud Ciceronis: *Vellem non constituisse Scipioni in Thusculanum.* Et Iuuenalis:

Hic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ.

Cicero in ea pro Cælio dicit, *constitutum facere.* Proprie enim in Veneris re, *constituere*, dicitur, ea facie, qua restitui; vt monet interpres vetus Hecyra:

Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturam.

Qui tamen versus mendosus editur, corrigendus e Coloniensi & Moguntino:

Equidem vero ego: nam constitui quoidam hospiti,
Me esse illum conuenturam. Natus error ex antiqua scriptura, *quoidam*: vt item paulo post eadem fabula:

Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quoad dixi fidem. Lego: *quoi addixi fidem.* Vt, *constituere*, ita eodem versu, *conuenire*, meretricium est: quæ res materiam irridendi præbet Parmenoni: *Dij bene vertant*, inquit, *quod agas*: vt scilicet illũ hospitem exspolies. Lusit in eo quoq; Plautus Milite:

Neminem pol video, nisi hunc, quem volumus
Conuentum. Pal. *& ego vos.*

Itaque versum Cistellaria restituo:

Meretrices fuimus: illa te, & ego hanc educaui,
Ex patribus conuentis, aut sane, *conuentitiis.*

Camerarius quod, *commentitiis*, reponit, & restitutum putat, non potitur destinato. Primo lena ista suam filiam, non alienam, educarat: & id liquet processu comœdiæ. Deinde etsi supposita Silenium erat, totam eam scenam celabatur: neque aliter illa existimabat, quam esse se illius lenæ, quæ se matrem ferret: eamque rem sua simulatione hæc anus adiuuabat; totosq; adeo dolos eos exstruxerat. Præterea, ita matres commentitiæ fuissent: patres nihil necesse erat Sed ad Titinnii exemplum nos referamus Scripsi: *Si rus scorto constituit.* nam proculdubio querelæ sunt vxoris, quæ mariti crebras rusitiones in suspicionem adulterii arcesseret. Itaque quoties ille furta ea pararet, se ait claues villę abstrudere, ne illi tecti copia ibi sit. Maritum autem palam rus ire cum scorto, dutum. *Toga* pro *tecto*, lepide: & ob id Vergilius, homo cum antiqua multa & recondita doctrina, eleganter, vt in Bucolico carmine, dixit, *tegmen fagi.* At homines vappæ, qui Vergilii æmuli essent tanquam de vestimento solo *tegmen* & *toga* dicerentur, se seculis traduxerunt:

Tityre num toga calda tibi est quo tegmine fagi?

Neque autem hæc peruertenda sunt, quod quidam in suis Antiquis facit; vt scribatur: *claues ilico abstrudi iubeo, rustici tecti ne sit*

copia.; id est, *toga.* Nonius enim *toga a tegendo* nomen ducit, quia Titinnius *togam* pro *tecto* dicit: quod aliter non possit, nisi sit tanquam *toga.tectum*, enim a *tegendo*, sine controuersia. Iam cum vocem, *toga*, posuerit, cuius exemplum aduocaret, vt *tecti*, exemplum e Titinnio laudaret. si Nonii fuit facere nostrum arbitrari non est. Ita enim exemplum titulo non responderet. Cedo auté, an si, *tectum*, pro *toga* in vsu sit, ob id *toga a tegendo?* Et dii aliter quam vt, Sirus, locum habere statuamus, & *togam* tamen pro vestimento ibi esse putemus. Quid enim? an toga seruile vestimentum? an non ciuium tantum: vt propterea Vergilius dixerit.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Quin etiam togæ vsum populis quibusdam & prouinciis beneficium indulgebant. Hæc debui, non vt volui, quia sunt quos homo ille non hoc tantum loco in errorem impulerit.

IN TESTVDINES.

Sisenna historiarum libro 3. C. Titinnius quidam, cui minus proprietas metus ab natura tradita videretur, primo ante testudinē constitit: deinde apud consulem caussam atque excusationē præferre cœpit. Sententiam videor coniicere posse: verba non perinde: nisi hoc fere modo reponendum: C. *Titinnius quidam: cui mœnus proprie id ab Nasica traditum, vt sine metu videretur, primo ante testudinem constitit: deinde apud consulem &c.* aut: *cui mœnus proprie id ab Sura traditū.* Is enim res sub Syllaba gessit. *Mœnus* valet *munus.*

IN FASTIDILITER.

Varro, cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore. Scribo: *Quibus instabilis animus ardens mutabiliter, auet habere, & non habere, fastidiliter inconstanti pectore.* Tangit homines varios & fastidiosos, quibus pectus inconstanter ardeat, vt vicissim nunc diuitias, nunc paupertatem sequantur. Tigellius ille apud Horatium pro multis vnus esse exemplum potest.

IN DIFFERRE.

Lucilius: Tamen aliti verruca, aut cicatrix, medius papilla differunt. Scribo: *tamen alij verruca aut cicatrix, nanus ve, vel papula differunt. Alij,* dandi casus. Sententia est: etiam, quibus forma discrimen nullum faciat, habere tamen aliquid diuersum.

IN DEDVCERE.

Lucilius:

Deductat hunc voce leo: cur tu ipsa venire non vis huc. Scribo: *Deducta ad hunc voce leo.* Ex Apologo de leone cubante in morbo, & præterquam vulpem, omnia alia pelliciēte: quem locum ex

Lucilio

Lucilio imitatus est Horatius. Itaque scribendum, *deducta voce*, quippe qui æger esset, & parum etiam ægrotaret, præ vt simulabat Terentius.

Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,

Deducta oratione, & scriptura leui. Ita feci e Basiliensi non dubiis scripturæ vestigiis: nec desentit interpres vetus *Deducere*, est, *tenuare, deductum, tenue*:

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

IN VERECVNDITER.

Pomponius Macco: Virginem præteriens duos semsim in ludo verecunditer non docentem discipulum, sed scalpentem nates. Lego. *Indidem præteriens. vidit dominos senium in ludo, verecunditer non docentem discipulum, sed s n. Dom nos*, pro, *dominus*, antique: & ex compendio scripturæ mendum. *Sensum*, pro *sene*, comice. Eunucho: *Vt dij illum deæque senium perdant. Scalpere nates* autem dixisse Varro videtur, pro, *virgis cædere*: quamuis populariter potest.

IN INCILARE.

Accius Clytemnestra:

Matre meo iure factum incilas, genitorem iustum approbas,

Lego:

Mater, me eiuras; astu incilas: genitorem iniustum approbas:

Vt esse Antigonæ ad ipsam Clytemnestram intelligantur. *Astu* ciuitatem appellat: vt Eunucho: *An in astu venit?* Scribi etiam potest: *matrem eiuras, astu incilas.* Ita dehortatio est, ne matrem Orestes interimat. Hoc enim facto & matrem eiurare; (neque enim simile veri esse afferre manus filium matri posse) & ciuitatem traducere probro, ac funestare totã: & patrem improbare. neque enim credibile esse, Agamemnonis filium tantum facinus obstinauisse.

Hoc rectum opinor. nisi tale quid scribendum: Mater mea, iure factum incilas, g. i. a. sed nox est,

IN RARENTER.

Cæcilius Pausimache:

Ædepol voluntas homini rarenter venit.

Nænius exodio: Multum ames, paullum des crebro, venias rarenter. Ennius Androma. Sed quasi ferrum aut lapis durat rarenter gemitum conatur trabem ergastulo longe ab vrbe vill. carier.

Scribo:

Ædepol voluptas homini rarenter venit.

Næuius exodio: Multum ames, et paullum, des crebro, venias rarenter. Ennius Andromach: Sed quasi ferrum aut lapis durat: rarenter gemitum conatur. Trabea Ergastulo: Nam longe ab vrbe villicarier, quo herus rarenter venit. Næuii sententia lepida est; & simili

etiã populari ioco celebratur. Si placere vis igni tuo, ama multum, es (valet autem, *ede*) parum, des crebro. quod addit, *raremter venias*: spectat eo opinor, ne proiecta & vulgata copia vilescat amor, aut quod vni se soli non libenter dant meretrices.

IN PENVS.

Pomponius Dogali: vnum penum qua omnem.

Caterum aliam praberem penum. Nauius do facta meum in penu, componam satius est. Lego: *Pomponius Dotata: Vinum penumque omnem Nouius Dotata: Caterum alium praberem penum. Atta: Meum in penum componam satius est.* Quod itaque de hoc loco suspicer, dicam. Pomponius Dotatæ titulo fabulam scripsit, videre est apud Marcellum in *Aliquantisper*: scripsit quoq; Dotatã Nouius. Hac occasione scribæ locum hunc contaminarunt. Atta autem togatarum scriptor: de quo Horatius:

Recte nec ne crocum floresq; perambulet Atta Fabula.

IN EXERCITVM.

Afranius Spicta: Ita vt huic ero adolescenti cui suspiriũ tradidit, qui me est animi exercitus.

Scribo:

Med est animi exercitus, hoc est, cuius ego animum exceo.

Ita vt huic oro adolescenti, ipsius spiritum
Cui tradidit, qui med est animi exercitus.
Spiritum alicui tradere, vt Catullus: *animam tradere:*
Certe tute iubebas animam tradere inique me,
Inducens in amorem, quasi tuta omnina mi forent,
Med autem in hac oratione auferendi casu est. Poterat etiam
Ita vt huius hero, adolescenti ipsa spiritum
Cui tradidi, qui mei est animi exercitus.
Exercitus animi mei, pro, *qui me animi exercet.*

Scena prima.

Castellaria eodem modo:
Nolo obsecro lacrymis tuis mihi exercitum imperare.

Imperare exercitum dolorem afferre hoc quidem loco

IN CREPERA.

Lucilius Satyrarum li. 5. Sanute sol mihi in magno mœrore, tristitia in summa crepera iuuentus salutis. Emendo: *Sane tute sole mihi in magno mœrore, crepera re inuenteis ventus salutis.* Tu solus, inquit, in rebus asperis mihi fuisti ventus ad salutem. Quæsita venustas in affinitate vocum.

IN RECIPROCARE.

Ennius Andromacha: Risus prorsus reciprocat fluctus feram. Leue mendum: *Rusus prosus reciprocat fluctus feram. Fera* significatur cetus ingens, cui Andromacha obiecta erat prædæ. *Rusus, prosus*, p *rursus prorsus*. Caue Mureto credas, qui plãm orationẽ

dici latine negat. libenter enim e extrito effugiebant, ne irrirent, vt ait Poeta nescio qui apud Diomedem: *Quartum lacryma irrisunt*, sic enim lego: tametsi Diomedes ipse probat, *irriaunt*, pro, *irrident*. Sed illum semel Marcellum fuisse suspicor. Hoc enim dixisse poetam illum, suspiciendas fraudes meretricum, quarum lacrumæ irriunt. vt cum se ad mordendos & comedendos amatores parent, cum fleant. Plautus Curculione:

Exemplũ id alibi reperi: Diomedes ipse ad manũ non est, vt considerem.

Pater in dicen meum gestauit. CV. *At mea matertera.*
PL. *mater ei vtendum dederat.* CV. *Pater meos rusum tibi.*
Scribo: *Pater meos rusum tibi. Meos* pro *meus.*

Eunucho quidem eo loco:

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarii, coqui,
Lany, cetarij, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua, & perdita profueram & prosum sæpe;

Prosum, esse, *prorsum*, minus dubitabit, qui meminerit ibi in multis libris, *prorsus*. & Sallustium non frustra legerit, cui *prosum*, ita ponitur, vt sit, *ad summum*. Iugurthino: *Vbi eos Africa decessisse ratus est, neque propter naturam loci Cirtham armis expugnare potest, vallo atq; fossa mœnia circumdat; turres exstruit; easq; præsidijs firmat. præterea dies noctesq; aut per vim, aut dolis tentare defensoribus mœniũ præmia modo, formidinem ostendere; suos hortando ad virtutem arrigere, prosus intentus cuncta parare.* Et de Catilinæ coniuratione: *Verum ingeniũ eius haud absurdum: posse facere: iocum mouere: sermone vti vel modesto vel molli, vel procaci; prosus multa facetia multusq; lepos inerat.* In Catullo ita emendabam:

O funde noster seu Sabine, seu Tiburs,
Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
Cordi Catullum lædere. at quibus cordi est,
Quouis Sabinum pignore esse contendunt.
Sed seu Sabine, siue verius Tiburs;
Fui libenter in tua suburbana
Villa aliumque petere expulsus sum
Non immerenti quam mihi meus venter,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cœnas:
Restituebam: *aliumq; pectore expui sussum;*
Non immerenti quod mihi meus venter,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cœnas.

ideo quia raro aliter, quam ipsum illud, *quam* pro, *quod*, per exemplaria Catulli proleminatum, ex Achillis Statii vetustis codicibus discimus. *Alium* autem huic loco facit, quia virosum, deinde, quod, vt inquit Horatius, sæuit præcordiis. Quod enim contra Horatium de salubritate alii, & remedio contra venena e Græcis scriptoribus notant, nõ hoc negauit tota illa Oda Horatius. Neq; tamen hic meam coniecturam aliorum emendationi prætero: vt neque illo loco;

O colonia, quæ cupis ponte ludere longo,
Et salire paratum habes sed vereris inepta
Crura ponticuli ac sulcas tantis in rediuiuus

Coiiciebam: *crura ponticuli, ac sulcas, totus inrediuiuus*
Ne supinus eat.

Quia enim plerisque omnibus scriptorum locis *totus*, & *tantus* inuicem mutasse locum obseruaram, non pigebat hæc ita suspicari. *Sublica*, autem, seu *subsica*, eadem quæ *crura ponticuli*. Sed redeamus ita ergo nunc certum est passim in melioribus libris, *prosus. sussus, deorsus*, aut *deossus. Prosus.* aduerbium pro *recta* Plautus Milite:

Ille iubebit me ire cum illa ad portum, ego adeo vt tu scias
Prosus Athenas protinus abibo tecum. Et Persa
Audin' tu Persa? vbi argentum ab hoc acceperis,

Simulato quasi eas prosum in nauem. At *prosus* nomen pro, *erectus*, apud Varronem de lingua Latina: *Nam Flamen dialis auspicatur vindemiam : & vt iussit vinum legere. agna Ioui facit: inter enim exta cæsa & porrecta Flamen prosus vinum legit.* Heic enim, prosus, nomen, vt cum *prosam orationem* dicimus. Omnis caussa Flamen prosus, non cernuus, vinum legebat: vel quod Bacchum prosi venerarentur, et aliter piaculum fieret. neque enim deos omnes statu gestuque eodem adorabant, sed alios supini, vt superos, proni alios, vt manes. id notat Seruius in Vergilium. itaque manes cum adeuntur cultu, defundi preces dicuntur. *Prosus*, nomen apud Senecam Troade:

Et qui renatum prosus aspiciens diem,
Tepidum rubenti Tigrin admiscet freto.

Male alii. fiat. Idem apud Terentium arbitrari possis: *Vtinam quidem,*
Quod cum salute eius fuat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorsu' e lecto nequeat surgere: hoc est, *rectus nequeat surgere.* sed non vltra alios heic sapere volo.

IN CVLINA.

Varro de vita populi Romani lib. I. Qua finis it antica & postica In postica parte erat colina, dicta ab eo, quod ibi colebant ignem. lego: *lib. I qua fini sit antica & postica: In postica parte.* Illa enim verba, *qua fini sit antica & postica*, inserit Varro, quomodo solet ipsa rerum capita, de quibus acturus sit. vt de re rustica: *De familia: Cato dirigit* Item: *De indomitis quadrupedibus ac pecore: si parata sunt in fondo Qua fini sit*, hoc est, *quatenus*: quæ forma multis locis Pandectarum exciderat, restituta e Florētino exemplari. Cassius Hemina: *Qua fini omnis res, atque omnes artes, humanitasq; aguntur.* Sallustius apud Arusianum Messum: *Fine inguinum ingrediuntur mare*, id est, vsque ad inguina. Sed consarcinator fragmentorum Sallustianorum mendum iis verbis subesse suspicatur. Scire possis

non

non intellexisse. Imitatur autem hoc Apuleius in secundo Milesiæ fabulæ: *Paullisper inguinum fine lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meæ monstrans, miserere, inquam, & subueni maturius.* ita enim dandũ, cum in libris sit, *fine inguinum:* e quo Beroaldus mutat, *sane inguinum:* nulla sententia. Gellius lib 1. *Hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tanquã fortasse amaturus.* Ita sine controuersia rectum est, & elegans: neque audiendus codex Buslidianus: quod (o stultitiam) collector Sallustianorum fragmentorum facit. Lucretius lib. 1.

Sic paulo ante libro eodem: sed pronus in illam, qua fine summũ cacumen capillus ascendit Vbi item scribẽdum qua fine.

Præterea sic iam finitum constituatur.
Omne quod est spatium si quis procurrat ad oras
Vltimus extremas, iaciatq; volatile ferrum;
Hinc validis vtrum contortum viribus ire,
Quo fuerit missum, mauis longeq; volare;
An prohibere aliquid censes, obstareque posse;
Quorum vtrumque tibi effugium præcludit; & omne,
Cogit. vt exempta concedas fine patere.
Nam siue est aliquid, quod probeat officiatque
Quo minus, quo missum est, veniat finique locet se;
Siue foras fertur, non est a fine profectum.

Restituo: *non est ea fine profecto:*

Negat mundi esse memorabile spatium: ac vndecunque missum telum quocunque accidat ad extremas mundi oras, non esse mumdum ac fini, *Ea fini esse*, hoc est, *eatenus patere, ibi terminari.* Idem Lucretius lib. 4.

Deinde voluptas ist e succo in fine palati:
Cum vero deorsum per fauces præcipitauit,
Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus.

Mendosissime ita corrigebam: *voluptas est e succo fine palati,* id est, *quousque palatum pertinet.* Eo vsque enim suauitas saporum percipitur, quatenus palatum est. eam emendationem meam confirmat scriptus codex. Catullus Epithalamio:

En tibi domus vt potens,
Et beata viri tui:
Quæ tibi sine fine seruiet:
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe:
Vsq; dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas,
Omnia omnibus annuit.

De hoc loco aliter Scaliger & bene

Vitiosum hoc est. lego: *Quæ fini tibi seruiet.* Refertur enim ad illa: *vsq; dum tremulum. Fini vsq;* id est, *eo vsq;*

IN TANGO.

Turpilius Leucidia: Hoc quæro ignoscere Id istic solam vt ne habeas minoris noxia serum. si forte quasi alias res vini cano. Difficile

in tantis tenebris aliquid videre: sed quantum coniectu
possum, non aberit longius:

——— hoc quaero, ignoscere
Isthic solent, vel habere minoris noxiæ
Seruum si forte quasillariam inibit tago.

Fuisse videtur serui cum nescio quo contentio, qui c
riam factam, verbis paruam faceret, quia eam seruus a
quid, inquit seruus, an seueri isti & difficiles heri eo minu
re seruum solent, si is fortasse conseruam suam stuprauit
psa conserua quasillaria sit? Quasillariæ sordidissima fami
erant. Tibullus:

Sit tibi cura toga melior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpitia.

Petronius: *Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, c*
omnes quæsitarias, ac familiæ sordidissim. amparte m, ac me in
spui. Turnebus emendat, *quæsitarias*; inepte; cum in prom
manifesta veritas: *conuocat omnes quasillarias.* Quasillari
eædem fere quæ codicariæ. *Inibi tago,* valet, *tango id, quod*
mine Numa non appellasset.

IN GRALLÆ.

Grallatores sunt collobathrarij Gralla enim sunt fustes, qu
tuntur. Varro Mutuum muli scabunt, Græce περὶ ἀγεγραμμῦ: C
tores qui gradiuntur grallis. quæ sunt pertica lignea, sinare mo
homine isto, qui in ista tangitantur. sicilianimi nostri sunt gal
ra, ac pedes nostri · ssiare κινεῖσθαι, sed ab animo mouentur. Pr
verba emendabo. *Gralla enim sunt fustes, quis innituntur. Gr*
res, qui gradiuntur grallis, qua sunt pertica lignea in arena, &
mine, qui instat, agitantur. Varro Mutuum muli scabunt, π
γεγραμμῦ: Sigilla, *animi nostri sunt; grallæ crura: ac pedes nostri, c*
ἀκινεῖσθαι, sed ab animo mouentur. Sigilla, sunt *ἀγάλματα*
siue *αὐτόματα*, quæ scilicet neruis quibusdam mouentur: c
Petronii larua argentea, sic apta, vt mobilis catenatio aliqu
guras exprimeret Horatius:

Duceris, vt neruis alienis mobile lignum:

Varro Aboriginibus: *Itaque breui tempore magna pars in d*
rium puparum & sigillorum veniebat. Neque autem omnia s
αὐτοκίνητα: ne quis hoc sentire me erret. In Nonio autem illa
ba: *Grallatores. qui gradiuntur grallis,* &c. adiecta ab aliquo a
ram libri in ordinem verborum Marcelli irrepsisse videntur,
tantum, quia iam semel dixerat quid grallæ, quid grallatore
etiam, quia nomen Varronis & titulum libri a verbis dir
rant.

Vox Græca inserta videtur: & tertia est.

Animi in homine quasi sigilla autemata est, crura, quasi gralla; pedes etsi, qua ab animo aliunde mouetur.

IN SILICERNIVM.

Varro Meleagris: Funus exsequiati, cum laude ad sepulcrum

atque more silicernium confecimus emendant *lauts,&c.* Mihi non probant silicernium lautum fuisse: & vt fuerit, vnde in veteribus illud, *cum.* Scribo: *Funus exequiats cum lauso.* Lausum accipio funebrem, qui cognatorum & præficarum esse solet: quod in mentem venisse Ioanni Gulielmo Lubecensi; quo ego adolescēte nihil animo meo carius habeo, neque facile habiturus videor; gaudeo. In duodecim ita scribendum: *Neue funeris ergo lausum habento*; non eo arbitrabar; quod apud Plautum ita esse in scriptis codicibus alii notarunt: —— *Thetis quoque etiam*

Lamentando lausum fecit filio —— quamuis etiam: Sed quod mihi nescio quo modo visa semper est Vergiliani illius Lausi historia eo spectare:

At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes ingentem atq; ingenti vulnere victum:

& quibus porro lausum Mezentii pingit.

Lausum e-iulatum lugubrum significare, est etiam apud Cicer. de legibus: sed ibi lessum circumfertur, vt fere vbique alibi. Vt fere hæc talia solet Vergilius & fortasse aut Lausus ille a Lauso funebri, vt Protesilaus. Hippolytus, alij quidam omen, siue rem habuerunt nomen: aut a Lauso, eo lausus.

IN PARTICVLONES.

Pomponius Pracone posteriore: Age modo Stagari, particulones producam tibi. Melius opinor: *Age modo, sta, Cai; particulones producam tibi.* Faciunt huic emendationi omnia, titulus fabulæ Particulones, & quod Caius & Mœuius id sunt l. C. quod Aristoteli, Socrates & Plato. Sunt alia item leuiora, neque satis digna quæ chartæ huic committantur: vt in Virosa,

Dixi. Ad principium venio: vetulam, atque virosam vxorem cadam potius. ita enim interstinguendum. *Dixi*, finis oratorum est Peccatum id Nonii, qui indiligenter citarit: vt item in *Feruere.*

Feruere ne longum vero hoc lectoribus tradam. Scribo: *Feruere. Ne longum; verbo hoc lectoribus tradam. Feruere* ad antecedentem sententiam spectat: tum porro, ne inquit, longum faciam, verbo dicam. Leue hoc quoque in Broncus.

Broncus nouit lanius, dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros. Rectius: *Broncus obit lanius:* & *obire*, hic fortasse pro, *aduenire*, aut *obuiam occurrere.* Hecyra:

Antiquamq; adeo tuam venustatem obtines,
Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunq; adueneris:
semper siet. Turpilius Epiclero:
Ecquis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo.

Addam, quia ingressus sum, nihilo grauius aliud. In *Vestibula: Inuenitur etiam apud veteres doctos vestibula ob eam significantiam, dicta, quod in his locis ad salutandos dominos domorum quicunque venissent, stare soleant, cum introeundi daretur copia; atque ob hanc cognitionem, & quasi stabulationem primos ingressus domorū vestibula nominatos.* Restituendum: *ob hanc constitionem, & quasi stabulationem:* quod hic monuisse leue est, sed apud Gellium lib. 16 cap. 5. vnde Nonius verba sublegit. idem mendum inoleuit:

In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerat priusquam admitterentur, consistebant, & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci constitutione, & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt. Rectum enim hic quoque est: *grandis loci constitutione.* A sistendo enim *stabula*: & quia magna ob id, *vestibula.* Leue etiam in *Armillum*: *Hinc ad me, hinc licet anus rursum ad armillam.* Magis Probem: *hinc ilicet anus rursus ad armillum.* In *Arcera*, confusa sunt duo exempla: *Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Vehebatur cũ uxore vehiculo semel aut bis anno cũ arcera non vellet, si nõ vellet, nõ sterneret.* Scrib. *Vehebatur cũ uxore vehiculo semel aut bis anno cum arcera. In duodecim tabulis: Ni it, in ius vocato: si morbus ævitasq; vitium escit, qui in ius vocabit, iumentũ dato: arceram ne sternito.* Lex ea XII. exstat apud Gellium cap. 1. lib. 20. Addam vnum. In *Depilati: Varro quod actum est: depilati omnes sumus,* Sic excudendum fuit. Sed iam quidem piget.

Duo exẽpla coaluerant.

IN BIPENNIS.

Varro Marcipore: De lime bipennis, vt lenis passerculus. Scribo: *Delimat bipennes volu passi. servaculus.* Docet Marcellus, gubernaculorum pinnas dici: & continuo adfert exemplum, vbi bipennes pro gubernaculo dicuntur. *Delimare*, hoc loco quod Vergilio *obliquare, obtorquere.* *Limus*, enim idem quod, *obliquus.* *Servaculus* est *gubernator*: vt, *servaculum*, in veteri Glossario.

Gubernaculorum enim palmæ, tanquam bipennes.
a Et l. Quemadmodum ff de lege Aquil.

IN COPI.

Turpilius Epiclero: Te quidem omnium iam pater copem, caussa rem facit. Non male fortasse ita: *iam pater copem, cassum facit.* Sed propius fit ad vestigia scripturæ: *casnarem facit*: vt senem & depontanum significet, cui omnium voluptatum vastities veniat spurcitia patris: quomodo est Varronis Sexage. *Vix effatus erat, cum more maiorum vltro casnares arripiunt, de ponte in Tibrim deturbant.* Hoc enim puto, non tam ad ætatem spectare hic, *casnarem*, quam quod ii muneribus omnibus & honoribus priuarentur.

IN CATVLIRE.

Laberius lacu Auerno: Scinde vnam exoleto impatienti catulientem lupam. Scribo: *Scinde inam exoleto.* *Inam scindere*, idem quod, *cadere bellas*, Laberii Catulario: *Quomodo video, adolescentis nostri cadit bellas.* Pro eodem dixerunt, *diuidere.* Petronius in Satyrico. *Quid agere as, inquit, frater sanctissime? quid vesti contubernium facit? nec se solum intra verba continuit: sed lorum de pera soluit, & me cœpit non perfunctorie verberare, adiectis etiã petulantibus dictis: sic diuidere cum fratre non voluisti.* Lego: *Sic diuidere fratrem voluisti.* Spectat id, quod præcessit, ob iniuriam se Alcyili communis cum eo facetulas partiri, & priuos quæstus sequi voluisse. itaque hoc, inquit, erat, quod diuidere tu volebas? Veruntamen qui apud Petronium malit. *sic diuidere cum fratre voluisti*: me non pugnante faciet, dum sciat, idem hoc spectari.

Inam cadere, in obsceno sensu est. Catuliens lupa scortum pruriẽs.

IN

IN NIDVS.

Varro Quinquatribus: Quam lympham melius e fontium lacuna allatam, nidos potili permisceant. Hoc exemplo Marcellus putat, *nidos*, valere *nidus* & pro poculo capi, cum *nidos* nidorem potius significet, & scribendum sit: *nidos pocilli permisceat.* Possunt esse Verba Varronis de luxu suorum temporum, cum aquam niuatam miscerent, quæ salubrius certe e lacunis fontium hauriretur, vt eam deinde nidor pocilli permisceat, hoc est, vt vinum ea lymphetur.

Capitalis Nonius.

Minus multo vini esse quam aqua vult. itaque vinum, inquit, aquam misceat: cōtra enim solet aqua; vinum miscerit vulgo, latātem.

IN PVTIDVM.

Cato Originum lib. 2. Si inde ignauus putidas, atq; senticosas commeatum monere volebat. Scribo: *Is endo naues putidas atq; senticosas commeatum moinire volebat* Commeatus, aliaque instrumenta belli etiam nunc munitiones appellant: quo minus dubitemus Catonem ita latine & vetuste dixisse, *commeatum munire* (id enim est, *moinire*) *in naues.* Paulo post in *Perbitere* scribendum est: *ancilla subdam lactantem mea.* Neque longe in *Præsente*, vbi vulgatur in exemplo Fenestellæ: *Et quadam exta præsente suis, quadam absente proiecissem*; emendandum, *extra*, & post, *porrecissem. Exta porrici*, quid sit, pue risciunt. Ante hunc locum in *Nitidant*: *Ennius Cresphonte: Opis eam secum aduocant, eunt ad fontem; nitidant corpora.* Verius fortasse: Obuiam eam secum auocant.

Porricere exta.

IN PRÆCOX.

Verere, ne manu non mittat, cum tot eromedicarios honestos audissemus clare possis. mittet. quod si non mittet, fuges. si me audies. cū tempus reuocat, ea præcox est fuga. Verba sunt eius, qui seruum metuentem, ne herus manu se emittere nolit spe multa impleat. Poterat legi: *cum tot eremodiciarios bones hos*: sed longinqua interpretatio. Quid si igitur hoc potius modo *Verere, ne manu non mittat cum hiro medicari hos boues tot aut HS semis dare possis.* Effusissimi erant in danda libertate, si qui eam pecunia redimerent atque id iam tum etiam seueris moribus. Casina:

Eremodicii notum apud Iureconsultos.

Quid tu me vero libertate territas?
Quid si tu nolis, filiusq; etiam tuus?
Vobis inuitis, atq; amborum ingratijs,
Vna libella liber possum fieri.

Itaque metuendum non erat, ne, qui sestert. semis daret, libertatem non impetraret. Posterior verborum pars supra quoque ponenda est in *Præcox*: & ita dirimenda ab exemplo Lucilii: *Amicula aspera atq; præcox. Varro Synephebo: cum tempus reuocat, ea præcox est fuga.*

IN SCHEMA.

Pomponius Prostibulo: Si valebit plus in buccam vetet si diem schema. corruptissimum esse opinor, & recte emaculari si *valebit*

vt sub calamum successerint. quæ igitur Marcellus in voce *Impertire* ex Nouio adfert, in iis vox vna in mendo cubat: *Si ignotis impertit fleuit facilius*. restituo: *eluit facilius*. *Eluere*, est, *decoquere, substantiam lancinare*. Asinaria:

Nam mare haud est mare: vos mare acerrimum:
Nam in mari reperi hic elaui bonis. Rudente:
——— eho tu, an pænitet,
In mari quod elaui, nisi hic in terra iterum eluam?

Sic *proluere*, quoque. Itaque *proluuium*, pro immoderata & effusa largitate. Neque enim recte iudicauit Turnebus, qui id Adelphis extremis mutauit in, *prolubium*: quæ vox Gellii vulgatis codicibus excidit libri 5. cap. 10. *Potui*, inquit, *huic tua tam ancipiti captioni isse obuiam, si verba non ipse facerem, sed alio patrono vterer. sed maius mihi in ista victoria prolubium est, cum te non in caussa tantum, sed in argumento quoque isto vinco.* Neq; enim probo vulgatam scripturam, *proludium*. Hoc ergo apud Terentium reponendum non est: quippe quod in laude ponatur: sed *proluuium* quia in vitio est Nouii sententia est: Qui vsque eo rem familiarem aperit omnibus, vt nemini etiam ignoto claudat, eo facilius possessionibus se exsuit. Meminisset Turnebus apud Tacitum *proluere opes*, mutasset.

IN PILARE.

Nonius Exodio:
Pati dum poterant, antequam pugna pilant.

Lego: *antequam puga pilant. puga* sunt, *nates*: & sermo est de pueris meritoriis ac Pathicis.

IN COMITASSET.

Sed titulus mendosus est. Scribendum enim potius: Accius Antigone

Accius Erigone: Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri. Quid hoc hominis sit? Accius scripserat:

Tum autem Ægisthus, si med eodem letho comitasset patri.

Absolutus octonarius est. Querebatur secum fortunas suas Antigone, quod non eodem letho data esset comes patri suo Agamemnoni ab Ægistho At ille fungus legit pro *letho*, *lecto*: & *comitasset*, *exponit*, *cubuisset*. Sed ab his notis Marcellus nobilis est. Hoc tamen non triuiale, Accium dixisse, *comitasset*, pro, *comitem misisset*.

IN ASSVLATIM.

Næuius pullis escam: Hic iure inops paullo da assimile, simul assulatim vis aius. sumit cibum. Lego:

——— escam hic e iure inops.
Pullo dat: ile simul assulatim viscerat Cibum:

Vt senariorum in legem reponantur. Esca e iure inopum erat. Itaque Thusculanis, cœna tenuis, & si lautiores audites, sordida deleti-

describitur, cuius caput esset, ius atrum. Germanum huic Eunucho:

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Vbi non defuerunt qui reponerent, *iure externo*: sed ii hostibus nostris persuadeant. *Pullo* autem valet, *puello*, diminutum e *puro*, hoc est, *puero*. Lucretius lib 4.

Puri sæpe lacum propter se, ac dolia curta, Somno deuincti, credunt extollere vestem, Totius humorem saccatum vt corporis fundant. Puri est pusi. Vnde apud Lucilium, & Ausonium, *pullipremones*, & *felles pullaria*.

Pusum e puro neuia & blanditia matrum finxerunt. S enim blasum est, & inter mulierum ineptias. Ita pese, mese, masia, Parisises mulierculæ.

IN PETAVRISTÆ.

Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, aut Germani petauristæ. Scribo: *Nec minus salio in genere sunt ludij velites Galli.* De ludiis enim, credo, & saliis agit Varro: in quo genere salio seu salisubsulorum etiam esse velites Gallos & petauristas sentit. Labebat Plauto, vt vetustos libros sequeretur Menæchmis:

Post autem ille hircos salius, qui sæpe ætate in sua cinem innocentem perdidit.

Vulgatur nunc: *hircos alius.* *Hircum salium* accipio, vt, *equum admissarium*; qui capras saliat. Hoc quidem sententiæ conuenit. Qui enim saliunt hirci, fœdissimi ac teterrimi sunt odoris, magis etiam si vetuli: & hoc dicit Plautus; certe voluit. Vt igitur Mostellaria, *capra commista*; ita hic, *hircus salius*.

Hoc ego, vt nihil affirmem. Nam vulgata scriptura, non mala.

IN MASCVLVM.

Varro ὄν⊗ λύρας: Si non plus testiculorum offenderis, quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem. Scribo: *non esse masculum Arem.* Probaueris ipsum Martem non esse masculum, prouerbialiter dixit. Quid enim magis masculum, quam deus belli præses, & idem Veneris maritus? Mendum exiguum, & adde, si quid vis: sed quod sentētiam bonam male perderet. *Arem* pro Marte etiam Plautus Truculento:

——— *Si tu*

Ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares.

Recte enim ita e veteri codice Erasmus.

IN EXAMVSSIM.

Varro: Quare si diu gens est ad amussim, per me licet assumas. Scribo:

Quare si dium gens es ad amussim, per me licet assumas: teneo μακρὰν. Si, inquit, plane a diis oriundus es, atque adeo ad amussim: neque enim debet esse quo nobilitas illa exsinceretur. Ridet ineptiam eorum, qui in generis nobilitate putanda fastidiunt.

IN PVRITER.

Pomponius Haruspice : Fac puriter bucco, vel pectore rustico vti tractes, laui iam dudum manus.

Mire corruptum: ——— *fac puriter.*

Bucco, vel pecorei rustico couem tractes N. *laui dudum manus.*

Iubet puris manibus facere, aut, si nolit, ruri pecori veterino cutem tractare. tum ille, *dudum*, inquit, *laui manus*. *Coutem*, scribebant, ou, pro u. Itaque Ausonius:

Vna fuit tantum, qua respondere Lacones,

Litera, & irato regi placuere negantes.

Ea litera est, u. At Lacones rescripserant, οὐ. Plautus Menæchmis: ——— *tu istic, inquam. vin afferri noctuam,*

Quæ tu tu vsque dicat tibi?

Noctua enim vberius illud Germanicum tu sonat; non exilius hoc Gallicum. Quod autem Lambinus arbitratur, u Germanicum vsurpasse, si producere vellent; contra, gallicum illud; tanquam si y esset; multa sunt argumenta eum falli. Vt ad pauca redeam, amabo an ypsilon breue est? Quid autem est, quod, *vlulare*, breui prima syllaba dicunt, atque ipsas *vlulas*, vocem ad noctuarum atque vlularum commentam, si, u, illud longum est?

IN ELIMINARE.

Pacuuius Duloreste:

Vbi illic est? me miseram, quoniam clam vos eliminat. Lego: *quianam clamore eliminat? Quianam*, vt apud Vergilium:

Cælicolæ magni, quianam sententia vobis

Versa retro? Et:

Hei quianam tanti cinxerunt æquora venti?

Quod autem Iouianus Pontanus huic verbo status controuersiam mouet, & quidem ei Latio vniuerso interdicit, præturam scilicet gerit sine populi suffragio. Plautus Trinummo:

Cætera rape, trahe, fuge, late. lacrumas hæc mihi cum video,

Eliciunt. Quia ego ad hoc genus hominum duraui, quin prius

Me ad plures penetraui. Scribo ex sententia: *quianam ego ad hoc genus hominum duraui?*

Phormione:

——— *hei mihi*

Quia nam timeo aduentus huis quo impellat patrem.

Ita feci ex Moguntinensi & Bruniano. *Huis*, ad regulam factum inde, *huic*. Pœnulo:

Eheu quam ego habui ariolos, haruspices. Scribo:

Eheu quianam ego adiui ariolos, haruspices.

Forte verius: Eheu, quem ego auium. Sic Menæch. Hei mihi. Cum nihil est illi qui homini diminuã caput. Ter. Andr. Hei mihi, Cum non habeo spatium, vt de te sumam supplicium. Sed & habui, retinere potest.

IN TOGA.

Titinnius Gemina: Syrus cum scorto constituit ire, claues ilico abstrudi iubeo, rustica toga ne sit copia, id est, tecti. Lego:

Si rus scorto constituit, claues ilico
Abstrudi iubeo, rustica ne sit toga
Copia, id est, tecti.

Scorto rus constituit, vt illud Ciceronis: *Vellem non constituisse Scipioni in Thusculanum.* Et Iuuenalis:

Hic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ.

Cicero in ea pro Cælio dicit, *constitutum facere.* Proprie enim in Veneris re, *constituere*, dicitur, ea facie, qua restitui; vt monet interpres vetus Hecyra:

Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturam.

Qui tamen versus mendosus editur, corrigendus e Coloniensi & Moguntino:

Equidem vero ego: nam constitui quoidam hospiti,
Me esse illum conuenturam. Natus error ex antiqua scriptura, *quoidam*: vt item paullo post eadem fabula:

Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quoad dixi fidem. Lego *quoi addixi fidem.* Vt, *constituere*, ita eodem versu, *conuenire*, meretricium est: quæ res materiam irridendi præbet Parmenoni: *Dij bene vertant*, inquit, *quod agas*: vt scilicet illũ hospitem exspolies. Lusit in eo quoq; Plautus Milite:

Neminem pol video, nisi hunc, quem volumus
Conuentum. Pal. *& ego vos.*

Itaque versum Cistellaria restituo:

Meretrices fuimus: illa te, & ego hanc educaui,
Ex patribus conuentis, aut sane, *conuentitiis.*

Camerarius quod, *commentitiis*, reponit, & restitutum putat, non potitur destinato. Primo lena ista suam filiam, non alienam, educarat: & id liquet processu comœdiæ. Deinde etsi supposita Silenium erat, totam eam scenam celabatur: neque aliter illa existimabat, quam esse se illius lenæ, quæ se matrem ferret: eamque rem sua simulatione hæc anus adiuuabat; totosq; adeo dolos eos exstruxerat. Præterea, ita matres commentitiæ fuissent: patres nihil necesse erat Sed ad Titinnii exemplum nos referamus Scripsi: *Si rus scorto constituit.* nam proculdubio querelæ sunt vxoris, quæ mariti crebras rusitiones in suspicionem adulterii arcesseret. Itaque quoties ille furta ea pararet, se ait claues villę abstrudere, ne illi tecti copia ibi sit. Maritum autem palam rus ire cum scorto, durum. *Toga* pro *tecto*, lepide: & ob id Vergilius, homo cum antiqua multa & recondita doctrina, eleganter, vt in Bucolico carmine, dixit, *tegmen fagi.* At homines vappæ, qui Vergilii æmuli essent tanquam de vestimento solo *tegmen* & *toga* dicerentur, se seculis traduxerunt:

Tityre num toga calda tibi est quo tegmine fagi?

Neque autem hæc peruertenda sunt, quod quidam in suis Antiquis facit; vt scribatur: *claues ilico abstrudi iubeo, rustici tecti ne sit*

copia.; id est, toga. Nonius enim *toga a tegendo* nomen ducit, quia Titinnius *togam* pro *tecto* dicit: quod aliter non possit, nisi sit tanquam *toga.tectum*, enim a *tegendo*, sine controuersia. Iam cum vocem, *toga*, posuerit, cuius exemplum aduocaret, vt *tecti*, exemplum e Titinnio laudaret. si Nonii fuit facere nostrum arbitrari non est. Ita enim exemplum titulo non responderet. Cedo auté, an si, *tectum*, pro *toga* in vsu sit, ob id *toga a tegendo?* Et dii aliter quam vt, Sirus, locum habere statuamus, & *togam* tamen pro vestimento ibi esse putemus. Quid enim? an toga seruile vestimentum? an non ciuium tantum: vt propterea Vergilius dixerit.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Quin etiam togæ vsum populis quibusdam & prouinciis beneficium indulgebant. Hæc debui, non vt volui, quia sunt quos homo ille non hoc tantum loco in errorem impulerit.

IN TESTVDINES.

Sisenna historiarum libro 3. C. Titinnius quidam, cui minus proprietas metus ab natura tradita videretur, primo ante testudinē constitit: deinde apud consulem caussam atque excusationē praferre cœpit. Sententiam videor coniicere posse: verba non perinde: nisi hoc fere modo reponendum: C. *Titinnius quidam: cui mœnus propriè id ab Nasica traditum, vt sine metu videretur, primo ante testudinem constitit: deinde apud consulem &c.* aut: *cui mœnus propyie id ab Sura traditū.* Is enim res sub Syllaba gessit. *Mœnus* valet *munus*.

IN FASTIDILITER.

Varro, cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore. Scribo: *Quibus instabilis animus ardens mutabiliter, auet habere, & non habere, fastidiliter inconstanti pectore.* Tangit homines varios & fastidiosos, quibus pectus inconstanter ardeat, vt vicissim nunc diuitias, nunc paupertatem sequantur. Tigellius ille apud Horatium pro multis vnus esse exemplum potest.

IN DIFFERRE.

Lucilius: Tamen aliti verruca, aut cicatrix, medius papilla differunt. Scribo: *tamen aliȷ verruca aut cicatrix, nanus ve, vel papula differunt. Aliȷ,* dandi casus. Sententia est: etiam, quibus forma discrimen nullum faciat, habere tamen aliquid diuersum.

IN DEDVCERE.

Lucilius:

Deductat hunc voce leo: cur tu ipsa venire non vis huc. Scribo: *Deducta ad hunc voce leo.* Ex Apologo de leone cubante in morbo, & præterquam vulpem, omnia alia pelliciéte: quem locum ex

Lucilio imitatus est Horatius. Itaque scribendum, *deducta voce*, quippe qui æger esset, & parum etiam ægrotaret, præ vt simulabat Terentius.

Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,

Deducta oratione, & scriptura leui Ita feci e Basiliensi non dubiis scripturæ vestigiis: nec desentit interpres vetus *Deducere*, est, *tenuare, deductum, tenue:*

Cum canerem reges, & prœlia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

IN VERECVNDITER.

Pomponius Macco: Virginem præteriens duos semsim in ludo verecunditer non docentem discipulum, sed scalpentem nates. Lego. *Indidem præteriens. vidit dominos senium in ludo, verecunditer non docentem discipulum, s. d. s. n. Dominos,* pro, *dominus*, antique: & ex compendio scripturæ mendum. *Senium*, pro *sene*, comice. Eunucho: *Vt dij illum deæque senium perdant. Scalpere nates* autem dixisse Varro videtur, pro, *virgis cædere*: quamuis populariter potest.

IN INCILARE.

Accius Clytemnestra:

Matre meo iure factum incilas, genitorem iustum approbas,

Lego:

Mater, me eiuras; astu incilas: genitorem iniustum approbas:

Vt esse Antigonæ ad ipsam Clytemnestram intelligantur. *Astu* ciuitatem appellat: vt Eunucho: *An in astu venit?* Scribi etiam potest: *matrem eiuras, astu incilas.* Ita dehortatio est, ne matrem Orestes interimat. Hoc enim facto & matrem eiurare; (neque enim simile veri esse afferre manus filium matri posse) & ciuitatem traducere probro, ac funestare totã: & patrem improbare. neque enim credibile esse, Agamemnonis filium tantum facinus obstinauisse.

Hoc rectum opinor. nisi tale quid scribendum, Mater mea, iure factum incilas, g. i. a. sed nox est,

IN RARENTER.

Cæcilius Pausimache:

Ædepol voluntas homini rarenter venit.

Næuius exodio: Multum ames, paullum des crebro, venias rarenter. Ennius Androma. Sed quasi ferrum aut lapis durat rarenter gemitum conatur trabem ergastulo longe ab vrbe vill. carier. Scribo:

Ædepol voluptas homini rarenter venit.

Næuius exodio: Multum ames, et paullum, des crebro, venias rarenter. Ennius Andromach: Sed quasi ferrum aut lapis durat: rarenter gemitum conatur. Trabea Ergastulo: Nam longe ab vrbe villicarier, quo herus rarenter venit. Næuii sententia lepida est; & simili

etiā populari ioco celebratur. Si placere vis igni tuo, ama multum, es (valet autem, *ede*) parum, des crebro. quod addit, *rarenter venias*: spectat eo opinor, ne proiecta & vulgata copia vilescat amor, aut quod vni se soli non libenter dant meretrices.

IN PENVS.

Pomponius Dogali: vnum penum qua omnem.

Caterum aliam praberem penum. Nauius do facta meum in penū, componam satius est. Lego: *Pomponius Dotata: Vinum penumque omnem Nonius Dotata: Caterum alium praberem penum. Atta: Meum in penum componam satius est.* Quod itaque de hoc loco suspicer, dicam. Pomponius Dotatæ titulo fabulam scripsit, vt videre est apud Marcellum in *Aliquantisper*: scripsit quoq; Dotatā Nonius. Hac occasione scribæ locum hunc contaminarunt. Atta autem togatarum scriptor: de quo Horatius:

Recte necne crocum floresq; perambulet Atta Fabula.

IN EXERCITVM.

Afranius Epicta: Ita vt huic ero adolescenti cui suspiriū tradidit, qui me est animi exercitus.

Scribo:

Ita vt huic ero adolescenti, ipsius spiritum
Cui tradidit, qui med est animi exercitus.

Med est animi exercitus, hoc est, cuius ego animum exerceo.

Spiritum alicui tradere, vt Catullus: *animam tradere*:
Certe tute iubebas animam tradere inique me,
Inducens in amorem, quasi tuta omnnia mi forent,
Med autem in hac oratione auferendi casu est. Poterat etiam
Ita vt huius hero, adolescentis ipsa spiritum
Cui tradidit, qui meus est animi exercitus.
Exercitus animi mei, pro, *qui me animi exercet.*

Castellaria eodem modo:

Scena prima.

Nolo obsecro lacrymis tuis mihi exercitum imperare.

Imperare exercitum, dolorem afferre hoc quidem loco

IN CREPERA.

Lucilius Satyrarum li. 5. Sanute sol mihi in magno mærore, tristitia in summa crepera iuuentus salutis. Emendo: *Sane tute sole mihi in magno mærore, crepera re inuenerus ventus salutis.* Tu solus, inquit, in rebus asperis mihi fuisti ventus ad salutem. Quæsita venustas in affinitate vocum.

IN RECIPROCARE.

Ennius Andromacha: Riscum prorsus reciprocat fructus feram. Leue mendum: *Rusum prosum reciprocat fluctus feram. Fera* significatur cetus ingens, cui Andromacha obiecta erat prædæ. *Rusum, prosum*, p *rursum prorsum*. Caue Mureto credas, qui ipsam orationē duci

dici latine negat. libenter enim e extrito effugiebant, ne irrirent, ait Poeta nescio qui apud Diomedem: *Quarum lacryma irri-ant*, ut enim lego: tametsi Diomedes ipse probat, *irriguns*, pro, *rident*. Sed illum semel Marcellum fuisse suspicor. Hoc enim dixisse poetam illum, suspiciendas fraudes meretricum, quarum lacrumæ irriunt. ut eum se ad mordendos & comedendos amatores parent, cum fleant. Plautus Curculione:

Exemplū id alibi reperi: Diomedes ipse ad manū non est, ut considerem.

Pater is dum meus gestavit. CV. *At mea matertera.*
PL. *mater ei utendum dederat.* CV. *Pater mios visum tibi.*
Scribo: *Pater meos visum tibi. Meos* pro *meus*.

Eunucho quidem eo loco:

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarii, coqui,
Lanij, cetarij, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua, & perdita profueram & prosum sæpe,

Prosum, esse, *prorsum*, minus dubitabit, qui meminerit ibi in multis libris, *prorsus*: & Sallustium non frustra legerit, cui *prosum*, ita ponitur, ut sit, *ad summum*. Iugurthino: *Ubi eos Africa decessisse ratus est, neque propter naturam loci Cirtham armis expugnare potest, vallo atque fossa mœnia circumdat; turres exstruit; easque præsidijs firmat. præterea dies noctesque aut per vim, aut dolis tentare defensoribus mœnium præmia modo, formidinem ostendere; suos hortando ad virtutem arrigere, prosus intentus cuncta parare.* Et de Catilinæ coniuratione: *Verum ingeniū eius haud absurdum: posse facete iocum mouere; sermone uti vel modesto vel molli, vel procaci; prosus multa facetia multusque lepos inerat.* In Catullo ita emendabam:

O funde noster seu Sabine, seu Tiburs,
Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
Cordi Catullum lædere. at quibus cordi est,
Quouis Sabinum pignore esse contendunt.
Sed seu Sabine, siue verius Tiburs;
Fui libenter in tua suburbana
Villa aliamque petere expulsus sum
Non immerenti quam mihi meus venter,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cœnas:

Restituebam: *alumque pectore exspui sussum;*
Non immerenti quod mihi meus venter,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cœnas.

Ideo quia raro aliter, quam ipsum illud, *quem* pro, *quod*, per exemplaria Catulli proleminatum, ex Achillis Statii vetustis codicibus discimus. *Alium* autem huic loco facit, quia virosum, deinde, quod, ut inquit Horatius, sæuit præcordiis. Quod enim contra Horatium de salubritate alii, & remedio contra venena e Græcis scriptoribus notant, nō hoc negauit tota illa Oda Horatius. Neque tamen hic meam coniecturam aliorum emendationi ' anteferō: ut neque illo loco;

O colonia, quæ cupis ponte ludere longo,
Et salire paratum habes sed vereris inepta
Crura ponticuli ac sulcis tantis in redivivus

Coiiciebam: *crura ponticuli, ac sublicas, totus in redivivus*
Ne supinus eat.

Quia enim plerisque omnibus scriptorum locis *totus*, & *tantus* inuicem mutasse locum obseruaram, non pigebat hæc ita suspicari. *Sublica*, autem, seu *sublica*, eædem quæ *crura ponticuli*. Sed redeamus ita ergo nunc certum est passim in melioribus libris, *prosus, sussus, deosus*, aut *deossus*. *Prosus*. aduerbium pro *recta* Plautus Milite:

Ille iubebit me ire cum illa ad portum, ego adeo vt tu scias
Prosus Athenas protinus abibo tecum. Et Persa:
Audin' tu Persa? vbi argentum ab hoc acceperis,

Simulato quasi eas prosum in nauem. At *prosus* nomen pro, *erectus*, apud Varronem de lingua Latina: *Nam Flamen dialis auspicatur vindemiam : & vt iussit vinum legere. agna Ioui facit: inter enim exta cæsa & porrecta Flamen prosus vinum legit.* Heic enim, prosus, nomen, vt cum *prosam orationem* dicimus. Ominis caussa Flamen prosus, non cernuus, vinum legebat: vel quod Bacchum prosi venerarentur, et aliter piaculum fieret. neque enim deos omnes statu gestuque eodem adorabant, sed alios supini, vt superos, proni alios, vt manes. id notat Seruius in Vergilium. itaque manes cum adeuntur cultu, defundi preces dicuntur. *Prosus*, nomen apud Senecam Troade:

Et qui renatum prosus aspiciens diem,
Tepidum rubenti Tigrin admiscet freto.

Male alii fiat. Idem apud Terentium arbitrari possis: *Vtinam quidem,*
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorsu' e lecto nequeat surgere: hoc est, *rectus nequeat surgere.* sed non vltra alios heic sapere volo.

IN CVLINA.

Varro de vita populi Romani lib. 1. Qua finis it antica & postica In postica parte erat colina, dicta ab eo, quod ibi colebant ignem. lego: *lib. 1 qua fini sit antica & postica: In postica parte.* Illa enim verba, *qua fini sit antica & postica*, inserit Varro, quomodo solet ipsa rerum capita, de quibus acturus sit. vt de re rustica: *De familia: Cato dirigit.* Item: *De indomitis quadrupedibus ac pecore: si parata sunt in fondo Qua fini sit*, hoc est, *quatenus*: quæ forma multis locis Pandectarum exciderat, restituta e Florentino exemplari. Cassius Hemina: *Qua fini omnis res, atque omnes artes, humanitasq; aguntur.* Sallustius apud Arusianum Messum: *Fine inguinum ingrediuntur mare*, id est, vsque ad inguina. Sed consarcinator fragmentorum Sallustianorum mendum iis verbis subesse suspicatur. Scire possis

non

non intellexisse. Imitatur autem hoc Apuleius in secundo Milesiæ fabulæ: *Paullisper inguinum fine lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi mea monstrans, miserere, inquam, & subueni maturius.* ita enim dandū, cum in libris sit, *fine inguinum*: e quo Beroaldus mutat, *sane inguinum*: nulla sententia. Gellius lib 1. *Hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tanquā fortasse amaturus.* Ita sine controuersia rectum est, & elegans: neque audiendus codex Buslidianus: quod (o stultitiam) collector Sallustianorum fragmentorum facit. Lucretius lib. 1.

Sic paulo ante libro eodem: sed pronus in illam, qua fine summū cacumen capillus ascendit. Vbi item scribēdum qua fine.

Præterea sic iam finitum constituatur.
Omne quod est spatium si quis procurrat ad oras
Vltimus extremas, iaciatq; volatile ferrum;
Hinc validis vtrum contortum viribus ire,
Quo fuerit missum, manis longeq; volare;
An prohibere aliquid censes, obstareque posse;
Quorum vtrumque tibi effugium præcludit; & omne,
Cogit, vt exempta concedas fine patere.
Nam sine est aliquid, quod probeat officiatque
Quo minus, quo missum est, veniat finique locet se;
Siue foras fertur, non est a fine profectum.
Restituo: *non est ea fine profecto:*

Negat mundi esse memorabile spatium: ac vndecunque missum telum quocunque accidat ad extremas mundi oras, non esse mumdum ac fini, *Ea fini esse*, hoc est, *eatenus patere, ibi terminari.* Idem Lucretius lib. 4.

Deinde voluptas est e succo in fine palati:
Cum vero deorsum per fauces præcipitauit,
Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus.

Mendosissime ita corrigebam: *voluptas est e succo fine palati*, id est, *quousque palatum pertinet.* Eo vsque enim suauitas saporum percipitur, quatenus palatum est. eam emendationem meam confirmat scriptus codex. Catullus Epithalamio:

En tibi domus vt potens,
Et beata viri tui:
Quæ tibi sine fine seruiet:
Io Hymen Hymenæe io,
Io Hymen Hymenæe:
Vsq; dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas,
Omnia omnibus annuit.

Vitiosum hoc est. lego: *Quæ fini tibi seruiet.* Refertur enim ad illa: *vsq; dum tremulum. Fini vsq;* id est, *eo vsq;*

De hoc loco aliter Scaliger & bene

IN TANGO.

Turpilius Leucadia: Hoc quæro ignoscere (d istic solam vt ne habeas minoris noxia serum. si forte quasi alias res vini cano. Difficile

in tantis tenebris aliquid videre: sed quantum coniectura assequi possum, non aberit longius:

—————— hoc quaero, ignoscere
Isthic solent, vel habere minoris noxiæ
Seruum si forte quasillariam inibit tago.

Fuisse videtur serui cum nescio quo contentio, qui cum iniuriam factam, verbis paruam faceret, quia eam seruus accepisset; quid, inquit seruus, an seueri isti & difficiles heri eo minus plectere seruum solent, si is fortasse conseruam suam stuprauit, quia ipsa conserua quasillaria sit? Quasillariæ sordidissima familiæ pars erant. Tibullus:

Sit tibi cura togæ melior, pressumque quasillo
Scortum, quam Serui filia Sulpitia.

Petronius: *Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quæsitarias, ac familiæ sordidissimam partem; ac me iubet conspui.* Turnebus emendat, *quæsitarias*; inepte; cum in promtu esset manifesta veritas: *conuocat omnes quasillarias.* Quasillariæ ergo eædem fere quæ codicariæ. *Inibi tago*, valet, *tango id, quod suo nomine Numa non appellasset.*

IN GRALLÆ.

Grallatores sunt collobathrarij Grallæ enim sunt fustes, quis innituntur. Varro Mutuum muli scabunt, Græce περὶ ἐγκεχυμένων: Grallatores qui gradiuntur grallis. quæ sunt perticæ ligneæ, finare moles, ab homine isto, qui in ista tangitantur. sicilia animi nostri sunt galea crura, ac pedes nostri ·ssiare κινηθῆ, sed ab animo mouentur. Primum verba emendabo: *Grallæ enim sunt fustes, quis innituntur. Grallatores, qui gradiuntur grallis, quæ sunt perticæ ligneæ in arena, & ab homine, qui instat, agitantur. Varro Mutuum muli scabunt, περὶ ἐγκεχυμένων: Sigilla, animi nostri sunt; grallæ crura: ac pedes nostri, cissia, vel ἀκινηθῆ, sed ab animo mouentur.* Sigilla, sunt ἀγάλματα τὰ νευρόσπαστα siue αὐτόματα, quæ scilicet neruis quibusdam mouentur: qualis Petronii larua argentea, sic apta, vt mobilis catenatio aliquot figuras exprimeret. Horatius:

Duceris, vt neruis alienis mobile lignum.

Varro Aboriginibus: *Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum & sigillorum veniebat.* Neque autem omnia sigilla αὐτόματα: ne quis hoc sentire me erret. In Nonio autem illa verba: *Grallatores. qui gradiuntur grallis*, &c. adiecta ab aliquo ad oram libri in ordinem verborum Marcelli irrepsisse videntur, non tantum, quia iam semel dixerat quid grallæ, quid grallatores; sed etiam, quia nomen Varronis & titulum libri a verbis dirementant.

Vox Græca inserta videtur: & terte est.

Animus in homine quasi sigillum automatum est, crura, quasi grallæ; pedes cissia, quæ ab animo aliunde mouentur.

IN SILICERNIVM.

Varro Meleagris: Funus exsequiati, cum laude ad sepulcrum antiquo

tiquo more silicernium confecimus emendant *laute, &c.* Mihi non probant silicernium lautum fuisse: & vt fuerit, vnde in veteribus illud, *cum.* Scribo: *Funus exequiati cum lauso.* Lausum accipio funebrem, qui cognatorum & præficarum esse solet: quod in mentem venisse Ioanni Gulielmo Lubecensi; quo ego adolescẽte nihil animo meo carius habeo, neque facile habiturus videor; gaudeo. In duodecim ita scribendum: *Neue funeris ergo lausum habento*; non eo arbitrabar; quod apud Plautum ita esse in scriptis codicibus alii notarunt: —— *Thetis quoque etiam*

Lamentando lausum fecit filio —— quamuis etiam: Sed quod mihi nescio quo modo visa semper est Vergiliani illius Lausi historia eo spectare:

At Lausum socij exanimum super arma ferebant

Flentes ingentem atq; ingenti vulnere victum:

& quibus porro lausum Mezentii pingit.

Lausum eiulatum lugubrum significare, est etiam apud Cicer. de legibus: sed ibi lessum circumfertur, vt fere vbique alibi. Vt fere hac talia solet Vergilius & fortasse aut Lausus ille a Lauso funebri, vt Protesilaus, Hippolytus, alij quidam omen, siue rem habuerunt nomen: aut a Lauso, eo lausus.

IN PARTICVLONES.

Pomponius Pracone posteriore: Age modo Stagari, particulones producam tibi. Melius opinor: *Age modo, sta, Cai; particulones producam tibi.* Faciunt huic emendationi omnia, titulus fabulæ Particulones, & quod Caius & Meuius id sunt A. C. quod Aristoteli, Socrates & Plato. Sunt alia item leuiora, neque satis digna quæ chartæ huic committantur: vt in Virosa,

Dixi. Ad principium venio: vetulam, atque virosam vxorem cadam potius. ita enim interstinguendum. *Dixi*, finis oratorum est Peccatum id Nonii, qui indiligenter citarit: vt item in *Feruere.*

Feruere ne longum vero hoc lictoribus tradam. Scribo: *Feruere. Ne longum; verbo hoc lectoribus tradam. Feruere* ad antecedentem sententiam spectat: tum porro, ne inquit, longum faciam, verbo dicam. Leue hoc quoque in Broncus.

Broncus nouit lanius, dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros. Rectius: *Broncus obit lanius*: & *obire*, hic fortasse pro, *aduenire*, aut *obuiam occurrere.* Hecyra:

Antiquamq; adeo tuam venustatem obtines,

Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunq; adueneris:

semper siet. Turpilius Epiclero:

Ecquis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo.

Addam, quia ingressus sum, nihilo grauius aliud in *Vestibula*: *Inueniuntur etiam apud veteres doctos vestibula ob eam significantiam dicta, quod in his locis ad salutandos dominos domorum quicunque venissent, stare soleant, cum introeundi daretur copia; atque ob hanc cognitionem, & quasi stabulationem primos ingressus domorũ vestibula nominatos.* Restituendum: *ob hanc constitionem. & quasi stabulationem*: quod hic monuisse leue est, sed apud Gellium lib. 16 cap. 5. vnde Nonius verba sublegit. idem mendum inoleuit:

In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerat priusquam admitterentur, consistebant, & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci constitutione, & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt. Rectum enim hic quoque est: *grandis loci constitutione.* A sistendo enim *stabula*: & quia magna ob id, *vestibula.* Leue etiam in *Armillum*: *Hinc ad me, hinc licet anus rursum ad armillum.* Magis Probem: *hinc ilicet anus rursus ad armillum.* In *Arcera*, confusa sunt duo exempla: *Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Vehebatur cũ uxore vehiculo semel aut bis anno cũ arcera non vellet, si nõ vellet, nõ sterneret.* Scrib. *Vehebatur cũ uxore vehiculo semel aut bis anno cum arcera. In duodecim tabulis: Ni it, in ius vocato: si morbus æuitasq; vitium escit, qui in ius vocabit, iumentũ dato: arceram ne sternito.* Lex ea XII. extat apud Gellium cap. 1. lib. 20. Addam vnum. In *Depilati*: *Narro quod actum est: dipilati omnes sumus*, Sic excudendum fuit. Sed iam quidem piget.

Duo exẽpla coaluerant.

IN BIPENNIS.

Varro Marcipore: De lime bipennis, vt lenis passerculus. Scribo: *Delimat bipennes volu passi. sernaculus.* Docet Marcellus, gubernaculorum pinnas dici: & continuo adfert exemplum, vbi bipennes pro gubernaculo dicantur. *Delimare*, hoc loco quod Vergilio *obliquare, obtorquere. Limus*, enim idem quod, *obliquus. Sernaculus* est *gubernator*: vt, *sernaculum*, in veteri Glossario.

Gubernaculorum enim palmæ, tanquam bipennes.

a Et l. Quemadmodum ff. de lege Aquil.

IN COPI.

Turpilius Epiclero: Te quidem omnium iam pater copem, caussa rem facit. Non male fortasse ita: *iam pater copem, cassum facit.* Sed propius sit ad vestigia scripturæ: *casnarem facit*: vt senem & depontanum significet, cui omnium voluptatum vastities veniat spurcitia patris: quomodo est Varronis Sexage. *Vix effatus erat, cum more maiorum vltro casnares arripiunt, de ponte in Tibrim deturbant.* Hoc enim puto, non tam ad ætatem spectare hic, *casnarem*, quam quod ii muneribus omnibus & honoribus priuarentur.

IN CATVLIRE.

Laberius lacu Auerno: Scinde vnam exoleto impatienti catulientem lupam. Scribo: *Scinde inam exoleto. Inam scindere*, idem quod, *cadere bellas*, Laberii Catulario: *Quomodo video, adolescenti nostro cædit bellas.* Pro eodem dixerunt, *diuidere.* Petronius in Satyrico. *Quid agebas, inquit, frater sanctissime? quid vest: contubernium facis? nec se solum intra verba continuit: sed lorum de pera soluit, & me cœpit non perfunctorie verberare, adiectis etiã petulantibus dictis: sic diuidere cum fratre non voluisti.* Lego: *Sic diuidere fratrem voluisti.* Spectat id, quod præcessit, ob iniuriam se Ascylti communis cum eo fraterculas partiri, & priuos quæstus sequi voluisse. itaque hoc, inquit, erat, quod diuidere tu volebas? Veruntamen qui apud Petronium malit. *sic diuidere cum fratre voluisti*, me non pugnante faciet, dum sciat, idem hoc spectari.

Inam cædere, in obsceno sensu est. Catuliens lupa scortum pruriẽs.

IN

IN NIDVS.

Varro Quinquatribus: Quam lympham melius e fontium lacuna allatam, nidos potiis permisceant. Hoc exemplo Marcellus putat, *nidos*, valere *nidus* & pro poculo capi, cum *nidos* nidorem potius significet, & scribendum sit: *nidos pocilli permisceat.* Possunt esse Verba Varronis de luxu suorum temporum, cum aquam niuatam miscerent, quæ salubrius certe e lacunis fontium hauriretur, vt eam deinde nidor pocilli permisceat, hoc est, vt vinum ea lymphetur.

Capitalis Nonius.

Minus multo vini esse quam aqua vult. itaque vinum, inquit, aquam misceat: côtra enim solet aqua; vinum miscerit vulgo, latâ tem.

IN PVTIDVM.

Cato Originum lib. 2. Si inde ignauus putidas, atque senticosas commeatum menere volebat. Scribo: *Is endo naues putidas atque senticosas commeatum moinire volebat* Commeatus, aliaque instrumenta belli etiam nunc munitiones appellant: quo minus dubitemus Catonem ita latine & vetuste dixisse, *commeatum munire* (id enim est, *moinire*) *in naues.* Paulo post in *Perbitere* scribendum est: *ancilla subdam lactantem mea.* Neque longe in *Præsente*, vbi vulgatur in exemplo Fenestellæ: *Et quadam exta præsente suis, quadam absente proiecissem*; emendandum, *extra*, & post, *porrecissem.* *Exta porrici*, quid sit, pue risciunt. Ante hunc locum in *Nitidant*: *Ennius Cresphonte: Opie eam secum aduocant, eunt ad fontem; nitidant corpora.* Verius fortasse: Obuiam eam secum auocant.

Porricere exta.

IN PRÆCOX.

Verere, ne manu non mittat, cum tot eromedicarios honestos audissemus clare possis. mittet. quod si non mittet, fugies. si me audies. cum tempus reuocat, ea præcox est fuga. Verba sunt eius, qui seruum metuentem, ne herus manu se emittere nolit spe multa impleat. Poterat legi: *cum tot eremodiciarios bones hos*: sed longinqua interpretatio. Quid si igitur hoc potius modo *Verere, ne manu non mittat cum hero medicari hos boues tot aut HS semis dare possis.* Effusissimi erant in danda libertate, si qui eam pecunia redimerent atque id iam tum etiam seueris moribus. Casina:

Eremodicium notum apud Iurecõsultos.

> *Quid tu me vero libertate territas?*
> *Quid si tu nolis, filiusque etiam tuus?*
> *Vobis inuitis, atque amborum ingratijs,*
> *Vna libella liber possum fieri.*

Itaque metuendum non erat, ne, qui sestert. semis daret, libertatem non impetraret. Posterior verborum pars supra quoque ponenda est in *Præcox*: & ita dirimenda ab exemplo Lucilii: *Amicula aspera atque præcox. Varro Synephebo: cum tempus reuocat, ea præcox est fuga.*

IN SCHEMA.

Pomponius Prostibulo: Si valebit plus in buccam vetet si diem schema. corruptissimum esse opinor, & recte emaculari *Si valebit*

puls, in buccam betet: si licium, in schemam. Nihil licio cum bucca: nihil pulti cum schema: quæ puls in buccam ire solet.

IN CALLET.

Cæcilius Aloto: *Tu iam callebis; ille festus desidet.* Confirmo legendum: *ille festum desidet. Desidere festum*, est, *festum agere.* Captiuis:

Itaq; venter, gutturque resident esuriales ferias.

Et emendo eleganter, vt mihi videtur, locum Epidici:

Se. Miser est.

Sexaginta mihi si denumerantur minæ,

Tuas possidebit mulier faxo ferias.

Non dubie legendum: *Tuas sedebit mulier faxo f.*

Tuas ferias sedebit, tibi seruibit, tua erit.

IN TEXTVS.

Aura Vulcani, id est, ignis.

Actius Nyctege. *Ascendit hora laterum texta Vulcani vorax.* Non est triuiale hoc, *aura*, siue *ora* (idem enim valent) *Vulcani* pro *flamma*. ita enim restituendum est: *Ascendit aura laterum t. V. v.*

IN OSTREA.

In ore ostrea quia os non habent. Gel. lib. 7. cap. 6.

Turpilius Demetrio: In acta cooperta age in oras ostreas. Scribo: *In acta cooperta alga. Alga* enim in acta est. *Acta*, pro *littore.*

IN MODICVM.

Quadam animalium alia alio cauent: & aut cacanatura gignuntur, aut in ora, in auritaue.

Accius Bacchis: Agite modico gradu iacent visus leuis. Scribo: *iacite thyasos leues.* Bacchas alloquitur: ea iacere thyasos solent. Sic supra in *Melos: Pacuuius Peribœa: Thesea nitem, fremitu concidi melum.* Lego: *Thyasum cate, fremitu concine melum. Cate*, est, *quate.* Quæ ibidem sequuntur ex Varrone, ita scribenda sunt: *Palam bacchis nascuntur pureis rhythmus, & melos.*

IN FACESSERE.

Catere, seu quatere thyasum, est Baccharum.

Pacuuius Teucro: Te repudio, nec recipio naturam dico facessi. Verba sunt procul dubio, quibus in exilium iubet facessere Teucrum pater, quia is sine fratre Aiace Troia redierat: & restituenda: *Te repudio, nec recipio. natura: dictum facesse.* Hoc postremum, vt illud Plautus Menæchmis:

Facesse dicta, pro, tace.

Dictum facessas doctum, & discaueas malo.

IN PVLLVM.

Sc. Nulla est voluptas.

Varro Sesquiulysse: Vbi nitida Phœbi veste pulla candidi modesto amicti pascunt pectore; Scripsit Varro: *Vbi nitidas ephebi, veste pulla candidi, modeste amicti pascunt pecora.* Verius ita, credo, quam quod mihi deinde succurrebat: *veste pulla pascunt pectora: pascere*, sic esset pro, *compescere*: quomodo, *pascere linguam*, id est, *silere.* Festus Pompeius.

IN MANIPVLATIM.

Sisenna hist. lib. 3. Requiescendi spatium nacti condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent. Emendo: *Cum densi in orbis manipulatim r. h. i. Orbes facere, in orbem pugnare*, nota in re militari.

IN

IN PECVDES.

Varro Sexage: Neque quas agi pennas anates tremipedas; buxeis rostris pecudes, palustribus, nocte nigra, ad lumina lampadis sequens. Repono: *Neque quassagi pennas anates, tremipedas, buxeis rostris pecudes palustres, nocte nigra ad lumina lampadis sequens. Quassagipenna anates,* lepide, quia quassis pennis aguntur.

POST SIFILLARE.

Nubentes veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes solere ferre, atque vnum, quem in manu tenerent, tamquam emendi caussa, marito dare: alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere: tertium in sacciperione cum condidissent, compito vicinali solere resonare. Lego: *Solere rezonare. Rezonare,* soluta zona promere, vt *recingere, remittere* pro *laxare, resoluere,* dicimus.

IN TVNICA.

Titinnius: Quin togis cum candidis, tunicis sordidis sint, & dicis. Lego: *tunicis sordidis syntheticis. Tunica synthetica,* ipsæ synthesels. Synthesin nō honestissimam vestem fuisse Tertullianus de pallio ostendit. & Suetonius Nerone: *Circa cultum,* inquit, *habitumque adeo pudendus, vt comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone verticem summiserit. ac plerunque synthesin indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum, sine cinctu, & discalceatus.* Nō eo, quod sordida synthesis, sed quod parum decent.

IN CORTES.

Varro Pap. Dum vixi, promiscaris meus in cortibus pauis. Facillimum sit ita emendare: *Dum vixi, promisca is me meis in cortibus pauit:* vt dicat nescio quem, qui seque illumque promiscue pauerit. Sed potest hoc quoque etiam modo: *dum vixi promus caris meis, me is in cortibus pauit.* Imitatio Plautina Menæch.

Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.
Domi domitus sum vsque cum caris meis.
Nam neque edo, neque emo, nisi quod est carissimum.
Id quoque iam cari, qui instruuntur, deserunt.

quem locum vt constituat Adrianus Turnebus, multis verbis laborat; nec eo magis versum emendat: qui ita recte habet: Sc. n. Iuuentus mihi.

Id quoque iam, cari qui instruuntur, deserit.

Caros sues appellat *escas*. ex instruuntur pecunia. ceterum pecunia iam deficiebat parasitum. Ergo fuerit apud Varronem, *promum esse caris suis,* promere res suas caras, pecunias scilicet. Ergo inquit, sumtus feci: ita me ille pauit.

IN MISERETE.

Ennius Hecuba: Miserete manus, date ferrum, qui me anima priuem. Certe Hecuba loquitur, afflicta Troiæ & viri, liberorumque exitio: *Miserete mei anus, date ferrum.* Leuiusculum mendum: sed non vulgatissima figura, *mei anus.* Pseudolo: Mei anus, mei, qua sum anus.

Si ex te tacente fieri possim certior,

Here, quæ miseria te tam misere macerant,
Duorum labori egò hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.

IN SPOLIOR.

Hic referam quæ vix vllum operæpretium habeant, nisi quod Nonius emendatur. Quadrigarius *Annal. Ita per sexennium Lugatiam, Polam atq; agrumCampanum, quod his per militem licebat exspoliabantur.* Lego: *Lucaniam, Apoliam, atque a. C quod eius per m. l. e.* Sic in *Deducere* item leue est emendare: *Ab armis stet recedere, p[illegible]si ita locis deducere*: pro, *det recedere*. *Stat*, vt apud Vergilium: *Stat casus renouare omnes.* Item illud in *Ibus*: *Titinnius Gemina*: *Eua Castor, si morat a sitis amba, ibus vt pro ego maioribus*: scribendum: *Eu acastor, sic morata sitis amba, ibus, vt pote ego, moribus.* Æque graue in *Artiait*: *Nonius Hotara*: *Conatus artiuit matri inter femina fortiter.* Renoco vetustum verbum, neque inelegans.

Ad meum exemplum morata sitis Interfeminia, pro concha muliebrum.

Cum natus artiuit matri interfeminia fortiter.

Vtitur & Apuleius. In *macerare* reponenda vox *quot calendis*: quę item reperitur Pseudolo:

Vos meministis quot calendis demensum cibum petere.

Dictum, vt, *quotannis, quot mensibus, quotdiebus.* In *Deijcere* quoque aliquot literis peccatum: *Adest alba nescio cuius Clodij, quam cum restitui iussisset Aucona cum eo desectum esset ex Senatus consulto.* Corrigendum: *At est statua nescio cuius Clodij, quam cum restitui iussisset Ancona cum ea deiecta tum esset ex Senatus consulto.* Iam in *Latitudo*, Accii verbis emendandum est: *Vt me depositum, & merentē repentino nuncio alacrem reddidisti*: non, *repositum immarentem.* *Depositus*, enim pro, *desperatus*, tralatitium. Lucilius: *Symmachus præterea iam nunc depostus bubulus.* in *Exercitis* verba Varronis ita scribenda sunt: *Quibus cum turpe fecerant fædus, sine publico consilio, dediderunt hosti. Quid? quod Decius Imperator pro exercitis salute se dijs manibus deuouit?* In *Velitatio*: *Cœlius Pausimacho. Velitari te res tamen.* Scribendum: *Velitariter restamus*, hoc est, vt velites solent sumtis & datis tergis. In *Aptum* elegantissimi versus Lucilii sic reponendi sunt:

Ibat forte aries, inquit, iam quod genus? quantis
Restibus? vix vno filo hacce hærere putares?
Pellicula extrema ex aptum pendére onus ingens:

pro, *aptum ex pellicula.* ibidem: *Vnus consternit nouis vetus pestibus aptus.* Emendo. *Imus consternitur nobis lectus vestibus aptus.* Eodē loco hoc Accii legitur: *Obuia ment, idq; aduersum aptus alteri in promptu occupat.* Rectius: *Obuiat amens, itq; aduorsum: aptus alter in p. o.* Item illud Ciceronis: *Eademq; obiecto suo vmbram noctemq; efficiat, cum ad numerum dierum aptum, tum ad laborum quietem.* Ita enim emaculandum esse, quis non videt? At Iunius contaminatissimum edidit Sed hæc talia sequi in Marcello, longissimum sit,

fit: & me profiteor in posterum non facturum: tantum quę vulgus studiosorum non pigeat legisse, pauca allaturum. Hoc tamen addam peccare: absque Nonio esset, qui notat, *cadere*, ibi esse, *frangere*; legerem exemplo Lucilii in *Cadere: Cadem hostium gnaue vrge: restant: periimus*: pro quo apud Nonium est: *cado ostium, grato vrgere istam: periimus.*

IN SANITER.

Atque vt hoc in medio relinquo, ita plane affirmo errore suo Nonium legisse Afranii Megalensibus, *saniter*, pro, *sauiter: Adesto, essentio te amare me, adorare saniter*: quę verba ita restituo: *Adest: eat st: sentio te amare me, adorare sauiter*. Nam qui sauiis atque osculis solebant salutare: vnde apud Tacitum de Othone: *Nec deerat Otho protendere manus, adorare vulgum, iacere oscula. Adorare* autem dixit Afranius, pro *salutare*, quia hæc eadem: & ita vicissim *salutare* pro *adorare*. *Salutare solem orientem: Salutare Deos*; Phormione & Curculione. Ipsos autem deos osculo quoque salutabant. Arnobius in 8. *Itaque cum diluculo ad mare in ambulando littori pergeremus, vt & aura aspirans membra leniter vegetaret, & cum eximia voluptate molli vestigio cedēs arena subsideret, Caecilius simulacro Serapidis denotato (vt vulgus superstitiosus solet) manum ori admouens, osculum labiis pressit.* Sed & de amica, vt dea, loquebantur ex disciplina: Quin de amatore quoque Petronius: *Habes tu quidem & fratrem; neque enim me piguit inquirere: sed quid prohibet & sororem adoptare eodem gradu? venia tu tantum dignare, & meum osculum, cum libuerit, agnosce.* & quæ deinde sequuntur. Ita autem hæc Petronii verba restitui, cum in vulgatis omnibus male sit: *quid prohibet & sororem adoptare? Eodem gradu venio, tu tantum. Venia* & *pax* proprie in Deorum suppliciis dicuntur: *poscere pacem, aut veniam Deorum: dare veniam dij*, cum exorantur, st. nota est apud Catullum:

St. non omnia displicere vellem
Tibi & Fuffitio seni recocto.

Sic enim perspicuum est restitui eum locum, alii id in *si*, alii in *sed* mutarunt. Quia leuiter & scurriliter videbatur priora illa, reprimit se, & quasi silentium indicit.

IN DESCOBINATIS.

Varro Meleagris: Sin autem delectationis caussa venamini, quanto satius est saluis cruribus in circo exspectare, quam his descobinatis in silua currere? De venatorum studiis legisse Varronem titulus Satyræ loquitur. Ex vetusta scriptura, *curare*, non male restituatur *in silua gurare*, hoc est, vt interpretatur Glossarium vetus, γυρεύειν, quomodo Fulgentius, *Catillare*, inquit, est *per alienas domos gyrare*: sed nimio magis verum, *curare. In siluis curare*, est, *curare venatorem*: hoc autem significat, *venari*. Propertius 4.

Pastorem ad baculum possum curare, vel idem

Sirpiculis medio puluere ferre rosam.

Curare pastorem, idem est quod, *curare in grege*; pastorem scilicet esse. Sallustio simile, *curare in agmine*, pro, ducem esse. Ita fere *curationes scurrarum*, apud Tacitum, sed insigniter mendoso loco: *Erat Cappadocia Iulius Pelignus, ignauus animi, & deridiculo corporis iuxta despiciendus: sed Claudio quondam perfamiliaris, cum priuatus olim curatione scurrarum iners otium oblectaret.* Vulgo: *Cum priuatus olim conuersationes curaret.* in Vatic. *cursationes curaret. Curare scurras*, Tacitus de Claudio, vt de Hadriano Spartianus, *curare delicatos: Corrupisse eum Traiani libertos, curasse delicatos, eosdemque sæpe pilasse.* Neque enim munus hoc Hadriani, *curare & pilare*, sed studium & amor. Ad eundem modum, *curare deum, curare religiones*, pro, sacrificum esse, administrum diuinorum officiorum, apud Tertullianum, & alios. Quare ergo, *procurationes*, verbum sacrorum proprium, sustulit Lambinus in oratione de Haruspicum responsis, nihil nisi sensum suum secutus? Vt illuc redeam; *curare*, ergo, & *coerare*, idem: quod ita dicebant, vt item videntur, *Soedera*. Sic enim illud Lucilii in *Tollere* vetus fortasse sit:

Sœdera, quod nunc tantum sidera.

Tantis emporiis mentes ad sœdera tollent:

pro mendoso illo:

Tanti se temporis mentes ac fœdera tollent:

Nisi quod pro, *emporiis* scribi, *imperiis*, possit.

IN PLAGA.

Afranii illud: *Palam facito Demeam, & plagulam de lecto; pallis dimitto ordine*; sic putem emendandum esse.

Pallam * * *

Farcto deme, & plagulam de lecto pallis demitte ordine.

Posterior absolutus octonarius iambicus. Priori ad finem deesse nomen personæ, aut aliud quid, quod Marcellus omiserit, videtur. *Farctum* est ipsa culcita, quæ tomento farcitur. *Plaga*, autem, inquit Nonius, aliquando pars lecti, aliquando omnis. Vera est scriptura, quam dixi, argumento etiam similis loci apud Pacuuium: *Etsi metuo picta de plaga pallam*: quo significatur palla demissa de plaga sigillata.

IN CATAPVLTA.

Non pigebit hoc quoque ostendere: *Titinnius Setina*: *Quem procul aspexit, immittere voluit, reuortit, quoniam catapulta volat.* Scribo:

——— *quem procul aspexit imbitere, volat,*
Reuortit, quam catapulta volat ———

Narrat, eum nescio quem procul ire viderit, tanta celeritate reuersum, quanta esse catapultæ solet. Volui hoc, ne fugeret sermo ille: *reuortit q̃ catapulta volat*, pro, *ità cita quã catapulta volat*: quæ forma alias quoq; in manu nobis fuit. Plaut. Trinummo:

Confi

Confit cito, quam si tu obiicias formicis papauerem.

IN ABOLLA.

Toga tracta est, & abolla data est ad turbam, vbi fera militia in munera velli: vt praestarem. Verba Varronis sunt: in quibus, amabo, an non tubam, & tonantem sermones suos militem audis? Id tum magis dices, vbi emendauero. *Toga detracta est, & abolla data est ad tubam mihi, fera militiae munera belli vt praestarem. Belli, hoc est, in bello.* Capitur enim, vt Grammatici aiunt, aduerbialiter. Etiam hoc ordine potest. *abolla data est, ad tubam ibi fera m. m. b. v. p.* Sed scire licet, cum adolescentibus nobilibus abolla dabatur, ad tubam fieri id solitum. *Abolla, militaris: toga pacis.*

IN CONTENDERE.

Afranius Epistola: Non licet me, quo contendissem ita peruenire? Scribo: *Non licet me, quo contendi, sed te ita peruenire?* aut, vt personae nomen sit: *Sed te, Tita, peruenire, Sed te,* hoc est, *sine te.* Sic Lucilius in Curatum: *Et circumuolitant ficedula, turdi, curatis coci.* Lego: *turdi curatis se cocis,* id est, sine cocis. *Se* & *sed* pro *sine,* Comici nostri quoque: in iis Terentius Andria: vt in loco monemus. In formula antiqua: SE DOLO MALO: SED FRAVDE FACERE: & Festus Pompeius.

IN ERVVM.

Sed vt is erat, hac legumina arte praua pauca cicer, eruillam, ne paregia alia spira ceteris. Ea Varronis verba e Satyra, *Longe fugit, qui se fugit,* tentemus an emendari sic possint: *Sed is viscerat hac, legumina sarta, rapa pauca, cicer, eruillam, cepa regi; allia ac pyra ceteris.* Iocose viscerationem hominis agricolae tenuioris vocat, rapa, cicer, alia; quae non esse nisi carnium potest. Satta legumina accipio, fricta. Sic enim Horatius *frictum cicer,* & Plautus, *nuces frictas,* tametsi in sartagine fricta esse nihil necesse. Si scriptura antiquitate aberrauit, verum esse possit, *legumina atque rapa pauca.* Nam olim, *atque,* quo facile potuit *arte.* Neque male: *legumina arcte raua pauca.* Nam *arcte,* siue verius *arte viscerare,* contra est quam prolixe & effuse. Raua autem legumina, vt frumenta raua dicimus, non de colore tantum, quomodo Horatius rauos lupos; sed de vitio quoque. Sed & hoc discrimen paratus, *cepa regi, ceteris allia.* cepa enim allio melior, & cibus honestior. Itaque Terentio Thais allium est prae virgine ea quam amabat Chaerea. Regem esse dominum conuiuii, & quemuis ditiorem de Horatio, Plauto, Terentio omnes sciunt. Phormione:

——— *Ob regem me esse oportuit.* Et:

Imo enim nemo sat pro merito gratiam regi refert.

Non mihi displicet: *allia spirtia.* Ita enim sunt allia; ne quo magis spirea, eo deteriora, credo. Spireũ, quicquid lentũ & vitile, ac torqueri facile: & sic spirçon herbam Graeci vocarunt. Etiã spirç in arboribus, vbi sese conuoluere venae atq; nodi, inquit Plinius.

IN PROSECTA.

——— *Vulcani tosta vapore*

Cum virgis prosecta ferunt———

An verum est, *cum fibris prosecta ferunt?* an potius? *cum virgis.* Hoc certum puto: vt Nouii Callinar: *Macto te hisce vigris verbenis: macta tu illa infortunio.*

IN RICTVM.

Ante auris modo ex sobolibus paruuli intorti demittebantur, sed cincinni oculi suppatuli nigellis pupillis quam hilaritatem significantes animi rictus paruissimus, vt refrenato risu roseo. Formosam & ornatam puellam pingit Varro, dii boni, quam deformatis vel bis vt ea circumferuntur. Liceat ita conicere: *Ante aures nodo ex subolibus paruuli intorti demittebantur cincinni. sed & oculi suppatuli nigellis pupulis quandam hilaritatem sig. animi, rictus paruissimus; ore frenato, risu roseo.* Crines nodari solent: atque ita Vergilius. solent etiam intorti crispi cincinni demitti ante aures; quos scilicet cincinnos nodo descendisse. Truculento:

Iam ego istos fictos, compositos, crispos concinnos tuos,

Vnguentatos vsq; ex cerebro exuellam. Suboles autem capilli ima parte capitis, ab subolescendo, quia aliis succrescunt.

IN RVMINATVR.

Vide ecquid probes: an non error Nonii sit potius quam meus. *Erras, inquit, Marce, accusare nos ruminaris antiquitates.* Ille, *ruminaris*, verbum esse vult in his verbis Varronis, a *ruminor:* mihi nomen videtur; & hoc non dubitem asseuerare. Nam ruminales, seu ruminares antiquitates vocat, res obsoletas, & priscas, fugientesq; quæque incerta fide sint, quia ficus Ruminalis in iis rebus Romæ fuit. Ita ergo prouerbio dictum accipio, *antiquitates ruminares*, vt, *lecti Sotherici*, & alia talia. Vt credas verum dicere, enarrabo. Fama erat Romulum & Remum expositos ad necem, sub ficu arbore repertos, & iuxta lupam, quæ infantibus rumen, id est, mammam daret. Eam ficum, ex euentu ruminalem appellatam, postea creditum est miraculo sponte in comitium transisse: ibique culta est, fulguribus ibi conditis sacra. Hæc tota Originum Romanarum prima erant, & fabulosissima, & neque vetustius in Romana antiquitate quicquam, neque incredibilius. Erras, inquit Varro, accusare nos: hoc est, non recte putas accusare nos. Nam, *ruminaris*, verbum hoc loco locum non habet.

IN PICVMNVS.

Picumnus est parca veste picus Martis. Quid hæc verba Hygini balbutiant, difficile dicam, nisi paullum traiecta sunt; *Parra est Vestæ: Picumnus, picus Martis.* & verum opinor: vt dicat, parram esse Vestæ sacram auem, vt picumnus Martis, vt item aliis diis suæ aues; noctua Mineruæ, cornix Apollini, columbæ Veneri. Aliquot Paginis post apud Nonium: *Cuius vbi annis multis masculum ve-*

stigium

stigium inuentum est. Locus significatur, Asculum in Italia. Itaque scribendum: *Cuius ibi a. m. Asculi vestig. in.*

IN OBBA.

Quos cumanos calices in libris inuenimus, eos nescio an hoc loco decumanos potius esse dicam: *Dolia, atque apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices.* legerim, *obbas decumanos calices.* Nam grandiora vasa commemorat Varro: inter quæ esse calices nequeant, nisi decumani sint, id est, grandes. Lucilius ita acipenserem decumanum vocat.

Muraenam, squillas, acipensere cum decumano.

Decumanus fluctus, maximus est. inde transiit protinus nomen.

IN PASCEOLVS.

Lucilii verba:

Adde Syracusis sola, pasceolum, alutam:

Et Catonis deinde: *Pueri in ludo soleas tellos pasceolos furari;* emendo: *Adde Syracusis soleas, pasceoli aluta.* Cato in Pansam. *Puerus in ludo soleas, & facellos pasceolos furari Syracusis solea,* eleganti loquendi forma, sunt *solea syracusana:* Vt Trinumo, *ficus Zacyntho*, ficus Zacynthiæ: apud Varronem, *cultri Bithynia*, pro, Bithyni culteri, Satyra γερόντοδιδάσκαλος: *Noctu cultro coquinari se traiecit nondum enim mihi inuenti erant cultelli emprestati a Bithynia:* quæ ita scribo: *nondum enim mihi reperti erant cultelli ella tempestate Bithynia. Ella tempestate*, id est, illa ipsa. Quid si sic quoque Lucilius, in *Carses*: *Plana vna est, pedibus cariosis, mensa Libano.* Nam *mensa Libano*, esse possit, cedrina e mōte Libano. Tamen ibi lego:

Planta vna est, pedibus cariosis, mensa elephanti.

Nam de vxorum incommodis, & mendis feminarum, dubio procul Lucilius: inter eas esse quasdam, plantas, pedibus morbosis, enormi corpore. *Pasceolus aluta*, est pasceolus ex aluta confectus: vt Sallustio, *tæda pice & sulphure:* Vergilio *are clypeus*. In exemplo Catonis *facelli* sunt parui facci. Pansam inculauit, quod is iam tum puer in schola insuerit furari.

sola tamen soleis retineri potest; itemque separatim, pasceolum; alutam. Etiam hexameter videtur, vt aliquid desideretur.

IN TRACTVS.

Vt venalem tuniculam poneret quotidie vt videret. totum denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori. Commemorat his verbis inopiam nescio cuius, qui ad quasuis sordes descenderit, vt famem propulsaret: in his puto fuisse etiam, quod funes torqueret, & serras nam hoc quoque in argumento egestatis Legamus ergo: *Vt fieret tortam: denique etiam s. m. l. t. ministrasse infect.* nam, *tortam viere*, est, *restim nectere.*

IN CREPARE.

Ita est, nihil doctius Varrone, nihil eius in componendis vocibus audacia felicius. Itaque opinor finxisse verbum, *perterricrepare* pro, *crepando perterrere.* Eumenidibus: *Perterricrepas vocibus*

volitans aures volgi. Sic enim emendo, quod in libris est; *Propter crepat vocibus,* nulla recta sententia. Probat correctionem eam titulus fabulæ, Eumenides: & de fama esse sermo videtur, quæ reuera volitans aures vulgi perterricrepat. Nomine *perterricrepus,* vtitur Lucretius:

Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem.

IN CONSTERNARI.

Pacuuius Periboea:

Consternata anime ex pectore hac & voluere,
Consilium subit omnes, quod de nata est modo.

Lego:

Consternata, animum expectorata voluere:
Consilium subit omnes e re nata modo.

Animum expectorata sunt, quibus animus ex pectore excessit: de quo verbo Cicero de oratore meminit: & exemplum laudat:

Tum pauor mihi sapientiam exanimo expectorat.

IN MERET.

Lucillius: Dum miles hibernas ac meret tersa ex ætate quasi annos. Idem libro XI. Annos hic errat iam plures miles, hyberna nobiscum meret. Quia constat Lucilium diu in Hispania fuisse, ob id certior emendatio est:

——— dum miles Hibera.
Hac meret in terra ter sex, ætate quasi, annos.
Idem lib. XI.
Annos hic terra iam plures miles Hibera
Nobiscum meret.

In primo versu ait, octodecim annos, tanquam ætatem esse.

IN REVORTIT.

Pomponius Maialis: Cœnam quæritat: si eum nemo vocat, reuertit mæstus ad me. nam miser. Iungenda sunt: *reuertit mæstus ad menam miser.* Plane ita loquitur, vt ille Captiuis:

——— est illic mihi vna spes cœnatica,
Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.

Mena, vilis & plebeius piscis. Itaque Cicero 2. de Finib. *Qui enim voluptates ipsas contemnunt, eis licet dicere se acipenserem menæ non anteponere.* Iunius proprium nomen putauit viri, *Menam*: & verum est: sed hic ei locus non erat.

IN POLLICERES.

Et hic quoque Nonii errorem suspicor, qui, *polliceres,* apud Varronem legerit, quod is scripserat. *polluceres: Ne dares, ne polluceres, quod datum est.* Nam si, *polliceres,* Varronis verbum est, pro *pollicereris,* qua sententia tandem est, polliceri quod datum sit? Dari autem prius diis dicitur; deinde quod datum sit, polluci: & is in sacris iustus ordo est, datum, polluctum. Mox in *Commiserescite*

patuum

paruum mendum turpat versum Ennii Hectoris Lytris; sed quia verba sunt Priami ad excubias Græcas, cum noctu ob lustra Hectoris ad Achillem iret, tanti est, vt emendemus. *Per vos, & nostrum imperium & fidem Myrmidonum, vigiles commiseresc̄ite.* Atque ea verba admonent, Isthuanffi, vt tui quoque ego tandem aliquando commiserescam. Quod tamen effugerat, nunc dicam. Supra reposuimus in *Praeox, vero medicari bos tones tot*: hoc est, *dare* quos furto sustuleris scilicet.

PROPERTIVS ET PETRONIVS
IN VERSIBVS EMENDATI.

ILLVSTRI ET GENEROSO IOANNI Cyriaco, libero Baroni in Polheim, & Wartenburg.

QVæquidem me, vt par est, ingredientem hæc scribere, terrent. sed enim quando te (quem virū, dii boni? quibus maioribus? quibus opibus?) in libris esse: atque etiam (o magnum hominem) ipsum scriptitare videam, quod eruditis auribus, absit modo liuor, probes, cur desperem tibi tuis in castris placere me posse? enim uero studio? non opera, inquam. Et quid dissimulem? nisi rumor mentitur, vnus es, & vnicus prope, isto numero, qui famam temporum nostrorum sustineas. Nec fando solum te accepi: vidi carmē, quod Rostochio discedens dederas, tersum, numerosum memini videre, situm multis ingenii atque eloquentiæ luminibus: tum notis, & insignibus antiquarum literarum sparsum, etiam vt esset, quod in arcana ipsa & adyta musarum sequeretur animus, non modo vt sono verborum aures impleret. Macte hoc iudicio. Nam non id est, quod nostri Heliconem appellant, pedibus versum struere, magnos sensus numeris frangere, aut (tametsi hæc quidem res coronari iam solet) paululum quiddam calamistro inurere: sed per artes omnes isse, nihil magnum, nisi ꝙ ætatem ferat, de veterum scriptorum fontibus, probare: non pati iners, non inane quicquam: denique amplius in recessu habere, quam in fronte promittas. Itaq; cum vulneribus aliquot Propertii medicinam, si forte, facturus essem, non reperi, cui existimanda ea permittere mallem: bona cum spe, quando tibi versus suos dictaret Propertius, fore vt iudicium illi tuum vicissim non negares. In hac opera debeo sane veteri codici, quem vtēdū mihi dedit V.C. Ioannes Posthius: & alteri a C.V. Hieronymo Berchemio, in quo item ad oram paucæ lenusculæ coniecturæ adscriptæ erant: quas si quis nō potuisse aliter in mentē venire nobis putat, liceto,

dum sciat in difficili atque arduo, vbi ὕπαλιν hulcus suberat, nusquam mihi, nisi in me, spem fuisse.

Laudationẽ nostram ad vulgatos libros accommodabimus. Lib. 1. eleg. 6. Non ego nunc Adria,

AN mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas,
Atq; Asiæ veteres cernere diuitias,
Vt mihi deducta faciat conuicia puppi
Cynthia, & in sanas ora notet manibus;
Osculaq; opposito dicat sibi debita: ventos
Et nihil infido durius esse viro?

Scribo: *dicat sibi d*[illegible] *vento*. Et dicat, inquit, tot oscula sibi periisse, tanquam si no[illegible]o illa data sint, sed vento potius: qui hoc solet, quicquid tetigit, diripere & differre. Itaque etiam, cum beneficium querebantur periisse, sic dicebant, ventos discerpsisse & diripuisse. Catullus:

Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaq;
Ventos irrita ferre, & nebulas aerias sinis.

Lib. 1. el. 1. Basiantes autem ora opponunt. sic ergo hic *opposito vento*.

Ferte per extremas gentes, & ferte per vndas,
Qua non vlla meum femina norit iter.

Qua n. v. m. semita norit i.

Auium se ferri vult terra marique, qua nemo præterea quisquam pedem tulerit. & id rectius ad sententiam. propterea enim extremas gentes, & vndas loquitur, vias inuias. Continuo ante eum locum:

At vos, deductæ quibus est fallacia lunæ.

Reposuimus alibi eodem hoc libro, *pellacia*. Lunæ autem pellaciam innuit, qua illi, vt despumaret, subigi carmine, scilicet putabant: Apuleius Milesiæ fabellæ primo: *Ne, inquit, illud mendacium tam verum est, quam si quid velit dicere magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, solem inhiberi, lunam despumari, stellas reuelli, diem tolli, noctem teneri.* Paria Lucanus in sexto, & alii.

Eleg. 9. lib. *Dicebam tibi venturos irrisor amores,*
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce iaces supplexq; venis ad iura puella,
Et tibi nunc quæuis imperat emta modo.

Traductæ literæ, & rectum est, opinor:

De tibi nunc quæuis imperat empta domo.

Et tibi nunc, inquit, vndecunque domo imperat. Vergilius:

Sic Virgil. Qui genus? vnde domo?

Qui Cerete domo hoc est, *Cerites*. Ita in vetustis marmoribus: *Domo Præneste. Domo Cremona*, & alia sexcenta tanta, pro prænestinus, Cremonensis. Paulo aliter in iisdem, *domo Prænestinus*. Solinus capite tricesimo:

Vrbem istam, vt Cato in oratione senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerũ in Lybia potiretur. Elissa mulier exstruxit, domo Phœnix. Ceterum fere Romæ, qui certam curam non haberent, triumpho

umpho aut victoria aliqua reperiebant negotium in captiuis: vt & Ouidius, & hic ipse multis versibus commemorat. Vilius et sordidius autem ii deperibant, quam si qui in ingenua Romana vterentur. Sed & hic quamuis libertinam significat. *Eleg. ead.*

Nec te decipiat, quod sit satis illa parata,
Acrius illa subit, Pontice, si qua tua est.
Quippe vbi non liceat vacuos seducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat amor.
Qui non ante patet d nec manus attigit ossa:
Quisquis es, assiduas aufuge blanditias.

Legerem:

Qui non ante patet, donec malus ab tagit ossa:

Nam illud, *a*, ita in veteribus libris plerunque reperitur, schediasticum, quod nos vulgamus aut *ba*, aut *ab*, sic ergo suspicarer, si prope esset, aulum Propertium quod ante illum alii. Et profecto, *pagenda*, pro *pangenda*, scripsit illo versu: *lib. 4. eleg. 1.*

Poscit ab inuita verba pigenda lyra.

Mihi enim in mentem veniebat, *verba pagenda* restituendum esse. *Pago*, pro *paciscor* etiam auctor ad Herennium, in secundo: sed nihil ad hanc rem. Ita *Quitus* pro *Quintus*. Sallustius libro quarto histor. *At Cn. Lentulus patricia gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sylla bonorum emtoribus remiserat, exigenda, promulgauit.* Scribo: *cui cognomentum Clodiano Quitipori, incertum stolidior an vanior. Quitipori* pro, *Quintipori*. & eum significari puto, cuius ineptias Varro irridet epistola ad Fusium *Quintiporis Clodiani forias ac poematia gargaridians, dices. O fortuna, o fors fortuna.* quem locum Varronis caue aliter scribendum putes: aut homini Clodiani ipsius gemello credas, qui in suis Antiquis mutat. Idem Sallustius in oratione Cottæ: *Macedonia plena hostium est: nec minus Italiæ maritima & prouinciarum: cum interim vectigalia parua & bellis incerta vix partem sumtuum sustinent. Ita classis, qua commeatus vehebatur, minore quam antea nauigamus.* melius fortasse: *vix partem sumtuum sustinent cuitam. classe &c. cuitam*, hoc est, *quintam* Vulgata scriptura hoc diceret, quia vectigalia parua & incerta sint, classe etiam minori nauigari; fortasse quod sumptum ferre non esset: sed ei sententiæ diuersus sum, neque enim hoc illius ratio est, credo; & *partem*, solum ita, non probo. Catullus: *Caipor. Publipor, Quintipor. pro, Caius, publius, Quintus puer: tametsi heic quidem destoliditate Clodiani nihil.*

Dic agedum nobis, quare mutata feraris
In dominum veterem deseruisse fidem.
Non, ita Cæcilio placeam, cui credita nunc sum,
Culpa mea est, quanquam dicitur esse mea:
Nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam,
Verum istis populo ianua quid resicit.

Quid quicunque aliquid re peritur non bene factum,
Ad me omnes clamant, ianua, culpa tua est.
Non istuc satis est vno te dicere verbo;
Sed facere vt quiuis sentiat & videat.
Qui possum? nemo quærit, nec scire laborat.
Nos volumus: nobis dicere ne dubita.

Sexto versu alij v. c. habent, *ianua qui te facit*: vt non dubitem, quin verum sit:

Verum isti piplo ianua, Quite, facit.

Verum enim, inquit, isti conuicio ianua prorsus facit, hoc est, idonea est male audire: ita se mores habent, vt suam auctores quique culpam in ianuam conferant: *Piplum* siue *pipulum* pro conuicio Aullularia:

Ita me bene amet Lauerna, te iam, nisi reddi
Mihi vasa iubes, pipulo hic differam ante ædes.

Neque vero magni refert, credo, *pipulo*, etiam scribi apud Catullum; quippe vocem tantum non effuticiam. Quod hunc totum locum Catulli mutat vir doctus, & interpretationem suam abducit, inuita sententia facit. Sed audiendi scripti libri illo versu quoque:

Qui possit? nemo quærit, nec scire laborat.

Possit, quod nos frequentamus, *possibile sit*. Quomodo, inquit, fieri potest, vt quisquam per me certior fiat, quando nemo quisquam percontetur? sic Comici semper:

Et istum amulum, quantum potest, ab ea pellito.
Quantum potest, conueniendus nunc Phormio est.

Sed enim ad Propertiũ reuertamur. Verius sit, vt Modio nostro in mentem venit: *donec malus attigit ossa*. Vim enim & tela amoris non significat: sed dolos per insidias subeuntis ac subrepentis. Eo vsque enim fallere, quo ad penes successerit atq; insinuarit: & vltro intemperare ac moderari, primum: postea furere ex tuto, medullis scilicet ipsis receptum. Itaque malum vocat, id est, catum fraudulentumque. Viri quidem docti *ossa* non puto esse cuius palato faciat: ac cogitasse hinc Propertium, & ante ostendit verbum subit, & post totus versus. Sed sequamur.

Lib. I eleg. 16 *Te non vlla mea læsit petulantia lingua,*
Qua sue *Qua solet irato dicere tuta loco.*
tam magnis *Iratus* v. c. & *tuta* pro *trita*, perperam, vt sæpe. Præterea peccatum c pro g. quomodo plerunque. Scribo.

Qua solet iratus dicere tritalogos

Tritalogi enim, vt aretalogi, voce hybrida, qui tritas illas nugas loquuntur, quas significat leno Pseudolo:

Quid ait? quid narrat? quæso, quid dicit tibi?
Le. *Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis*
Solent lenoni dici: quæ pueri sciunt:

Malum

Malum, & sceleſtum, periurum aiebant eſſe me,
Sed fallor? an ita verum eſt?
Quæ ſolet iratus dicere trita logo.
Logi enim vocabulo pœne iam vt vernaculo vtebantur: & *logos* in nugis, tanquam ſuam vocem dicebant.

Hæc certe deſerta loca, & taciturna querenti,
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus. Lib. 1. el. 18.
Hic licet occultos proferre impune dolores:
Si modo ſaxa queant ſola tenere fidem.
Vnde tuos primum repetam, mea Cynthia, faſtus?
Quod mihi das flendi, Cynthia, principium?
Qui modo felices inter numerabar amicos,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Quid tantum merui? quæ te mihi carmina mutant?
An noua triſtitiæ cauſſa puella tuæ eſt?
Sic mihi te referas leuis, vt non altera noſtro
Limine formoſos intulit vlla pedes.
Quamuis multa tibi dolor hic meus aſpera debet,
Non ita ſæua tamen venerit ira mea.
Vt tibi ſim merito ſemper furor, & tua flendo
Lumina deiectis turpia ſint lacrymis.
An quia parua damus mutato ſigna calore?
Et non vlla meo clamat in ore fides?
Vos eritis teſtes, ſi quos habes arbor amores,
Fagus & Arcadico pinus amata Deo.
Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub vmbras:
Scribitur & veſtris Cynthia corticibus.
An tua quod peperit nobis iniuria curas?
Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus.
Omnia conſueui timidus perferre ſuperbæ
Iuſſa, neque arguto facta dolore queri.
Pro quo diuini fontes & frigida rupes,
Et datur inculto tramite dura quies.

Totum locum aſcripſi, quod eum corrumpi ita ab aliis videam: Principio hoc eleganter dicit; *Zephyrus poſſidet nemus.* Sic enim loquebantur, *ventum poſſeſſorem eſſe*, qui tum maxime flaret. Petronius: *Siciliam modo ventus dabat: ſæpiſſime in oram Italici littoris aquilo poſſeſſor conuertebat obnoxiam proram.* Sed iam orditur querelam. Fuit, Cynthia, cum ego in paucis amatoribus eſſem. nunc ex ea priſtina fortuna ſolum hoc queri mihi relinquis. Quid cauſſæ eſt? quæ mea culpa te mutauit? Fortaſſe an de noua aliqua mea cura inaudiuiſti, & me ſuſpicaris alii amorem tranſtuliſſe. Ita te mihi reſtituas, vt tu vna modus amoris mei es. Ergo ſcribendum: *quæ te mihi crimina mutant?* non enim de carminibus hic Propertius, ſed quod culpa aliqua ſua excidiſſe

amore poterat. Supra quoque pro, *crimina*, subrepserat, *carmina*:

Eleg. 11. Ecquid te mediis cessantē Cynthia Baiis.

An te nescio quis simulatis ignibus hostis
Sustulit e nostris Cynthia carminibus?

Scribendum enim:

Sustulit he nostris Cynthia criminibus.

Lib. 2. el. 12. Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit amorem

He, interiectio ibi quoque:

In me tela manent, manet & puerilis imago:
Sed certe pennas perdidit ille suas,
Euolat he nostro quoniam de pectore nunquam.

Vbi tamen ante me scribitur: *euolat e nostro*, ineptissime. Alibi hoc libro, *hei*, amissum:

Primo. el. 16. Quæ fuerā magnis.

Hac ille. & si quis miseri nouistis amantes,
Hei matutinis obstrepit alitibus.

Male enim omnes & *matutinis*: scilicet, quia spiritum omittebant, *ei* Sed ad querelā Propertii redeamus. An vero, inquit, non sat argumenti est in vultu meo, & ipse hic pallor dicit amare me, quantum qui maxime? Itaq; reponendum:

An quia parua damus mutato signa colore?

In illo quod sequitur, non ea sententia est, & *incerto colore sum*: sed: *& ipsa e vultu meo clamat fides me demori*. Porro, *an quia*, eleganter hic, vt Hecyra:

Censen te posse reperire vllam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?

Sine interrogatione, Eunucho:

Sane, quia vero hæ mihi patent semper fores,
Aut quia sum apud te primus.

Dehinc iam, quoniam argumenta omnia consumsit, ad loca ipsa conscia vertitur; testésque laudat ardoris sui:

Ah quoties teneras resonant mea verba sub vmbras,
Scribitur & vestris Cynthia corticibus!
Ah tua quot peperit nobis iniuria curas:
Quæ solum tacitis cognita sunt foribus.

Sic enim lego, & procul vero abfuisse alios puto. Mox etiam.

Pro quo, o dij, vinum fontes, & frigida rupes,
Et datur inculto tramite dura quies.

Nam si aut, *diuini fontes*, aut, *viui*, scribas, hæc ipsa laudi sunt, & amœnum sonant, cum hoc Propertius non voluerit, & diuersum in aliis omnibus tenuerit: *frigida rupes: incultus trames: dura quies*. Sed duo queritur: cum in ioco atque vino libidinari cum amica soleret, & in lectulo delitiose accubare, nunc pro vino fontes, reliqua illa pro strato esse.

El. 3. lib. 1.

Hanc ego nondum etiam sensus deperditus omnes,
Molliter impresso conor adire gradu.
Et quamuis duplici correptum ardore iuberent,

Hac

Hac Amor, hac Liber, durus vterq; deus,
Subiecto leuiter positam tentare lacerto,
Osculaque admota sumere & arma manu.

Coniiciunt docti viri, *sumere tarda manu*, aut, *certa*: sed, vt mihi videtur, taceri potuit. Quæ enim impudentia, amatorem dormienti puellæ suspendere basiolum? At enim ne turbet quietem. Sane, qui etiam sertis eam interim redimiret, & capillos reformaret, & poma daret manibus. Quid? num his rebus minus somnus pellitur? Quando ergo diserte Amoris ac Liberi impudentiam præfatur:

——— *durus vterq; deus.*

suspicor, quæ vulgata est scriptura, eandem optimam esse. *Durus*, hoc loco, *impudens*: vt Eunucho, *os durum*. neq; fortasse aliter Vergilius in 2 Georgicorum:

Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem.
Durus amor? Arma, hic sunt, quæ gestare sola per Legem Corneliam licet. Sic quoque libro 4.

Atq; ita mutatis per singula pallia lectis,
Respondi, & toto mouimus arma thoro.

Item in tertio:

Quam multa ante meis cedant sermonibus hora,
Dulcia quam nobis concitet arma Venus.

In Posthii tamen libro erat, *sumere arma manu*. Si quid mutandum putarem, mallem *sumere inerma*. Illa enim inerma sunt oscula, cum in vnum omnia vota non coniunguntur: armata tum, cum armis res geritur, hoc est, summa linea amatur: si cui fidem facit, & amantem, & ebrium, &, quod caput est, Propertium hac fini amasse, vt oscula raperet, atq; ea solum. Et profecto, verum vt dicam, hactenus potuit: cetera somnus vetuit. Sic est autem, pleraque, non, vt scripsit Propertius, accipiuntur.

Non ego nunc vereor, ne sis mihi vilior istis,
Vni si qua placet, culta puella sat est. *Libr. 1. el. 2.*

Mos ab antiquitate, quem non omnes sciunt. *Qui vacabat*, inquit Sosipater, *si ea res exhibenda indiceretur, quam requiret, ita respondebat, isto vilius eritis: aut, isto vilius erit hodie cœna*. Itaque reliquis etiam in rebus vsurpatum, vt, si quid ad summam defuturum esset, responderet is, qui poscebatur, *isto vilius*. Terentius Adelphis extremis:

Vilius esse, hoc est, non tam ampliter cœnare.

Syre, processisti hodie pulcre. De. *siquidem porro Mitio,*
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullulum præ manu
Dederis, vnde vtatur: reddet tibi cito. Mi. *isthoc vilius.*

Omnia enim iam a se auferri impetrata passus erat: hoc postremum abnuebat, ergo isthoc vno vilius erat eius beneficium. Et in puella, cui omnia ad formam adsint, si mundus desit, isthoc vilior sit.

At Propertius: non eris, inquit, mihi vilior illis. Itaque recte sic scribitur: quod iam ante vir doctus viderat.

Ibid.

Quid iuuat ornato procedere vita capillo,
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,
Teq; peregrinis vendere muneribus?
Naturaq; decus mercato perdere cultu:
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?

Non male ita: neque non tamen melius aliquanto in Posthii libro: *mercato pendere cultu.* Praecessit enim:

Seq; peregrinis vendere muneribus.

Pendendi autem verbum in venditionibus domesticum. Hoc sensu est ergo: *& qua natura est, formam cultu quaerere atque aestimare.* Sallustius Iugurth. *Familia nostra cum populo R. Bello Carthaginensi amicitiam instituit: quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat.* Ita quidem plures libri; sed meliores pendenda erat.

El. 6. libr. 1, ad Tullum.

Nam tua non aetas vnquam cessauit amori:
Semper at armata cura fuit patria.

E Posthii u. c. lego: *semp. inarmata cura f. p.* Cōtrariū *exarmata.* *Exarmare*, est, *arma eripere.* Ceterū omnib. prope exarmatis vni Romani in armis fuerūt. *Inarmari* ergo in armis esse arma tracta re Cōpositū ad hoc exēplū, *inaurare, inargētare, indurare, inuestire.*

El. 7. ad Ponticum.

Te quoque si certo puer hic concusserit arcu:
Quod nolim nostros euiolasse deos.

Non abhorreo coniecturam, vt scribatur:

Quod nolim nostros te violasse deos.

Hoc enim videtur dicere: Si ti quoque peribis, lapsus in amorem: quod ferre possum, hactenus, si Cynthiam meam amare abstinebis. nam in hac te riualem mihi videre aegrotem: aliam quāuis habere te, pati possim. Ita Cynthiam ipsam suos deos vocet: vt item fecisse apparet alibi libro secundo:

Eleg. ad Lynceum: Cur quisquam faciem dominae iam credit amori?

Lynceus ipse meus seros insanit amores.
Solum te nostros laetor adire deos.

Dii bene inquit, inquit, quod praeter Lyncea, nemo quisquam Cynthiam meam adit. Nam vt ego hanc rem video, sexcenti si adeant, totidem mihi aemuli sint. Ouidius l. Amorum in eandem sententiam:

Et dicam, nostros aduehit illa deos.

Sed magnum momentum est contra, quod plane gemino huic loco, *euoluere.* Ita Ouidius quoq; dicit: *dii euoluunt.* Locum in aduersariis notaram. nunc non succurrit. sed liber teritur: & sufficit monuisse. *Deos nostros*; vt Phormine: ——*mihi vsu venit hoc, scio: Memini me relinqui deo irato meo.* Vergil.

——*nec dij texere Cupentum*

Aenea

Æneæ venientis sui. ———

Et frustra cupies mollem componere versum; Ead. eleg. ad Ponticum:

Nec tibi subiiciet carmina seruus amor.

Non hoc damno; non etiam, *seruus*: sed c. Posthii: *seruus amor.* Tunc, inquit, deiectus ille amor, &, rem vt dicam, seruus quærenti tibi blanditias nulla subiiciat carmina. Nam sententia, serius, laudat. *Seruus amor*, pro seruo amante. hoc enim ait, ipsum seruiliter amantem preces has, & querelas, quas nunc ex tuto rideat, nequiquam ingressurum.

Tu caue nostra tuo contemnas carmina fastu. Ibid.

Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Nemo damnet hanc lectionem: nisi temere non est in v. c.

Tu caue nostra tuo contemnas carmine sacra.

Et credam verius esse. *Contemnere carmine sacra*; quomodo supra, *contemnere fletibus aras:*

Nullas illa suis contemnet fletibus aras,

Et quicunque sacer, qualis vbique, lapis.

Itaque sententia est: ne exequias & manes nostros contemnas, quin tuo quoque carmine digneris. Respicit autem ad ei... [illegible]

Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro.

Ardoris nostri magne poeta vale.

Tum enim ait ne Ponticum quidem debere sibi inuidere carmen, ne, si officium vltimum amico neget, pœna superbiam sequatur. *Sacra* id est, *manes.*

Callimachi manes, & Coi sacra poetæ,

In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.

Nec ab alia mente Horatius: *Quos Libitina sacrauit.*

Dum tibi deceptis augetur fama puellis, Libr. 1. el. 13. ad Gallum: Tu quod sæpe soles.

Certus & in nullo quæris amore moram;

Perditus in quadam tardis pallescere curis

Inciperis, & primo lapsus adire gradu.

Emendo: *lapsus abire gradu*: si literas spectes, paruo discrimine, si rem, in hac scriptura omnia sunt, quæ par est in optima; in vulgata, ne sententia quidem. *Abire*, mori est. Itaque *abitionem* Festus pro morte dixisse veteres ait. Lucretius in secundo.

Nam quare potius lethi iam limine ab ipso

Ad vitam possint conlecta mente reuerti,

Quam quo decursus prope iam fiet, ire, & abire.

Pro eodem, ire, in sexto:

Quo nisi respirent venti, non vlla refrenet

Res, neque ab exitio posset reprehendere euntem

Item in tertio:

Denique sæpe homines paullatim cernimus ire.

Iam autem ista frequentantur: *Titius ardet, moritur, perit amicam*: & idem, *demoritur, deperit* Pœnuli Prologo:

Earum hic adolescens alteram efflictim perit.

Lib.2.eleg. Prætor ab Illyricis. Infra:

Iuppiter, indigna merce puella perit.

Lib. 1. eleg. Ecquid te mediis. Repono e Posthii: *indignum m. p. p.* Non enim indigna merce, sed indignum hominem perit merce, hoc est, pretio deducta & deprauata. *Labi* autem pro, *in amorem præcipitati*: quomodo hic idem:

Libr.1. eleg. ad Gallum. Tu quod sæpe soles. *Vt solet a moto labi custode puella,*

Illum versum ita Posthii liber:

Et qua deinde meus celat amore pudor.

Postea:

Nec tibi præteritos passa est succedere fastus,

Nec sinet abduct. te tuus ardor aget.

Eadem eleg. Lego:

Nec sinet. ab, dulci te tuus ardor aget.

Non, inquit, sinit, neque porro sinet succedere tibi fastus: & amor suo illo dulci te aget. Huc enim (ad dulce illud) refero sequentia:

Nec mirum, cum sit Ioue digna, & proxima Leda.

Itaque τὸ γλυκύπικρον amoris significat.

Libr.2. el. O me felicem. *Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vita,*

Omnia si dederis, oscula parua dabis.

Hoc falsi damnant scripti codices. Posthii liber: *dum liceat, fructum n. d. v.* Alius u c.

Tu modo, dum lucet, f. n. d. u. optime.

Dum lucet, dum via suppetit. Namque etiam vitam pro luce dicimus. Catullus.

Nobis cum semel occidit breuis lux,

Nox est perpetua vna dormienda.

Viue, inquit, dum viuis.

Aspera Centauros eadem dementia iussit

Frangere in aduersum pocula Pirithoum.

Cur exempla petam Graium? tu criminis auctor

Lib.2.el. Nō ita complebant. *Nutritus duro Romule lacte lupæ.*

Posthii liber: *Cur externa petam Graium*: nimirum quia rectum est, *externa*. Cur Græcorum externa exempla petam, cum sint domestica Romana? Sic per domestica & externa Valerius Maximus exempla dictorum ac factorum memorabilium descripsit.

Illa deos currum conscendens dixit iniquos,

Inuitum & terris præstitit officium;

Cui (sic recte Posthii liber) *maturæ senis Tithoni gaudia vixi.*

Lib.2. Assidue multis odium p. q. *Quam grauis amisso Memnone luctus erat.*

Cum sene non puduit talem dormire puellam,

Et canæ toties oscula ferre comæ.

Mirum

Mirum si ita verius est, quam vt in Posthii: *oscula ferregena.* Quis enim comæ fert oscula?

Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipse monere canes
Non tamen, vt vastos ausim tentare leones.

Eleg. sequenti, Etsi me inuito d. C.R.

Bene liber Posthii, *temerare leones.* temere adoriri. Ouidius, *temerare capillos:* & *temerare verberibus corpus, temerare virginem, pudicitiam:* atque hinc *temerata puella.* Ita ergo elegantius:

Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba.
Sollicito lachrymans defluit a Sipylo,

Eleg. sequenti Quid fles. a. g. B.

E libro Posthii repono: *lachrymas depluit a Sipylo. puere lacrymas,* de Sipylo, nisi memoria fallor, aut simile, etiam Ouidius.

Quæ si forte aliquid vultu mihi dura negaret,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

Lib. 2. Scis here mi multas. p. p. p.

Posthii, *calebat aqua.* Optime. Sudor aspergebat tempora; sed is frigidus; vt in exsternatione. Sudorem sine calore cogitare non est: neque calorem in metu. Sic ergo frigida aqua de fronte calebat. *Cadebat*; sane hic miraculum. Neque enim defectis sudor stillare solet: imo ne stellare quidem. Et illa oppositione verborum venustum fit.

Sic me nec solæ poterunt auertere siluæ,
Nec vaga muscosis flumina fusa iugis;
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua,
Absenti nemo non nocuisse velit.

Lib. 2. Etsi me inuito d. C. R.

Suspicor mendum subesse, & forte corrigendum:

Quin ego in a. mussem tua n. l.
A. n. ne nocuisse u.

Posteriorem sane ita habet Posthii Assiduo, inquit, mecum nomen tuum mussem, & ab absente noxas deprecer. Nam, *mutare secum,* non se mihi probat latinum: quod tum demum recte dicitur, cum duo, pluresue sermonem cædunt: vt apud Q. Claudium: *Putabant eos, qui foru, atque qui in arce erant, mutationes & consilia facere.* Ita apud Lucretium quoque videtur fuisse:

Denique, nil sciri, si quis putat, id quoq; nescit,
An sciri possit, quum se nil scire fatetur.
Hunc igitur contra mittam contendere caussam,
Qui capite ipse suo instituit vestigia retro.

quos postremos duos Lambinus veru configit, quod illi promptissimum est in grauioribus omnibus mendis. E notis autem antiquæ scripturæ videbatur restitui posse:

Hunc igitur contra mutum iam, aut tendere cusem,
Qui capite ipse suo insistit vestigia sese?

Describit alystaton. Si nihil sciri potest, ne id quidem sciri potest, an nihil sciri possit. Id appellat, sese capite in ipsa vestigia insistere.

stere. *Insistere*, actiue. hoc enim valet, prono capite librare pedes. Sic, *consistere*, idem in sexto:

Et per quæ possent vitam consistere tutam

Vt quidem alii accipiunt: quomodo Taciti locum item emendant. Apud Sallustium, *stitit*, scribendum, bello Iugurthæ: *Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens cum exercitu conspicatur: primo dubius, quid nam insolita facies ostenderet; (nam inter virgulta equi, Numidæque considerant, neque plane occultati humilitate arborum, & tamen, quidnam essent, incerti; cum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria, obscurati (dein breui cognitis insidiis, paulisper agmen stitit.* In vulgatis, *constituit*: in Bertiniensi, aliisque quibusdam, *instituit*: vnde certa coniectura *stitit*, emendandum esse quidam, *constitit*: hoc placere poterat, absque Bertiniensi esset. *Constitit* autem, id est, *repressit*, *consistere iussit*: quale *feras subsistit*. *Constituit*, quidem falsum esse, sensus vincit. Neque enim ita adderetur, *paullisper*: neque statim subiiceretur, *ibi commutatis ordinibus*. Propterea enim paullisper stitit agmen, vt ordines commutaret. Apud Lucretium in priore versu, *contra mutare*, foret, *verba commutare*: *cusem* autem (quod verbum habent V C.) pro curem antiques pro r. Et miror Liuium libro tertio Fusium, & Furium; itemque Vetusium, & Veturium, ab aliis atque aliis proditos, tanquam variantibus auctoribus, scribere; cum constet eosdem esse; & olim S, post R. mutatum: vt Papisii, dein Papirii. Poterat tamen sine interrogatione apud Lucretium scribi:

Hos igitur contra minuam contendere caussam:

Poterat, *mittam*: & quiduis denique potius, quam vt ii versus inducerentur. *Tendere*, vt apud Liuium quarto: *Interrex & senatus consulum comitia, Tribuni plebis & plebs tribunorum militum vt habeantur, tendunt.* Quod Lucretius, *insistere sese in vestigia capite*, dixit, hoc fortasse Cicero Hortensio *se ipsa comesse*: *Se ad extremum pollicetur prolaturum qui se ipse comesit, quod efficit dialecticorum ratio.* Legitur apud Nonium, in Comest.

Liuij hoc est subsistit feras.

Hoc tamen aliter potest vt sit Dialecticorum ratio quæ ad incommodum iis redigunt; aut absurdum cogunt concludere. *Lib. Iuppiter affecta tādem m. p.* *Eadem el. Sequent. ele. Hesterna mea lux. 6. p. n. V.*

Hoc perdit miseros, hoc perdidit ante puellas,
Quicquid iurarunt, ventus & vnda rapit.

Posthii: *quicquid iurantur*. recte. vnde *iuratus*. Quicquid iuratæ dicunt. Statius in septimo.

Numina captiuis etiam iurabere Thebis.
Sunt apud infernos tot millia formosarum:
Pulcra sit in superis scilicet vna locis.

Diuidendum, si licet lourdiose, & tamen, vt ad deos, suppliciter ac deiecte. Multæ inquit, iam puellæ ad plures descenderunt: vna Cynthia, si fas est, superet potens facies.

Parcite iam fratres, iam certos spondet amores,
Et iam ad mandatam venimus esse domum.

Atque

Atq; ita me iniecto duxerunt rursus amictu:
I nunc & noctes disce manere domi.

Quo duxerunt porro, si ad mandatam domum venerant? quorsum autem illud, *rursum*? hoc quidem significat, rursum prorsum duxisse: sed falsum. recte Posthii:

Atque ita me iniecto diretit rursus amictu.

Hoc quidem omnino ibi est, aut *direxit*: Irretierant supra iis versibus:

Pars etiam visa est vincla parare mihi.
Hic erat, hunc mulier nobis irata locauit:
Dixit, & in collo iam mihi nodus erat.

Mirabiliter ait se vinctum ab iis fuisse, vt diretiendus rursum foret. Contraria igitur, *irretire, diretire*. Si, *direxit*, probes, eadem prope sit significatio, quæ in *directus*: quod tamen male, opinor, interpretatur Marcellus pro, *crucifixus*. Elegia, cuius initium: *Hoc verum est*, festiuiter sane nugatur, scripturum se magnum crimen Cynthiæ, quod nulla ætas deleat, & deinde ineptit versum:

Verum est, direxit, aut; diretexit vt in Posthii li. quod ex Comicis liquet esse tăquam patibulatū plectere.

Cynthia forma potens, Cynthia verba leuis.

Sane diuine: neque minus, quod in quibusdam veteribus codicibus reperitur:

Cynthia forma potens, Cynthia forma leuis.

Priorem illam figuram, *verba leuis*, e Græcia esse, & hoc dicere, verborum tenus; non necesse est me monere. Enimuero vir doctus mutat:

Li. 2. el. Hoc verum est, tota te ferri C. R.

Cynthia forma potens, Cynthia verba lues.

quæ quidem subrusticæ minæ fiunt, cum ille se ostendat venuste aliquid leue crimini daturum. An vero non hoc res ipsa loquitur, de industria illum insanum magnum conuicium minari, vt inde leuitas ipsa rideatur? Huc enim etiam magnifica illa clausula spectat, lepida in amatoris expostulatione, quia de leuitate puellæ tam minax, & verbis ambitiosa. Præterea cum se crimen eius dicat scripturum, quid ita continuo sibi excidit, & minas iacit? Neque vero, qui se profitetur scelus aliquod ad memoriam posteritatis proditurum, ita hoc solet facere: *tuum scelus lues*: sed ipsum scelus proscribere. Quid? hoc famæ murmur est, *verba lues*; vt ob id sequatur:

Crede mihi quamuis contemnas murmura famæ?

Pallorem autem pro rubore dixit: quod qui dubitat, discat ex Diogenis responso. quærenti, cur aurum tam palleat, quia, inquit multos insidiatores habet. At auri rubor est, qui hic pallor appellatur.

Lib. 2. eleg. Tristia iam redeunt iterum s. n.

At tu quæ nostro nimium es placata dolori,
Noctibus his vacui ter faciamus iter.

Iter facere, rem turpiculam significare putant. neque hæc nuper

nugæ sunt. Nam etiam libro tertio, elegia; *Mirabar quid nam, extrema*, in Posthu reperi:

Annua soluamus thalamo solemnia nostro,
Natalisque tui ter peragamus iter.

Credibile, auorum memoria ab Italis mutatum esse, qui multis locis in has nugas ingeniosi fuerunt. Mihi autem liquet scripsisse Propertium:

Noctibus his vacui rem faciamus item.

Decem iam noctes Isidi operata fuerat Cynthia. hoc erat rem diuinam facere. ergo Isidi rem fecerat. at, *res*, etiam aliter dicitur. Itaque quærit Ausonius.

Imperium, litem, Venerem cur una notet res.

Rem cum Cynthia habere quærebat, non vt ipsi cum Iside fuerat Quando, inquit, nimium iam Isidi dolori nostro (namque Isidem dolorem suum vocat, cuius in casto puella secubaret) placata es; nos quoque etiam tandem nunc vacui, quos negotium nullum vocat, rem faciamus. Initium Elegiæ quæritur operata adhuc Cynthia: reliqua accipienda sunt secundum peruigilium: vt illa quoque Elegia, *Iuppiter affectæ tandem miserere*: vbi cetera de ægrota Cynthia sunt, finis de restituta iam & valida. Illos versus hoc modo scribo:

Lib. 2. el Nũc ita Dardanio g. A. t. e.

Nunc ad te, mea lux, veniet mea littore nauis
Seruata, an medijs sidet onusta vadis?
Quæ si forte aliqua nobis mutabere culpa,
Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

Posteriora ita in Posthii libro. Neque vero hæc esse sententia potest: Solutus curis, siue in eas indutus, ante vestibulum tuum moriar Quod enim tantum malum in amore propitio, vt beatus & superfluens ante vestibulum iaceat? Quin hoc dicit, qui nunc medio mari, passis velis, cum quidem operam det ventus amoris, nauiget, si, vt sunt humana, tempestas oriatur, & nauis sidat, moriturum Metuit enim amori, qui in cursu sit. Et, ne longe abeamus, plane huic loco facit alter hoc ipso libro:

Eleg. vnica na a meo p. c. d.

Tu quoq; quod pleno fastus assumis amore,
Credule, nulla diu femina pondus habet.
An quisquam in medijs persoluit vota procellis,
Cum sæpe in portu fracta carina natet.

Horum autem versuum male primus in vulgatis omnibus scribitur:

Tu quoque, qui pleno fastus assumis amore.

Quod, enim hic est, quomodo apud Ouidium:

Ista quod est virgo, quod tela Cupidinis odit,
Multa dedit multis vulnera, multa dabit.

id est, quamuis virgo est, quamuis odit tela Cupidinis. Eunucho:

Quod dicas mihi, iter hac habui, alium quærebam, peristi.

Tu tamen

Tu tamen interea, quamuis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clausa sinu.
Namque in amore suo semper sua maxima cuique Ibidem.
Nescio quo pacto verba nocere solent.
Quamuis te persaepe vocet, semel ire memento:
Inuidiam quod habet, non solet esse diu.

Faceret vetus codex, probare poteramus:
Namque in amore suo semper sua maxima cuique:
Nescio quo pacto verba notet Nemesis.

Secundo amore suam quisque fortunam magnam, verbis maximam facit. non impune quidem, neque ea prætereunt Nemesim. Nemesim deam, notum est, coluisse eos, quæ superbe dictorum factorumque pœnam exigeret: qua de caussa secundam fortunam reuerenter haberi iubebant, cauebantque etiam anxie, ne quod arrogantius verbum imprudẽtibus ore excideret, quod notare Nemesis posset. *Suum* autem *amorem*, secũdum atq; æquum appellat: vt Sallustius, suum locum: *Denique Metellus, vbi videt neque oppidum capi, neq; Iugurtham, nisi ex insidiis, nisi, aut suo loco pugnam facere. & iam æstatem exactam esse, ab Zama discedit.* Ibidem.

Et si secla forent antiquis grata puellis,
Essem ego, quod nunc tu: tempore vincor ego.
Non tamen ista meos mutabunt tempora mores.

Crediderim scripsisse Propertium:
Et si secla forent antiquis grata puellis.

Si, inquit, ea secula essent, quæ nata sunt olim, cum quidem aliis puellis sol luxit, vltro a te peterer, Cynthia. Neque eo magis fidem tecum mutabo, quod tu tui seculi mores possides. Scitum est enim, vt tempora sunt, sic morem gerendum esse. Hanc esse horum verborum sententiam puto: nec ad riualem referenda: quæ tamen ipsa sententia manet, si, *grata*, relinquas. Libr. 2. Eleg. Prætor ab Illyricis.

Ergo muneribus quiuis mercator amorem?
Iuppiter indignum merce puella perit.

Perire merce, vt, *amare*, *odisse munere*, *facto aliquo*. Catullus:
Ni te plus oculis meis amarem,
Iucundissime Calue, munere isto
Odissem te odio Vatiniano.

Est etiam vbi addatur præpositio. Eunucho:
——————— *ecquid nos amas*
De fidicina isthac?

At Catulli venustissimum, si quod aliud, epigramma corruperunt:
Nam sudaria Setaba ex Iberis
Miserunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius, hec amem necesse est
Vt Veraniolum meum & Fabullum.

Repone scriptam lectionem:——*hoc amem necesse est,*
Et Veransolum meum, & Fabullum.

Hoc, inquit, munere mihi amandi sunt. Et procline hinc discere, qui mnemosynum darent, fere his verbis fecisse: *hoc munere me ames.* pro *hoc pignus & monumentum amoris habe.*

Lib. 2. Cui fuit indocto fugienda h. s. v.

Contra reiecto quæ libera vadit amictu,
Custodum & nullo septa tumore, placet.

Frustra u. c. & liber Posthii, *timore.* Nam *tumor* est densa corona, & fretum illud turbæ.

Plautus captiuis: Sc. *Quid est?*——*vbi quisq; vident, eunt obuiam,*
Gratulantur q; eam rem: ita me miserum restitando,
Retinendoque lassum reddiderunt.
Vix ex gratulando miser iam eminebam.

Restituendum ex scripto codice, *etunebam.*

Lib. 2. el. Eripitur nobis iampridem c. p.

Viderat ille fuga tractos in littore Achiuos,
Feruere & Hectorea Dorica castra face.

Melius vet. c.
Viderat ille fugas, fractos in littore Achiuos.

Porro addamus.

Lib. 2. el. 1.

Siue lyra carmen digitis percussit eburnis,
Miramur faciles vt premat arte manus.

V. c. *vt tremat arte manus.* Vergilius:
——*tum, si qua sonum procul arma dedere,*
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus.

Lucret. lib: 3. Concidit, & spumas agit, ingemit & tremit artus.

Nimium quantum elegans est, qui fides increpet, tremere arte manus: quod nostri, ita *colorare.* Tametsi etiam extra eam rem manum tremit fidicina:
India quin Auguste tuo dat colla triumpho,
Et domus intacta te tremit Arabiæ:

Lib. 2. el. Iam tempus lustrare aliis H. c.

Et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
Sentiet illa tuas postmodo victa manus.

Scriptus liber elegantius:
Sentiet illa tuas post mihi victa manus.

Mihi, abundat. Cicero ad Atticum: *His tibi rostra Cato aduolat:* quibus verbis, *tibi,* superfluit. Catullus:
O qui flosculus es Iuuentiorum,
Non horum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut posthac aliis erunt in annis:
Mallem diuitias mihi dedisses
Isti, quoi neq; seruus est, neq; arca;
Quam sic te sineres ab illo amari.

Lib. 2. el. Non tot Achæmeniis armantur Susa.

Ita recte scripti libri omnes: quem tamen locum fœde corruperunt.
Desit odoriferis ordo mihi lancibus: assint
Plebei parua funeris exsequiæ:

Posthii

Posthii liber, *obsequia*, & accipio. funebria enim obsequiæ sunt defunctorum. nam manes vltimos honorés postulare arbitrabantur. Vergilius:

Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras,
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.

Itaque, *iusta*, vocantur, quia poscuntur. Propertius:

Surge, & poscentes iusta precare deos,
Non vt Pieriæ quercus mea verba sequantur,
Aut possim Ismaria ducere valle feras:
Sed magis vt nostro stupefiat Cynthia versu:
Tunc ego sim Inachio notior arte Lino.

Ostendit eo versu Propertius, quæ sint iusta: scilicet, quæ poscantur. El. ead.

Bene u.c. *notior ante Lino. Ante Linus* ἦφεν, antiquus Linus. Vergilius ——— *neq; enim ignari sumus ante malorum*. Ita idem hic *ante comas*, quæ iam defluxerunt.

Lib. 2. Quæris, cur veniā tibi tardior?

Quæris cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi
Porticus a magno Cæsare aperta fuit.
Tota erat in speciem Pœnis digesta columnis,
Inter quas Danai femina turba, nurus.

Melius enim, opinor, Posthii:

Inter aquas Danai f.t.n.

Continuo orditur numerum picturarum, Tota illa turba Danaidum erat in speciem digesta inter aquas: namqui vt illis aquā in dolium pertusum ingerentib. identitē in orbem labor redeat.

Lib. 2. eleg. Gauisa est certe sublatam Cy. leg.

Nam citius paterer caput hoc discedere collo,
Quam possem nuptæ perdere amore faces,
Aut ego transirem tua limina clausa maritus,
Respiciens vdis prodita luminibus.
Ah mea tunc quales caneret tibi Cynthia cantus,
Tibia funesta tristior illa tuba.

Aliam scripturam amplectitur vir doctus: & hanc a patre Beroaldo esse putat. Equidem nihil tale diserte Beroaldus: & cum hac posthii u. ç. faciunt. Sententiam autem tametsi etiam quærit ille, quem dixi, vir eruditus, non amplius tamen quam longinquum & morosum quiddam, neque adeo verisimile extundit. Quanto autem verius querelam tibiæ significari, eandem apud Horatium libro tertio, ad Asterien.

——— *at tibi*
Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat. caue;
Quamuis non alius flectere equum sciens.
Æque conspicitur gramine Martio:
Nec quisquam citus æque
Thusco denatat alueo.
Prima nocte domum claude: neque in vias

Sub cantu querula despice tibia:
Et te sæpe vocanti
Difficilis mane.

Primam noctem, concubiam dicit: qua discimus, solitos ante fores adamatæ mulieris tibia canere, quod hic Propertius dicit *somnos canere*: scilicet, quia nænias.

Lib. 2. initium eleg.

Hoc verum est, tota te ferri Cynthia Roma,
Et non ignota viuere nequitia?
Hoc merui sperare? dabis mihi perfida pœnas:
Et nobis aquilo cynthia ventus erit.

Beroaldus, & post eum alii ita interpretantur, Aquilonem ἀσηρόφοιτον, & sudificum esse. Itaque hoc dicere Propertium: *& nobis erit suda tempestas*; cum manifeste de profectione sua loquatur se enim diutius ludum iocumque, ei non fore, & quouis discessurum potius.

Nunc est ira recens: nunc est discedere tempus:
Si dolor absuerit, crede, redibit amor.

Quid? non aperte metum itineris iniicit. Siue igitur Athenas cogitabat;

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas,
Vt me longa graui soluat amore via:

Sic & Aquilo benigna significatione, vt lapix etiam cõtinetur: vt solent poetæ.

siue (quod verius est) quouis alio, sententia est, quam dixi. Aquilo pro quouis alio vento: vt de naufragio Pæti:

At tu sæue Aquilo nunquam mea vela videbis
Ante fores dominæ condere oportet iners.

Sed de hoc plus satis.

Hæc ederas legit in thyrsos, hæc carmina neruis
Aptat, & illa manu texit vtraque rosam.

Lib. 3. Visus eram molli H. i. v.

Non pudeat contexisse, *manu texit vtramque rosam*: albam, & puniceam scilicet: quoniam sic positæ suauiter inuicem pinguntur. Ita apud Apuleium, vtriq; Æthiopes: *Nam vt se amet effictim non tantum incolæ, verumetiam Indi, vel Æthiopes vtriq; vel etiam Autichtones*, quoniam duo Æthiopum genera apud scriptores.

Lib 3 eleg. Arma deus Cæsar.

Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
Nec miser æra peto classe Corinthe tua.

V. c. & Posthii liber, *clade Corinthe tua.* Notum, deleta Corintho, cum vrbs conflagraret, æris, auri, argentique riuos fluxisse, & misturam factam illam commemorabilem æris Corinthii, quod post deinde magno cum honore fuit. Nec me præterit, disputari contra ab hominibus doctis, ac fuisse iam æs Corinthium in laudibus hominum stante adhuc vrbe: sed non eripiunt ii Plinii verba hoc sonare, notam æris ipsa opulentissimæ vrbis iniuria factam pretiosiorem. Et quando ante apud Romanos æs Corinthium in nullam dignationem venisset, tum Corinthi exitio illis monstraretur, cui aliter videatur, quam, plerosque eam famam occupasse,

Verba sunt Flori de hac re.

finem vrbis principium æri Corinthio fuisse? Quid autem hoc est, *tusse Corinthia patere est?*

Et mea cum multis lacrymis mandata reporta:
Iram, non fraudes, esse in amore meo.
Me quoq; consimili impositum torquerier igni.

Lib. 3. ele. ad Lygdamum Dic mihi de nostra q. s. v. p.

Scribendum videtur, *torrerier:* maxime propter illud, *impositum* Catullus:

Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me torruerit genere.

Apuleius in secundo: *Quid istud, inquam? cum sim paratus, vel vno basiolo interim recreatus, super istum ignem porrectus assari?*

Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Namq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto,
Vxorum fusis stat pia turba comis.

Posthii, *positis.* Scribendum videtur, *passis.* Idem verbum, non ab eadem mente tamen, reponendum postea hoc eodem libro:

Lib. 3. eleg. Quaritis vnde auidis. Posthii liber parso.

Inde Bytheronis timido pede currit in arces,
Nox erat, & passo triste cubile gelu.

Passum gelu, ab effectu, quia eo exarescunt omnia, tanquam passa: vt Lucilius *passos senes* vocat:

Lib 3. el. Sic ego non vllos iā norim in a. s.

Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.

Sed & ab eadem caussa Horatius, *rugosum frigore pagum*, qui contrahat frigore & corruget, lib. epist. 18. ad Lollium:

Me quoties reficit gelidus Digentia riuus,
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus.

Et (mirum) etiam passa calore dicuntur; vt item vri frigore. Catullus:

Qualis in aerei perlucens vertice montis
Riuus, muscoso prosilit e lapide:
Qui cum de prona præceps est valle volutus,
Per medium densi transit iter populi,
Dulce viatori basso in sudore leuamen,
Quum grauis exustos æstus hiulcat agros.

Pastus viator. id est, *æstu immoderato fatigatus & quasi exsiccatus.* Itaque restituo, *viatori passo*, *Basso*, veterum codicum scripturam notauit Achylles Statius Lusitanus. Quod dixi retineo: nisi fuit, *asso in sudore leuamen* vt magister aliquis, qui concoquere hiatum illum in versu non posset, *lasso*, faceret. *Assus* autem *sudor*, vt apud Ciceronem *assus sol:* qualia item Græci dicunt. An tamen verum est in superiore versu, *positis comis?* Nam in luctu Persæ, aliæq; ad orientem solem gentes radebantur: vt ex Herodoto discimus. Et quod viros cogites, etiam vxores radebant. Diserte hoc Curtius, atque alii.

Lib. 3. el. Sic ego non vllis iam norim in a. 8.

Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus,
Eurus in aduersos desinit ire notos,
Littora si tacito sonitus rarescit arena:
Sic cadit inflexo lapsa puella genu.
Sera tamen pietas natis est cognitus error.

Posthii: *natis est cognitus ordo.* Optime. *ordo,* id est, *series tota, historia corpus.* Casina:

——*omnem ordinem*
Fateri ergo æquum est. Quid intus agitur? Paccuuius:
Gnato ordinem omnem, vt dederit enotat patri.

Restituo:

Gnate, ordinem omnem, vt ut erit, enoda patri.

legitur apud Nonium in *Enodare.*

Non hæc Roma fuit tanto tibi ciue verenda,
Dixit & assiduo lingua sepulta mero.

Non cohærent: & cur dissimulem? quid sibi velint, non intelligo. neque autem negabis bene me restituisse.

Lib. 3. Quid mirare meam si versat f. v

Nunc hæc, Roma, fuit: tanto tibi ciue verenda
Bixit. & assiduo lingua sepulta mero.

Tota elegia Augusti laudes struit. Itaque postquam molem belli descripsit, nunc, inquit, Cleopatra fuit, hoc est, mortua est,

——*fuit Ilium & ingens*
Gloria Dardanidum Truculento:
Quam pæne tibi fuit Phornesium?

Altero versu, Bixit est, Vixit.

Viximus. hic omnes exitus vnus habet.

Illubenter dicebant, mortuus est: pro eo, Vixit fuit, frequẽtius

Id ominis caussa faciebant, ne obscenarent voce illa, *mortuus est.* Cicero de coniuratis supplicio affectis: *Vixerunt.* Auctor Plutarchus. *Tanto tibi ciue verenda:* vt maiorem laudem Augusti faceret. Ne nihil actum putetis, Romæ ipsi metuenda fuit Cleopatra: quæ quamuis gnara omnia virtuti suæ prona esse & obedientia Augusto superstite, timuit tamen. Reliqua illa: *& assiduo lingua sepulta mero:* Antonium signant, cuius de temulentia & luxu pleni veterum libri.

Nam quid ego heroas, quid raptem in crimina diuos;

Vt coniectura feceram, sic in Posthii libro reperi: *quid raptem in crimine diuos?* nam *raptare* pro *scelesto,* & *raptare in crimine,* vtrunque idẽ, pro, *conuitiari, mala ingerere.* Amphitruone in argumento.

Turbas vxori ciet Amphitruo: atque inuicem
Raptant pro mœchis.

Venturam melius præsagit nauita mortem.

Rectior altera lectio, *noctem.* Neque enim vnquam nauta bene præsagit mortem. Nam si ea occupat, male præsagit sin, neque ita bene præsagit, quia non occupat. Sed, *noctem,* pro, *tempestatem,* eleganter. Vergilius:

Cum

Cum mihi cærulam supra caput astitit imber,
Noctemque hyememque ferens.
Quæritis unde auidis vox sit pretiosa puellis,
Et Venere exhausta damna querantur opes?
Certe equidem tantis manifesta est caussa ruinis;
Luxuria nimium libera facta via est.
Posthii, *lubrica.* hoc illa postulare videntur:
Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quæq; terunt fastus Icarioti tuos

Lib.3.Eleg. Quæritis unde auidis v.s.p.p.

Nimium lubrica est luxuriæ via, quoniam facile ea expugnat puellas. Itaq; lubricam adolescētiam Cicero appellat, quæ his talibus rebus non difficulter capitur. Sed, *libera,* nihilo deterius.

Illis pompa fuit decussa Cydonia ramo,
Et dare puniceis plena canistra rubis:
Nunc violas tondere manu, nunc mista referre
Lilia, virgineos lucida per calathos:

El.eadem.

Placet coniectura: *vimineos lucida per c.* nam in illo, *vimineos,* caussa est, cur per calathos lucida. Calathi enim ii raro vimine texebantur.

Pinus & incumbens latas circumdabat umbras,
Nec fuerat nudas pœna videre deas.
Corniger Idas vacuam pastoris in aulam
Dux aries saturas ipse reduxit oues.

Eadem.

Posthii, *lentas umbras. Lenta,* quia sequaces. ita *lentum vimen, cera lenta.* Milite glorioso:
Nunquam ego me tam sensi amari, quam nunc, ab illa muliere.
PA *Quid iam?* PY. *vt multa verba fecit : vt lenta materies fuit;*
Præterea *lenta umbra,* quia in iis lenta:
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra.
In eodem codice: *Cornigeri atq; dei vacuam.* plane vere: & vulgata inepta: ad quam tamen Beroaldus nihil male dicit. Et in iis plus, inquit Propertius, Panis antro (is enim est deus corniger) greges stabulabantur. Siue autem pastorem deum, siue pastoris oues accipias, nihil interdem.

Dulcior ignis erat Paridi, cum grata per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre sua.

Procul dubio emendandum, *Graia per arma*: & id puer de triuio videat. *Graia autem arma,* sane docte, quibus Graii vincebāt. Hoc enim continuo explanat:
Dum vincunt Danai, dum restat maximus Hector.
Sic infra lib. vltimo:
Lychdamus ad cyathos, vitriq; æstiua supellex,
Et Methymnæ grata saliua mari:
cum scribendum sit, Graia saliua:

Libr.3. Eleg. Dulcis ad hesternas fuerat mihi r.f.

Lib.3.el. Magnum iter ad dolas p.c.A.

Inde vbi Pirai capient me littora portus,
Scandam ego thes(e)a brachia longa via.

Bene Posthii: *capient mea lintea portus.*

Exoranda canis tria sunt latrantia colla,
Scandenda est torui publica cymba senis.

Lib.3.el. Claus'ab vmbroso qua ludit Pontus Auerno: quauis recte Scal. Plausus.

In Posthii, *curui*: recte. Senes enim plerique curui. Sic supra: *cum sis*

Ipsa anus haud longa curua futura mora.

Lib 3. Nunc o Bacche tuis h.a. a.

Nunc o Bacche tuis humiles aduoluimur aris.
Da mihi pacato vela secunda pater.

Pacatum, quid hic sit, dicat qui me felicior est. *Pacatus*, esset aliquid, vt ad Bacchum ipsum referatur. Posthii: *baccato*. minima midor menda. tantum enim spiritus deest, *bacchato*. Fingit bacchatum se pacem Bacchi poscere. Simile mendum apud Ouidium Metamorphoseon 6.

Vberaque eotiberant auidi lactantia nati. Nam scriptum exemplar Prisciani repræsentat, *baccantia*. *Papilla* enim *baccantes*, lepidissime, quas Catullus luctantes appellat, tuberantes scilicet, & instar baccarum turgentes.

Lib.3. Mecœnas eques Hetrusco de s.1:

Crede mihi magnos æquabunt ista triumphos
Iudicia, & venies tu quoq; in ora virum:
Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis,
Mecœnatis erunt vera tropæa fides.

Bona coniectura, *famæ fastigia*. Nam & *fastigium famæ* dicitur non, *vestigium*: & *tenere fastigium*, ita recte: alterũ illud, non idẽ.

Eadem.

Non ego velifera tumidum mare findo carina:
Tota sub exiguo flumine nostra mora est.

Recta Posthii: *tuta sub exiguo f.*

Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lectæ exsectis anguibus ossa trahunt.
Et strygis inuenta per busta iacentia plumæ,
Cinctaq; funesto lanea vitta viro.

Suspicabar, *busta iacentia*, silentio enim id noctis sagæ faciebant: & alioquin manium silentium busta sunt. qui ob id silentes apud priscum seculum. Horatius Epodis:

————o rebus meis
Non infideles arbitra
Nox & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra.

Sed Posthii, *per busta rotantia*: quia formę scilicet bustorum rotantes Vergilius in 9.

It parte ex alia, qua saxa rotantia late
Inpulerat torrens arbustaq; diruta ripis.

Et quidem in bustorum ruinis multa rotantia saxa. Atqui, *iacet*, elegans quoque de horridis incultisque locis, pro, *sordes atque* *aret.*

aret. Virgilius Georgicorum 3.

Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late.

Et manifestius ibidem:

Sæpe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur: itq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis; tantum campi iacet. & eleganter Gellius, sordidam iacentem aurem, coniungit: *Qui modo*, inquit, *sordida iacentique aure non sit.* Item in comparatione Cæcilii & Menandri, illum præ hoc nimium quantum iacere & sordere ait. Veruntamen vt, *rotantia*, probemus, si res nequeat, scriptus codex impetrare debeat.

Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues, Lib 3. el. Ergo sollicitæ tu caus. p. v.
Et miser inuisam traxit hiatus aquam.

Scio quid de toto loco vir doctus: sed profecto scribendum est, *viuos radicitus abstulit vngues.* Ita est enim: naufragis radicitus vngues auferuntur. atque id nunc Pædo accidisse ait. Alterum illud, solitos, qui tempestate conflictarentur, capillos ponere, & præsecare vngues, vltimo scilicet periclitantium voto, vt ea re quasi satisfacerent fatis, & naufragium a se deprecarentur; quid ad hanc rem facit? Si de Vlysse accipienda sunt, & eum existimandum est sibi in periculo vngues demsisse, quo illud, radicitus? tum, non ita dicturus fuit *fluctus abstulit vngues.* Et profecto, nisi de ipso Pæto, vt vulgo leguntur, recte leguntur, non suo loco ille versus est:

Pætus vt occideret, tot coiere mala.

Iam, Vlyssem interdiu tabella tulit; & quicquid hic commemoratur de Pæto, de Vlysse nusquam fama narrat. Præterea, quid ei terra marique pectus non tulit? At Pætus nunquam mare ingressus antea, domi citrio, aut terebinthino thalamo cubauerat, non in transtris: nec reuocantem & terrentem Propertium tenerет mari credere, audiit. Quomodo autem *teneras Vlyssis manus* dicat; et non tulisse eum duro rudente illas lædere? sane non ea fama Vlyssem sequuta est. *Viuos* autem *vngues*, id est, *ad viuum*, & porro etiam, sic enim dicimus, *ad viuum resecare*, Etiam emendandum est:

Et niger inuitam traxit hiatus aquam.

Niger hiatus, per metalepsin, *profundus*: vt illud dictum est: *Speluncis abdidit atris*: Niger enim, quia sine luce: hoc, quia altus. *Inuitam aquam*, quod ne illa quidem necem Pæto festinabat, tam bono, tam formoso. nec enim, nisi quod per fata aliter copia non erat, mersura fuit. Lib. 3. Quæritis vnde auidus n. s. p. p.

Dyque deæque omnes, quibus est tutela per agros,
Præbebant vestris verba secunda focis.

Susp icor scriptum fuisse: *tescis verba benigna focis.* Sic animi ei-

Lib. 4. Eleg. Amphitryoniades qua tempestate.

iam in quarto: *Vos precor o luci sacro quae luditis antro,*
Pandite defessis hospita tesca viris.

pro quo male alii, *hospita vestra. Hospita phana.* & conieci ante aliquot annos, quia in v. quibusdam, *vana* (quo modo item Captiuis, & aliis Plauti fabulis in scriptis libris, *vanū est*, quod sectum erat. *phanum*, pro, *perspicuum, manifestum*: in vulgatis pessime, *planum*) & nunquam tamen ita recepi, vt, *tesca*, damnarem. *Tesca*, adiectiuum. *Tesca loca*, apud Attium Philocteta. Quando igitur ea deserta, agrestia sunt, augurio designata, sacra deo alicui, non aperta, sed vndique septa; quod e Pompeio & Varrone dicimus: & in inauguratione haec coniunguntur, *templum tescum: Templum, tescumque incita sunto*; haec, inquam, cum sint, semper ita habui, *tesca*, scriptum a Propertio, & inde esse illa, *secta, vestra. Fana*, autem, interpretamentū ipsum, postea quoque corruptum, in vana. Sed & heic siluestria loca, diique agrestes probant illud, *tescis vocis.*

Lib. 2. el. Arma deus Caesar.

Non maris in tantum ventis iactamur, & hostem
Quaerimus.

Bene v. c. *infandum ventis iactamur.* Haec enim talia aduerbiascunt, *immensum, infandum, horrendum. Immensum aucto mari, & vento gliscente*, inquit Sallustius:

Lib. 4. Epist. Arethusa ad Lycotā.

Hiberniq; Geta, pictoq; Britannia curru,
Vstus & Eoa discolor Indus aqua.

Excusari hoc potest. placere vix potest. Facilimum autem mendum, *aca, acu.* Sic enim lego:

Vstus & Eoa discolor Indus acu:

& significari puto, quod Indi calida acu compungere se notis, & inurere solerent: vt item Threces. Petronius: *Nunquid (vt Indi aut Aethiopes videamur) labra possumus tumore teterrimo implere? nunquid & crines calamistro conuertere? nunquid & frontes cicatricibus scindere?*

Li. 2. el. Iam tempus lustrare aliis H. c.

Sic nos nunc inopes laudis conscendere carmen,
Pauperibus sacris vilia dona damus.

Quid sermonis hoc sit, *conscendere carmen laudis*, nescio: & malim: *laudis conscendere in arcem.*

Lib. 2. Eleg. Qui videt, is peccat.

Sed de me minor est famae iactura pudicae:
Tanta tibi misera, quanta mereris, erit.

Simile Terentii Hecyra: *De te peccando detrimenti fieri nihil potest.* Sic enim Propertius: *de me minus detrimenti fit: tu videris.* Addit: *Nuper enim de te nostras me laedit ad aures*
Rumor, & in tota non bonus vrbe fuit.

Eleganter emendabitur e Pesthii:

Rumpor. Enim de te n. m. l. a. Rumor.

Rumpi, & vri male se ait, cuius aures rumor ille verberet. Piget dudum, haec leuia sequi: sed quid faciam? qui spicas legere ingressus

greſſus ſim, non poſſum præter quam mihi aliorum diligentia re-liquit.

Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus æſtu, Lib. 3. el. pe-nult.
Vulneraq; ad ſanum nunc coiere mea.

Poſthii, *ad ſaniem.* nondum plane reſipuerat; ſed commodum reſipiſcebat, & vulnera illa latiſſima, ac penitus adacta coierant ad ſaniem: quod cum ſit, paullum a ſanitate abſunt.

Colla caue inflectas ad ſummum obliqua theatrum, Lib. 4. Eleg. Diſce quid Eſquilias hac n. f a.
Aut lectica tua ſudet aperta mora.

Malo: *ſidat aperta.* magis enim conuenit cum illo, *mora.* Neque enim poni lecticam apertam vult in publico, & epulas oculis dari. Quamuis eam ſententiam non tollat poſitum, ſudet.

Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro, Lib. 4. Amphitruoniades.
Per tria partitos qui dabat ora ſonos.

Inepte ita: niſi quod ariolandum relinquit flammas ſonuiſſe. Sed veriſſime Poſthii liber, *qui dabat ore focos.* Hoc de Caco prolixe Ouidius, & Liuius, vt flammas vomuerit: quod Propertius dicit, *focos dare.* Neque ſane ad vim raptoris quicquam intereſt, multa ora ſonos dediſſe. Si eloquentia, non robur, & efficacia virium agerętur, ita hoc ponēdum fuerat, *ſonos.* Sed, vt dixi, tum ſonus flammarum acciperetur.

Di tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis Ead.
Auia ſecreti limitis vna fuit.

Certa coniectura, *fluit,*

Damnatæ noctes, & vos vada lenta, paludes, Lib. 4. Cornelia ad Paulum.
Et quæcunq; meos implicat vnda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni,
Det pater hic vmbræ mollia iura meæ:
Aut ſi quis iudex poſita ſedet Æacus vrna,
In mea ſortita iudicet oſſa pila.

Suſpicione aliqua criminis perſtricta Cornelia, vt mortuam etiam tanquam lacuna infamiæ ſequeretur, quietem orat manibus: aut, ſi ſuum aliquod ſcelus extet, iure in ſe vindicari cauſſa dicta. Bene ergo in Poſthii.

In mea ſortita vindicet oſſa pila.

Neque enim inauditam plecti debere.

Quaslibet auſteras de me ferat vrna tabellas:
Turpior aſſeſſu non erit vlla meo:
Vel tu, quæ tardam mouiſti fune Cybellem
Claudia turritæ rara miniſtra deæ:
Vel cui, commiſſos cum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit viuos carbaſus alba focos.

Totum locum adſcripſi vt viderent omnes, quam ſine vlla ſententia eſſet idq; non amplius [illegible] corrupto ſecundo verſu:

At prior aſſenſu non erit vlla meo Sic Poſthii. Ilicet, inq. ſeuerit-

simus iudex de me sententiam ferat, non concedam vllam aliam feminam Romę me honestiorem fuisse, non Claudiam Vestalem, non Æmiliam: quantumuis earum laudes in annalibus viuant. Elegantius fit, quia damnatis fere ipsis confessio scelerum exprimebatur, Romæ quidem figura quadam orationis; apud Athenienses lege: vbi reum dicere iubebant, qua se pœna damnaret: vt de Socrate memoriæ proditum est.

Libr. 4. Sunt aliquid manes.

Spirantes animos, & vocem misit, at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus.

Animos ita, Latino cœlo incognitum: & Propertius scripsit, *animas*: neque ea coniectura est. *Anima*, autem pro sono & voce, hoc est, sono animato: quia quid aliud, vox est, quam ventus, seu spiritus? Adelphis: —— *quid festinas, mi Geta?*

Ead.

Animam recipe.
Qua numerosa fides, quaq; errat turba Cybelles.
Posthii: *quaq; æra rotunda Cybelles,*
Hac summa æternis queritur liuere catenis
Brachia, nec meritas frigida saxa manus:

Idem liber: *Hac sua maternis*: quæ emendationes, vt eo quoque commendatiores in vulgus essent, volui eius codicis fidem arcessere. In eodem illo libro paullo post:

Sic mortis lacrymis in te sanamus amores:

Quod rectius est, quam, vt omnes alii, *vita sanamus amores*. Sed & illum quoque ita habet Posthii:

Ossaque legisti non illa ætate legenda
Patris, & in tenues cogeris ipse lares.

ne diutius viri docti sibi probent, & interpretentur illud, *cogeris ipse lares.*

Et bene cum fixum monte discusseris vncum,
Nil erit: hoc rostro te premet ansa suo.

E veteri formula restituo:

Nil erit hoc: rostro te premet ansa suo.

Cum frustra sumi operam dicebant, forma hæc erat: *hoc nihil est* Phormione

—————— *hoc nihil est, Phædria.*
Ilicet, quid conterimus operam frustra?

Ele. de Pato: Ergo sollicitæ.

Quod si contentus patrio boue verteret arua,
Verbaq; duxisset pondus habere mea;
Viueret ante suos dulcis conuiua penates,
Pauper, & in terra, nil vbi flere potest.

Literula non amplius e veteri codice restituta totam sententiam animat:

Pauper, at in terra, nil vbi flere pote.

Occurrit obiectioni. Si mihi auscultauisset, viueret. Pauper, inquies. quid tum? at in tuto

Cum

Cum tibi Romano dominas in honore secures,
Et liceat medio ponere iura foro:
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes:
Atq; onerare tuam fixa per arma domum.

Postou: *pugnatos ire per hostes:*
Atque honerare tuam f p. a.d.

Pugnatos, pugna victos. hoc enim ostendit, *ire per hostes*: qualia multa dici solita olim; ne semper eo descendere cogar; Priscianus monstrat, *Honerare*, quia dicebant, *honerem*, sæpe pro, *honorem*: quod in Pandectis quoque Florentinis videas. Contra, *honore*, pro *onere*, Arbiter:

Prima quidem glacies & cana vincta pruina,
Non pugnauit humo, mitique quiuis honore:
Sed postquam turma nimbos fregere ligatos.

Sed & *honere*, pro, *honore*. Paccuuius Iliona apud Nonium *Poti*:
Vsum honere credo adhuc sceptrum patienter poti.

Persequar & currus vtroq; ab littore ouantes:
Parthorum astutæ tela remissa fuga:
Castraque Pelusii Romano subruta ferro:
Antonique graues in sua fata manus.

Lego: *claustraque Pelusii*, vt apud Petronium:
Cerno equidem gemino iam structos Marte Philippos.
Thessalaque rogos, & funera gentis Ibera.
Iam fragor armorum crepitantum personat auras:
Et Libyen cerno, & tua Nile gementia claustra.

Non recte excudunt:
Gemina iam stratos morte Philippos. Et:
Iam fragor armorum trepidantes personet aures:
Et Libya cerno, & tua Nile gementia castra.

Neque vero trepidabant aures fortunæ eo armorum fragore, quæ eum sibi volenti esse non dissimulet. Apud eundem Petronium in Epigrammate de caluis, stichmositque vna etiam leuiuscula menda hæsit:

Quod solum formæ decus est, cecidere capilli,
Vernantesq; comas tristis adedit hiems.
Nunc vmbra nudata sua iam tempora mœrent,
Areaq; attritis ridet adusta pilis.

Scribo: *nidet adusta*. Læuia enim & glabra quæ sunt, nident: quomodo Vergilius: *Ære renidenti*. Illud eiusdem:
Nam nihil est, quod non mortalibus adferat vsum:
Rebus in aduersis, quæ iacuere, iuuant.
Sic rate demersa vulsam deponderat aurem.
Remorum leuitas naufraga membra vehit.
Cum sonuere tubæ, iugulo stat diuite ferrum:
Barbara contemtu prælia pannus habet.

Leuiss.

Leuissimam maculam reliquerunt docti viri:
Sic rate demersa fuluum deponderat aurum.
Eiusdem exhortatio est ad peregrinationes:
Linque tuas sedes alienaq; littora quære.
O iuuenis, maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis. te nouerit vltimus Ister.
Te Boreas gelidus, securaq; regna Canopi,
Quiq; renascentem Phœbum, cernuntq; iacentem.
Maior in externa sita cui descendat arenas.
qui postremus scribendus est:
Maior in externas Ithacus descendit arenas,
Nam Vlyssi peregrinatio prudentiam attulit. Aliud de aulicorum vanitate:
Sic commissa ferens auidus seruare minister,
Fodit humum, regisq; latentes prodidit aures,
Excepit nam terra sonos, calamique loquentes
Inuenere fidem qualem narrauerat index.
Pleraque ex Fulgentio restitui possunt:
Sic commmissa verens auidus reserare minister,
Fodit humum. & postea:
Incinuere Midam, qualem narrauerat index.
Quæ scriptura ex notissima illa fabula de Mida rege fidem accipit. Veritus enim in publicũ efferre minister de auribus Midæ, tellurem subiit; & quæ porro non necesse est repetere. Eiusdem:
Cui vultur iecur vltimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasq; fibras,
Non est, quem timidi vocant poetæ:
Sed cordis, mala, liuor, atq; luxus.
Iam dudum pudet operæ in his friuolis. quis enim non ita videt emendandum esse:
Non est, quem Tityum vocant poetæ:
Sed cordis mala, liuor, atque luctus.
In Epigrammate in luxum:
Non satis est, quod nos mergit furiosa iuuentus:
Transuersosq; rapit fama sepulta probris?
Anne etiam famuli cognata fæce sepulti
In testa mersas luxurientur opes?
Vilis seruus habet regni bona, cellaque capti
Deridet festam Romuleamque casam.
Coniiciebam *deridet festram:* & vidi qui probarent. Ideo, quia Antonius Gnipho librum scripsit de festra: quid videlicet festra in veterum libris & sacris significet. In eo libro pleraque omnia vetustatis exsoletæ persecutus erat, vt iudicio Macrobii cognoscimus. Itaque hoc putem dicere Petronium, festram & quicquid antiquitas suum habuerit, cum Gniphone, cum iureconsulti-

bus

bus libris irrideri. Non enim magis res antiquas & obsoletas significari, quam librum de fistra, illum, & si qui præterea aliud quam farinam curarunt. Epigrammate in superstitionem:

——— hinc signa effusa per orbem.
Et permutatus disiunctus mensibus annus.

Proiecit vitium hoc. non ausim mutare, *perrexit vitium hoc:* vt *porrigere,* sit, *porro propagare.* Nam, *proiicere*, ita docte. Vt enim *proiectam libidinem, proiectam audaciam*, pro effusa & immodica dicimus, sic *proiicere libidinem, lasciuiam*, pro, *effundere.* Ergo *proiicere vitium*, cuius iam modus nullus esset.

Victa erat ingenti tellus niue, victaq; cæli
Sidera, victa suis hærentia flumina ripis;
Nondum Cæsar erat: sed magnam nixus in hastam
Horrida securis frangebat gressibus arua. Lego:

Sed magnum nixus in hastam. Magnum, aduerbialiter, vt ad ipsum Cæsarem referatur. In eodem Petronii carmine quædam etiam mendosa alia circumferuntur.

Ac spireum laudabat miles in vnda.
Expositus tellure nitor certauerat ostro.
Hinc Numidæ accusat, illinc noua vellera Seres
Atq; Arabum populus sua despoliauerat arua.
Ecce aliæ clades, & læsæ vulnera pacis:
Quæritur in syluis auro fera, & vltimus Hammon
Afrorum excutitur, ne desit bellua dente
Ad mortes pretiosa fame: premit aduena classes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
Heu pudet effari, perituraque prodere fata. Emendo:
Æs Ephyrecum laudabat miles in vnda
Quæsitus tellure nitor certauerat ostro;
Hinc Numidæ lapides, illinc noua vellera Seres
Atq; A. p. s. d. a.
E. a. c. & læsæ vulnera pacis:
Quæritur in siluis Mauris fera, & u. H.
A. e. n. d. b. d.
Ad mortes pretiosa: fames premit aduena classes
Tigris & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt o. h. p. p. c.
Heu pudet effari, perituraq; prodere fata.

Illud, *accusat*, emendarat Turnebus, *accurant*: & erat aliquid, si id verè esset, *accusant* At, *accusat*, quidem qua alia occasione subrepsisse suspicari possumus, quam quod scriptum esset; *Hinc Numidæ lapides.* id ne quis arbitraretur nominandi casu esse, *lapides*, tanquam si Numidas ipsos lapides appellasset: fuerat, qui

ad oram ascriberet, accusatiuum esse; hoc modo, *accusat.* vt vulgo hæc solemus curta scribere, *ablat. genit. accus. Numidas crustas*, columnas & marmora Numidica vocat, contemptim, & vt solet cætera. Itaque infra quoque:

—— *Et dum Parius lapis inuenit vsum.*

Eadem occasione corrupta illa puto:

Mox & Socratico plenus grege mittat habenas
Liber, & ingentis quatiat Demosthenis arma.

Scribo:

Mox & Socratico plenus immittat habenas
Liber. Præcessit enim:

Mæonium que bibat felici pectore fontem.

Itaque ἀπὸ κοινοῦ repetitur *fonte: Mox & Socratico fonte plenus.* Ad illa verba: *Mox & Socratico plenus*; ascripserat quidam ad marginem, *grege*: id & propter similitudinem, & vt numeris fieret satis, abiit in, grege. Ordinem enim studiorum Petronius hunc facit, vt poetice initium sit: tum philosophia: mox oratores Græci: dehinc ad eloquentiam Latinam veniatur; vbi aut verti de Græco, aut controuersias atque orationes componi censet. Ea sententia est in his versibus.

Hunc Romana manus circumfluat: & modo Graio
Exonerata sono mutet suffusa saporem:
Interdum subducta foro det pagina cursum,
Et fortuna sonet celeri distincta meatu,

Vbi tamen ita potius suspicabar:

Hunc Romana manus circumstruat: hoc est, *Romani homines coronam faciant. in corona Romanorum hominum Latine dicatur.* Et postremo versu: *Et cortina sonet. Cortinam theatri*, Seuerus quoque dixit in Ætna. Sed & *cortinam*, locum, in quo dicatur, Cornelius Tacitus: *Nec mirum. erant enim hæc noua & incognita: & ipsorum quoque oratorum paucissimi præcepta Rhetorum aut Philosophorum placita cognouerant. At hercle peruulgatis iam omnibus, cum vix in cortina quisquam assistat, quin elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit, nouis & exquisitis eloquentiæ luminibus opus est.* nisi cortinas vilium operarum intelligit. Acutius quidem & plausibilius enarrari cum Taciti locum, verum verius sit, non putem posse. Sed ad priorem Arbitri locũ reuertamur tamẽ *Æs Ephyreium*, est Corinthium. Iuuenalis, Ephyræum; Vergilius, Ephyreium, vocant. hic est Ephyreæum, tanquam ab Ephyræa. Quam Apollonii scholiastes, Cithæram. eã Stephanus, Citham. Sic opinor. Ephyrã, & Ephyræã dici nihil interesse. Belle autem queritur, æs Ephyræũ in amoribus esse militi, quod armis non faciat: illud, quod faciat, non esse. Vsum enim alius æris quærere in clypeis, & galeis debere: non pretium Corinthii. Nam quod Græci veteres etiam ad armorum vsum æs Corinthium laudant,

At qui id vir. docti faciunt.

laudant, non id est, quod in signis & vasis commendatur. *Mauras siluas* dixit, vt Horatius *Maura iacula*. Amplius etiam turbatum eo quod sequitur, ab aliis: a me restitutũ Classe ex Ægypto & Africa Romam commeatus portabatur. Ceterum imperatores eo iã dementiæ venerant; vt ea ipsa annonaria classe feras, ac circo arenam peterent. Itaque quid aliud quam fames aduena vehebatur classe? Fidem emendationi facit Suetonius Nerone: *Ex annona quoq; caritate licitantium accreuit inuidia. Nam & forte accidit, vt in publica fame Alexandrina nauis nuntiaretur arenam luctatoribus aulicis aduexisse. Paritura fata*, in veter. cod. hoc est *grauida & fœta malis*. Iam pridem enim fata perniciem parturiebant Romanis: nunc aliquando paritura erant.

Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam viuus perducitur: atq; Lucrinis
Eruta litoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem. iam Phasidis vndá
Orbata est auibus: mutoq; in littore tantum
Sola desertis aspirant frondibus aura. Scribo:
Mutoq; in littore cantum
Sola desertis a. f. a.

Lepide, *auræ aspirant cantum frondibus*: Lucretius quoque canere ait siluas: eodem modo Virgilius, loqui siluas: idemque Catullus:

Loquente sæpe sibilum edidit coma.

Itemque hic ipse:

Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur.

Porro:

Præterea gemino deprensam gurgite prædam
Funeris illuuies, vsuq; exederat aris.

Nihili hoc est. Putabam emaculandum:

Fœnoris ingluuies vsura exederat æris.

Simplicius est: *Fœnoris ingluuies, vsuq; e. æ.*

Omnium aliarum rerum ingluuies, nugæ, præ quam vt fœnus comesse omnia, quaqua attigit, solet. Nam etiam, sortem ipsam tandem æquat, hoc est, vt ita dicam, deuorat.

Si modo vera mihi fas est impune profari,
Vota mihi cedunt. nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc. Lego: *nec enim minor ira rebullat.*

Definire voluisse iram videtur. Est enim ea fretum (feruorem dicunt, siue rebullitionem) sanguinis circa cor.

Parte alia plenos exstinxit Cynthia vultus,
Et lucem sceleri subduxit. rupta tonabant
Verticibus lassis montis iuga. Scribendum, *lapsis*.

Labes enim significatur, & hiatus, quæ ipsa quoque in ostentis numerata sunt: vt apud Liuium multis locis videas, & Iulium

Obſequentem. Pro hac emendatione eſt verbum, *rupta*. *Lapſus* autem & *laſſus*, ibi quoque inuicem loca mutarunt: *Exſecratus itaque aniculæ inſidias, operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem: cũ ecce in ipſo aditu occurrit mihi æque lapſus ac moriens Aſcyltos.* Scribendum enim, *laſſus*: quod pigeat monuiſſe, & certo pudeat, niſi videam quærere etiam interpretationem hic illius, lapſus, alios, & ſibi adeo in eo ſatis facere.

Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia tellus,
Armis læta meis, olimque onerata triumphis:
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere Martem,
Inuitas me ferre manus.

Non hoc dicit, quod ipſe Cæſar in Commentariis, cum apud milites peroraret negaſſe ſe vnquam abuti militum ſuorum ſanguine: teſtatum memoriam ipſorum, quantopere paci ſtuduiſſet ſemper: neque per ſe ſtare, quin ea coiret: non, inquam, hoc dicit: nam cum quomodo teſtaretur Saturniam tellurem? quomodo autem illa adderet: *Inuitas me ferre manus?* neque enim ille vim propterea ſuis militibus faciebat: ſed ſcribendum, *arces*. Maſſiliam ſignificat, & ſubiecta Inſubriæ oppida. Id poſtea etiam clarum fit:

Dum Cæſar tumidas iratus deprimit arces.

Corruptum hoc, vt illud quoque ſub finem:

——————— *neſcis tu, Magne, tueri*
Romanas acies: Epidamnia mœnia quære.

Vbi ſcribendum: *neſcis tu Magne tueri*
Romanas arces: Epidamnia nomina quære.

Neſciit enim Romam tueri Pompeius, totamque adeo Italiam vacuam & nudam præſidiis Cæſari occupandam reliquit: atque ita Dirrachium cum exercitu tranſiſit, cui Epidamni nomen vetus mutarant Romani, ominis cauſſa, inquit Plutarchus. Plautus Menæchmis:

Propterea huic vrbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno diuortitur.

Itaque eleganter, *Epidamnia nomina*, dicit, alludens ad ſignificationem vocis. Neque non tamen *nomen* pro *re* dicunt ſcriptores. Albinouanus:

Fluminaque & fontes, & nomina magna locorum.

Cato Grammaticus Diris: *Et felix nomen agelli*. Accius Neoptolemo: *Quid ſi ex Græcia omne nomen illum par nemo reperiri poteſt?* Scribo: *Quid ſi ex Græcia omni nomen illius par nemo reperiri poteſt?* Mire, *nemo nomen*, pro, *nemo homo*.

Fulſit. ab vrbe tuca dum Rhenum ſanguine vince.

Caret gratia. Itaque malo: *dum Rhenum ſanguine pinge.*

Namque omnes vnum crimen vocat, omnibus vna
Impendet clades: reddenda eſt gratia vobis.

Ne

Ne hoc quidem satis facit. Putem: *reddenda est gratia votis.* Votis iam & exsecrationibus inimicorum Cæsareani omnes peierant: quomodo infra:

——— *& absentem votis interficit hostem.*

Hanc tam impensam voluntatem negat Cæsar commissurum se, quin remuneretur. Hoc non dubitem asseuerare, cum præcedentia considero, quæ tamen dehinc sunt, vetant temere quicquam affirmare.

Ecce etiam rigido concussæ flamine nubes
Exonerabantur: nec rupti turbine venti
Derant: ac tumida confractum grandine cælum.

Scribo, *confarctum*, propter ipsum illud, *tumida*. alterum enim alteri aptum est: &, *confractum cœlum*, sic nostri rure loquuntur. Etiam rectius sit fortasse, *rupto turbine*, quia ita Vergilius:

Aduersi quondam rupto turbine venti
Confligunt ———————

——— *Ergo pulsata tumultu*
Pectora, perque duas scinduntur territa partes.

Lego: *Perque duas scinduntur tertia partes.*

Tertium illud sequi vellent sed enim id per duas sententias non easdem illas scinditur. Quod tertium sit, quæ duæ illæ partes, commemorat:

Huic fuga per terras, illi magis vnda probatur:
Et patria est pontus iam tutior. est magis arma
Qui tentata velit. ibidem illud legitur.
Iam classes fluitare mari totasque per alpes
Feruere Romano perfusas sanguine turmas,
Arma, cruor, cædes, incendia totaque bella
Ante oculos volitant.

Non malum hoc, *tota bella*: sed mihi suspicio aliquando incidit, scripsisse Arbitrum, *notaque belli*, hoc est, quæ cruentum & anceps bellum fere comitantur. Sic loqui Cornelius Tacitus solet. Ne pigeret suspicari, faciebat, quod, *notus, totus, motus*, vicissim eam iniuriam fecerint atque acceperint: vt apud Propertiū:

Tu loqueris cum sis noto iam fabula libro.

Apud hunc ipsum supra: *Cum hunc diligentius audio, non notaui mihi Ascylti fugam: & dum in hoc dictorum æstu motus incedo, ingens scholasticorum turba in porticum venit.* Simile hic mendum: *Et dum in hoc dictorum æstu totus incedo. Totus*, vt apud Horatium:

Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.

Ita apud hunc ipsum in epigrammate de vitando fastidio:

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum,
Nec toto stomachum conciliare mero.

Vbi legendum: *Nec noto stom. c. m.*

Quid me constricta spectatis fronte Catones,
Damnatisque nouæ simplicitatis opus?

Sermonis puri non tristis gratia ridet,
Quodque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?
Quis petat in tepido membra calere thoro?
Ipse pater veri doctus Epicurus in arte
Iussit, & hanc vitam dixit habere deos.

Non temere apud alium reperias. *purum sermonem*, pro, *Latinum*, hoc sensu. Latina enim oratio est, nuda, & obscœna: quæque nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Sic Martialis: *Per quos*, inquit, *in nulla pagina Latine loqui licet*, hoc est, *suis nominibus res appellare*. Et ita in iocoso carmine apud Vergil.

Simplicius multo est, da pradicare, Latine
Dicere:

Aliquanto occultius Ausonius in Eunum liguritorem: cum flagitium eius literis Græcis collegisset:

Dicere, inquit, *me Latium non decet opprobrium.* At Petronius, pro, *Latini, puri* dicit. Illum ita scribo:

Quis vetat in tepido membra c.t.

& deinde:

Ipse pater veri doctus Epicurus in arce
Iussit, & hoc vitam dixit habere telos.

Nam deos quidem plane tollebat Epicurus, aut certe, coniugium inter deos, & florem amoris. *Arx* autem *Epicuri* etiam apud Lucretium dicitur: item *arx philosophorum* apud Verg Ciri:

Si me iam summa sapientia pangeret arce,
Quattuor antiquis qua heredibus est data consors.
Non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro;
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus delusa suis: sed crate saligna
Impositum Cereris vacua nemus, & noua terra,
Pocula, qua facili vilis rota finxerat actu:
Hinc mollis stilla lactis, & de caudice lento
Viminea lances, maculataque testa Lyao,
Et paries circa palea satiatus inani,
Fortuitoque luto. clauus numerabat agrestis.

Forte rectum sit: —— *sed crate saligna*,

Impositum Cereris munus, bacca, & noua t.p. Et deinde: *& mollis tilia lacus.* Laus enim tiliæ, mollem & sequacem esse, ac lentam. Tamen *Et mollis stilla lactis*, non reprehendo. Scio etiam de vacuæ Cereris nemore dici multa posse, nisi coactum sit. Post:

Et p. c. p. s. i.
Fortuitoque luto clauos numerabat agrestes.

Nam in templis quotannis clauus figebatur, annorum index. Liuius, & alii. Ita paries ille agrestis sacelli, de quo Petronii carmen,

men,numerabat clauos, hoc eſt, per clauos recenſebat annorum numerum. In Troiæ Haloſi:

Temtant in armis ſe duces, ceu vbi ſolet
Nudo remiſſus Theſſali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere excuſſim iubas.

Lego: —— *ceu vbi ſolet*
Nodo remiſſus Theſſalus quadrupes iugi
Ceruicem, & altas quatere ad excurſum iubas.

Erant ſexcenta præterea, ſed leuia, maxime in Propertio: quæ ſequi nunc quidem longum eſſet.

ANDRIA TERENTII EMENDATA.

Franciſco Modio Brugenſi.

IN Propertium notas meas an dare vellem, Modi, duæ ſententiæ in animo meo certabant. Si gloriæ meæ ſtuderem tantum, omittebam. erant enim, quod neceſſe erat poſt Scaligerum, leuiſſimæ fere omnes. ſi ſcriptorem ipſum & quibus nos vigilamus, indoctiores reſpicerem, nihil parum graue videbatur. Et vicerunt multi vnum. Reſtabant in Andriam, quæ erant olim ab adoleſcente me dictata, vt tum videbatur, docta ſatis, acuta etiam amplius: cum poſt annos aliquot eo redii, me miſerum, quam id, quod etiam apparuerunt. Aude credere, nunquam illi Annales Voluſii tanto periculo fuerunt, ita ſæpe libuit ea tardipedi deo dare, vt ille inquit. Atque vtinam effugiſſent infamiam, quando non poſſunt peruenire ad famam: quod quia optare eſt, ſperent a tuo genio, quod a meo ingenio capere non potuerunt.

ANdria:

Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſecordiæ,
Quantum intellexti modo ſenis ſententiam de nuptiis:
Quæ ſi non aſtu prouidentur, te, aut herum peſſum dabunt.

Iouem lapidem iuro, ſic reſtituiſſe me verſus, de quis alii, ſecunda perſona in tertiam deprauata, male meriti fuerant. Non maximi iudicii fuit hoc emendaſſe, ingenii intra etiam mediocre. neque enim certe quiſquam eſt, quin videat hæc Dauum ſibi: qua ratione, *intellexti*, huc reuocandum fuerit. Nam primo verſu ſecundam eſſe, inde mox rediri ad primam, priuſquam is verborum ambitus decurſus ſit, & orationis velut habenæ flectantur, hoc quidem tam mihi abſurdum videtur putare, vt putare neminem putem. Quidni enim illa ſecum ſermocinatio hac fini ducatur, quo vſque ad diuerticulum veniatur; nec iam oratio iiſdem veſtigiis progredi poſſit. Quæ cum diſputo, in clariſſima mihi veritatis luce verſari videor, & rem manibus, non ſuſpicionibus tenere. quis tamen non aurem mihi, ſi copiæ ſit,

Vellat, & admoneat, pastorem Tityre pingues

Pascere oportet oues: non tantum sibi in castigandis scriptoribus permittere, nisi & in v. c. meo ita fuisse appareret, & apud Rufinum in libro de metris idem legeretur, duntaxat quod ego oculis meis debeam. Illo autē loco ignoscāt mihi magistri, si multis millibus abesse hactenus omnes a Terentii sententia dico:

Ab Andria est ancilla hæc. quid narrat? Da. *itast.*

M *Sed hic Pamphilus.*

Primum enim post illa verba: *Ab Andria est ancilla hæc,* aptum esse, *quid narrat?* hoc credant, qui absurda omnia solent: ego scio dictutum fuisse, *quid ais? quin respondes? taces?* Si quis enim nos tam non hoc agere postulat, cum in libris sumus, vt nostras partes putemus, legere, atque id hactenus; quid legamus, cursorum tantum esse & librariorum: is se postulet (dicam Latine) fibulam a Priapo. Præterea nihil interrogat. quorsum ergo, aut vnde illud, *quid narrat?* Et qui inibi sit, facile de exitu proximæ prioris scenæ intelligat, paululum digressos Simonem & Dauum: atque ipsum Simonem hoc secū. Auxilium venit qui sæpe alias, vetus Venetus:

Ab Andria est ancilla hæc: quid narrat? DA. *data est.* Præsto veram lectionem esse: *quid narrat?* D. *at at, st.*

Persuaserat modo Dauus seni, nihil esse Pamphilo cum ipsa Glycerio amplius; expediuisse iam ab ea occupatum animum, & vxori amorem transtulisse. Tantum hæc eo fabulato procedunt mulieres: quæ narrant, vt Glycerium partui vicina sit: vt ei Pamphilus fidem firmarit, & tolli puerum iusserit. Hæc audit, quem minime omnium Dauus vellet, Simo. Itaque consternatus, *at, at,* inquit, quod est perturbari; vt ait interpres eo versu:

At at, hoc illud est: hinc illæ lacrymæ.

Quod sequitur, *st,* hoc ad mulieres: quibus silentium adferre, si posset, vellet. quo attinent: quæ deinde sunt:

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Deprauatam esse hanc, vt scribit Velius Longus, silentii notā Harpocraticam, st, quid mirum est, quæ etiam apud Ciceronem multis locis amissa fuerit? Casina quidem indignantis significationem habere videtur, at st.

Vnde is nihili? vbi fuisti? vbi lustratus? vbi bibisti?

At st mecastor vide, palliolum vt rugat.

Coniectura e v. c. & vero quod Adelphis corruptum vulgatur, scripti codices suspicandi copiam dant, ita emaculandum:

A. 4. sc. 1. ———— *hem tibi autem?* G. *quidnam est?* S. *lupus in fabula.*

Cs. *pater?* S. *at st. ipsus st.* Simile est illud Pomponii Attellanarii:

Pater? N. *at st.* N. *negato esse heic me, opperibo caput.*

Ceterum illud: *quid narrat?* sibi ipsi Simo: neque interrogantis est, sed admirantis. Præterea quo sensu illa dicantur.

Quid

Quid Dauus narrat? D. *aque quicquam nunc quidem.* *Act. 2. Sce. 6.*
S. *Nihil ne? hem,* D. *nihil prorsus.* Si *atq; exspectabam quidem?*
non satis assequor: meo vitio nescio, an scripturæ. esse scripturæ censeas, quia nihil rationis habet. Si enim illa; *Quid Dauus narrat?* loquitur Simo, vt Dauus audiat; ridiculum est, sic vt nihil magis, Simonem quærere quid narret: idque alia, quam oporteat persona: tum Dauum semel atque iterum respondere, vt herum aperte ludos faciat. Sin prætereunt ea verba Dauum, qui reddit tandem? Quid autem est, cur rantopere miretur Simo, nihil Dauum narrare? Sed opinor fatebuntur scholæ, se eos versus hucusq; non intellexisse. Scribendum enim: *Quid, Daue, narrat?* Quærit enim quid narret, non Dauus ipse, sed Pamphilus: quem quod sermonem cum eo cōferentem viderat, suspicatur, quod res est, questum illum de nuptiis. id quia negat Dauus, mirari senex cogitur: quippe qui aliud exspectasset. Neque enim, vt Dauus quoq; odoratus erat, dubitabat, quin filius ducturum se negaret. Itaque sibi suoq; consilio de simulatione tacite plaudit Dauus:

Præter spem euenit: sentio: hoc male habet virum.

Totum id vincunt quæ sequuntur:

Potin' es mihi verum dicere?
Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ?

Nihilo minus ignoratione antiqui vsus peccatum est eo versu:

Itan credis? D. *haud dubium id quidem' st* P. *Vide quo me inducas.* D. *quin taces.*
P. *Dicam: puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa, cautio est.*

Vel reponendum, vt in libro Colo. *Vide me inducas.* Ita, *vide*, erit, pro, *caue*. Phormione: *Act. 2. Sc. 3*

Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam.

Vt ergo, *caue*, sine illo, *ne*, eleganter: *caue facias*: (& ita solum censuit Seruius Honoratus: illud tamen non recte) sic quoq;, *vide facias*. Id cui minus probatur, certe non abnuet verum esse: *vide, ne inducas*: quo quidem loco, *inducere*, est, *fraudem creare, malo prauoque consilio in locum iniquum præcipitare.* Cicero in vndecima Philippica: *Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, in lusus.* Et in Pisonem: *Hic in errorem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus decepit. fefellit, induxit.* Idem, *subducere*, hac eadem fabula:

Etiam me subducere istis dictis postulas?

Credo, quia, ὑπάγειν, in Greco fuerat. Sic enim eo verbo Græci vtuntur. Apud Cæsarem, *deductius*, pro eodem reperias. *Ab his persuasas*, inquit, *& deductas Galliæ ciuitates.* Etiam queritur ab aduersariis deductum & deprauatum Pompeium. Pro eodem, *productus*. libr. 3 de bello ciuili, vbi de cæde Pompeii *Quadam*, inquit, *notitia Septimii productus.* Hoc ergo dicit Pamphilus: *vide ne*

mihi fraudi sit consilium tuum: quod quos fugerat, contra libros, etiam numeris refragantibus inculcarant. *quo*. Est supra illud: *Act. 1. sce. 1.*

Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

In his nil mendi erit quod sciam, si restituatur:

Cum is nil mereat, postulare gratiæ poni sibi.

E v. certe codicis fide potest. Et, *poni gratiæ*, vetuste, ac venuste; *apponi*, magis ad officinas. Sallustius, Bello Iugurthæ, *in gratiam habere. Quod amplius bello valuisset, non in gratiam habituros.* Qui, *promereat*, fecerunt, mirum, ni ignorarunt, quid esset, *mereat*. Valet autem: *cum nihil illi ex eo commodi sit.* Patefieri ad scriptorum exemplis potest: Mostellaria: *Quid mercam vt mentiar?* hoc est, quod eadem dicit, *quid mihi sit boni?* Sticho:

Persarum montes, qui aurei perhibentur, non meream.

Id ita Casina: *Tribus conducta non possim libertatibus.*

Bacchidibus: ———— *quem quidem ego vt non excruciem,*
Alterum tantum auri non meream.

Non id ergo dicit: *cum is nihil promereatur*: tametsi hoc arbitratur: sed. *cum nihil vtilitatis capiat. Is.* enim non ad liberum hominem refertur: potius ad eum, a quo sibi postulet gratiæ poni. Postulare, inquit, acceptum sibi ferri ab altero illo, qui nihil mereat. Atque ita interpres vetus: & laudat exemplum Pseudolo: *Quid meret machæra*: quod quos fefellit, poterant a versu admoneri. Hoc quoque aliter sensisse Terentium puto, quam accipiatur:

Sensus est. Non est liberi hominis gratiam petere eius, qui beneficium ab illo non accepit:

Act. 4. Sce. 2

St, mane: crepuit a Glycerio ostium:
Pa. *Nihil ad te.* leuiter emaculandum e v. Colo.

Nihil a te? A Glycerio ostium crepat: nihilne a te? cui infertur deinde; quæso. Nihilne, inquit, a te das consilii. Et fortasse facies aliqua ridiculi: nihil a te crepat: Horatius.

Si quid Stertinius veri crepat.
Aut immunda crepent, ignominiosaque verba.

Sulcos & vineta crepat mera. Et mens poetæ, & ipsa orationis sententiæque inuicem apta series hoc probat. Proximum est vt explicemus, quod a Glycerio ostium crepuit, nihil a te facit. Isti dicerent: nihil pro te facit. Cicero: *vide ne hoc totum sit a me. Dicendi ab reo potestas non erat.*

Sed hoc leue, & quod dicam, quoque.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. Pa *quiduis patiar.* D. *pater est.*

Verum est, & liquet mihi affirmare: tollendæ sunt personæ interiectæ ac continuandum:

Tum illæ turbæ fient: quid? vis? patiar? pater est.

Cum dixisset turbas futuras, addit quoque, quæ eæ futuræ essent: hæ nimirum: *quid? vis? patiar?* quæ quidem verba sunt stomachantium atque indignantium: illud, *vis?* filii: *patiar?* patris:

quid

quid? vtrinsque. Neque vero, *vis*, heic verbum est, sed nomen. Sequitur act. 1 Scen. 5.

Bene & pudice doctam atque eductam sinam,
Coactam egestate, ingenium immutarier?

Ita lego. vulgo:

Bene & pudice doctum atq; eductum sinam,
Coactum eg state, ingenium immutarier?

monstrum, ita me dii ament, sermonis Puellæ bene pudiceque docentur atque educantur, quæ in quæstu non sedent: neque in eam spem producuntur. sed tales habentur etiam, si quæ vni soli se dant: vt est Antiphila Heautont. heic Glycerium: Cistellaria, Silenium: quæ se meretrices dici nolunt, quamuis multebris patientiæ legem acceperint: dum ne corpus vulgarint. quo exemplo Tibullus suam esse pudicam optat. Et in scena tamen loquebantur, contra quam ingenuæ virgines: qua in re cum interpres vetus a Mureto reprehenditur; iniuriam accipit. Nam de liberis virginib. sensisse interpretem, res ipsa loquitur. Itaque q; de Stratiphoclis sorore Epidico addit, tantidem est, & totum illud peius ipse negat, quam interpres affirmat. Quamuis in iis stuprum, vis non esset: in virginibus esset. nam Plautus:

Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine,
Iuuentute, pueris, liberis, ama quidlibet.

Itaque qui in virgine prehensus esset, pro mœcho veniebat in periculum, ne mox sine viro esset. Fallitur Muretus, qui aliter interpretatur illa:

Nunc minatur porro sese id quod mœchis solet.
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim.

Cedo enim, nisi ita habeat, quorsum dicit Pythias: *Neque velim.* nam mulier nulla viros castrari velit ad illud, pilari nates, mox deinde tundi & peruerri raphanis ac mugilibus, nihil ad ipsas. Quæ bene & pudice docebantur, bonæ appellabantur:

Illa enim se negat.
Neque eum æquum ait facere: illam ciuem Atticam,
Bonam bonis prognatam.

Non eum negat æquum facere anus, quia ciuis; sed quia virgo: et parum etiam: itaque quia bona. Iam apparet, quam imperite factum sit, quod Eunucho, *bonam*, exciderit, reponendum e veteri Veneto, illis versibus:

An paululum esse hoc tibi videtur, virginem
Vitiare bonam, ciuem. Profecto enim virginem ciuem per leges etiam licuisset, nisi hoc quoque, bona esset. Et quoniam in domo meretricia bene pudiceque educari non existimabantur, nemo homo ibi pro mœcho prehēdebatur. Porro non exspectas, credo, dum rationem reddam eius sermonis, *ingenium immutare*: quæ Synecdoche sit & pueris in ludo nates auferat. nam, mutatus

ingenium dicitur, qui ingenium mutauit. Laborat etiam illud

Herus relictis rebus, iussit Pamphilum
Hodie obseruare, vt, quid ageret de nuptiis,
Sciremiid propterea nunc hunc venientem sequor.

Si sic scripsit Terentius, *id propterea*, non mihi est quem cum Cicero facit. At tanquam parum foret, nunquam verbo de hac scriptura controuersiam mouisse, reperti sunt etiam qui imitarétur viri docti. Sunt antiquitus cusi, in quibus *sciret*, legitur: & id sententia postulat. legebam:

vt, quid ageret de nuptiis,
Sciret: & id propter nunc hunc venientem sequor.

Et, repeti a fine præcedentis. non est durum. Nam ita vbi non peccatum est, positis semel, quę iterum debuerant, vocibus? Quin & more induitiiaque ita faciebant, parcentes in scribendo operæ, vt quod semel exaratum esset, non semel tantum legeretur. testes Pandectæ Florentinæ. Postea visus sum ad verum coniectura venisse:

vt, quid ageret de nuptiis,
Sciscerat: & id nunc hunce venientem sequor

Scisc(ere) ita queq; Afranius dixit, vt refert Sosipater: et exemplum ponis.

Hoc verbo vtitur Plautus Amphit.

Herilis prauortis metus. accurro vt sciscam, quid velit,

Similiter commissum extrema Hecyra:

—— placet hoc non fieri itidem vt in comœdiis,
Omnia vbi omnes resciscunt: heic quos par fuerat resciscere,
Sciunt: quos non autem scire aquum est, neque resciscent, neque sciont. Scribo:

Omnia vt omnes resciscunt. h.q.p.f.r.
Sciunt: quos non autem scire est æquom, neq; sciscent, neq; resciont.

& ita propemodũ Brunii sc. & vetus Venetus. vt, pro, *vbi*, ex Col. v. l. optime mutauimus. sic ponebant, qui elegantius loquebantur. Inter quos cecinit carmen quoque tale Catullus:

Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputq; pedesque;
Verum totius vt lacus, putidæque paludis
Liuidissima, maximeq; est profunda vorago.

Præterea:

Hesterno Licini die otiosi
Multum lusimus in meis tabellis,
Vt conuenerat esse delicatos.

Vulgita lectio quin contaminata sit, arbitror dubitare illiteratos tantum. An enim qui resciuerint, non sciunt? an vero etiam non possunt, qui sciunt, resciuisse? & si ita hæc distinguuntur, cur rei solum, scire, præcessit? Profecto enim sic habet. vt dicendũ fuerit: quos non autem scire, aut resciscere æquom est. Quod ad superiorem illum versum attinet, quem reliquimus: *Et id nunc hunc venientem sequor*: in eo, *id*, valet, *propter id*. Plautus:

Istud

Istud dictum tibi non amplius irascor. est, *propter istud dictum.* Mostell.

Nunc hoc, quod ad te noster me misit senex.

Itaque *propterea*, e glossa est. Ita ipso sæpe meridie cœcutin nisi duces sint vetusti codices. absq; iis fuisset, nunquam ventur fueram, vt flagitium fieri, & hærere vitium Latini sermonis illis verbis suspicarer:

——— *Quamobrem id tute non facis?*

D *Quia si forte opus sit ad herum iusiurandum mihi.* nouum genus: quare ita facis? quia vt mihi bene sit. Scribo:

Qui si forte opus sit a. h. i. m.

ita extra sententiam, *qui*, erit ad ornatum quæsitum: vt Heautontim.

S. Eho, quæso, laudas qui heros fallunt? S. loco — E. v. c. & numeris.

Ego mi vero, Syre. Sy. recte sane. Ch. quippe qui

Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

neq; enim heic, qui, nisi ornat: neq; item apud Plautum:

——— *hercle qui, vt tu prædicas,*

Cauendum mihi est abs te irato. Emendandus versus Andriæ v. c. Coloniensi, quem fuisse bibliothecæ publicæ dixi:

Qui tandem? C. etiamne me subducere istis dictis postulas.

P. Quid isthic? Ch. qui postquam me amare dixi, complacita est tibi.

nihil elegantius: & frustra sunt viri docti, cum id mutant Amphitruone:

An etiam id tu scis? M. quippe quæ ex te audiui.

sic enim putant rectum esse, non, vt olim fuit, *quippe qui*, quoniam Alcumena loquatur. inepte. *qui* enim aduerbialiter superfluit. De eo quamuis hoc non sederit, turbarum mihi nunc aliquid dandum. Qui ergo Hecyra excuduntur versus:

Quem cum isthoc sermone habueris, procul hinc stans accepi Uxor. — Act. 4 Sc. 3.

Isthuc est sapere, qui, vbiq; opus sit, animum possis flectere:

Quod faciundum fortasse sit post idea, hoc nunc si feceris: eos lego:

Quem cum isthoc sermonem habueris, procul heic stans accepi Uxor.

Isthuc est sapere, qui vbiq; opus sit, animum posse flectere:

Quid faciendum forsit postidea, hoc nunc sic feceris,

Scripsi, *procul heic*, quia, *procul*, hoc loco est, *prope*. Ita interpres vetus: & nos probamus, adducti nō eius magis auctoritate, quam re ipsa. Sentit idem Seruius illo versu:

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

quanquam certe errat: sed nihil nunc ad me. Culice extra cōtrouersiam est:

——— *Et procul illam*

Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.

Proximo versu. *vbique*, est in Bas. *posse*, in vet. cuso Argentinensi, ex officina Gruningeri: ordo verborum ▪ Coloniensi. Hanc seriem ad illa verba transtuli, & Terentio opem, quam nemo ne aggressus erat quidem, tuli. Nam in recepta scriptura numeri labant. nos eos in septenarii legem reposuimus. Omnes quod sciam, *qui*, heic acceperunt, ac si, *qua*, esset. Ita nodus vindicabatur. sed hoc est, Gordium nodum secare. *Posse*, rectum esse, non, *possis*, interpres dat coniectandi copiam. ait enim, *qui*, superesse. at id qui potest, si pro, *qua*, est in hac oratione, & sequitur, *possis*? Falsum est etiam, *qui*, fungi munere illius, *qua*. Nam quod apud interpretem id legitur, non abest vero, a sciolis ei pittacium hoc impactum. In vetustis enim editionibus ea verba non apparent. sed pro iis lacuna patet: quod tum solet, cum Græca verba, aut aliquid ex vltima antiquitate repetitum desideratur. At si ita scripsisset interpres, *qui*, accipi pro *qua*, verumne prope est ea verba librariorum intelligentiam effugisse? Demsimus velum, vt aliquid iam lucis ad oculos non imperitissimorum effulgere possit:

Quale fere silua lumen habere solent.
Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo:
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Vident enim omnes, sententiam subesse: Isthuc est sapere, posse animum flectere, vbicumque opus: *qui*, abundare, & asseuerationem tantum, affirmationemque maiorem orationi afferre. *Vbique*, autem valet, *vbicumque*. Ita in Pandect. a Iauoleno vsurpatur, de contrah. emt. *In lege fundi vendundi, lapicidinæ in eo fundo, vbique essent, excepta fuerunt.* Ita, *quisq; quandoque*, pro, *quicunque, quandocunque*. Petronius: *Id est, quandocunque.*

Et quandoque mihi fortuna arriserit ora.

Postremum versum ita reposuimus:

Quod faciundum forsit postidea, nunc hoc sic feceris.

In Bas. *forsan sit*, reliquo verborum ordine, quo diximus: vnde fecisse nos, *forsit*, nemo reprehendet, qui rationem dimetiendorum versuum tenebit. Et liberat nos maiore culpa, quod sexcentis locis id vitium commissum. Apud Horat. Prisci. legit:

Dissimile hoc illi est, quia non, vt forsit honorem
Iure mihi inuideat quisquam. Et apud Verg. Seruius:
Forsit vota facit, cumulatq; altaria donis.

Sic Lucretius, Propertius, alii. Sed maximum est hoc loco, quod *sic*, reponimus, vbi est, *si*. nam *si*, quam diu scribetur, quid sit toto versu præter verba, non videbo. Facias, non quod e re omnino tua sit; aut tanquam melius non possis: sed quod illud optabile malorum collatio fecit. Primum erat, vt vobis inuicem conueniret: quod quia nescio per quem stat, cur aliter ceciderit, facias quod proximum est. *Sic*, neq; bene, neque tamen vt pessimum sit. Ea enim subest vis huic, *sic*. Andria:

Quid

Quid vos? quo pacto heic? satisne recte? M. *nos nî? sic.*

Valet, *mediocriter; fortuna in neutram partem spectabili.* neque enim, *sic*, ibi porro deinceps respicit; sed in se finitur; & est, vt hoc addam, languoris cuiusdam ac lentitudinis. Phormione interpres cum gestu dicendum ait: *Quid rei geris?* G. *sic tenuiter.* Friuola esse sentio; in quibus tamen multi sibi placent, magnoque ea inscribunt. Quorum stultitia ignominiam a nobis deprecabitur. Eadem fabula:

Mysis, nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem expromta memoria atq; astutia.

Conatur hic interpres, neque, vt ait Ennius, proficit hilum: & fuit, cum ego me plane negarem videre, quid isti, *memoria*, heic loci esset. quorsum enim opus memoria? an, ne mandata exciderent? quæ erant hæc, *appone puerum*? gerræ. addebam, non Latine dici, *expromere memoriam*. Quiduis ergo illi nugarentur, vere esse in meis v. l. *expromta malitia atque astutia.* Enim malitiam expromtam esse illorum hominum, qui possunt, vt ait Plautus, quamuis de subito facere malum; qui ingenium, quoties maleficium res postulat, habent in numerato. Aliud etiam posse: *Opus est mihi expromta tua malitia*, pro, *opus est, vt mihi tuam expromas malitiam.* Neque certe, memoria, bene hærere huic, *astutia, malitia*, optime. Hæc tum ego: nunc alia mens est. Memoria enim est, non id, quod errant interpretes, ad retinenda mandata: nam quid ineptius? sed dexteritas agendi, & in ciendo iurgii simulacro ad verum peritia. idque est, *memoriter facere*, vt ne compecto & composito, nec tanquam præmeditatus; sed ex tempore dicere, facereque videaris. Talem Mysidem postulabat Dauus, ne Chremeti de fuco suboleret. Itaque parum, inquit, interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de industria, hoc est, memoriter, nec vt simulare videaris. Ita sæpe Asper: & Plautus: Hem isthuc si potes memoriter meminisse. hoc enim dicit, si ita potes isthuc assimulare, vt ne ille suspicari possit, nobis de eo ante conuenisse. Eunucho:

Cognoscitne signa? Ch. *Ac memoriter:* eodem sensu, opinor: Tum Asinaria:

Ædepol senem Demanetum lepidum fuisse nobis.
Vt assimulabat Sauream med esse: quam facete:
Agre nimis risum continui, vbi hospitem inclamauit.
Quod se absente mihi fidem habere noluisset:
Vt memoriter me Sauream vocabat atriensem.

Neque abhorreo tamen, vt alterum illud, *malitia*, probem: ac tum, vnde fluxerit labes, quod opinor, dicam. *Memoriter facere astute*, glossema est ad illud, *expromta malitia*: quod fortasse an ex ora libri in contextum orationis irrepserit. Hoc an dignum fuerit quod notaretur, tuum iudiciũ esto: mihi quidẽ videtur, vt sum

arrogans. Neque hęc vendito: hoc tamen ausim, locum huc vsque intellectum non esse. Quod postea legitur:

Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix?

Ch. *Ab Andria est ancilla hæc quantum intelligo.*

in eo manifesto laborant numeri: sed emaculandum:

Mirum v. i. m. si facit

Meretrix. Ch. *ab Andria est hæc, quantum intel.* perspicue verum. Nam, *ab Andria esse*, valet, *esse ancillam Andriæ*: quod pro interpretatione additum inuasit in versum. Ita & numeros corrupit, & elegantem figuram sermonis abstulit. Plaut. Pseud. *Viso te esse ab illo, ita nugas blatu* hoc est, *illius esse seruum.* Muretus, vt versui opem ferret, sustulit vocem *meretrix*; in quo iudicium eius requiro. Nam improbauit sententiam. Neque enim mulieres omnes omnia impudenter faciunt: & vt hoc concedam, imprudenter; impudenter, negabo. Præterea, cum vellet conuiciari Dauus, nihil illi præter ceteras obiecisset, si mulierem solum vocasset: quod & Egeria, & Penelope, & Iuno ipsa fuerant. Postea, quando videri Dauus vellet cum Simone & Chremete facere, atq. eadem omnia de Glycerio sentire, mulierem meretricem vocat. id enim verebatur Simo, quantum non aliud ne appareret ciuem esse, bene pudiceque doctam: & is totius fabulæ nodus. At si tantum mulierem dixisse arbitrabimur, aut Terentius imperite id, qui scripserit, aut nos, qui arbitremur. Quid enim hoc ad argumentum Comœdiæ? Plane vincit eum virum nihil omnino cogitasse, id quod sequitur.

Ab Andria est hæc, quantum intelligo.

Quia Dauus meretricē dixerat, intelligit Andriam esse. Quod enim Andria, ob id peregrina: peregrina autem, & meretrix, idem. Vt Eunucho:

Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.

D. *Potest taceri hoc.*

Quia enim Samia Rhodi habitabat, peregrina erat: eoque meretrix. Accedit, quod loquendi modum ductum sustulit, *mulier meretrix*. Plautus:

Nescio qua mulier est heic intus in ædibus.

D. *Quid mulier?* S. *mulier meretrix.*

Et:

Nimioq; sibi mulier meretrix reperit odium ocyus.

Turpil. *Mulier meretrix, qua me quæsti caussa cognouit sui. Mulierem ancillam*, Sallust. dixit Iugurthino. Hæc volui prolixius, ne quis Muretum mihi diceret. Ante hunc locum ille est:

Act. 3. Sce. 5. ——— *hem, quo fretus siem,*

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.

An non dixi hoc esse futurum? D. dixit. P. quid meritu's? D. crucem.

Alii,

Alii,vt cuique lubebit,mihi sic videtur,nihil Ælii lectione melius esse, quam is libro Æneidos XI. laudat: *quid meritu?* cui inquit,dicto responsum est,*crucem*: vt simile sit Vergiliano illi: *Turnum gnatoque patrique*

Quem debere vides. meritis vacat hic tibi solus,
Fortunaeque locus.———

Eleganter,*quid meritu es* pro, *quid meritus es? Quid sermone? quid verbu? quid factu est?* potes cum antiquitate,cum voles,*quibus verbu,aut factu* Recte notant in hanc rem Casina:

Quid(me *)fide* (arbitrare?) EV. *bona.* ME. *quid factu?* EV. *neque malu,neq. improbu.* Terentius Hecyra:

Iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquum.

Hoc,*non siet mihi peccato ignosci æquum*, verbis tantum discrepat ab illo: *Non siet mihi malu factu ignosci æquum.* At alii heic esse,*peccatum*,errant. Tacitus lib. vndecimo: *Per idem tempus Chauci,nulla dissensione domi,& morte Sanquinij alacres, dum Corbulo aduentat, inferiorem Germaniam incursauere, duce Gannasco, qui natione Caninefas,auxiliaris,& diu meritis,post transfuga,leuibus nauigiis prædabundus, Gallorum maxume oram vastabat.* Sic l.l. contra quos faciendum non est. Mira autem forma: *Diu meritis,* pro, *qui diu auxiliaris inter Romanos meruerat.* vt heic Terentius, *quid meritu es?* Vergili Culice:

Effigies ad eum Culicis deuenit,& illi
Tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.
Quid meritu,inquit,aut quæ delatus acerbas
Cogor adire vices? Sic enim recte viri docti. Mostellaria:
——— *An mauis,vt aliquo abeat foras,*
Vrbem exul linquat factis hic caussa tuis?

Exul factis caussa tui,eandem formam habet. At alii contra: & scilicet errant. Quod enim Quintiliani locum adducunt: *Qui vero iudicem rapere,& in quem vellet,habitum animi posset perducere, quo dicto flendum & irascendum esset,rarus fuit*: non viderunt scilicet veterem editionem Argentoratensem; quæ habet: cui dicto flendum & irascendum esset. Plautus Amphitruone, arbitror, hic quoque:

Opulento homini hoc magis seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruos;
Noctesq; diesque assiduo satis superq; est:
Quod facto aut dicto adest opus,quietus ne sis.

Vt enim ante scribebantur,mendosa fuisse puto. Neque autem cum aliis expono, neque, *assiduo*, aduerbium accipio; quippe nomen est potius, assiduus, pro diuite. quomodo in XII. Assiduo assiduus vindex esto. Et tamen, vt legas, *quo facto aut dicto*, forma ea manet. Quæ ad nouandum, hoc est (adeo res rediit) veteres formas conandas, atque audendas, locum aperiunt,

Assiduus, id est, diues semper at fuit? sed ei opus nûquã desit seruus quod faciat. Hoc probãt sequentia.

aliquanta diximus: sed, opinor, quibus versus, scripturaque solum auctoris iuuatur, ea quoque, vt scriptor quidem est Terentius, tangi, lectori volenti erit; duntaxat si intelligens est. Illa ergo:

And. 1. Sc. 2. *Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio;*
Sperantes iam amoto metu, oscitantes opprimi.
Astute S. carnifex quæ loquitur? D. herus est.
corrigenda sunt:
Id voluit, nos s. n. o. d. f. gaudio?
Sperans, amoto iam metu, interobscitantes opprimi.
Astute. S. carnufex D. qui loquitur: herus est.

Hoc enim sensit Dauus, Simonem sperasse, postquam metu filium, ac seruulum liberasset, deinde incuriosos & interobscitantes haud magno negotio occupatum atq; oppressum iri. *Inter oscitantes*, iu omnibus meis inuenio, aut *interoscitantes*. Sed hoc tantundē, & sic dicimus, *obscænum, obscænum*; *obscū, oscū obscines; oscines; obscultor, osculor; obsesto oscito; obstendo ostendo*. Olim illo modo sæpius: atque id libri scripti loquuntur; nos plerunque b exemto auribus studemus. Nō addam q̃ suo loco heic dicatur illud, interobscitantes nil potest signatius. In sequenti possunt, vt mōstraui, personis dirimi verba; & procliue mendum ex compendio, quod, quæ, aut, qui, totidem iisdem ducibus, significat, sed nihil moueo, & quæ recepta est distinctio, eadem non mala, heic quidem. Deinde.

Ad hæc mala hoc mi accedit etiam: hæc Andria.
Siue ista vxor, siue amica'st. grauida e Pamphilo est.

Sic circumfertur: quo non versus solum excurrit, nisi veluti costa subducatur; quod leporis inerat, perit quoque. Scribo: *hæc Andria*
Ista vxor, siue amica est.

Plena fastidii, & tanquam nauseæ oratio: ac quam gestu, vultuque adiuuare actor debeat. *Ista*, odiosum, vt Eunucho: *Istum æmulum ab ea pellito.*

Ego istam Eunuchum si opus sit, vel sobrius.

quo loco, vt hoc obiter moneam, nimis imperite commissum est, quod tam diu sederit, *istum Eunuchum*: contra quam sententia suadeat. Quid significetur, vident omnes neque ferri aliter potest, quam, *istam Eunuchum*, Sed redeamus. Si legas: *Hæc Andria, siue ista vxor est, siue amica*: lentam feceris orationem, & pene supinam; plusque aliquanto geminatum; *siue*, de gratia decerpserit, quam addiderit illud *ista*, priore, siue, exemto, seruū secorrigere, valde est, ne amplius dicam, ad poetæ mentē. Ita Cicero: *Nihil perturbatum illo ab vrbe discessu, siue fuga.* Iurisconsultorum hoc erat: *Litem, siue rem dici oporteat.* Vt semel tantum, *siue*, in oratione ponatur, exempla sunt Horatiana:

Te

Te Salaminius, Teucerq; & Stenelus sciens
Pugna, siue opus est imperitare equis,
Non auriga piger. Item:
—— —— turdus,
Siue aliud primum dabitur tibi, deuolet illuc. Catullus:
Laeua, siue dextera
Quo foret volare ——

Neq; tamen in re peruulgata exemplis opus fuit. Vt porro veniamus, sæpe ita dicimus; *quo iure, qua iniuria facit.* etenim libenter cum Terentio loquimur, cuius hic versiculus est. Act.1.Sce.3
Quo iure, quad iniuria, præcipitem in pistrinum dabit.
Mihi tamen aliquando subiit veteri, ne verum esset:
Qua me iure, qua d iniuria præcipitem in pistrinum dabit.
Erit, *siue iure, siue iniuria: partim iure, partim iniuria: ceterum iure, an iniuria, ille non reputabit.* Certe hæc, *iusta, iniusta: aque, neque: boni mali:* eam vim habent, vt si dicas, *partim iusta, partim iniusta:* atq; ad eum modum cetera. Vsus ita verbo eo Cicero: *Gladiatoribus qua patroni, qua aduocati sibilis conscissi.* Milite Glorioso:
Nam tu hercle scitus equus admissarius
Qui consectare qua mares, qua feminas.
Plinius ait, patruum districtissimum fuisse negotiis, qua priuatis, qua publicis. Neque vero hoc affirmo: non: quæro tantū. Non te ignorare puto, illum versum:
Nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,
vt excuditur, in regulas peccare. Neq; n sic potest: *si tu, aut hic potes.* sed, *si quid tu, aut hic potestis.* namq; hoc *potes*, cum, *hic*, conciliari nequit. Purgatus est, vt alicubi in V.C. reperitur: Act.2.Sce.1.
Nunc si quid potes, aut tu, aut tu Byrrhia.
Heautontim. quoque:
Nihil succenseo, nec tibi, nec huic: neque vos est æquum, quod facio mihi:
restituendum e v.l. *Nihil succenseo nec tibi, nec tibi.* Sic Aristophanes Pluto: ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ σὺ χαίρετε. neque video quæ alia orationis structura esse possit, vt bona sit. Eadem fabula: Act.1.Sce.5.
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Leue est: sed monebo tamen, reponendum è libro Acad. Colon. *Bona nostra hæc tibi permitto:* vt illa Terentii:
Tibi pater permittimus.
Plus scis quid facto vsus sit. —— Ciceronis
Totum negotium ei permisi. Hoc postulat ratio. Mandat amico, & tutori: permittit viro, ac patri. Permittimus enim potestati, committimus fidei, inquit Cicero. Si, *committo*, retineas difficile est, vt non idem repetatur. Hac etiam Comœdia rectum est.

Sermonis puri non tristu gratia ridet,
Quodque facit populus, sordida lingua refert.
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?
Quis petat in tepido membra calere thoro?
Ipse pater veri doctus Epicurus in arte
Iussit, & hanc vitam dixit habere deos.

Non temere apud alium reperias, *purum sermonem*, pro, *Latinum*, hoc sensu. Latina enim oratio est, nuda, & obscœna: quæque nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Sic Martialis: *Per quos*, inquit, *in nulla pagina Latine loqui licet*, hoc est, *suis nominibus res appellare*. Et ita in iocoso carmine apud Vergil.

Simplicius multo est, da pradicare, Latine
Dicere:

Aliquanto occultius Ausonius in Eunum liguritorem: cum flagitium eius literis Græcis colleg sset:

Dicere, inquit, *me Latium non decet opprobrium*. At Petronius, pro, *Latini*, *puri* dicit. Illum ita scribo:

Quis vetat in tepido membra c. t.

& deinde:

Ipse pater veri doctus Epicurus in arce
Iussit, & hoc vitam dixit habere telos.

Nam deos quidem plane tollebat Epicurus, aut certe, coniugium inter deos, & florem amoris. *Arx* autem *Epicuri* etiam apud Lucretium dicitur: item *arx philosophorum* apud Verg. Ciri:

Si me iam summa sapientia pangeret arce,
Quattuor antiquis qua heredibus est data consors.
Non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro;
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus delusa suis: sed crate saligna
Impositum Cereris vacua nemus, & noua terra,
Pocula, qua facili vilis rota finxerat actu:
Hinc mollis stilla lactis, & de caudice lento
Viminea lances, maculataque testa Lyao,
Et paries circa palea satiatus inani,
Fortuitoque luto clauus numerabat agrestis.

Forte rectum sit: —— *sed crate saligna,*
Impositum Cereris munus, baca, & nouia t. p. Et deinde: *& mollis tilia lana*. Laus enim tiliæ, mollem & sequacem esse, ac lentam. Tamen, *Et molli stilla lactis*, non reprehendo. Scio etiam de vacuę Cereris nemore dici multa posse, nisi coactum sit. Post:

Et p. c. p. s. i.
Fortuitoque luto clauos numerabat agrestes.

Nam in templis quotannis clauus figebatur, annorum index. Liuius, & alii. Ita paries ille agrestis sacelli, de quo Petronii carmen,

men, numerabat clauos, hoc est, per clauos recensebat annorum numerum. In Troiæ Halosi:

Temtant in armis se duces, ceu vbi solet
Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere excussim iubas.

Lego: —— *ceu vbi solet*
Nodo remissus Thessalus quadrupes iugi
Ceruicem, & altas quatere ad excursum iubas.

Erant sexcenta præterea, sed leuia, maxime in Propertio: quæ sequi nunc quidem longum esset.

ANDRIA TERENTII EMENDATA.

Francisco Modio Brugensi.

IN Propertium notas meas an dare vellem, Modi, duæ sententiæ in animo meo certabant. Si gloriæ meæ studerem tantum, omittebam. erant enim, quod necesse erat post Scaligerum, leuissimæ fere omnes. si scriptorem ipsum & quibus nos vigilamus, indoctiores respicerem, nihil parum graue videbatur. Et vicerunt multi vnum. Restabant in Andriam, quæ erant olim ab adolescente me dictata, vt tum videbatur, docta satis, acuta etiam amplius: cum post annos aliquot eo redii, me miserum, quam id, quod erant apparuerunt. Aude credere, nunquam illi Annales Volusii tanto periculo fuerunt, ita sæpe libuit ea tardipedi deo dare, vt ille inquit. Atque vtinam effugissent infamiam, quando non possunt peruenire ad famam: quod quia optare est, sperent a tuo genio, quod a meo ingenio capere non potuerunt.

ANdria:

Enimuero Daue nihil loci est segnitia, neq; secordia,
Quantum intellexti modo senis sententiam de nuptiis:
Quæ si non astu prouidentur, te, aut herum pessum dabunt.

Iouem lapidem iuro, sic restituisse me versus, de quis alii, secunda persona in tertiam deprauata, male meriti fuerant. Non maximi iudicii fuit hoc emendasse, ingenii intra etiam mediocre. neque enim certe quisquam est, quin videat hæc Dauum sibi: qua ratione, *intellexti*, huc reuocandum fuerit. Nam primo versu secundam esse, inde mox rediri ad primam, priusquam is verborum ambitus decursus sit, & orationis velut habenæ flectantur, hoc quidem tam mihi absurdum videtur putare, vt putare neminem putem. Quidni enim illa secum sermocinatio hac fini ducatur, quo vsque ad diuerticulum veniatur; nec iam oratio iisdem vestigiis progredi possit. Quæ cum disputo, in clarissima mihi veritatis luce versari videor, & rem manibus, non suspicionibus tenere. quis tamen non aurem mihi, si copiæ sit,

Vellat, & admoneat, pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues: non tantum sibi in castigandis scriptoribus permittere, nisi & in v.c. meo ita fuisse appareret, & apud Rufinum in libro de metris idem legeretur, duntaxat quod ego oculis meis debeam. Illo autẽ loco ignoscãt mihi magistri, si multis millibus abesse hactenus omnes a Terentii sententia dico:

Ab Andria est ancilla hac. quid narras? DA. *at at.*
M. *Sed hic Pamphilus.*

Primum enim post illa verba: *Ab Andria est ancilla hac*, aptum esse, *quid narras?* hoc credant, qui absurda omnia solent: ego scio dictuum fuisse, *quid ais? quin respondes? taces?* Si quis enim nos tam non hoc agere postulat, cum in libris sumus, vt nostras partes putemus, legere, atque id hactenus; quid legamus, cursorum tantum esse & librariorum: is se postulet (dicam Latine) fibulam a Priapo. Præterea nihil interrogat. quorsum ergo, aut vnde illud, *quid narras?* Et qui in ibi sit, facile de exitu proximæ prioris scenæ intelligat, paululum digressos Simonem & Dauum: atque ipsum Simonem hoc secũ. Auxilium venit qui sæpe alias, vetus Venetus:

Ab Andria est ancilla hac: quid narrat? DA. *data est.* Præsto veram lectionem esse: *quid narrat? D. at at, st.*

Persuaserat modo Dauus seni, nihil esse Pamphilo cum ipsa Glycerio amplius; expediuisse iam ab ea occupatum animum, & vxori amorem transtulisse. Tantum hæc eo fabulato procedunt mulieres: quæ narrant, vt Glycerium partui vicina sit: vt ei Pamphilus fidem firmarit, & tolli puerum iusserit. Hæc audit, quem minime omnium Dauus vellet, Simo. Itaque consternatus, *at, at,* inquit, quod est perturbati; vt ait interpres eo versu:

At at, hoc illud est: hinc illa lacryma.

Quod sequitur, *st*, hoc ad mulieres: quibus silentium adferre, si posset, vellet. quo attinent: quæ deinde sunt:

Vtinam aut hic surdus, aut hac muta facta sit.

Deprauatam esse hanc, vt scribit Velius Longus, silentii notã Harpocraticam, st, quid mirum est, quæ etiam apud Ciceronem multis locis amissa fuerit? Casina quidem indignantis significationem habere videtur, at st.

Vnde is nihili? ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti?
At st mecastor vide, palliolum vt rugat.

Coniectura e v. c. & vero quod Adelphis corruptum vulgatur, scripti codices suspicandi copiam dant, ita emaculandum:

Act. 4. sc. 1. ———— *hem tibi autem? G. quidnam est? S. lupus in fabula.*
Ct. pater? S. at st. ipsus est. Simile est illud Pomponii Attellanarii:

Pater? N. at st. N. negato esse heic me, opperibo caput.

Ceterum illud: *quid narrat?* sibi ipsi Simo: neque interrogantis est, sed admirantis. Præterea quo sensu illa dicantur.

Quod

Quid Dauus narrat? D. aque quicquam nunc quidem. Act. 2. Sce. 6.
S. Nihil ne? hem, D. nihil prorsus. Si atq; exspectabam quidem?
non satis assequor: meo vitio nescio, an scripturæ. esse scripturæ censeas, quia nihil rationis habet. Si enim illa; *Quid Dauus narrat?* loquitur Simo, vt Dauus audiat; ridiculum est, sic vt nihil magis, Simonem quærere quid narret: idque alia, quam oporteat persona: tum Dauum semel atque iterum respondere, vt herum aperte ludos faciat. Sin prætereunt ea verba Dauum, qui reddit tandem? Quid autem est, cur rantopere miretur Simo, nihil Dauum narrare? Sed opinor fatebuntur scholæ, se eos versus hucusq; non intellexisse. Scribendum enim: *Quid, Daue, narrat?* Quærit enim quid narret, non Dauus ipse, sed Pamphilus: quem quod sermonem cum eo cōferentem viderat, suspicatur, quod res est, quæstum illum de nuptiis. id quia negat Dauus, mirari senex cogitur: quippe qui aliud exspectasset. Neque enim, vt Dauus quoq; odoratus erat, dubitabat, quin filius ducturum se negaret. Itaque sibi suoq; consilio de simulatione tacite plaudit Dauus:

Præter spem euenit: sentio: hoc male habet virum.

Totum id vincunt quæ sequuntur:

Potin' es mihi verum dicere?

Nam illi moleste quippiam hæ sunt nuptiæ?

Nihilo minus ignoratione antiqui vsus peccatum est eo versu:

Ita n credit? D. haud dubium id quidem' st P. Vide quo me inducas. D. quin taces.

P. Dicam: puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa, cautio est.

Vel reponendum, vt in libro Colo. *Vide me inducas.* Ita, *vide*, erit, pro, *caue*. Phormione: Act. 2. Sc. 3

Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam.

Vt ergo, *caue*, sine illo, *ne*, eleganter: *caue facias*: (& ita solum censuit Seruius Honoratus: illud tamen non recte) sic quoq;, *vide facias*. Id cui minus probatur, certe non abnuet verum esse: *vide, ne inducas*: quo quidem loco, *inducere*, est, *fraudem creare, malo prauoque consilio in locum iniquum præcipitare.* Cicero in vndecima Philippica: *Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, in lusus.* Et in Pisonem: *Hic in errorem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus decepit. fefellit, induxit.* Idem, *subducere*, hac eadem fabula:

Etiam me subducere istis dictis postulas?

Credo, quia, ὑπάγειν, in Græco fuerat. Sic enim eo verbo Græci vtuntur. Apud Cæsarem, *deductus*, pro eodem reperias. *Ab his persuasas*, inquit, *& deductas Galliæ ciuitates.* Etiam queritur ab aduersariis deductum & deprauatum Pompeium. Pro eodem, *productus*, libr. 3 de bello ciuili, vbi de cæde Pompeii *Quadam*, inquit, *notitia Septimii productus*. Hoc ergo dicit Pamphilus: *vide ne*

Act. 2. Sce. 1. *mihi fraudi sit consilium tuum*: quod quos fugerat, contra libros, etiam numeris refragantibus inculcarant. *quo.* Est supra illud:

Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratia apponi sibi.

In his nil mendi erit quod sciam, si restituatur:

Cum is nil mereat, postulare gratia poni sibi.

E v. certe codicis fide potest Et, *poni gratia*, vetuste, ac venuste, *apponi*, magis ad officinas. Sallustius, Bello Iugurthæ, *in gratiam habere. Quod amplius bello valuisset, non in gratiam habitur os. Qui, promereat*, fecerunt, mirum, ni ignorarunt, quid esset, *mereat*. Valet autem: *cum nihil illi ex eo commodi sit.* Patefieri ad scriptorum exemplis potest: Mostellaria: *Quid meream ut mentiar?* hoc est, quod eadem dicit, *quid mihi sit boni?* Sticho:

Persarum montes, qui aurei perhibentur, non meream.

Id ita Casina: *Tribus conducti non possim libertatibus.*

Bacchidibus: ———— *quem quidem ego ut non excruciem,*
Alterum tantum auri non meream.

Sensus est. Non est liberi hominis gratiam petere eius, qui beneficium ab illo non acceperit.

Non id ergo dicit: *cum is nihil promereatur*: tametsi hoc arbitratur: sed. *cum nihil utilitatis capiat. Is.* enim non ad liberum hominem refertur: potius ad eum, a quo sibi postulet gratiæ poni. Postulare, inquit, acceptum sibi ferri ab altero illo, qui nihil mereat. Atque ita interpres vetus: & laudat exemplum Pseudolo: *Quid meret machæra*: quod quos fefellit, poterant a versu admoneri. Hoc quoque aliter sensisse Terentium puto, quam accipiatur:

Act. 4. Sce. 2

St, mane: crepuit a Glycerio ostium:
Pa. *Nihil ad te.* leuiter emaculandum e v. Colo.

Nihil a te? A Glycerio ostium crepat: nihilne a te? cui infertur deinde; quæro. Nihilne, inquit, a te das consilii. Et forsasse facies aliqua ridiculi: nihil a te crepat: Horatius.

Si quid Stertinius veri crepat.
Aut immunda crepent, ignominiosaque verba.

Sulcos & vineta crepat mera. Et mens poetæ, & ipsa orationis sententiæque inuicem apta series hoc probat. Proximum est ut explicemus, quod a Glycerio ostium crepuit, nihil a te facit. Isti dicerent: nihil pro te facit. Cicero: *vide ne hoc totum sit a me. Dicendi ab reo potestas non erat.*

Sed hoc leue, & quod dicam, quoque.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. Pa *quiduis patiar. D. pater est.*

Verum est, & liquet mihi affirmare: tollendæ sunt personæ interiectæ ac continuandum:

Tum illæ turbæ fient. quid? vis? patiar? pater est.

Cum dixisset turbas futuras, addit quoque, quæ eæ futuræ essent: hæ nimirum: *quid? vis? patiar?* quæ quidem verba sunt stomachantium atque indignantium: illud, *vis?* filii: *patiar?* patris:

quid

quid? vtrinſque. Neque vero, *vis*, heic verbum eſt, ſed nomen. Sequitur act. 1 Scen. 5.

Bene & pudice doctam atque eductam ſinam,
Coactam egeſtate, ingenium immutarier?

Ita lego. vulgo:

Bene & pudice doctum atq; eductum ſinam,
Coactum egeſtate, ingenium immutarier?

monſtrum, ita me dii ament, ſermonis. Puellæ bene pudiceque docentur atque educantur, quæ in quæſtu non ſedent: neque in eam ſpem producuntur. ſed tales habentur etiam, ſi quæ vni ſoli ſe dant: vt eſt Antiphila Heautont. heic Glycerium: Ciſtellaria, Silenium: quæ ſe meretrices dici nolunt, quamuis muliebris patientiæ legem acceperint: dum ne corpus vulgarent. quo exemplo Tibullus ſuam eſſe pudicam optat. Et in ſcena tamen loquebantur, contra quam ingenuæ virgines: qua in re cum interpres vetus a Mureto reprehenditur, iniuriam accipit. Nam de liberis virginib. ſenſiſſe interpretem, res ipſa loquitur. Itaque q̃ de Stratiphoclis ſorore Epidico addit, tantidem eſt, & totum illud peius ipſe negat, quam interpres affirmat. Quamuis in iis ſtuprum, vis non eſſet in virginibus eſſet. nam Plautus:

Dum tete abſtineas nupta, vidua, virgine,
Iuuentute, pueris, liberis, ama quidlibet.

Itaque qui in virgine prehenſus eſſet, pro mœcho veniebat in periculum, ne mox ſine viro eſſet. Fallitur Muretus, qui aliter interpretatur illa:

Nunc minatur porro ſeſe id quod mœchis ſolet.
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim.

Cedo enim, niſi ita habeat, quorſum dicit Pythias: *Neque velim.* nam mulier nulla viros caſtrari velit. ad illud, pilari nates, mox deinde tundi & peruerri raphanis ac mugilibus, nihil ad ipſas. Quæ bene & pudice docebantur, bonæ appellabantur:

Illa enim ſe negat.
Neque eum æquum ait facere: illam ciuem Atticam,
Bonam bonis prognatam.

Non eum negat æquum facere anus, quia ciuis, ſed quia virgo: et parum etiam: itaque quia bona. Iam apparet, quam imperite factum ſit, quod Eunucho, *bonam*, exciderit, reponendum e veteri Veneto, illis verſibus:

An paululum eſſe hoc tibi videtur, virginem
Vitiare bonam, ciuem. Profecto enim virginem ciuem per leges etiam licuiſſet, niſi hoc quoque, bona eſſet. Et quoniam in domo meretricia bene pudiceque educari non exiſtimabantur, nemo homo ibi pro mœcho prehẽdebatur. Porro non exſpectas, credo, dum rationem reddam eius ſermonis, *ingenium immutari*: quæ Synecdoche ſit & pueris in ludo nates auferat. nam, mutatus

ingenium dicitur, qui ingenium mutauit. Laborat etiam illud:

Herus relictis rebus, iussit Pamphilum
Hodie obseruare, ut, quid ageret de nuptiis,
Sciremus: id propterea nunc hunc venientem sequor.

Si sic scripsit Terentius, *id propterea*, non mihi est, quem cum Cicero facit. At tanquam parum foret, nunquam verbo de hac scriptura controuersiam mouisse, reperti sunt etiam qui imitarétur viri docti. Sunt antiquitus cusi, in quibus *sciret*, legitur: & id sententia postulat. legebam:

ut, quid ageret de nuptiis,
Sciret: & id propter nunc hunc venientem sequor.

Et, repeti a fine præcedentis. non est durum. Nam ita vbi non peccatum est, positis semel, quę iterum debuerant, vocibus? Quin & more industriaque ita faciebant, parcentes in scribendo operæ, vt quod semel exaratum esset, non semel tantum legeretur. testes Pandectæ Florentinæ. Postea visus sum ad verum coniectura venisse:

ut, quid ageret de nuptiis,
Scisceret: & id nunc hunce venientem sequor

Sciscere ita quoq; Afranius dixit, vt refert Sosipater: et exemplum ponit.

Hoc verbo vtitur Plautus Amphit.

Herilis prauortit metus. accurro vt sciscam, quid velit;

Similiter commissum extrema Hecyra:

—— placet hoc non fieri itidem vt in comœdiis,
Omnia vbi omnes resciscunt: heic quos par fuerat resciscere,
Sciunt: quos non autem scire æquum est, neque resciscent, neque scient. Scribo:

Omnia vt omnes resciscunt. h.q.p.f.r.
Sciunt: quos non autem scire est æquom, neq; sciscent, neq; resciscent.

& ita propemodū Brunii ſc. & vetus Venetus. vt, pro, *vbi*, ex Col. v. I. optime mutauimus. sic ponebant, qui elegantius loquebantur. Inter quos cecinit carmen quoque tale Catullus:

Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputq; pedesque;
Verum totius vt lacus, putidæque paludis
Liuidissima, maximeq; est profunda vorago.

Præterea:

Hesterno Licini die otiosi
Multum lusimus in meis tabellis,
Vt conuenerat esse delicatos.

Vulgata lectio quin contaminata sit, arbitror dubitare illiteratos tantum. An enim qui resciuerint, non sciunt? an vero etiam non possunt, qui sciunt, resciuisse? & si ita hæc distinguuntur, cur rei solum, scire, præcessit? Profecto enim sic habet. vt dicendū fuerit: quos non autem scire, aut resciscere æquom est. Quod ad superiorem illum versum attinet, quem reliquimus: *Et id nunc hunc venientem sequor*: in eo, *id*, valet, *propter id*. Plautus:

Illud

Istud dictum tibi non amplius irascor. est, propter istud dictum. Mostell.

Nunc hoc, quod ad te noster me misit senex.

Itaque *propterea*, eglossa est. Ita ipso sæpe meridie cœcutin nisi duces sint vetusti codices. absq; iis fuisset, nunquam venturus fueram, vt flagitium fieri, & hærere vitium Latini sermonis illis verbis suspicarer:

——— *Quamobrem id tute non facis?*

D. *Quia si forte opus sit ad herum iusiurandum mihi.* nouum genus: quare ita facis? quia vt mihi bene sit. Scribo:

Qui si forte opus sit a. h. i. m.

ita extra sententiam, *qui*, erit ad ornatum quæsitum: vt Heautontim.

S. Eho, quæso, laudas qui heros fallunt? S. loco
Ego mi vero, Syre. Sy. recte sane. Ch. quippe qui
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est. — E. v. c. & numeris.

neq; enim heic, qui, nisi ornat: neq; item apud Plautum:

——— *hercle qui, vt tu prædicas,*
Cauendum mihi est abs te irato. Emendandus versus Andriæ e v. c. Coloniensi, quem fuisse bibliothecæ publicæ dixi:

Qui tandem? C. etiamne me subducere istæ dictis postulas.
P. Quid isthic? Ch. qui postquam me amare dixi, complacita est tibi.

nihil elegantius: & frustra sunt viri docti, cum id mutant Amphitruone:

An etiam id tu scis? M. quippe quæ ex te audiui.

sic enim putant rectum esse, non, vt olim fuit, *quippe qui*, quoniam Alcumena loquatur. inepte. *qui* enim aduerbialiter superfluit. De eo quamuis hoc non sederit, turbarum mihi nunc aliquid dandum. Qui ergo Hecyra excuduntur versus:

Quem cum isthoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi vxor. — Act. 4 Sc. 3.
Isthuc est sapere, quia, vbiq; opus sit, animum possis flectere:
Quod faciundum fortasse sit post idem, hoc nunc si feceris: eos lego:
Quem cum isthoc sermonem habueris, procul heic stans accepi vxor.
Isthuc est sapere, qui vbiq; opus sit, animum posse flectere:
Quid faciendum forsit post idem, hoc nunc sic feceris,

Scripsi, *procul heic*, quia, *procul*, hoc loco est, *prope*. Ita interpres vetus: & nos probamus, adducti nõ eius magis auctoritate, quam reipsa. Sentit idem Seruius illo versu:

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

quanquam certe errat: sed nihil nunc ad me. Culice extra cõtrouersiam est:

——— *Et procul illam*
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.

Proximo versu. *vbique*, est in Bas. *posse*, in vet. cuso Argentinensi, ex officina Gruningeri: ordo verborum e Coloniensi. Hanc seriem ad illa verba transtuli, & Terentio opem, quam nemo ne aggressus erat quidem, tuli. Nam in recepta scriptura numeri labãt. nos eos in septenarii legem reposuimus. Omnes quod sciam, *qui*, heic acceperunt, ac si, *qua*, esset. Ita nodus vindicabatur. sed hoc est, Gordium nodum secare. *Posse*, rectum esse, non, *possis*, interpres dat coniectandi copiam. ait enim, *qui*, superesse. at id qui potest, si pro, *qua*, est in hac oratione, & sequitur, *possis*? Falsum est etiam, *qui*, fungi munere illius, *qua*. Nam quod apud interpretem id legitur, non abest vero, a sciolis ei pittacium hoc impactum. In vetustis enim editionibus ea verba non apparent. sed pro iis lacuna patet: quod tum solet, cum Græca verba, aut aliquid ex vltima antiquitate repetitum desideratur. At si ita scripsisset interpres, *qui*, accipi pro *qua*, verumne prope est ea verba librariorum intelligẽtiam effugisse? Demsimus velum, vt aliquid iam lucis ad oculos non imperitissimorum effulgere possit:

Quale fere silua lumen habere solent.
Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo:
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Vident enim omnes, sententiam subesse: Isthuc est sapere, posse animum flectere, vbicumque opus: *qui*, abundare, & asseuerationem tantum, affirmationemque maiorem orationi afferre. *Vbique*, autem valet, *vbicumque*. Ita in Pandect. a Iauoleno vsurpatur, de contrah. emt. *In lege fundi vendundi, lapicidinæ in eo fundo, vbique essent, excepta fuerunt.* Ita, *quisq*, *quandoque*, pro, *quicunque*, *quandocunque*. Petronius:

Id est, quandocunque.

Et quandoque mihi fortuna arriserit ora.

Postremum versum ita reposuimus:

Quod faciundum forsit postidea, nunc hoc sic feceris.

In Bas. *forsan sit*, reliquo verborum ordine, quo diximus: vnde fecisse nos, *forsit*, nemo reprehendet, qui rationem dimetiendorum versuum tenebit. Et liberat nos maiore culpa, quod sexcentis locis id vitium commissum. Apud Horat. Prisci. legit:

Dissimile hoc illi est, quia non, vt forsit honorem
Iure mihi inuideat quisquam. Et apud Verg. Seruius:
Forsit vota facit, cumulatq, altaria donis.

Sic Lucretius, Propertius, alii. Sed maximum est hoc loco, quod *sic*, reponimus, vbi est, *si*. nam. *si*, quam diu scribetur, quid sit toto versu præter verba, non videbo. Facias, non quod e re omnino tua sit; aut tanquam melius non possis: sed quod illud optabile malorum collatio fecit. Primum erat, vt vobis inuicem conueniret: quod quia nescio per quem stat, cur aliter ceciderit, facias quod proximum est. Sic, neq; bene, neque tamen vt pessimum hic. Ea enim subest vis huic, *sic*. Andria:

Quid

Quid vos? quo pacto heic? satisne recte? M. *nostin? sic.*

Valet, *mediocriter; fortuna in neutram partem spectabili.* neque enim, *sic*, ibi porro deinceps respicit; sed in se finitur; & est, vt hoc addam, languoris cuiusdam ac lentitudinis. Phormione interpres cum gestu dicendum ait: *Quid rei geris?* G. *sic tenuiter.* Friuola esse sentio; in quibus tamen multi sibi placent, magnoque ea inscribunt. Quorum stultitia ignominiam a nobis deprecabitur. Eadem fabula:

Mysis, nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem expromta memoria atq; astutia.

Conatur hic interpres, neque, vt ait Ennius, proficit hilum: & fuit, cum ego me plane negarem videre, quid isti, *memoria*, heic loci esset quorsum enim opus memoria? an, ne mandata exciderent? quæ erant hæc, *appone puerum?* gerræ. addebam, non Latine dici, *expromere memoriam*. Quiduis ergo illi nugarentur, vere esse in meis v. l. *expromta malitia atque astutia.* Enim malitiam expromtam esse illorum hominum, qui possunt, vt ait Plautus, quamuis de subito facere malum; qui ingenium, quoties maleficium res postulat, habent in numerato. Aliud etiam posse: *Opus est mihi expromta tua malitia*, pro, *opus est, vt mihi tuam expromas malitiam.* Neque certe, memoria, bene hærere huic, *astutia, malitia*, optime. Hæc tum ego: nunc alia mens est. Memoria enim est, non id, quod errant interpretes, ad retinenda mandata: nam quid ineptius? sed dexteritas agendi, & in ciendo iurgii simulacro ad verum peritia. idque est, *memoriter facere*, vt ne compecto & composito, nec tanquam præmeditatus; sed ex tempore dicere, facereque videaris. Talem Mysidem postulabat Dauus, ne Chremeti de fuco suboleret. Itaque parum, inquit, interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de industria, hoc est, memoriter, nec vt simulare videaris. Ita sæpe Asper: & Plautus: Hem isthuc si potes memoriter meminisse. hoc enim dicit, si ita potes isthuc assimulare, vt ne ille suspicari possit, nobis de eo ante conuenisse. Eunucho:

Cognoscitne signa? Ch. *Ac memoriter:* eodem sensu, opinor. Tum Asinaria:

Aedepol senem Demænetum lepidum fuisse nobis.
Vt assimulabat Sauream med esse: quam facete:
Agre nimis risum continui, vbi hospitem inclamauit.
Quod se absente mihi fidem habere noluisset:
Vt memoriter me Sauream vocabat atriensem.

Neque abhorreo tamen, vt alterum illud, *malitia*, probem: ac tum, vnde fluxerit labes, quod opinor, dicam. *Memoriter facere astute*, glossema est ad illud, *expromta malitia*: quod fortasse an ex ora libri in contextum orationis irrepserit. Hoc an dignum fuerit quod notaretur, tuum iudiciū esto: mihi quidē videtur, vt sum

arrogans. Neque hęc vendito: hoc tamen ausim, locum huc vsque intellectum non esse. Quod postea legitur:

Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix?

Ch. *Ab Andria est ancilla hac quantum intellego.*

in eo manifesto laborant numeri: sed emaculandum:

Mirum v. i. m. si facit

Meretrix. Ch. *ab Andria est hæc, quantum intel.* perspicue verum. Nam, *ab Andria esse*, valet, *esse ancillam Andr ia*: quod pro interpretatione additum irrepsit in versum. Ita & numeros corrupit, & elegantem figuram sermonis abstulit. Plaut. Pseud. *Viuere te esse ab illo, ita nugas blatis* hoc est, *illius esse seruum.* Muretus, vt veritus opem ferret, sustulit vocem, *meretrix*; in quo iudicium eius requiro. Nam improbauit sententiam. Neque enim mulieres omnes omnia impudenter faciunt: & vt hoc concedam, imprudenter, impudenter, negabo. Præterea, cum vellet conuiciari Dauus, nihil illi præter ceteras obiecisset, si mulierem solum vocasset: quod & Egeria, & Penelope, & Iuno ipsa fuerant. Postea, quando videri Dauus vellet cum Simone & Chremete facere, atq; eadem omnia de Glycerio sentire, mulierem meretricem vocat. Id enim verebatur Simo, quantum non aliud ne appareret ciuem esse, bene pudiceque doctam: & is totius fabulæ nodus. At si tantum mulierem dixisse arbitrabimur, aut Terentius imperite id, qui scripserit, aut nos, qui arbitremur. Quid enim hoc ad argumentum Comœdiæ? Plane vincit eum virum nihil omnino cogitasse, id quod sequitur.

Ab Andria est hæc, quantum intellego.

Quia Dauus meretricē dixerat, intelligit Andriam esse. Quod enim Andria, ob id peregrina: peregrina autem, & meretrix, idem. Vt Eunucho:

Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.

D. *Potest taceri hoc.*

Quia enim Samia Rhodi habitabat, peregrina erat: eoque meretrix. Accedit, quod loquendi modum ductum sustulit, *mulier meretrix.* Plautus:

Nescio qua mulier est heic intus in ædibus.

D. *Quid mulier?* S. *mulier meretrix.*

Et:

Nimioq; sibi mulier meretrix reperit odium ocyus.

Turpil. *Mulier meretrix, quam e quæstu causa cognouit sui.* Mulierem ancillam, Sallust. dixit Iugurthino. Hæc volui prolixius, ne quis Muretum mihi diceret. Ante hunc locum ille est:

Act. 3. Sce. 5. ———— *hem, quo fretus siem,*

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.

An non dixi hoc esse futurum? D. *dixti.* P. *quid meritu's?* D. *crucem.*

Alii,

Alii, vt cuique lubebit, mihi sic videtur, nihil Ælii lectione melius esse, quam is libro Æneidos XI. laudat: *quid meritis?* cui inquit, dicto responsum est, *crucem*: vt simile sit Vergiliano illi: *Turnum gnatoque patrique*

Quem debere vides, meritis vacat hic tibi solus,

Fortunaque locus. ——————

Eleganter, *quid meritu est* pro, *quid meritus es?* *Quid sermone? quid verbis? quid factis est?* potes cum antiquitate, cum voles, *quibus verbis, aut factis* Recte notant in hanc rem Casina:

Quid(me)*fide*(arbitrare?)EV *bonis.* ME. *quid factis?* EV. *neque malis, neque improbis.* Terentius Hecyra:

Iam aetate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci aequum.

Hoc, *non siet mihi peccato ignosci aequum*, verbis tantum discrepat ab illo: *Non siet mihi malu factu ignosci aequum.* At alii heic esse, *peccatum*, errant. Tacitus lib. vndecimo: *Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi, & morte Sanquinij alacres, dum Corbulo aduentat, inferiorem Germaniam incursauere, duce Gannasco, qui natione Caninefas, auxiliaris, & diu meritis, post transfuga, leuibus nauigiis praedabundus, Gallorum maxume oram vastabat.* Sic l. l. contra quos faciendum non est. Mira autem forma: *Diu meritis*, pro, *qui diu auxiliaris inter Romanos meruerat.* vt heic Terentius, *quid meritu es?* Vergili Culice:

Effigies ad eum Culicis deuenit, & illi

Tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.

Quid meritis, inquit, aut quae delatus acerbas

Cogor adire vices? Sic enim recte viri docti. Mostellaria:

—— *An mauis, vt aliquo abeat foras,*

Vrbem exul linquat factis hic caussa tuis?

Exsul factis caussa tuis, eandem formam habet. At alii contra: & scilicet errant. Quod enim Quintiliani locum adducunt: *Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet, habitum animi posset perducere, quo dicto flendum & irascendum esset, rarus fuit*: non viderunt scilicet veterem editionem Argentoratensem, quae habet: cui dicto flendum & irascendum esset. Plautus Amphitruone, arbitror, sic quoque:

Opulento homini hoc magis seruitus dura est,

Hoc magis miser est diuitis seruos;

Noctesque diesque assiduo satis superque est:

Quoi facto aut dicto adest opus, quietus ne sis.

Vt enim ante scribebantur, mendosa fuisse puto. Neque autem cum aliis expono, neque, *assiduo*, aduerbium accipio; quippe nomen est potius, assiduus, pro diuite. quomodo in XII. Assiduo assiduus vindex esto. Et tamen, vt legas, *quoi facto aut dicto*, forma ea manet. Quae ad nouandum, hoc est (adeo res rediit) veteres formas conandas, atque audendas, locum aperiunt,

Assiduus, id est, diues semper at fuit? sed et opus nūquā deest seruo quod faciāt. Hoc probāt sequentia.

Te Salaminius, Teucerq́, & Stenelus sciens
Pugna, siue opus est imperitare equis,
Non auriga piger. Item:
——————— *turdus,*
Siue aliud primum dabitur tibi, deuolet illuc. Catullus:
Laeua, siue dextera
Opus foret volare ———

Neq; tamen in re peruulgata exemplis opus fuit. Vt porro veniamus, sæpe ita dicimus; *quo iure, qua iniuria facit.* etenim libenter cum Terentio loquimur, cuius hic versiculus est. *Act. 1. Sce. 3*

Quo iure, quaque iniuria; præcipitem in pistrinum dabit.

Mihi tamen aliquando subiit vereri, ne verum esset:

Quo me iure, qua d iniuria præcipitem in pistrinum dabit.

Erit, *siue iure, siue iniuria: partim iure, partim iniuria: ceterum iure, an iniuria, ille non reputabit.* Certe hæc, *iusta, iniusta: aque, neque boni mali,* eam vim habent, vt si dicas, *partim iusta, partim iniusta:* atq; ad eum modum cetera. Vsus ita verbo eo Cicero: *Gladiatoribus qua patroni, qua aduocati sibilis conscissi.* Milite Glorioso:

Ne tu hercle scitus equæ admissarius
Qui consectare qua mares, qua feminas.

Plinius ait, patruum districtissimum fuisse negotiis, qua priuatis, qua publicis. Neque vero hoc affirmo: non: quæro tantū. Non te ignorare puto, illum versum:

Nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia;

vt excuditur, in regulas peccare. Neq; n sic potest: *si tu, aut hic potes.* sed, *si quid tu, aut hic potestis.* namq; hoc *potes*, cum, hic, conciliari nequit. Purgatus est, vt alicubi in V. C. reperitur: *Act. 2. Sce. 1.*

Nunc si quid potes, aut tu, aut tu Byrrhia.

Heautontim. quoque:

Nihil succenseo, nec tibi, nec huic: neque vos est æquum, quod facio mihi:

restituendum e v. l. *Nihil succenseo nec tibi, nec tibi.* Sic Aristophanes Pluto: ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ σὺ χαῖρετε. neque video quæ alia orationis structura esse possit, vt bona sit. Eadem fabula: *Act. 1. Sce. 5.*

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Leue est: sed monebo tamen, reponendum e libro Acad. Colon. *Bona nostra hæc tibi permitto:* vt illa Terentii:

Tibi pater permittimus.
Plus scis quid facto vsus sit. ——— Ciceronis:
Totum negotium ei permisi. Hoc postulat ratio. Mandat amico, & tutori: permittit viro, ac patri. Permittimus enim potestati, committimus fidei, inquit Cicero. Si, *committo*, retineas difficile est, vt non idem repetatur. Hac etiam Comœdia rectum est.

Quæso edepol, Charine, te, quoniam iam id quod vis, non potest: non, vt inprimitur: *fieri non potest.* vt idem paullo post:

——— *Nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,*

Principio vt ne ducas, P. dabo equidem operam Ch. sed si id non potest.

Ita enim interpres: & notat intelligi, *fieri.* Adelphis, cum nunc legitur: *Tu quantum potes, abi:* corrigendum est: *tu quantum potest:* tale est Phormione:

Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est. Eunuch. *Adduc, quantum potest.* hoc enim germanum, illud vulgare adulterinum: *duc quantum potes.* Multis locis Curtii vitium adnotauimus, & præterea his Petronii: *Vt intellexit Chrysis me perlegisse totum conuicium. solent inquit, hæc fieri, & præcipue in hac ciuitate, in qua mulieres etiam lunam deducunt.* emendabam: *Solent, inquit, hæc, & præcipue in h. c.* quomodo cum coniecissem, deprehendi postea in veter. codic. Bituricensi esse: *Solent inquit, hæc, frater, & p.* Sic ergo plane corrigendum. illud, *fieri*, inculcatum deturpat orationem; Idem: *Quod solum ergo saluo pudore poterat contingere, languorem simulare cœpi.* Alii aliter; sed vna hæc vera lectio est: *Quod solum ergo saluo pudore poterat, languorem s. c.* Item: *Erras, inquit, Eucolpi, si putas contingere posse, vt ante mortem, Furcis exturbandum, contingere: Si putas posse vt a. m.* Nam etiam sententiæ officit: siquidem de eo sermo est, qui sibi manum afferat, nisi interpellettur. Prope hinc Andria:

Act. 2. Scen. *Quid tibi, videtur? adeon ad eum. B. quidni? si nihil interpres.*

Ama Brunianum, qui habet: *quippini: ni impetres.* Menæchmis: *Esne tu Syracusanus? M. quippini* Bacchid.

Quid? tu meretricem esse illam censes? N. quippini.

Illud autem e V. Colon. ponam, saltem vt appareat hinc quoque, quid quomodo superfluere comice possit:

hei mihi,

Vereor dicere. Pa. hui. CH. dic quæso Byrrhia. B. ego dicam. Pa. quid est adhuc? Belle sic additur, *adhuc.* Menæchmis: an tu

Malam rem vis pro maledictis dari postea?

Vt illic *adhuc*, ita heic, *postea* vtrunque ex abundanti. Non negligam leuiuscula quædam addere, in quibus tamen valde delinquatur:

Tum de puero Daue? D. ah, desine.

Scen. vult. Vulgo, solus est. *Solus es quem dil gunt dij*

Nam comicus sermo est, *dij te diligunt*, pro, *omnia tibi secunde fluunt.* Contra, ita *dij tibi irati sunt*; Milite Glorioso: *Salue homo, cumulatissime commoditate, due dij quem diligunt, Mars & Venus.* Ibidem, narrante seruo omnia in amore ipsi secunda, & obnoxia, miles subiicit: *Venus me amat.* Hac ipsa Andria: —— *Quamobrem? P. A. nescio:*

N si

Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim.

Quia ergo tot bona congruissent, etiam ad puerum quod attineret, solum esse ait, quem diligant dii. De puero ipso non recte accipitur. Sic illud: *Act. 5. Sce. 1. 5.*

Namq; hocce tempus pracauere mihi me, haud te vlcisci sinit:

capital videtur. neque enim opinor ad finem verbum apposuisse, quod medio non quadraret. Amplius autem dicere voluit, quam *hoc tempore pracauere mihi me sinit*; quando eum tempus illud vehementer hortaretur; neque per id liceret aliud. Et inuenio in omnibus: *pracauere m. m. monet, haud t. v. sinit.* Ita res suspicari me cogit, scriptum fuisse: —— *pracauere mihi me; haud te vlc. mo res.* Deprauatus est ille quoque: *Act. 4. Sce. 3.*

Nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te. lib. v. mei:

Nondum etiam scis. C. equidem illam ducturum esse te.

Etiam, pro, *adhuc*: vt Hecyra:

Mane, nondum etiam dixi, qua volui.

Praeterea libenter e l. Acad Colon. & aliis ita scripserim:

Quid tibi istic negotij est? D. mihin? S. ita mihi. *Act. 5. Scen. 2.*

Mihine? M. tibi ergo.

Bene hercle. Iratus enim, vt fit, repetit verbum Daui: qui cum dixisset, *mihine?* retulit hic, *mihi* quae caussa fuit Dauo, cur iterum quaerere auderet: *mihine?* & Simoni, cur mutaret responsionem: *tibi ergo* Mihi, autem illud Simonis extra sententiam est. Itaque, quae summa ratio est, in numero non vocatur. Porro, pro illo vulgato:

Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis, vt veniret ante hac nunquam? reponendum: *Itane attemperate euenit, hodie in ipsis nuptiis vt veniret, ante hac nunquam?* Vult enim non euenisse attemperate: sed factum de industria & compecto. Alterum pugnat cum sensu Simonis *Itane attemperate venit?* est; *non venit attemperate*: at contra est: sed nō euenerat. Restat igitur illud: *Act. 5. Scen. 4.*

Quis videor? C. miser aque, atque ego. D. consilium quaero. C. fortis *Act. 4. Sc. 1.*

Scio quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum reddam.

Frustra est interpres. neque, quod sine inuidia liceat, a quoquam locus intelligitur, vno autem apice minus integer est: *Fortis es, scio, quod conere.* Verba sunt Charini collaudantis, atque animum addentis ipsi Dauo. velis modo, inquit, & conere? vt ego fortitudinem tuam noui perficies facile. Bonos viros induxit, quia comicus venustius paullo, quam ipsi solent, hoc dixit: *Fortis es, quod conere.* Simile autem Eunucho:

—————— *Perfice hoc*

Precibus, pretio, vt haream in partem aliquam tandem apud Thaidem.

G. *Difficile est.* T. *Siquid collibuit, noui te.* tantundem fuerat: *si quid collibuit, fortis es.* Addit porro:

——— *quid tu? quo hinc agis?* C. *verum vis dicam?* D. *imo etiam Narrationis incipis mihi initium.* C. *quid me fiet?*

D. *Eho tu impudens, non satis habes. tibi de eculam addo.* Sic hæc emendanda sunt. Plerique libri, *incipit*; pessime, contra v. c. etiam v. Venetum: neque recte accepit interpres. Hoc enim dicit poeta: initium sed sturbandarum nuptiarum a Charino facturum: cuius scilicet Pamphilo sperata sit. Vt enim animum faciat Charino moliendi quoque, & quaqua posset, turbandi, tantum sibi in eo momentum esse mentitur, vt speret ea re consuturum se, ne Pamphilo detur. Narrationem pro actione dixit: quia sibi negat otium ad narrandum esse: & ipsa actione repræsentaturum narrationem. Illis autem verbis allusit scenam:

——— Dies hic mi vt sit satis, vereor,

Ad agendum. ———

Plane vt nescias, rem, an fabulam agi dicat. Melius hoc noster, quam Plautus. Is enim apertius: *Satis*, inquit, *sic longæ fiunt fabulæ.* Et:

Horum hæc agitur fabula spectatorum caussa: hi sciunt.

nimis rustice tandem. Quid? quid aliud volui monere? etiam. ita scribendos illos versus:

Act.2.Sc.4. *Subtristis visust esse aliquantulum mihi.*

D. *Nil propter hanc rem: sed si quod censeat tibi.*

S. *Quidnam est?* D. *puerilest.* S. *quid est?* D. *nihil* S. *quin dic quid est?*

D. *Nimium perparce facere sumtum.*

Censeat v. c. Acad. Colon. & Stanæi: quod rectum est. Hoc enim veteres, nullo fere composito vti solebant, quin simplex pro eo sæpe valeret. Et, *censeo*, quidem pro, *succenseo*, Paccuuius: *Ne vobis censeam, si ad me referretis.* quod audire aliter poteramus, nisi Varro diserte pro, *succenseo*, enarraret: quo quiescere debemus. Quod postremo versu, *parce*, scripserant, &, *ait*, inculcarant, illud contra v. lect. & Prisciani auctoritatem fecerant. atque apud hunc quidem sine mendi suspicione. *Ait*, inferserant, vt planissime versum perderent; & quia non videbant, *succenseo*, huc spectare. *Censet tibi, nimium perparce sumtum facere.* Est illud eadem fabula:

Scen.vlt. ——— ——— *Charine, in tempore ipso mi aduenis.*

C. *Bene factum* P. *hem, audisti?* C. *omnia. age, me in tuis secundis respice.*

Et hic quoque V. C. audio: *age, me in secundis respice.* De te, inquit, prima tibi cura fuit: qui quando rem tutam habes, me nunc in secundis cura. Cicero ita, *in secundis, tertiisque consistere.* Ceterum, ad scenam spectat, in qua primæ, secundæque partes. Andria quidem ipsa duplex est, vt item Heautontimorumenos. Nam in Pamphilo & Glycerio fabula tota transigitur: sed vt res misceatur

magis

mag's,& in perſonas ſpargantur, vberiori argumento, Charini amor ſecundario in periculum vocatur. Itaque ille in ſecundis eſt. Paruum hoc: Act.3.Sc.4.

Is hinc bellum fugiens, meq; in Aſiam perſequens, proficiſcitur.
Tum illam relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primum audio,
Quid illo ſit factum: legendum: *poſtilla*, aduerbio. Catullus:
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba.
Propertius:
Hypſipyle nullos poſtilla ſenſit amores.

E TERENTIO EMACVLATA, VT IN SOLVM VENERANT.

DIVIS MANIBVS OPTIMI ET DOctiſſimi viri, Ioannis Bremari Efferenſis.

QVod quidem, quæ tua virtus fuit, Bremare, fidenter ſcribo. Atq; vtinam, ſi pium eſt optare, tibi potius ad ſalutem motam fata produxiſſent, quam ad exitium patriæ diem repræſentaſſent. Non metuo ne nimium hoc cuiquam bono dicere videar: aut tu is eras, qui doctrina, moderatione, exemplo, quod homo vnus poſſet, fugam antiquitatis ſiſteres, aut, opinor, ſexcenti alii præter numerum nihil adferant. Diis aliter viſum: & ego nunc; quod ſolum per eos licet, has tibi ſtudiorum meorum primitias libo, affini, præceptori, parenti meo. Citius melius debui, & ſane volui, audeo etiam, potui, niſi quæ ipſo obitu tuo ordiri mihi ſæua & aduerſa omnia cœperat fortuna, ſic porro deinde incubuiſſet, vt finem nullum, niſi finem meum, factura videatur.

EVnucho, in periocha Apollinaris:
ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius collocat
Vitiatam ephebo hoc graui mendo non caret. Lego ex vet. Veneto: —— *Sed Atticus*
Ciuis in primis, repertus frater, collocat
Vitiatam ephebo. Ciuis in primis, eſt, *ciuis ex primis.* Salluſtius: *Leonem primus, aut in primis ferire.* Refertur ergo ad illud:
Nam me eius ſpero fratrem propemodum
Iam repperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem.
In prologo Eunucho:
Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quamplurimis, & minime multos lædere.
Lego:
Qui placere ſe ſtudeat bonis,

Quam pluribus, & minime multis os lædere.

Nodum iam ex Nonio Marcello, *quam pluribus*, duabus sciunctim dictionibus scribendum, hac sententia: *si quis malit bonis potius quam malis placere. Plures* enim pro *malis* dici: cuius ille exempla refert: deesse ad plenum particulam, *potius*, vt alias sæpe apud Tacitum: *Agrippina claris maioribus, quam vetustis*: & Ann. primo: *Pacē quam bellum probabam. Pluribus*, erat in Stanæi libro: & miror id alios ex Nonio nō deprehendisse. Pro *multos lædere*, scripsimus, *multis os lædere*. sed & sententia probat, si hoc modo fatemur, Terentium ad rem loqui. nam palam & coram conuiciari aut maledicere, est, *os lædere*. Adelph.

——— *Clemens, patiens, nulli lædere os.*

contra, *in os laudare*: sed ab eadem forma. Cicero, *præbere os ad male audiendum*. Sed hoc tamen Terentii, qui tantum sententiam quæreret, præterire potuit, illud, nisi qui me acutior, nemo quisquam assequetur:

Act. 1. Scen. 2.

Nil. nam quæsiui nunc ego eam, mi Phædria,
Multa sunt caussæ, quamobrem cupio abducere.

Quid enim hoc, malum, est, *namquæsiui*. Lego: *Nil namque sini*. nihil, inquit, amplius est, quod dicam, nam desiui. Vt qui perorauerunt, ad finem addunt, *dixi*: ita, qui sermonem conferunt, cum partem dare alteri volunt, *desiui*, aut, *sini*. *sinere sermonem*, est, *finisse*. Ita sæpe, vbi minimo minus peccatum literis, ad sententiam immane quantum amissum est. Nam illos Heautontim. qui hactenus intellexerint, nescio: sane docti se negant:

Act. 1. sc. 1.

Homo sum, humani a me nil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percunctari puta.
(Rectum est) ego vt faciam, non vt deterream.
ME *Mihi sic est vsus, tibi vt opus est facto, face.*
CH. *An cuiquam est vsus homini, se vt cruciet.* M. *mihi est.*
CH. *Si quid laboris est, nollem: sed istuc quid mali est?*
Nec mirum, qui tam mendosi sint. Lego:
Vel me mouere hoc, vel percunctari puta.
Rectum est? ergo vt faciam, non te vt terream.
ME. *Mihi s. e. v. tibi v. o. e. f. f.*
CH. *An c. e. v. h. s vt cruciet?* ME. *mihi est.*
CH *Si quid laboris est, nollem: sed istuc quid, malum, est?*

Pessime huc vsque lectum est, *monere*, & vnde sententia nulla idonea educi posset: *mouere*, autem nunc optime. Quod ne cui parum liqueat, sententiam aperiamus, & viam, qua huc perueniatur. Sciscitabatur Chremes, quid tantopere animum Menedemi ageret. hoc Menedemus ita interpretatur, tanquam si curet aliena. At Chremes negat consequi. quamuis, inquit, homo sum: & si faciam, non inhumane faciam. Sed enim non continuo coto

alicna

aliena si quæro. Itaque vel curare me id puta, vel etiam percunctatum tantum. Curare, mea caussa: percunctari, tua Si enim recte facis, percunctari, vt idem faciam; sin praue, curare; vt de sententia te deducam. Ea vis est hoc versu:

Rectum est? ergo vt faciam, non te vt deterream;

Cui suo loco deinde infertur:

Mihi sic est vsus, tibi vt opus est facto, face.

Mouere, ergo heic est, *curare*: vt Andria:

Ergo istuc moneo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres.

Postremo: *Si quid laboris est, nollem. Labor* pro molestia capitur. Andria: *Tantum laborem capere ob talem filium.*

Hecyra:

Nam nos omnes, quibus alicunde aliquis obiectus est labos.

Ita Græcis πόνος: & quod Paccuuius: *Exanclare laborem*: Cicero maluit, *dolorem*. Scripserunt etiam, *sed istuc quid mali est?* quod mihi conuenire non videtur. adhuc enim pendet, malum sit quod illum ad laborem impulerit, an animo illius bonum itaque si, inquit, molestia est & mœror, qui te subigit, vt seruorum munera fungaris, nollem: sed omnino tamen, quid est: Andria, *mali*, reponendum: *Thusculunis.*

Sed Dauus exit: mi homo, quid istuc obsecro est?

Quo portas puerum, Lego:

Sed Dauus exit: mi homo, quid istuc mali obsecro est?

veteris Veneti, & multorum scrip. codicum fide. Postea lege, quod plane suadent vestigia v. scripturæ in Stanæi:

Domum reuertor mœstus, atq; animo fere

Conturbato, atque incerto præ ægritudine.

Assido: accurrunt serui: soccos detrahunt:

Et alij festinare, lectos sternere,

Cœnam apparare: pro se quisque sedulo

Faciebant. Festinare, sternere, apparare, præteriti temporis, *festinabant, sternebant*, frequentatiue in narrationibus, vt solet. mox deinde:

Ancillas seruos, nisi eos, qui opere rusticô

Faciundo facile victum exercerent suum.

Omnino legendum: *facile sumptum exsercirent suum.* In nostro Colon. lituræ indicant (minus enim hoc loco; quod nusquam fere alias, scriptura liquet, etiam compendio) aliud esse exaratum, quia, *exercerent*: & id esse, *exercerent*, putes, quia in Stanæi reperimus, *exércuunt*. *Exsercio* (apud Pompeium, extricio sic exercio, scribitur) a *sarcio*, est vt a *fatiscor, defetiscor*; a *parco compercco*, a *paciscor. depeciscor. compeciscor*: atque inde. *compectum*. Scribendum ita apud Plautum Captiuis:

——— *Scius extemplo de compecto rem geri. Et iuxta*

Omnes compecto rem agunt, quasi in velabro oleary. [illegible]

Aut de compecto faciunt, consutis dolis. Sueto. in Augusto vtitur: sed in mendo cubat: Extiterunt qui traderent, conspecto eum ad arma isse. Emendo: *Compecto eum ad arma isse.* Quod Turnebus *conspecto*, retinet, & tuetur, possis arbitrari de industria eum nugatum esse. Nam non fuit ille vir, a quo tantæ nugæ proficiscerentur. Quæ in Suetonio vulgantur, e glossa sunt. Sed viri docti, Bembus, Turnebus, Muretus, Marcodurauus, *facile sumtum exercerent suum*, probant apud Terentium: & antiquissimum Venetum laudant, in quo ea scriptura non sola pareat: verum comitata interpretatione etiam ad oram. Ego, antequam statuā, quid in controuersia ponatur, rerum omnium primum quærendum puto. Nam si hoc agitur, vbi Venetum vsquequaque audire decreueris, sit ne, *exercerent*, reponendum, res dubitationem habere desinit: sin acceptum nobis est, Venetum antiquissimum quidem esse librum; sed & librum, & vnum: neque, vt nunc quidem ætas est, reperiri tam probum, & fidum quenquam, quin multum sæpe male habeat; neque tam improbum, quin boni interdum aliquid, difficile est vt non verior sit altera illa scriptura, *exsercirent.* Quod si autem ad laudem, ac vitium scripturæ hoc vnum sufficit, probari damnariue Veneto, quin nos ergo Hecyra legimus:

Quid fuit tumulti? dic: an his en dolor repente inuasit?

non potius quomodo scribendum est:

——— *An dolor repens inuasit?*

quin Phormione:

Id quidem tibi iam fiet, nisi resistis verbero.

quin etiam hunc versum Eunucho ei libro gratificemur: *Ibo ad eum visam: vtlam si domi est:*

quem, mendosum in omnibus libris, corrigo:

Ibo, ad eum visam. si domi est.

Id, valet, *propter id; ad aliquem visere*, milies Plautus, Terentius, Varro, Gellius recipiamus etiam Heaut. ineptissimam scioli cuiuspiam glossam. si Venetus liber Sibylla est:

Egon mulier odiosa esse? nullamne ego rem vnquam in vita mea volui.

scribamus illum versum hoc modo:

Sustulisti. So. *sic est factum.* Ch. *domini?* Sy. *ergo herus damno auctus est:*

extrudemus eadem fabula illa verba: *Paullo qui est homo tolerabilis*: denique sexcentis locis cum eo codice erremus. Sed interpretationem eius videamus. *exercerent sumtum*, esse, *in sumtus exercerentur*: vt apud Vergilium: *Ferrum exercebant*, pro, *in ferri fabrica exercebantur*. Cui intelligenti probabit. *ferrum exercebant*, esse, quod dicit: non id potius, *subigere*, & *erudire ferrum*, & *malleis ictibus tundere, ac tanquam miserum habere*, quomodo Adelphis:

Isane:

I sane: ego te exercebo hodie, vt dignus es, scilicernium.
quo exemplo idem Georgicis:

Exercet crebro tellurem, atque imperat aruis.

Tellurem exercere, non est, *exerceri in colenda terra*; sed id quod continuo addit, *imperare aruis*. Ab eadem mente, *domare terram*. Sic quoque se alibi vti ostendit: *Exercent terram*; quando subiicit: *rastris & vomere duro*: tum eo loco:

At si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum;

Bembanam illam interpretationem excludit. Nam illud, excercebis, ad *robusta farra* spectat. Neque sane idem est, *exercere in arte*, &, *exercere artem*. Alterum enim ἕξιν significat, alterum διάθεσιν. Iam, an hoc quæso dicere Terentius voluit, *qui in sumtu suo exercerentur*? minime. exerceri enim omnes poterant: exercere sumtum, nisi qui robustiores essent, & occalluissent, non item. Quid? quod imbecilliores maxime omnium laboribus exercentur facile enim iis sit, vt laborando miseri sint. at firmiores & valentiores, pares ferendo labori, nullum laborem in labore capiunt. Quid ergo metuēdum erat ne in opere exercerentur, eos vēdidit Menedemus. Sic in Adelphis Syrus exercere se inquit senem, cui ea ambulatio allatura lassitudinem erat. adolescentulum quidem certe re tam modica non exercuisset. Quid autem hoc, *facile exercerent*? an non ipsum exercendi verbum difficultatis & ægritudinis est ac laboriosum sonat, quare huic *facile*, hærere non potest. Apud Ambrosium 2. lib. offic. eodem modo scribo: *sed debitione alicuius & amissione patrimonij in eam recidere iniuriam, vt sumtum exercere non queant.* Eiusdem Heautont prologo nulla cum ratione illud est:

Nisi iam tū corruptum Ambrosius legit.

Ne cui sit vestrum mirum cur partes seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium;
Id dicam primum: deinde quod veni eloquar.

Nam continuo, quid venerit eloquitur: post demum eo accedit, cur senum atque adolescentium vices verterit. Itaque traiicienda verba:

Id dicam deinde: primum quod veni, eloquar.

Mox legitur:

Nouam esse ostendi & quæ esset: nunc, qui scripserit,
Et cuia Græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.

aliter hoc quam recte scribitur: siquidem recte habet Basiliens.

——— ni partem maximam
Existimarem scire vos, id dicerem.

Gellius in eodem corruptus: *Amici, inquit, isti magnam in partem cessatores sunt.* Restituēdum magnam partem cessatores sunt. Sed & ibi mendam:

Heautôtim. Act.3. Sc.4.

Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorsum, dictum tuum.
Facere ansam. CH. *vin tibi me isthuc, et si incredibile est, credere?*
Credo. Sy. *nescio quid peccati portet haec purgatio.*

Non est deterius in Bruniano: *portendit haec purgatio.* Monstri enim nescio quid dictura videbatur Sostrata: vt ridiculi caussa aptissimo verbo vti voluerit. Atque etiam sine eo melius sit, quam *oportet.* Est item Heautontimorumeno, initio:

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiae puto;
Facit, vt te audacter moneam.

Visa est heic caussa nonnullis, cur primo versu, *me*, eiicerent: credo, quod cum se ad Graecos Latini conformant, in eo genere ita fere faciunt, vt verbum ante nomen sit: *Fac me vt sciam*: ita Gellius, non facile, opinor, dicturus erat: *me vt sciam face.* Et aliquid etiam, vt in huiusmodi re, rationis habet: quam animo sequi, & verbis dicere, non perinde facile est. Quamuis sane non caret exemplo veterum scriptorum, vbi forma ea verbum dehinc fit. Frequentius praecedit: in quo quidem valde ei figurae indulserunt comici. Phormio.

Act.3. Sc.2.

Hei metuo lenonem ne quid suat suo capiti.

Simplex erat & obuium: *hei metuo, ne quid leno suat.* Sed venustius fecit mutatione: vt Hecyra quoque:

Simul vereor Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius
Celare: ——— cum ita vellet; *ne Pamphilus nequeat celare.* Plautus sine figura dixit, Persa:

Ne non sat esses leno, id metuebas miser,
Impure, auare, ne cruminam amitteres?

Esse quid lenonem, valet sceleris aliquid, & fraudis parare. Vulgo *suat*, est, pro *suat*: & de eo non idem omnes: ceterum, *suat*, rectum est. Qui tamen illud, *suat*, adhuc probabit, ego satis habebo, risisse. Namq; ipsum potius esse qui ita scribere debeat, quam Terentium quippe sine gratia est, nec quicquam in lenonem praeter alios iacit. Quod continuo sequitur: *idem ego metuo.* ne hoc quidem a Terentio scriptum est. Nam in plerisque, qui in meas manus venerunt, v.l *idem hoc metuo*: quod quia nihil mutat a sensu Antiphonis, neq; addere Syrus apud Terentium quicquam debuisse videtur, nisi ab eius verbis nouum, nulla licentia traduco literam: *diem hoc metuo.* Ait enim Syrus, se iam non primum hoc metuere, sed diem vereri coepisse. *Diem*, aduerbium, pro, *iamdiu*, aut *iam dudum*, vel *iampridem.* Milite glorioso;

Sic lego: Atque, est, continuo.

——————— *viden' vt tremuit? atq; extimuit,*
Postquam te aspexit. PY *viri quoq; armati diem isthuc faciunt.*

Hoc enim viro docto assentior, male in recentioribus mutatum esse, *idem*; & veteres qui habeant, rectũ habere, *diem.* Atq; eadẽ hac Phormione, miror esse quibus Aldina vetus editio non probet:

Alias

Alius ab oculis meis illam ignotum hinc abducet locum?hem, Act. 3. Sce. 3.
Dum igitur diem licet, dumq; adsum, loquimini mecum Antipho.
Hæc qui renuent, scio fore. Vt lubet; quando & mihi reperisse, palmarium est: & gemina semper inscitiæ fuit inuidia. Quid autem mirum hoc corrupisse, qui eodem loco neque iustum versum neq; sententiam manere voluerunt, vt deprauarent?

Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem.

Dispeream si aliter magistri putant, quam, *manere*, heic idem esse quod, *non discedere*: vt hoc scilicet dicat Phædria: *Impetrare nequeo, vt Athenis etiam maneat hoc triduum: neue Pamphilam abducat leno.* Itaq; pro suo scilicet iure iambum in trochaicum admittunt; reponendum autem erat potius:

Nequeo exorare vt maneat m', & cum illo vt mutet fidem.

Neque enim leno abducturus erat Pamphilam; sed emerat iam qui abduceret, alius. *vt maneat me*, id est, *vt me aliquamdiu opperiatur.* Sic eadem fabula:

Post quam vidit me eius mater esse heic diutius;
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam.

Menæchmis:

Saluum ita, vt mihi dedisti, redibo. heic me mane.

Quod autem supra traduximus verba:

Hei metuo lenonem ne quid suat, suo capiti:

cum vulgata hunc ordinem postulent: *ne quid suo suat capiti*, vtrum scribas, manum non verterim: tamen venustior videtur hæc vulgata, illa altera explicatior. Qui enim dicturus erat, *Phædriæ capiti*, mutauit ἀφνιμωμῶ *suo capiti*: quod est lepidum, quia inexspectatum. atque ita vetus interpres. Abiimus illinc, quod cœperamus:

Tamen vel virtus tua, vel vicinitas
Facit.

E Bas. & Col. qui Bibliothecæ est publicæ, scribendum videtur:

Tamen vel virtus tua, mea vel vicinitas.
Quod e. i. p. p. o. p.
Facit, v. t. a. m.

Ita poetæ suam in opponendo & contendendo elegantiam restituimus: *virtus tua, mea vicinitas.* Quamuis mihi quidē exilius ad calculos reuocanti, sententia etiam ipsa postulare videtur, ne ab hoc discedamus. Nemo enim fere ad consulendum accedit, nisi & in se habeat, quo excitetur: & in altero videat, cui consilium perhibet. Ita vt consulam, inquit, in rem tuam, facit, a te quidem, virtus tua; a me, quod vnum potest, vicinitas: quorum illud erat, cui vellet, hoc vt honeste posset. Proximum est:

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.

Non Sibyllæ oraculum verius, quam sic emaculandum esse

aut aliquid facere denique. Ita v. Venetus; & eodem modo citat in Phorm. act. 1. Sc. 2. vulgo in illo, *ferre*, vis est & contentio, mihi in *aliquid.* Video te fodere, aut arare, aut, si horum neutrum, aliquid facere tandem. Aliter si scriberetur, illud *denique* ad sequentem versum spectaret: quod & Cicero. 1. de finibus, & interpres vetus Phormione, manifeste ac diserte cum præcedentibus iungunt. At viri docti mirantur, & Ciceronem, si diis placet, memoria lapsum arbitrantur. Sane, si, ferre scripsisset Terentius, quia *facere* scripsit, non potuit aliter quam, vt ei adderet, *denique.* Tum demum enim ita collocatur *denique*, vt ad præcedétis respiciat, cum in postremo verbo cohibentur, quæ præcesserunt. Heic qui alterutrum, aut arat, aut fodit, certe facit. at fert, non item. *Ferre*, autem depravatum pro *facere*, etiam in epistolis Ciceronis, & in versibus Cæcilii apud Gellium:

Ferre ita me vxor forma & factis facit.

Rectum est; *Facere ita me v f. & f.*

ac Plauti Epidico:

——Si hercle ego illum semel prehendero,
Nunquam irridere nos illum inultum sinam seruum hominem.
Quid illum ferre vis? qui tibi, cui diuitiæ domi maxumæ
Sunt, is numum nullum habet; nec sodali tuo in te copia est.

Non mihi persuadet Camerarius hanc emendationem, quin legam:

Nunquam irridere n. ill. i. s. s. hominem.
CH. *quid illum facere vis? St, quid tibi, cui diuitiæ d. m.*
Sunt, is n. n. h.

Quid, pro *quid.* hoc enim antiquarium est. Vt autem relatiuum cum pronomine concordet, priscæ id quoque etiam elegantiæ. *Tibi cui sunt diuitiæ, nullum numum habes.* Non longe Heautontimorumeno.

Si nihil mali esset, iam heic adessent, Clit. *iam aderunt.* Clin. *quando istuc iam erit?*
Clit. *Non cogitas hinc longule abesse? & nosti mulierum moras:*
Dum moliuntur, dum comantur, annus est.

Primo versu in editis: *quando istuc erit?* omisso, *iam*, quod in l. v. Stanæi est. multum eo detracto de elegantia deperit. altero, *mores mulierum*, in vulgatis: qua depravatione interiit ipsum illud, quod dicere vult, prouerbium. Id erat autem, *Mora mulierum.* Milite glorios.

Mulier profecto nata est ex ipsa mora
Nam quæuis alia, quæ mora est æqua mora,
Minor ea videtur, quam quæ propter mulierem est.

vbi medio versu, *mora*, longa priore, idem quod *stulta*, est: quamuis alios non ita accipere sciam. Paucos vidi v. l. in quibus nó hoc modo esset; *& nosti mulierum mores.* Ita numeri ipsi hanc emen-

dationem

dationem inuitant. nosti, inquit, prouerbium, *Mora mulierum.* Deinde in his verbis; *Dum moliuntur, annus est*; alii nodum in scirpo fere quærunt. *Moliendi* autem verbo ita Lucilius vtitur quoque:

——— *molimur subducimur* & Cæcilius:

Lætitia me mobilitat, mæror molitur metu.

Molimenta mulierum eleganter exprimit: quod verbum à moliendo est. Iustinus initio 9. *In Græciam Philippus cum venisset, sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & præda modicarum vrbium, quantæ opes vniuersarum essent, animo prospiciens; bellum toti Græciæ inferre statuit: ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus.* restituo: *ad cuius molimentum.* Varro libr. 3. de re Rustica: *Nec de cocleis ac gliribus quæro, quod reliquum est: neque enim magnum emolumentum esse potest.* Ita cum sit in omnibus etiam in scriptis libris, emendandum tamen: *neq; enim magnum molimentum esse potest*; quo præter Sisennam, & Liuium, ac Iulium Cæsarem in primo de bello Gallico; fallor? an etiam Lucretius vsus est: *Lib. 4.*

Huc accedit item, quare queat id magis esse.

Hæc quoque res adiumento, motuq; iuuatur.

Quem posteriorem versum Lambinus obelisco configit. Nam quod in veteribus cod. omnibus reperitur, Lambinus vnus pro sexcentis codicibus est. Cæterum, legebam:

Huc accedit item. quare queat id magis esse,

Hæc quoq; res; molimento, motuq; iuuatur.

Cum enim anelli rarior aer factus est a fronte, & locus inanitus & facefactus, vt inquit, aer a tergo protelo pellito molitur. Hanc coniecturam probabilem arbitrabar. *Molimentum*, enim vox non intelligebatur: quæ huic proximæ erant, in quas plerũque ea corrumpitur, *emolumentum, monimentum*, in versum non quadrabant. Etiam cõiiciebam: *id iumento motuq; iuuatur. Iumẽtum*, enim quoduis vectabulum, & quocũque res proripitur. Gellius libr. 20. Cap. 1 Sed iam regrediamur ad Terentium Heauton:

——— *imo alius si licet, tibi non licet.* *Act. 4. Scena. 4.*

Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant.

Recte Brunianus, & alii: *te in lauta, & bene vncta parte putant. Bene auctæ res*, ea est, quæ per fas creuit, nullius iniuria. At hoc hic non vult Syrus: sed, Menedemum in ampla & bona re esse; vt possit mutuum reddere. Vnctam rem dicebant eandem, quam lautam. Catullus in Mamurram:

Quis hoc potest videre, quis potest pati,

Nisi impudicus, & vorax, & helluo;

Mamurram habere, quod comata Gallia

Habebat vnctum, & vltima Britannia? Item:

Quid hunc, malum, fouetis? aut quid hic potest,

Nisi uncta devorare patrimonia?

Iam, *uncta*, legendum apud Terentium, vincit ista vox, *laut*
Hæc enim ita coniungi solent Phormione:

Tene a symbolum venire, unctum, atq; lautum e balneis. *Vnctur*
autem vbi eam iniuriam aliquibus saltem libris ab illo, *auctur*
non acceperit, vix vnquam est Propert. lib. 4. elegia vltima:

Et serie fulcite genus. mihi cymba volenti
Soluitur auctoris tot mea fata malis.

Varie hunc versum torquent. mihi placebat: *vncturis tot me*
fata meis. Et, *vnctu* is, quidem postea in codice Posthii reper
vngebantur mortui proximorum manibus. Itaque Cornelia po
commemoratos cognatos suos & liberos admonitos, quibus re
bus nouercæ placere possent; quod ad me attinet, non inuita, in
quit, morior, quando vos superstites relinquo. *Fata*, pro cadaue
re, aut reliquiis, sæpissime Propertius: et lib. 2.

Illa sepultura fata beata tua. Et:
Tu quoq; si quando venies ad fata, memento
Hoc iter, ad lapides cana veni memores.

Et in primo:

An poteris siccis mea fata reponere ocellis?
Ossaq; nulla tuo nostra tenere sinu?

Ita ergo de hoc Propertii loco censebam. Deinde verebar, ne
Propertius scripsisset: *Vncturis tot mea fata bonis:* quod qui sentē
tiæ non conuenire putarent, reposuisse, *malis*. Boni dicebantur,
qui funus curarent.

Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit. De his plus satis.
Act. 2. Sce. 2. Terentius Adelphis:

Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:

Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis?

Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,

Vt cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi eriperem oculos.

Si, vt irati seruuli, conturbatam orationem putabimus, non
male hoc; *capite primum in terram statuerem*: alioquin non est
quin vitium subsit. Sed & hic quoque durum est, præcedere, *primum*: nihil sequi: & profecto, *primum*, & *pronum*, plerunque ita
mutata sunt. ita enim repono: *& capite pronum in terram statuerem.* Apud Lucretium, *pronum*, *primum*, *priuam*, quas turbas in-
uicem dederint, notum est, quibus Lucretianorum interpretum
commentarii noti sunt. lib. 6.

Nocturnumque recens exstinctum lumen vbi acri
Nidore offendit nares, consopit ibidem

Concidere

Concidere vt primos qui morbo mittere sueuit.

Aristarchus noster posteriorem versum inducit, & suum supponit. Scilicet, hoc est Lucretium emendare. Legendum autem:

——————— *consopit ibidem*

Concidere: vt pronos qui morbus mittere sueuit.

Describit enim morbum comitialem, qui pronos terrę affligit. Sed fugit Lambinum forma illa. *consopit concidere*, pro, *consopiendo cogit concidere*. Cornelius Tacitus histor. lib. 2 *Terrore & propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris superuertere. Incubuerat peruertere*, incubuerat vt peruerteret. idem: *Contantem supertantare Flauium Sabinum Triaria L. Vitellij vxor, vltra feminam ferox, terruit e periculo principis famam clementia affectare.* Vergilius Culice:

—— *& in fessos requiem dare comparat artus.*

Item:

Riuum propter aqua viridi sub fronde latentem.

Conformare locum capit impiger. Quod autem eodem loco Lucretius addit:

Castoreoque graui mulier sopita quiescit:

eodem modo, *graue castoreum*, dixit Varro Quinquatribus: *Quid medico mihi est opus, nempe tuo absynthium vt bibam, grauem & castoreum, leuemque robur:* in quo tamen exemplo nugator Nonius, *grauem*, ad *absynthium* refert, & id dici masculino genere putat Eadem fabula:

Illum diligunt: apud illum sunt ambo; ego desertus sum: Act 5. Sce. 4.

Illum, vt viuat, optant; meam autem mortem expectant scilicet.

Omnino restituendum: *exspectant, ilicet:* & liceat hic multa verba facere, cui consilium sit verba dare velle. Heautont. Act. 3. Sce. 1.

Aut ego profecto ingenio egregio ad miseriam

Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgo audio

Dici. Certum est, scripsisse Terentium:

Aut ego profecto genio egregio ad miseriam natus sum.

Genium infantibus, cum nascerentur, præficiebant: atq; is deus a genendo dicitur: quem vt quisque habuisset, cum nasceretur, ita postea vitam viuere. Plautus Bacchidibus:

Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato, Scen. cuius hoc idem initium.

Sine modo, & modestia sum, sine bono iure atque honore:

Incredibilis, imposq. animi, inamabilis, illepidus viuo;

Maleuolente ingenio natus. Scribo: *Maleuolente Genio natus.* Hac ipsa Comœdia Terentius:

——————— *Syre, vix suffero.*

Hoccine! me miserum non licere meo modo ingenio frui? Act. 2. Sc. 3.

Ita legunt omnes, &, *modo*, aduerbium esse putant. Ceterum non ita Terentius; sed hoc modo potius: *non licere meo modo*

genio frui. Modo, nomen est. *Suo modo aliquid facere*, est, *obtemperare libidini: vt sibi rectum videatur, sic facere.* Menæchmis:

Scen. Nulla est voluptas.

Molestus ne sis: non tuo hoc fiet modo. Eunucho:

——— vide vt otiosus sit, si diis placet.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Phormione:

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo

Vlcisci. Genio frui, sciunt omnes, esse, *cupiditati suæ indulgere*: vt contra, *fraudare genium.* Paullo ante sic emendabamus: *Meam autem mortem exspectant licet.* Addam nunc, simillimum mendum esse Phormione:

Act.4.Sce.3.

——— An legibus

Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?

Iam id exploratum est: eia, sudabis: Scribendum: *an legibus*

Daturum pœnas elicet, illam si eiecerit?

Illa quidem ellipsis: *an legibus daturum pœnas?* elegans est, & comica: & corrumpendo loco fuit. Sic autem Brunii. & Stanæi l.v. Plautus Persa.

Par pari respondes dicto: abi iam, quando ita certa res est. Emendo:

Par pari respondes. elico abi tum. Phormione:

Act.1. Sce.2.

In quo hæc discebat ludo. ex aduersum elico

Tonstrina erat.

Pessime meriti sunt de hoc loco, qui vulgarunt, *ei loco.* Vt enim taceam antiquos codices, ne vetus interpres omisit quidem, *elico*, in vetustis fuisse. *Elico* & *ilico*, eo vel illo loco. Quod autem sæpe dicimus pleraque Terentiana ab istis magistris parum intelligi; quæso an quid nimium facimus? etiam hoc ipso loco scribunt: *iam id exploratum est eia sudabis satis:* & *exploratum est*, interpretantur, *certum est*, vel, vt Cicero loquitur, *firmum & stabile est.* Sed meliores libri, in iis Coloniensis, qui in Bibliotheca publica fuit. *iam id explorandum est*, neque id significat, *perquirendum, inuestigandum est*; sed, *ploratu commiserando & quibus aliis oratores solent, apud iudicem impetrandum.* Iustum & obuium erat, *exorandum est.* verum amplius maluit, *explorandum est.* Ponamus inquit, pœnas daturum. Miserum te, qui hoc apud iudicem explorabis, cum quidem rem ceptes cum eo homine. Eadē Phormione:

Act.4.Sc.4.

Spatium quidem tandem apparandi nuptias,

Vocandi, sacrificandi dabitur paullulum:

Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.

Id ille istis reddet. A. quamobrem, aut quid dicet?

Quis culpet? sed vetus Brunianus: *quamobrem, aut quid dicis?* optime: & si minus credis, vide editionem Moguntinam Grunigeri, qua vsum Riuium quoque video. In ea hanc quoq; scripturam reperies. Notum illud Ciceronis, & iureconsultorum, *dicis ergo facere* pro, *in speciem facere.* Eodem modo Terentius, quare, inquit, reddet, aut quid dicis? vbi *dicis*, nomē est gignēdi casus,

sed

sed quod alium vllum finem non capiat: hoc est, *quid simulabitur? quid praetextum erit?* Eadem fabula: *Act.3. Sce.1.*

Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

P. *Praesto est: audacissume oneris quiduis impone.*

Melius: *praest*. Nam, *praesto*, vix locum hic habet. Sed cum in iudicio, si reus praedem posceretur, amicissimus qui erat & certissimus, neque detrectabat praes esse, respondebat, praes: & quod ad vocem magistratus, an praes esset, reddebatur illud, praest; ob id scilicet hic Phaedria, ad illum morem iudiciorum respiciens, praest, inquit. Festus: *Praes est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si praes sit, ille respondet, praes.* Varro de lingua latina libr. 5. *Isque praes qui a magistratu interrogatus, in publicum vt praes stet; a quo & cum respondet, dicit praes.* Sic enim legendum: non, *interrogatus vt praestet.* Hac fabula supra:

Ecce autem similia omnia: omnes congruunt: *Act.1. Scen.5*

Vnum cognoris, omnes noris. P. *haud ita est.*

D. *Hic innoxia est, ille ad dicendam caussam adest:*

Cum ille est, hic praest: tradunt operas mutuas.

Sic enim scribendum: quippe de iudicio loquitur, & caussae dictione. Praedes, inquit, inuicem fiunt. Plautus Persa:

Abi in malam rem. Pag. *at tu domum. nam ibi tibi parata praesto est.*

S. *Vadatur hic me.* P. *vtinam vades desint, in carcere vt sis.*

Cui dubium esse possit, quin legendum sit: *nam ibi tibi parata praes est.* Quod enim de praede dixerat Paegnium, subiecit Sagaristrio de vade; & quid refert, inquit, domi mihi malam rem praedem esse, quae hic me vadetur? Eleganter Ausonius de dictis septem sapientium: *sponde; noxa praesto est.* Eadem:

Quid faciam? vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser, *Act.3. Sce.3.*

Cui minus nihilo est. videtur huic scripturae stabiliendae esse, quod Varro scribit libr. 4. de lingua latina: *Pauper a paulo lare. Miser, a minus, cui, cum opus est, minus nullo est.* vbi videri posset restituendum; *minus nihilo est*: nisi verius foret vtrobique *hillo*:

——— *vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser,*

Cui minus hillo est? Postea: *Act.5. Sce.2.*

Nostrapte culpa facimus, vt malis expediat esse,

Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos.

Ita fugias, ne praeter casam, quod aiunt.

Ita legunt, facilius illud, quam explicant. Nam aestum interpretum veterum commentaria eorum loquuntur. Non dubito autem quin Terentii sit, quod in Bruniano inuenitur: ne *praeter cassam*: quod interpretes pro *casa* acceperunt, cum verius esset: *capsa*. Plerique enim verbis hoc quoque dabant auribus, vt priorem consonantem posteriori conformarent: quod in compositione *Cassa, pro capsa, euphonia caussa.*

multarum vocum apparet. Neque autem de furibus locum acci pio;sed de seruis fugitiuis: quos prouerbio monebant, ne ita fu gerent,vt capsam relinquerent. Sine enim sarcinula,sine viatic fugere, quid aliud est quam in extremam miseriam se inducere? I taque supra Geta: ——— *Nam a si quae eo esset,*

Recte ego mihi vidissem,& senis essem vltus iracundiam:

Aliquid conuasassem,atque hinc me conicerem protinam in pede

Ibidem:

Ita faciam,vt frater censuit,vxorem huc eius adducam,

Cum ista vt loquatur.tu Geta abi:praenuntia hanc venturam.

Prorsus scribendum: *Tum Geta ij pra, nuntia hanc venturam*

Eunucho:

Sed Thais exit. Th. *abi:praecurre,vt sint domi parata.*

Emendandum: *ij pra, cura vt sint domi Parata.* Ibidem Phormionis:

Quid fiet?in eodem luto haesitas versura soluis

Geta:praesens quod fuerat malum,in diem abiit:plagae crescunt.

Brunianus:*in diem abit:plagae crudescunt.*Recte. *Abit*,pro,*abiit* semper dixisse Terentium,Probus notauit. *Pugna crudescit*,mult dixerunt. Vergilius:

Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor

*Sidera:deiecta crudescit pugna Camilla:*Et in 7.

Tam magis illa fremens,& tristibus effera flammis,

Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.

Et hic quidem eo magis probandum, quod, qui versura soluit, eius ipso spatio velut crudescunt vulnera. Ibidem:

Nunc hinc domum ibo,ac Phanium edocebo.

Nequid vereatur Phormionem,aut eius orationem.

Pugnat cum re oratio. Nam neq; Phormio conuenturus puellam erat;neque si conueniret, quicquam dicturus, quo ea angeretur:consolaturus magis,& errorem insuper erepturus. Itaque scribendũ:*ne quid vereatur Phormionem,aut senis orationem.* Nam etiam in vulgata scriptura numeri haerent. Senem, Demiphonem dicit. Hoc placet,prae quam vt scribatur:*aut anus orationem. Anus*,esset Nausistrata.sed & numeri repudiant;neq; tam verisimile est illo loco:

Act.4.Sc.5. ——— *Quid tua,malum,id refert?*Ch. *magni Demipho.*

D. *Non sat tuum te officium fecisse,si non fama approbat?*

Ch. *Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri,ne se eiectam praedicet.* Sic distinguunt,cum ratio tamen contra sit. Nam,qui quaerat,Demipho sibi ipsi caussam reddit. Ob id enim Chremetis,referebat, quia non sat est, fecisse officium, si fama improbet: quod qui neget, idem nihili faciat, si eiectam praedicet. Ita interstinguendae sunt personae:

——— Ch. *Magni Demipho:*

Non

Non sat tuum te officium fecisse, si non fama approbat.
Volo ipsum quoque voluntate hoc fieri, ne eiectam prædicet.
De. *Idem ego istuc facere possum.* Male collocatæ etiam personæ sub finem fabulæ:

Vxorem duxit. N. *mi homo, dij melius duint.*
P. *Sic factum est.* N. *perij misera.* P. *& inde filiam*
Suscepit iam vnam, dum tu dormis. Ch. *quid agimus?* Scen. vlt.
N. *Proh dij immortales, facinus indignum, & malum.*
P. *Hoc actum est.* N. *an quicquam hodie est factum indignius?*

Illa verba; *hoc actum est*; Phormioni tribuunt, cum sint ipsius Chremetis, qui post exclamationem illam vxoris ad indignitatem rei, consternatus; *actum est*, inquit, id est, *perij*. Nam vox, *hoc*, inculcata est, & delenda. Sic Eunucho vetus interpretum distinctio non placet, illo loco:

——— *Hunc pro mœcho postea* Act. 5. Sc. 4.
Comprehendere intus, & constrinxere L. *occidi.*
P. *Audaciam meretricum specta.* L. *nunquid est*
Aliud Coloniensis omnia hæc sub vna Lachis persona: *occidi: Audaciam meretricum specta*: vt sibi illa dicat Laches, nota figura & melius est. Sed in Phormione iubet paucula etiam libare: inter quæ leuiusculum sit:

Hiccine vt a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercule satius est. Rectum: *emori hercle suauius est*: quomodo in Bruniano illa:

Vicissim partes tuas acturus est. A. *quas?* P. *vt fugitet patrem:* Act. 5. Sc. 1.
Te suam rogauit rursum vt ageres caussam, vt pro se diceres.

inepta scriptura est, & putida. namque in priore membro tantundem est, & amplius etiam, quam in posteriore. *Rogauit, vt ageres suam caussam*: amplius dicere non potuit: quorsum ergo illud? *vt pro se diceres.* neque respondent inuicem membra: *tuas partes acturus est. te rogauit vt ages suam caussam*: sed *te rogauit vt ages suas partes*: quomodo reponendum est:

Te suas rogauit rursum vt ageres, caussam vt pro se diceres.

Supra paullo: *Nam aliquot hos sumam dies*: id ita dicitur, vt hoc Adelphis:

Ita quæso, quando hoc bene successit, hilare hunc sumamus diem. Ita enim scribendum. Male vulgo *hilarem. Hilare*, aduerbiũ: quod notant Charisius & Marcellus. Afranius Priuigno: Act. 2. Sc. 4.

——— *Et propter patruelem tuam*
Vt constitit hilare anhelans, deiecta coma.

Sumere diem, tanquam si cibus sit, *carpere lancinare*. Sic enim, *sumere*, proprie. Cicero: *Tantum cibi & potionis sumendum.* & alii. res enim vulgata. Varie hæc alia de die. Plautus, *Sepelire diem, excruciare, comburere*: Vergilius, *condere*: quod ibi quoque esse,

Act. 1. Scen. 2. tanquam *sepelire*, notat Seruius. Iterum Phormione: —— *ad precatorem abeam, credo, qui mihi*

Sic oret: nunc amitte quaeso hunc: caeterum
Posthac si quicquam, nihil precor. tantummodo
Non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito. Lego:
—— *Tantummodo*
Non addas: ubi ego hinc abiero, vel occidito.

Additur, idem quod *infensus*. Vergilius: —— *Nec Teucris addita Iuno Usquam aberit*. Seruius notat, verbum antiquorum esse & vsum etiam Lucilium, ac Plautum. Versus quidem is Plauti Aullularia est:

Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit,
Is nunquam seruet. Caeterum ex hoc loco Seruii, qui notat, *additus* esse, *inimicus*; & ex Nonio in *Peruicus*, repono:
Quem si Argus seruet, qui oculeus totus fuit,
Is qui quondam peruicus Ioni additus.

Hoc proprius esset ad sententiam Seruii: sed in Nonio est vox *custodem*. ita verius foret:

Hoc caeterius est. *Is qui quondam Ioni custos peruicus additus.*

Ergo, *addere*, hic est, *malum dare*. Sed & in verberibus proprie dicitur. Liuius de supplicio Taureae Campani: *Adde virgas viro forti.* Ibidem:

Act. 1. Scen. 2. *Puer heus. nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.*

Versus claudus; quem restituit lib. Colon.: *nemon' huc procedit.*

Act. 1. Scen. 5 Infra:

Nunc prior adi tu: ego in insidiis hic ero
Succenturiatus, si quid deficies. Idem recte: *in subsidiis hic ero.* Qui enim succenturiantur, in subsidiis sunt. Et voluisse illum secundam aciem dicere, de illis verbis capessas: *si quid deficies.* Neque enim quisquam tam rudis esse historiarum potest, quin sciat, quae deficientibus primis submittitur acies, *subsidia* dici, non *insidias*. Infra etiam locus mendosissimus:

Quot me censes homines iam deuerberauisse vsque ad necem,
Hospites? tum ciues quo magis noui, tanto saepius. Imo vero: *quo saepius tanto noui magis.* Hoc enim dicit, cum iam tam multos homines deuerberauisse, impune sibi fuerit, etiam imperito, & minus callido, nihil iam veteratori periculi metuendum. Ibidem:
—— *cum ille & cura, & sumtu absumitur:*

Act. 2. Scen. 1. *Dum tibi sit, quod placeat.* Rectum: *dum tibi fit:* vt Eunuchos

Quando illud, quod tu das, exspectat atque amat,
Iam dudum amat te: iam dudum illi facile fit

Act. 4. Scen. 2. *Quod doleat.* Simile infra: *at te, Phaedria*
Pater venit. sed quid pertimui autem? belluas
An quia quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?

Com-

Commedius esse opinor duplici spe vtier.
Petam hinc, vnde a primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem. Act.2.Sc.2.
Legendum: *si ab hoc nihil fiat.* Eadem fabula:
At quem virum? quem ego viderim vita optimum.
G. Videas te atq; illum, vt narras. P. in malam crucem.
Lego:
Videas ted, illum vt narras. P. malam crucem.
Formula hæc est ex antiquitate, *videas te*, pro, *cogita vide, quid dicas, quid agas.* Contraria, *me vide*, pro, mihi curam illam relinquito:
Hæc fient. An. vt modo fiant. C. fient: me vide.
Hoc quidem dicere Getam Phormionis responsio arguit. Nam interpretes veteres, qui vulgatam lectionem agnoscunt, quid sani adferunt? sex, septem interpretationes diuorsas, tam dissidentes menti Terentii, quam sibi ipsi. Quid verbis opus est? si vna e tam multis est, quam non refellant Phormionis verba vincor errare. Eadem: Act. 5. Scen. 4.
Hic simul argentum repperit, cura sese expediuit:
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
Non paullo rectius Brunianus: *euoluere ex his tricis.*
Tricæ, quibus pullorum pedes impediuntur: eædemque euolui, & inuoluere proprie dicuntur. Adiuuat prior versus: *cura sese expediuit.* de eadem enim re domestica vocabula sunt, *impedire expedire.* ita manet in translatione. Neque adeo de turbis optime dicitur, *euoluere*: sed, *eximere, effugere, eripere se*: Sumam operam porro. Adelphis:
Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo Act. 4. Scen. 3.
Suspiciosi. In Bruniano est: *res sunt minus abunde.* lego: *abundæ.* Gellius lib 1. cap. 2. *Atque ibi tunc cum essemus apud eũ in villa cui nomen est Cephisia, & æstu anni, & sidere autumni flagrantissimo, propulsabamus caloris incommoda, lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium posticum refrigerantibus lauacris nitidis, & abundis, & collucentibus* Longius abest a mẽte Terẽtii, *secundæ*, quam, *abundæ.* Tenuiores enim propter impotentiam suam se negligi putant, etiam rebus, vt in sua fortuna, secundis. Neque enim pugnant, pauperem esse &, rebus secundis non agere. Meiosis est de industria Hegionis; *res minus abundæ*, pro, *res pauper, sula.* Eunucho: Act 2. Scen 3.
An id flagitium est, si in domo meretriciam
Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis.
Nunc referam gratiam. Ex illo libro lego: *Adolescentiam habent despicuam* Quam scripturam amicis meis ex vestigiis literarum probaui. etiam eam poscunt numeri: & hæc forma est, *conspi-*

Aut de compecto faciunt, consutis dolis. Sueto. in Augusto vtitur; sed in mendo cubat: Extiterunt qui traderent, conspecto eum ad arma isse. Emendo: *Compecta eum ad arma iisse.* Quod Turnebus *conspecte,* retinet, & tuetur, possis arbitrari de industria eum nugatum esse. Nam non fuit ille vir, a quo tantæ nugæ proficiscerentur. Quæ in Suetonio vulgantur, e glossa sunt. Sed viri docti, Bembus, Turnebus, Muretus, Marcoduranus, *facile sumtum exercerent suum,* probant apud Terentium: & antiquissimum Venetum laudant, in quo ea scriptura non sola pareat: verum comitata interpretatione etiam ad oram. Ego, antequam statuã, quid in controuersia ponatur, rerum omnium primum quærendum puto. Nam si hoc agitur, vbi Venetum vsquequaque audire decreueris, sit ne, *exercerent,* reponendum, res dubitationem habere desinit: sin acceptum nobis est, Venetum antiquissimum quidem esse librum; sed & librum, & vnum; neque, vt nunc quidem ætas est, reperiri tam probum, & fidum quenquam, quin multum sæpe male habeat; neque tam improbum, quin boni interdum aliquid, difficile est vt non vericor sit altera illa scriptura, *exercerit.* Quod si autem ad laudem, ac vitium scripturæ hoc vnum sufficit; probari damnariue Veneto, quin nos ergo Hecyra legimus:

Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente inuasit?

non potius quomodo scribendum est:

——*An dolor repens inuasit?*

quin Phormione:

Id quidem tibi iam fiet, nisi resistis verbero.

quin etiam hunc versum Eunucho ei libro gratificemur: *Ibo ad eum visam: vtiam si domi est:*

quem, mendosum in omnibus libris, corrigo:

Iq; ad eum visam. si domi est.

Id, vale: *propter id; ad aliquem visere,* milies Plautus, Terentius, Varro, Gellius recipiamus etiam Heaut. ineptissimam scioli cuiuspiam glossam, si Venetus liber Sibylla est:

Pergin mulier odiosa esse? nullamne ego rem vnquam in vita mea volui.

scribamus illum versum hoc modo:

Sustulisti. So. *sic est factum.* Ch. *domini?* Sy. *ergo herus damno auctus est:*

extrudemus eadem fabula illa verba: *Paullo qui est homo tolerabilis:* denique sexcentis locis cum eo codice erremus. Sed interpretationem eius videamus. *exercerent sumtum,* esse, *in sumtu exercerentur:* vt apud Vergilium: *Ferrum exercebant,* pro, *in ferri fabrica exercebantur.* Cui intelligenti probabit. *ferrum exercebant,* esse, quod dicit: non id potius, *subigere, & erudire ferrum, & multis ictibus tundere, ac tanquam misernm habere,* quomodo Adelphis:

Isane:

I sane: ego te exercebo hodie, vt dignus es, scilicernium.

quo exemplo idem Georgicis:

Exercet crebro tellurem atque imperat aruis.

Tellurem exercere, non est, *exerceri in colenda terra*; sed id quod continuo addit, *imperare aruis*. Ab eadem mente, *domare terram*. Sic quoque se alibi vti ostendit: *Exercent terram*; quando subiicit: *rastris & vomere duro*: tum eo loco:

At si triticeam in messem, robustaque farra

Exercebis humum;

Bembanam illam interpretationem excludit. Nam illud, exercebis, ad *robusta farra* spectat. Neque sane idem est, *exerceri in arte*, &c, *exercere artem*. Alterum enim ἕξιν significat, alterum διάθεσιν. Iam, an hoc quæso dicere Terentius voluit, *qui in sumtu suo exercerentur*? minime. exerceri enim omnes poterant: exercitẽ sumtum, nisi qui robustiores essent, & occalluissent, non item. Quid? quod imbecilliores maxime omnium laboribus exercentur. facile enim iis fit, vt laborando miseri sint. at firmiores & valentiores, pares ferendo labori, nullum laborem in labore capiunt. Quid ergo metuẽdum erat ne in opere exercerentur, eos vẽdidit Menedemus. Sic in Adelphis Syrus exercere se inquit senem, cui ea ambulatio allatura lassitudinem erat. adolescentulum quidem certe re tam modica non exercuisset. Quid autem hoc, *facile exercerent*? an non ipsum exercendi verbum difficultatis & ægritudinis est ac laboriosum sonat, quare huic *facile*, hærere non potest. Apud Ambrosium 2. lib. offic. eodem modo scribo: *sed de rebellione alicuius & amissione patrimonij in eam recidere iniuriam, vt sumtum exsercere non queant*. Eiusdem Heautont prologo nulla cum ratione illud est:

Nisi iam tũ corruptum Ambrosius legit.

Ne cui sit vestrum mirum cur partem seni

Poetæ dederit, quæ sunt adolescentium;

Id dicam primum: deinde quod veni eloquar.

Nam continuo, quid venerit eloquitur: post demum eo accedit, cur senum atque adolescentium vices verterit. Itaque traiicienda verba:

Id dicam deinde: primum quod veni, eloquar.

Mox legitur:

Nouam esse ostendi & quæ esset: nunc, qui scripserit,

Et cuia Græca sit, ni partem maximam

Existumarem scire vestrum, id dicerem.

aliter hoc quam recte scribitur: siquidem recte habet Basiliens.

——— *ni partem maximam*

Existumarem scire vos, id dicerem.

Gellius in eodem corruptus: *Amici, inquit, isti magnam in partem cessatores sunt.* Restituẽdum magnam partem cessatores sunt. Sed & ibi mendum:

Heautôtim. Act.3. Sc.4.

Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorsum, dictum tuum.
Facere ansam. CH. *vis tibi me isthuc, et si sincredibile est, credere?*
Credo. Sy. *nescio quid peccati portet ∂ac purgatio.*

Non est deterius in Bruniano: *portendue hac purgatio.* Monstri enim nescio quid dictura videbatur Sostrata: vt ridiculi caussa aptissimo verbo vti voluerit. Atque etiam sine eo melius sit, quam *oportet.* Est item Heautontimorumeno, initio:

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto;
Facit, vt te audacter moneam.

Visa est heic caussa nonnullis, cur primo versu, *me*, eiicerent; credo, quod cum se ad Græcos Latini conformant, in eo genere ita fere faciunt, vt verbum ante nomen sit: *Fac me vt sciam*: ita Gellius, non facile, opinor, dicturus erat: *me vt sciam face.* Et aliquid etiam, vt in huiusmodi re, rationis habet: quam animo sequi, & verbis dicere, non perinde facile est. Quamuis sane non caret exemplo veterum scriptorum, vbi forma ea verbum dehinc sit. Frequentius præcedit: in quo quidem valde ei figuræ indulsetunt comici. Phormio.

Act.3. Sc.2.

Hei metuo lenonem ne quid suat, suo capiti.

Simplex erat & obuium: *hei metuo, ne quid leno fuat.* Sed venustius fecit mutatione: vt Hecyra quoque:

Simul vereor Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius
Celare: ——— cum ita vellet; *ne Pamphilus nequeat celare.* Plautus sine figura dixit, Persa:

Ne non sat esses leno, id metuebas miser,
Impure, auare, ne cruminam amitteres?

Esse quid lenonem, valet sceleris aliquid, & fraudis parare. Vulgo *suat*, est, pro *fuat*: & de eo non idem omnes: ceterum, *fuat*, rectum est. Qui tamen illud, *suat*, adhuc probabit, ego satis habebo, risisse. Namq; ipsum potius esse qui ita scribere debeat, quam Terētium quippe sine gratia est, nec quicquam in lenonem præter alios iacit. Quod continuo sequitur: *idem ego metuo.* ne hoc quidem a Terentio scriptum est. Nam in plerisque, qui in meas manus venerunt, v.l *idem hoc metuo*: quod quia nihil mutat a sensu Antiphonis, neq; addere Syrus apud Terentium quicquam debuisse videtur, nisi ab eius verbis nouum, nulla licentia traduco literam: *diem hoc metuo.* Ait enim Syrus, se iam non primum hoc metuere, sed diem vereri cœpisse. *Diem*, aduerbium, pro, *iamdiu*, aut *iamdudum*. vel *iampridem*. Milite glorioso;

Sic lego: Atque, est, continuo.

——————— *viden' vt tremit? atq; extimuit,*
Postquam te aspexit. PY *viri quoq; armati diem isthuc faciunt.*

Hoc enim viro docto assentior, male in recẽtioribus mutatum esse, *idem*; & veteres q̃ habeant, rectũ habere, *diem.* Atq; eadẽ hac Phormione, miror esse quibus Aldina vetus editio non probet:

Alius

Alium ab oculis meis illam ignotum hinc abducat locum? hem, Act.3. Sce.3.
Dum igitur diem licet, dumque adsum, loquimini mecum Antipho.
Hæc qui renuent, scio fore. Vt lubet; quando & mihi reperisse, palmarium est: & gemina semper inscitiæ fuit inuidia. Quid autem mirum hoc corrupisse, qui eodem loco neque iustum versum neq; sententiam manere voluerunt, vt deprauarent?

Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem.

Dispeream si aliter magistri putant, quam, *manere*, heic idem esse quod, *non discedere*: vt hoc scilicet dicat Phædria: *Impetrare nequeo, vt Athenis etiam maneat hoc triduum: neue Pamphilam abducat leno.* Itaq; pro suo scilicet iure iambum in trochaicum admiserunt. reponendum autem erat potius:

Nequeo exorare vt maneat m', & cum illo vt mutet fidem.

Neque enim leno abducturus erat Pamphilam; sed emerat iam qui abduceret, alius. *vt maneat me*, id est, *vt me aliquamdiu opperiatur.* Sic eadem fabula:

Postquam vidit me eius mater esse heic diutius;
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam.

Menæchmis:

Saluum ita, vt mihi dedisti, redibo. heic me mane.

Quod autem supra traduximus verba:

Hei metuo lenonem ne quid fuat, suo capiti:

cum vulgata hunc ordinem postulent: *ne quid suo fuat capiti*, vtrum scribas, manum non verterim: tamen venustior videtur hæc vulgata, illa altera explicatior. Qui enim dicturus erat, *Phædriæ capiti*, mutauit ἀδοκήτως *suo capiti*: quod est lepidum, quia inexspectatum. atque ita vetus interpres. Abiimus illinc, quod cœperamus:

Tamen vel virtus tua, vel vicinitas
Facit.

E Bas. & Col. qui Bibliothecæ est publicæ, scribendum videtur:

Tamen vel virtus tua, mea vel vicinitas.
Quod e. i. p. p. o. p.
Facit, v. t. a. m.

Ita poetæ suam in opponendo & contendendo elegantiam restituimus: *virtus tua, mea vicinitas.* Quamuis mihi quidẽ exilius ad calculos reuocanti, sententia etiam ipsa postulare videtur, ne ab hoc discedamus. Nemo enim fere ad consulendum accedit, nisi & in se habeat, quo excitetur: & in altero videat, cui consilium perhibet. Ita vt consulam, inquit, in rem tuam, facit, a te quidem, virtus tua; a me, quod vnum potest, vicinitas: quorum illud erat, cui vellet, hoc vt honeste posset. Proximum est:

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.

Non Sibyllæ oraculum verius, quam sit emaculandum, esse

aut aliquid facere denique. Ita v. Venetus; & eodem modo citatur Phorm. act, 1. Sc. 2. vulgo in illo, *ferre*, vis est & contentio, mihi in, *aliquid.* Video te fodere, aut arare, aut, si horum neutrum, aliquid facere tandem. Aliter si scriberetur, illud *denique* ad sequentem versum spectaret: quod & Cicero. 1. de finibus, & interpres vetus Phormione, manifeste ac diserte cum præcedentibus iungunt. At viri docti mirantur, & Ciceronem, si diis placet, memoria lapsum arbitrantur. Sane, si, ferre scripsisset Terentius, quia *facere*, scripsit, non potuit aliter quam, vt ei adderet, *denique.* Tum demum enim ita collocatur *denique*, vt ad præcedētis respiciat, cum in postremo verbo cohibentur, quæ præceserunt. Heic qui alterutrum, aut arat, aut fodit, certe facit. at fert, non item. *Ferre*, autem depravatum pro *facere*, etiam in epistolis Ciceronis, & in versibus Cæcilii apud Gellium:

Ferre ita me vxor forma & factis facit.

Rectum est; *Facere ita me v f e.f.f.*

ac Plauti Epidico:

——*Si herele ego illum semel prehendero,*
Nunquam irridere nec illum inultum sinam seruum hominem.
Quia illum ferre vis? qui tibi, cui diuitiæ comi maxumæ
Sunt, is numum nullum habet; nec sodali tuo in te copia est.

Non mihi persuadēt Camerarius hanc emendationem, quin legam:

Nunquam irridere n. ill i. s. s hominem.
CH. *quid illum facere vis?* St, *quid tibi, cui diuitiæ d.m.*
Sunt, is n n.h.

Quid, pro *quid.* hoc enim antiquarium est. Vt autem relatiuum cum pronomine concordet, priscæ id quoque etiam elegantiæ. *Tibi cui sunt diuitiæ, nullum numum habes.* Non longe Heautontimorumeno.

Si nihil mali esset, iam heic adessent, Clit. *iam aderunt.* Clin. *quando istuc iam erit?*
Clit *Non cogitas hinc longule abesse? & nosti mulierum moras:*
Dum moliuntur, dum comantur, annus est.

Primo versu in editis: *quando istuc erit?* omisso, *iam*, quod in L. v. Stanæi est. multum eo detracto de elegantia deperit. altero, *mores mulierum*, in vulgatis: qua depravatione interiit ipsum illud, quod dicere vult, prouerbium. Id erat autem, *Mora mulierum* Milite glorios

Mulier profecto nata est ex ipsa mora
Nam quæuis alia quæ mora est æqua mora,
Minor ea videtur, quam quæ propter mulierem est.

vbi medio versu, *mora*, longa priore, idem quod *stulta*, est: quamuis alios non ita accipere sciam. Paucos vidi v. l. in quibus nō hoc modo esset; *& nosti mulierum mores.* Ita numeri ipsi hanc emendationem

dationem inuitant. nosti, inquit, prouerbium, *Mora mulierum.* Deinde in his verbis: *Dum moliuntur, annus est*; alii nodum in scirpo fere quærunt. *Moliendi* autem verbo ita Lucilius vtitur quoque:

——*molimur subducimur.* Et Cæcilius:

Lætitia me mobilitat, mæror molitur metu.

Molimenta mulierum eleganter exprimit: quod verbum à moliendo est. Iustinus initio 9. *In Græciam Philippus cum venisset, sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & præda mediocarum vrbium, quantæ opes vniuersarum essent, animo prospiciens; bellum toti Græciæ inferre statuit: ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus.* restituo: *ad cuius molimentum.* Varro libr. 3. de re Rustica: *Nec de cocleis ac gliribus quæro, quod reliquum est: neque enim magnum emolumentum esse potest.* Ita cum sit in omnibus etiam in scriptis libris, emendandum tamen: *neq; enim magnum molimentum esse potest*; quo præter Sisennam, & Liuium, ac Iulium Cæsarem in primo de bello Gallico; fallor? an etiam Lucretius vsus est: Lib. 4.

Huc accedit item, quare queat id magis esse.
Hæc quoque res adiumento, motuq; iuuatur.

Quem posteriorem versum Lambinus obelisco configit. Nam quod in veteribus cod. omnibus reperitur, Lambinus vnus pro sexcentis codicibus est. Cæterum, legebam:

Huc accedit item. quare queat id magis esse,
Hac quoq; res; molimento, motuq; iuuatur.

Cum enim anelli rarior aer factus est a fronte, & locus inanitus & rarefactus, vt inquit, aer a tergo protelo pellito molitur. Hanc coniecturam probabilem arbitrabar. *Molimentum*, enim vox non intelligebatur: quæ huic proximæ erant, in quas plerũque ea corrumpitur, *emolumentum, monimentum*, in versum non quadrabant. Etiam cõiiciebam: *id iumento motuq; iuuatur. Iumẽtum*, enim quoduis vectabulum, & quocũque res proripitur. Gellius libr. 20. Cap. 1 Sed iam regrediamur ad Terentium Heauton:

——*imo alius si licet, tibi non licet.* Act. 4: Scena. 4.
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant.

Recte Brunianus, & alii: *te in lauta, & bene vncta parte putant.* *Bene auctas res*, ea est, quæ per fas creuit, nullius iniuria. At hoc hic non vult Syrus: sed Menedemum in ampla & bona re esse; vt possit mutuum reddere. Vnctam rem dicebant eandem, quam lautam. Catullus in Mamurram:

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & helluo;
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat vnctum, & vltima Britannia? Item:
Quid hunc, malum, fouetis? aut quid hic potest,

Nisi

Nisi vncta deuorare patrimonia?

Iam, *vncta*, legendum apud Terentium, vincit illa vox, *lauta*. Hæc enim ita coniungi solent Phormione:

Tene asymbolum venire. vnctum, atq; lautum e balneis. Vnctum, autem vbi eam iniuriam aliquibus saltem libris ab illo, *auctum*, non acceperit, vix vnquam est Propert. lib. 4. elegia vltima:

Et serie fulcite genus. mihi cymba volenti
Soluitur auctuis tot mea fata malis.

Varie hunc versum torquent. mihi placebat: *vincturis tot mea fata meis*. Et, *vncturis*, quidem postea in codice Posthii reperi. vngebantur mortui proximorum manibus. Itaque Cornelia post commemoratos cognatos suos & liberos admonitos, quibus rebus nouercæ placere possent; quod ad me attinet, non inuita, inquit, morior, quando vos superstites relinquo. *Fata*, pro cadauere, aut reliquiis, sæpissime Propertius: vt lib. 2.

Illa sepultura fata beata tua. Et:

Tu quoq; si quando venies ad fata, memento
Hoc iter, ad lapides cana veni memores.

Et in primo:

An poteris siccis mea fata reponere ocellis?
Ossaq; nulla tuo nostra tenere sinu?

Ita ergo de hoc Propertii loco censebam. Deinde verebar, ne Propertius scripsisset: *Vncturis tot mea fata bonis*: quod qui sententiæ non conuenire putarent, reposuisse, *malis*. Boni dicebantur, qui funus curarent.

Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit. De his plus satis. Terentius Adelphis:

Act. 2. Sce. 2.

Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat viam:
Adolescenti ipsi eriperem oculos.

Si, vt irati seruuli, conturbatam orationem putabimus, non male hoc; *capite primum in terram statuerem*: alioquin non est quin vitium subsit. Sed & hic quoque durum est, præcedere, *primum*: nihil sequi: & profecto, *primum*, & *pronum*, plerunque ita mutata sunt. ita enim repono: *& capite pronum in terram statuerem*. Apud Lucretium, *pronum, primum, priuum*, quas turbas inuicem dederint, notum est, quibus Lucretianorum interpretum commentarii noti sunt. lib. 6.

Nocturnumque recens exstinctum lumen vbi acri
Nidore offendit nares, consopit ibidem

Concidere

Concidere vt primos qui morbo mittere suevit.

Aristarchus noster posteriorem versum inducit, & suum supponit. Scilicet, hoc est Lucretium emendare. Legendum autem:

———————— consopit ibidem

Concidere: vt pronos qui morbus mittere suevit.

Describit enim morbum comitialem, qui pronos terræ affligit. Sed fugit Lambinum forma illa. *consopit concidere*, pro, *consopiendo cogit concidere*. Cornelius Tacitus histor. lib. 2 *Terrore & propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui peruertere. Incubuerat peruertere*, incubuerat vt peruerteret. Idem: *Contantem super tantare Flauium Sabinum Triaria L. Vitellij vxor, vltra feminam ferox, terruit e periculo principis famam clementiæ affectare*. Vergilius Culice:

——— & infessos requiem dare comparat artus.

Item:

Riuum propter aqua viridi sub fronde latentem.

Conformare locum capit impiger. Quod autem eodem loco Lucretius addit:

Castoreoque graui mulier sopita quiescit:

eodem modo, *graue castoreum*, dixit Varro Quinquatribus: *Quid medico mihi est opus, nempe tuo absynthium vt bibam, grauem & castoreum, leuemque robur:* in quo tamen exemplo nugator Nonius, *grauem*, ad *absynthium* refert, & id dici masculino genere putat. Eadem fabula:

Illum diligunt: apud illum sunt ambo; ego desertus sum: Act. 5. Sce. 4.

Illum, vt viuat, optant; meam autem mortem exspectant scilicet.

Omnino restituendum: *exspectant, ilicet:* & liceat hic multa verba facere, cui consilium sit verba dare velle. Heautont. Act. 3. Sce. 1.

Aut ego profecto ingenio egregio ad miseriam

Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgo audio

Dici. Certum est, scripsisse Terentium:

Aut ego profecto genio egregio ad miseriam natus sum.

Genium infantibus, cum nascerétur, præficiebant: atq; is deus a genendo dicitur: quem vt quisque habuisset, cum nasceretur, ita postea vitam viuere. Plautus Bacchidibus:

Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato, Scen. cuius

Sine modo, & modestia sum, sine bono iure atque honore: hoc idem

Incredibilis, imposq; animi, inamabilis, illepidus viuo; initium.

Maleuolente ingenio natus. Scribo: *Maleuolente Genio natus.*

Hac ipsa Comœdia Terentius:

———————— Syre, vix suffero.

Hoccine? me miserum non licere meo modo ingenio frui? Act. 2. Sc. 3.

Ita legunt omnes, &, *modo*, aduerbium esse putant. Certum non ita Terentius; sed hoc modo potius: *non licere meo modo*

genio frui. *Modo*, nomen est. *Suo modo aliquid facere*, est, *obtemperare libidini: ut sibi rectum videatur, sic facere*. Menæchmis:

Sen. Nulla est voluptas.

Molestus ne sis: non tuo hoc fiet modo. Eunucho:
——— vide ut otiosus sit, si deus placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Phormione:
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. *Genio frui*, sciunt omnes, esse, *cupiditati suæ indulgere*: ut contra, *fraudare genium*. Paullo ante sic emendabamus: *Meam autem mortem exspectant licet*. Addam nunc, simillimum mendum esse Phormione:

Act. 4. Sce. 3.

——— An legibus
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, sudabis: Scribendum: *an legibus*
Daturum pœnas elicet, illam si eiecerit?

Illa quidem ellipsis: *an legibus daturum pœnas?* elegans est, & comica: & corrumpendo loco fuit. Sic autem Brunii & Stanæi l. v. Plautus Persa.

Par pari respondes d. ilico abi iã, quando ita certa res est. Emendo:
Par pari respondes. elico abi iam. Phormione:

Act. 1. Sce. 2.

In quo hæc discebat ludo. ex aduersum elico
Tonstrina erat.

Pessime meriti sunt de hoc loco, qui vulgarunt, *ei loco*. Vt enim taceam antiquos codices, ne vetus interpres omisit quidem, *elico*, in vetustis fuisse. *Elico* & *ilico*, eo vel illo loco. Quod autem sæpe dicimus pleraque Terentiana ab istis magistris parum intellgi; quæso an quid nimium facimus? etiam hoc ipso loco scribunt: *iam id exploratum est eia sudabis satis*: & *exploratum est*, interpretantur, *certum est*, vel, vt Cicero loquitur, *firmum & stabile est*. Sed meliores libri, in iis Coloniensis, qui in Bibliotheca publica fuit. *iam id explorandum est*, neque id significat, *perquirendum, inuestigandum est*; sed, *ploratu commiserando & quibus aliis oratores solent, apud iudicem impetrandum*. Iustum & obuium erat, *exorandum est*. verum amplius maluit, *explorandum est*. Ponamus inquit, pœnas daturum. Miserum te, qui hoc apud iudicem explo-

Act. 4. Sc. 4.

rabis, cum quidem rem ceperis cum eo homine. Eadẽ Phormione:

Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, sacrificandi dabitur paullulum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.
Id ille istis reddet. A. quamobrem, aut quid dicet?

Quis culpet? sed vetus Brunianus: *quamobrem, aut quid dicis?* optime: & si minus credis, vide editionem Moguntinam Gruningeri, qua vsum Riuium quoque video. In ea hanc quoq; scripturam reperies. Notum illud Ciceronis, & Iureconsultorum, *dicis ergo facere* pro, *in speciem facere*. Eodem modo Terentius, quare, inquit, reddet, aut quid dicis? vbi *dicis*, nomẽ est gignẽdi casus.

sed

ſed quod alium vllum finem non capiat: hoc eſt, *quid ſimulabitur? quid prætextus erit?* Eadem fabula: *Act. 3. Sce. 3.*

Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

P. Præſto eſt: audaciſſume oneris quiduis impone.

Melius: *præeſt*. Nam, *præſto*, vix locum hic habet. Sed cum in iudicio, ſi reus prædem poſceretur, amiciſſimus qui erat & certiſſimus, neque detrectabat præs eſſe, reſpondebat, præs: & quod ad vocem magiſtratus, an præs eſſet, reddebatur illud, præeſt; ob id ſcilicet hic Phædria, ad illum morem iudiciorum reſpiciens, præeſt, inquit. Feſtus: *Præs eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatusque a magiſtratu, ſi præs ſit, ille reſpondet, præs.* Varro de lingua latina libr. 5. *Isque præs qui a magiſtratu interrogatus, in publicum vt præs ſiet; a quo & cum reſpondet, dicit præs.* Sic enim legendum: non, *interrogatus vt præſtet*. Hac fabula ſupra:

Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt: *Act. 1. Scen. 5*

Vnum cognoris, omnes noris. P. haud ita eſt.

D. Hic innoxia eſt, ille ad dicendam cauſſam adeſt:

Cum ille eſt, hic præeſt: tradunt operas mutuas.

Sic enim ſcribendum: quippe de iudicio loquitur, & cauſſæ dictione. Prædes, inquit, inuicem fiunt. Plautus Perſa:

Abi in malam rem. Pag. at tu domum. nam ibi tibi parata præſto eſt.

S. Vadatur hic me. P. vtinam vades deſint, in carcere vt ſis.

Cui dubium eſſe poſſit, quin legendum ſit: *nam ibi tibi parata præs eſt.* Quod enim de præde dixerat Pægnium, ſubiecit Sagariſtrio de vade; & quid refert, inquit, domi mihi malam rem prædem eſſe, quæ hic me vadetur? Eleganter Auſonius de dictis ſeptem ſapientium: *ſponde; noxa præſ eſt.* Eadem:

Quid faciam? vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer, *Act. 3. Sce. 3.*

Cui minus nihilo eſt. videtur huic ſcripturæ ſtabiliendæ eſſe, quod Varro ſcribit libr. 4. de lingua latina: *Pauper a paulo lare. Miſer, a minus, cui, cum opus eſt, minus nullo eſt.* vbi videri poſſet reſtituendum; *minus nihilo eſt*: niſi verius foret vtrobique *hillo*:

——— vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer,

Cui minus hillo eſt? Poſtea: *Act. 5. Sce. 2.*

Noſtrapte culpa facimus, vt malis expediat eſſe,

Dum nimium dici nos bonos ſtudemus, & benignos.

Ita fugias, ne præter caſam, quod aiunt.

Ita legunt, facilius illud, quam explicant. Nam æſtum interpretum veterum commentaria eorum loquuntur. Non dubito autem quin Terentii ſit, quod in Bruniano inuenitur: ne *præter caſſam*: quod interpretes pro *caſa* acceperunt, cum verius eſſet: *capſa*. Pleriſque enim verbis hoc quoque dabant auribus, vt priorem conſonantem poſteriori conformarent: quod in compoſitione *Caſſa, pro capſa, euphonia cauſa.*

multarum vocum apparet. Neque autem de furibus locum accipio; sed de seruis fugitiuis: quos prouerbio monebant, ne ita fugerent, vt capsam relinquerent. Sine enim sarcinula, sine viatico fugere, quid aliud est quam in extremam miseriam se inducere? Itaque supra Geta: —— *Nam absque eo esset,*

Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam:

Aliquid conuasassem, atque hinc me conicerem protinam in pedes.

Ibidem:

Ita faciam, vt frater censuit, vxorem huc eius adducam,

Cum ista vt loquatur. tu Geta abi, praenuntia hanc venturam.

Prorsus scribendum: *Tum Geta ij prae, nuntia hanc venturam.*

Eunucho:

Sed Thais exit. Th. abi: praecurre, vt sint domi parata.

Emendandum: *ij prae, cura vt sint domi Parata.* Ibidem Phormionis:

Quid fiet? in eodem luto haesitas: versura soluis

Geta: praesens quod fuerat malum, in diem abiit: plagae crescunt.

Bruniauus: *in diem abit: plagae crudescunt.* Recte. *Abit*, pro, *abiit*, semper dixisse Terentium, Probus notauit. *Pugna crudescit*, multi dixerunt. Vergilius:

Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor

Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla: Et in 7.

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,

Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.

Et hic quidem eo magis probandum, quod, qui versura soluit, eius ipso spatio velut crudescunt vulnera. Ibidem:

Nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo.

Nequid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

Pugnat cum re oratio. Nam neq; Phormio conuenturus puellam erat; neque si conueniret, quicquam dicturus, quo ea angeretur: consolaturus magis, & errorem insuper erepturus. Itaque scribendũ: *ne quid vereatur Phormionem, aut senis orationem.* Nam etiam in vulgata scriptura numeri hærent. Senem, Demiphonem dicit. Hoc placet, præ quam vt scribatur: *aut anus orationem. Anus*, esset Nausistrata. sed & numeri repudiant; neq; tam verisimile est illo loco:

Act. 4. Sc. 5. —— *Quid tua, malum, id refert?* Ch. *magni Demipho.*

D. *Non sat amum te esse huic fecisse, si non fama approbat?*

Ch. *Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri ne eiectam praedicet.* Sic distinguunt, cum ratio tamen contra sit. Nam, qui quærerat, Demipho sibi ipsi caussam reddit. Ob id enim Chremetis, referebat, quia non sat est, fecisse officium si fama improbet: quod qui neget, idem nihili faciat, si eiectam prædicet. Ita interstinguendæ sunt personæ:

—— Ch. *Magni Demipho:*

Non

Non sat tuum te officium fecisse, si non fama approbat.

Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne eiectam prædicet.

De. *Idem ego istuc facere possum.* Male collocatæ etiam personæ sub finem fabulæ:

Vxorem duxit. N. mi homo, dij melius duint.

P. *Sic factum est.* N. *perij misera.* P. *& inde filiam*

Suscepit iam vnam, dum tu dormis. Ch. *quid agimus?* Scen. vlt.

N. *Proh dij immortales, facinus indignum, & malum.*

P. *Hoc actum est.* N. *an quicquam hodie est factum indignius?*

Illa verba; *hoc actum est*; Phormioni tribuunt, cum sint ipsius Chremetis, qui post exclamationem illam vxoris ad indignitatem rei, consternatus; *actum est*, inquit, id est, *perij.* Nam vox, *hoc*, inculcata est, & delenda. Sic Eunucho vetus interpretum distinctio non placet, illo loco:

——*Hunc pro mœcho postea* Act. 5. Sc. 4.

Comprehenderit intus, & constrinxero L. *occidi.*

P. *Audaciam meretricum specta.* L. *nunquid est*

Aliud Coloniensis omnia hæc sub vna Lachis persona: *occidi*: *Audaciam meretricum specta*: vt sibi illa dicat Laches, nota figura & melius est. Sed in Phormione lubet paucula etiam libare: inter quæ leuiusculum sit:

Hiccine vt a nobis hoc tantum argenti auferat,

Tam aperte irridens? emori hercule satius est. Rectum: *emori hercle suauius est*: quomodo in Bruniano illa:

Vicissim partes tuas acturus est. A. *quas?* P. *vt fugitet patrem:* Act. 5. Sc. 1.

Te suam rogauit rursum vt ageres caussam, vt pro se diceres.

Inepta scriptura est, & putida. namque in priore membro tantundem est, & amplius etiam, quam in posteriore. *Rogauit, vt ageres suam caussam*: amplius dicere non potuit: quorsum ergo illud: *vt pro se diceres.* neque respondent inuicem membra: *tuas partes acturus est. te rogauit vt ages suam caussam*: sed *te rogauit vt ages suas partes*: quomodo reponendum est:

Te suas rogauit rursum vt ageres, caussam vt pro se diceres.

Supra paullo: *Nam aliquot hos sumam dies*: id ita dicitur, vt hoc Adelphis:

Ita quæso; quando hoc bene successit, hilare hunc sumamus diem. Act. 2. Sc. 4.

Ita enim scribendum. Male vulgo *hilarem. Hilare*, aduerbiũ: quod notant Charisius & Marcellus. Afranius Priuigno:

——*Et propter patruelem tuam*

Vt constitit hilare anhelans, deiecta coma.

Sumere diem, tanquam si cibus sit, *carpere lancinare.* Sic enim, sumere, proprie. Cicero: *Tantum cibi & potionis sumendum.* & alii. res enim vulgata. Varie hæc alia de die. Plautus, *Sepelire diem, excruciare, comburere*: Vergilius, *condere*: quod ibi quoque esse,

Commedius esse opinor duplici spe vtier.
Pergam hinc, vnde a primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nihil fiet, tum hunc adoriar hospitem. Act.2.Scæ.2.

Legendum: *si ab hoc nihil fuat.* Eadem fabula:
At quem virum? quem ego viderim vita optimum.
G. *Videas te atq; illum, vt narras.* P *in malam crucem.*

Lego:
Videas ted, illum vt narras. P. *malam crucem.*

Formula hæc est ex antiquitate, *videas te*, pro, *cogita vide, quid dicas, quid agas.* Contraria; *me vide*, pro, mihi curam illam relinquito:
Hæc fient. An. *vt modo fiant.* C. *fient: me vide.*

Hoc quidem dicere Getam Phormionis responsio arguit. Nam interpretes veteres, qui vulgatam lectionem agnoscunt, quid sani adferunt? sex, septem interpretationes diuorsas, tam dissidentes menti Terentii, quam sibi ipsi. Quid verbis opus est? si vna e tam multis est, quam non refellant Phormionis verba vincor errare. Eadem: Act.5.Scen.4.
Hic simul argentum repperit, cura sese expediuit?
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.

Non paullo rectius Brunianus: *euoluere ex his tricis.*

Tricæ, quibus pullorum pedes impediuntur: eædemque euolui, & inuoluere proprie dicuntur. Adiuuat prior versus: *cura sese expediuit.* de eadem enim re domestica vocabula sunt, *impedire expedire.* ita manet in translatione. Neque adeo de turbis optime dicitur, *euoluere*: sed, *eximere, effugere, eripere se*: Sumam operam porro. Adelphis:
Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo Act.4.Scen.3.
Suspiciosi. In Bruniano est: *res sunt minus abundæ.* lego: *abundæ.* Gellius lib 1.cap.2. *Atque ibi tunc cum essemus apud eũ in villa cui nomen est Cephisia, & æstu anni, & sidere auctumni flagrantissimo, propulsabamus caloris incommoda, lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus aedium positu refrigerantibus lauacris nitidis, & abundis, & collucentibus* Longius abest a mẽte Terẽtii, *secundæ*, quam, *abundæ.* Tenuiores enim propter impotentiam suam se negligi putant, etiam rebus, vt in sua fortuna, secundis. Neque enim pugnant, pauperem esse &, rebus secundis non agere. Meiosis est de industria Hegionis; *res minus abundæ*, pro, *res pauper, cula.* Eunucho: Act 2. Scen 3.
An id flagitium est, si in domo meretriciam
Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis.
Nunc referam gratiam. Ex illo libro lego: *Adolescentiam habent despicuam* Quam scripturam amicis meis ex vestigiis literarum probaui. etiam eam poscunt numeri: & hæc forma est, *conspi-*

cua Quid enim caussæ sit, cur alterum altero magis dicatur? Vt ergo, *conspicuus honos, virtus conspicua*; ita, *amor despicuus*, si scriptum librum audis. Heautont.

Act. 5. Scen. 4. *Si unquam ullum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi Fuerim*. Multa ille liber omittit, & rectius repræsentat: *Sid unquam fuit mater, ego cum voluptati tibi fuerim:*

EMENDATVS ITEM TERENTIVS.

CL. V.

IACOBO CAMPIO, I.V. DOCTORI, Decano & Officiali Bonnensi.

VIdeo quid agas, Campi. Decimus hic mensis, postquam a te abiimus: neque interea verbum ad me. At enim templum, tribunal, aduocationes: & quæ tres homines onerare solent, in vnius humeris. Audio: sed, somnus, prandium, spatia illa in area ante cœnam post, fabulæ, quid? hæc etiam sunt templum, tribunal, aduocationes? Tū tu igitur epistolas nullas scribis; si nullam horam vacas? Credant istud, qui absurda omnia solent: nos statue caput non habemus. Non eit illud occupatio: consilium est. Metuisti, si scripsisses, ne ego Spicilegia ad te mitterem: & tibi postridie funus amici ducerent. Sapienter: sed vides quorsum euaserit. Obsecrauisses me pro salute tua, fortasse pepercissem: qui vsque tacueris, quid aliud quam exitium tibi maturauisti? Atque etiam, vt scias, si tu incipias odisse me, ego amando potissimum vlciscar. & id satis sit, vt pereas. Hoc tu mali non pridem inuenisti: cum quidem ita tua me, auspicato proficiscentem, bonitas cœpit, iam tum vt mihi de cetero, hoc omine bene augurarer. De eruditione Berchemio nostro iam credebam: esse te in paucis I. C.tis, qui bonam mentem amares, dissimilimum iis, apud quos maxima imperitia, scientia iuris appellatur: quibus per me quidem frui errore suo apud se licet, dum ne apud sapientes prosit, quod, vt sunt, esse stolidi videntur.

QVod omnes facimus, vt conuicia in librariorū incuriam increpemus; neque vlla nobis sine querela pagina impleatur; id me piget: qui (dicam vere) stomachum plano iam amisi. Et est tamen vt nullæ nimiæ, vel parum æquæ querelæ esse possint: quæ quidem istorum hominum imperitia, an negligentia fuit. Vel in vno verbo quot commissa? *verbum, verum, uerum, virum*, promiscue exararunt, aut cuderunt. Adelphis:

Act. 2. Sc. 2. *Labasc it: vnum hoc habeo; vide, si satis placet: Potius quam venias in periculum, Sannio,*

Sernes

Ternos ne, an per duo totum: diuiduum face.

Heic dicam, quod non suspicaberis: nec multi accipient (sed multæ cum dicebant olim, deteriores significabant) mendosum esse primum versum; & forte emendandum:

Labascit: virum hoc habeo. vide si satis p.

forma, quantum in tali sententia potest, elegantissima. Nam illa secum Syrus: *Habeo virum.* gaudet enim sibi, & lætatur, tactum a se lenonem, quem dolis suis redegerit, irretinerit, constrinxerit. In simili Plautus: *Habeo*, inquit, *virum.* Et prouerbii faciem habet. nam Varro Menippæam scripsit hoc titulo, ἔχω σε, quam citat Nonius in voce *Torquis.* Mendum in eo Casina:

Vt ego hodie Casinam deoscubabor: vt mihi
Bona multa faciam clam meam vxorem. CH. *at at te,*
Nunc pol ego dentum in rectam redij semitam.
Hic ipsus Casinam deperit. St. abeo virum: iam
Hercle amplexari, iam osculari gestio.

Ita quidem etiam Camerarius edidit; & reliquit Lambinus. male sane. Scribendum enim continuata persona Chalini:

Hic ipsus Casinam deperit: habeo viros. St. iam.

de quo verbum non attinet dici. Vt enim illi ediderunt, sententia nulla, quæ ei loco faciat, subest: & ea veræ lectionis vestigia exstãt in v. c. maxime in libro Clariss. Sambuci, vt vix vllæ meæ partes heic fuerint. Vna res obiecit errorem, quod spiritum omiserunt passim librarii, & *abeo*, scripserunt, quod volebant, *habeo*: nec vnquam in v. c. reperi aliter. Quod autem Terentius ait *hoc virum* lepide ita facit. Solitum enim antiquis, per contemtum neutro articulo vti, vbi masculinum reliqua dictio posceret: & esse id comicum, tot eorum exempla vincunt. Vnum etiam mendosum Phormione v. c. Coloni. emaculat:

Non triumpho, ex nuptiis tuis, si nil nanciscar mali,
Ni etiam nunc me huius quærere caussa in malo iubeas crucem?
Ant. *Verum hoc dicit. hoc*, videlicet, *Geta.* Afranius Epistola:
Pulcro hoc incendi rogum, ardet tenetur, hoc sepulcro sepeli licet.

Hoc rogum, inquit, eodem exemplo: quamuis verba quidem mendosa sunt: *Pulcro hoc incendi rogum: ardet: tene tu: hoc sepulcro sepeli ilicet.* vel, *ardet: tan ea fer: hoc s. s. ilicet.* Tæniæ sepulcrorum sunt, quibus ea velantur. Cæcilius:

Sepulcrum plenum taniarum, ita vt assolet. Verumtamen ex his emendationibus prior illa, prior est. Non tacebo posse interpungi: *hoc sepulcro sepeli.* N. *licet*, vt, *licet*, alterius personæ sit: quomodo quidem sexcentis locis apud Comicos vsurpatum inuenias pro eo, quod nunc vulgatur, *fiat* aut, *faciam.* Quod autem Marcellus, *rogum* neutro genere esse apud Afranium censuit; malam rem. Neque enim si neutri iungitur, figura quadam loquendi, ob id neutrum est: non hercle magis, quam, scelus, masculinum,

quia Terentius dixerit, *vbi ille scelus est, qui me perdidit?* Bene hæc ita disputantur, opinor: qui tamen a me Terentiani illius versus veram emendationem poscet, sic accipiet:

Labascit: hoc habet: vide, si satis placet.

Ne dubitare possis, audi. Gladiatorum vbi paria composita erant, si alteruter vulnus sustulisset, quod ad mortem esset; acclamabat aduersarius, sed & spectatores: *hoc habet*: idque deinde vsurpatum, cum quis ingenti fraude circumscriptus, aut tactus pecunia esset. Vergil. in XII.

——— teloq; orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit; atq; ita fatur:
Hoc habet: hæc magnis melior data victima diuis.

Terent. Andria:

Egomet continuo mecum: certe captus est:
Habet. iusto scilicet ordine, vt primum captus sit: post deinde interfectus. sic heic quoque cum dixisset quod leuius est: *timet: Iniect scrupulum homini*: grauius nunc, *labascit*, inquit: quod est vulneratorum, & ægre consistentium: tandem; *hoc habet*: tanquam quem plane confecerit. Seneca vtitur eo sæpe, more quodam suo domestico. Hercule Oetheo:

Habet: peractum est. fata se nostra explicant.
Habet: peractum est. quas petis pœnas dedit.
Habet: peractum est: quercus hanc sortem mihi
Fatidica quondam dederat.

Ita ergo Terentium scripsisse scio. confidenter, inquies: sed ego scio. neque enim Pyrrhonius sum. Plauti Mostellaria paucis ante annis in vitio latuit:

Hoc habet: reperi qui senem ducerem.

Tantum repertis dolis, velut iam senem iugularit, *hoc habet*, inquit. item Prudentius Psychomachia:

Tunc exarmata iugulum meretricis adacto
Transfigit gladio: calidos vomit illa vapores,
Sanguine concretos cœnoso: spiritus inde,
Sordibus exhalans, vicinas polluit auras.
Hoc habet, exclamat, victrix regina.

Vt minus iam mirum sit, delituisse in menda apud Terentium, quod apud alios quoque scriptores degenerauerat. Nam quod interpres vetus dissentire videtur, quisquam ne in commentariis vsque adeo hospes est, qui nesciat amplius quam quartata esse, hoc primum: deinde, inculcata a nugatoribus istis, quæ ipsis domi nata erant, mera monstra: nec minus in illorum copia, quam in veterum inopia incommodi acceptum. Non dicam iam, sexcentas interpretationes ridiculas esse & putidas: id dicam, quæ ad priscam lectionem conuciendam esse poterant, aut eiecta, aut, quod proximũ est, ita verbis coacta, vel deprauata, vt præter Oedipum

loqui

loqui non cuiquam liceat.. Iam, varia sunt exemplaria illorum commentariorum:& vidimus nos manu exarata multis locis auctiora, quibusdam vero etiam locis male multata. Sed suum cuique Ego scio inepte hæc ita scribi: *Vnum hoc habeo: vide si satis places*: quod tamen vt omnibus probem, ne conabor quidẽ Rursum indignum flagitium fit eodem loco:

Credo isthuc melius esse: verum ego nunquam adeo astutus fui, Act. 1. Sce. 2.
Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.
Sy. *Age, noui tuum animum: quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ,*
Dum huic obsequare.

Primum, in *animum*, inquit intelligitur, *liberalem*: deinde ad hæc verba, *quasi iam vsquam tibi sint decem minæ*: adscribit enarrationem. *Quasi numero in aliquo ducas, & in aliqua æstimatione constituas: & non, si velis, penitus contemnas viginti minas, dummodo huic obsequi velis*. Quid quæris? tam inepte vtrumque, & seorsum quam cogitauit Terentius, vt putem, si quod præmium nugatoribus positum sit, id hunc ablaturum esse Sed induxit hominem deprauata scriptura: quæ procul dubio recta est:

Age noui tuum, Sannio: quasi iam v. t. s. v. m.

Neque enim de animo & voluntate Syrus: sed de re & familia Sannionis. Ita autem loquitur Terentius Eunucho quoque:

Non cognosco vostrum tam superbum. Et Trinumo Plautus:
Meus natus me ad te misit, inter se atque vos
Affinitatem vt conciliarem & gratiam:
Tuam volt sororem ducere vxorem: & mihi
Sententia eademst, & volo. Le. *au, nosco tuum:*
Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

Quem locum quod corrumpit Lambinus, recte, & ordine facit. Ita enim suum illud pergit. Sticho genus mutatur:

Verum vt exoremus. noui ego nostros: exorabilis est.

Neque vero sententia est, quam arbitratur interpres: sed omnino illius abnutiua. hoc dicit enim, in magna æstimatione viginti minas ponere lenonem. Mihi quidem contra veterem interpretem tendere religio maior esset, si heri aut hodie, vt Catullus ait, hæc librorum corruptela incepisset; quæ ne trecentis quidem annis ante Cornutum, aut Asperum nupera erat. Vel illud quale est, quod ibidem legunt:

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verum enim, quando bene promeruit, fiat. suum ius postulat.
Age iam cupio. quod magis est, vt ita scripserit Terentius:
Verum eni, quando bene prouenit, fiat. Ani. vero enim.

Promeruit, alieno loco heic est, etiam per ironiam. modo enim præcessit; *ob malefacta hæc tantidem postulat sibi tradier*. neque ita solet, vt cum iniurias omnes recta oratione exaggeraris, tum

demum protinus verbo vtaris ad ironiam. Ignoratus, credo, est sermo; *bene aut male prouenire*. Truculento;

Cum tu recte prouenisti, cumque es aucta liberis, gratulor.

Eadem:

Cumq; bene prouenisti gaudeo. Menæch.

Quid ego nunc faciam? domum ire cupio: at uxor non sinit.

Huc autem nemo intromittit. nimis prouentū est nequiter. Sticho:

Enimuero Gelasime, opinor prouenisti futile,

Si neq; ille abest neque hic, qui venit, quicquā subuenit: Rudēte:

Ædepol, proueni nequiter multis modis.

Terentio idem valet, *pulcre procedere*:

Syre processisti hodie pulcre.

Itaque quando, inquit, Sānio, bene hodie prouenit, qui & pugnis me contuderit, & virginem eripuerit, & porro in ipso articulo opportuerit atque occuparit, fiat sane. Sed nimium discessi longe. Iuitium fuit. *verum, verbum, vtrum, virum*, hæc inuicem passim sedes mutasse. Eunucho igitur: *Rex te ergo in oculis?* T. *scilic.*

Act. 3. Sce. 1. *Gestire vero credere omnem exercitum.*

Et heic quoque, *verbo*, aliquot libri mei: ac potest bonam sententiam habere: vt tantū fuerit apud regem, qui satis habuerit, verbo vuo illi credere omnia, postea sui incuriosus. neque enim hoc dico, quod probem. nam, *vero*, germanum est & *verbo*, si legas, in illo, *consilia*, non elegantia tantū: prope etiā sententia eludet. Valde autem militariter hoc totum Thraso: *Gestire vero credere omnem exercitum* non, *credere*, tantum; velut inopia melioris, sed: *gaudebat*: neque id solum; sed adeo, *gestiebat*. Ceterum, morosus sermo, *gestire credere*, pro, *gestiebat credere*: morosus, fateor, adde etiam, morus: sed eo ipso festiuiter cogitatus, quia militis. nam eiusdem hoc est, cuius postea, *moriri*. cui interpretes colorem quærunt, quoniam in militis persona dicatur: quibus tamen non assentior. Idem ille postea verba non reperit, quibus loquatur:

Requiescere vbi volebat, quasi, nostin?

Ita autem locum hunc interpungendum auctores mihi sunt v. c. mei: vt item illum inibi:

Regem elegantem narras T. *imo sic: homo*

Est perpaucorum hominum. G. *imo mulorum, arbitror,*

Si tecum viuit. ————

Mulum, pro homine vappa & fungo, Catullus quoque dixit:

Lesbia mi præsente viro mala plurima dicit:

Hoc illi fatuo maxima lætitia est.

Mule, nihil sentis:

Natum mendum, quia, vt geminabant multi consonantes, vbi contra ratio erat; etiam vicissim alteram, si iteraretur, libenter exterebant. Auctor Varro, & veteres Grammatici. Ita, *nulorum* &, *mul-*

re, *mulierum*, per libros proseminatum. Et quia heic sum, emendabo locum, audacter dico fœdissime contaminatum: in quo enarrando nemo est, quin sibi satis faciat: qui fere publicus stupor est:

——Dum apparatur, virgo in conclaui sedet,
Suspectans tabulam quandam pictam; vbi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Quidnam non hoc sonant verba, Iouem, qui quidem ipse imber aureus non fuerit, misisse aurum in sinum Danaes per impluuium; quo, obsecro, absurdius quicquam dici potest? aut magis ei fabulę pugnās? quæ prodidit Iouem se ipsum in aurum destruxisse, atque in gremium Danaes impluisse: ac sub auro fefellisse. Quādo ergo verior scripta mea lectio: *ninsisse*, aut, *ninsisse*: —— *Iouē*
Quo pacto Danaæ ninsisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Nam, *Iouem imbrem aureum*, appositio est. Iupiter ergo in gremium ninxit: pro quo olim in vsu erat, ninsit aut nisit, affinitate ea, quæ fuit S cum x. Itaque pugnarunt Grammatica, atque vsus. *Vlysses* dici oporteret, an *Vlixes*: *asso*. an *axo*, etiam *nisi*. an *nixi*: *quasi*, an *quaxi*. Suetonius Augusto: *Neque ego id notarem, nisi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, vt rudi & indocto, cuius manu ixi pro ipsi notatum vidisset*. N autem hauriri atque exteri, vt, *nisi*, fiat, pro, *ninsi*, tralatitium est. Etiam Cicero opinor, *pos mos*, dixit; quæ nos, *pons mons*. auctor esse potest Varro. Sed & *tusus*, *prasus*: quæ nunc *tunsus*, *pransus*. Hæc ergo occasio maculæ. Quod diximus Iouem conuersum in aurum, id ita Horatius:

Varronis ætate mos, pos dicebant: vt ipse locupletissimus testis est.

——fore enim tutum iter & patens,
Conuerso in pretium Deo.

Et Pindarus Danaæ filium ait, ἀπὸ χρυσοῦ αὐτορρύτου ἔμμεναι neque pugnat quod heic Terentius conuertisse eum se in hominem dicit. ante enim in hominem abditus; tum in imbrem aureum deformatus est. alioquin quomodo illa dicantur. *Fucum factum mulieri*. Neq; vero interpres aliud ex his verbis proscribit, q̄ ipsum Iouem imbre illapsum fluxisse in sinum mulieris. Sed de hoc nimium fortasse multa. Ad *verum verbum*, &, *vtrum*, teneamus Hecyra:

Impune istuc optare licet,
Ille reminiscet iam nunquam: & tamen viuum malis, scio.

Quis enim dubitet verum hoc esse non; quod in omnibus libris incubat? tametsi arbitror diu esse, quod irrepserit: *Et tamen, vtrum malis scio*. Iacet hoc quidem modo sententia: neque, qui videbatur dicturus aliquid, quicqam dicit. Præ se ferebat Laches,

maiorem ex obitu amici dolorem, quam ex hereditate lætitiam capere. Itaque vellem, inquit, viueret. tum Phidippus, impune, inquit, optare licet: neque enim istis votis postliminio ad vitam restituetur neque eo dico, quod te non luctum maximum e ius obitu hausisse putem. Nam, sat scio, viuum malis. quid apertius? at si legas, *virum malis*: elanguescet sententia, si vlla est sententia. neque ita apta sunt verba cum iis, quæ præcesserunt: maxime cum ad illud, *veu u s as*, spectes & vim ipsius, *tamen*, animum attendas. Et sane hæc eo pertinent, vt credere se Lachi Phidippus ostendat, quod nisi esset: pergeret is asseuerare, complorareque obitum amici: neque continuo transiret. Hoc qui improbabit, ei nos homini animam pro sale datam arbitrabimur. Refeitam nũc meam adolescentis coniecturam de versu Eunuchi:

Sed quid videtur

Hoc tibi mancupium? P. *non malum hercle.* Gn. *vro hominem.* P. *vt falsus animi.*

Nullam controuersiam huic sermoni moueo: *falsus animi*: & dii isthuc: sed quod in tam multis libris, *falsus*, reperirem; in quibusdam, *falsus an mo*: in aliis *fa sa anima*, delirabam scribendum, *vt salsus anima*. De Chrysippo vulgatum, dixisse eum, sui pro sale animam datam, ne putisceret. Itaque, quæ illa ætas erat, suspicabar rideri Gnathonem, qui ridiculus esse, & videri studeret: quo esset, nihil haberet, nisi ipsam stoliditatem. Bucones enim, quos vocat Comœdia, animam pro sale habent. Mouebar, quoniam parasiti duo habent sua, ridiculi vt sint, & vt edaces: quod est plane, sues. Alterum ergo ita illi Parmenonem dare, vt adimat, & reliquum tribuat: quippe, *salsum animam esse*, est, *suem esse*. Valde me in hac sententia retinebat, quod paucis ante versibus Parmeno ab Thrasone sus audiisset:

—— Plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnatho.

Nam, *suum*, ibi valet, *porcorum*. Vulgatum prouerbium, de sue Parmenonis, adeoque Parmenone sue: de quo in Symposiacis Plutarchus, ita Parmenonem grunnire solitum. vt, nisi qui cominus videret, fidem faceret omnibus, veram suem esse. Quare in prouerbium abiisse. Quando ergo contumeliæ caussa appellatus Parmeno a Thrasone esset. arbitrabar nunc illum par reponere, & suum ei reddere. Sed hoc meum somnium esto: illud verius, bene me emendasse versum, qui huic continuo hęret:

Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse. Pa. *hoc nunc dicis,*
Eiectos hinc nos. omnium rerum heus vicissitudo est.

Lego:

Pa. *hos nunce dies*
Eiectos hinc nos. omnium rerum h. v. e.

Ita

Ita mihi persuasi hoc verum esse, vt Terentius si ab inferis exsistat, & neget, erepturus mihi errorem non sit. Quod ad verba, comica plane ellipsis est: nec pote elegantior. Sensus non aliter patitur. Sequitur enim: *omnium rerum vicissitudo est.* vt hos dies isthinc nos exsulamus: ita post paullo vos risus ex tis. Magis etiam id probat, quod deinceps est:

Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam.

Quod, inquit, hos tu dies putes, sex totos menses excludemini. Phormione legimus:

Itane es pactus facere med aduersum omnia.
Inlix? P. metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. Vbi alii, *infelix*, & *paratus es.*

Ceterum Stanæi V. C. diserte habet, *pactus*: ac qui mendosam illam & distractam interpretis enarrationem legat, facile videas rectius sic legi. Et quidem, quod res est dicit senex. Nam de compecto faciebat omnia Phormio. Heautontim. quoque corruptum est:

Perij hercle; Bacchis mane, mane: quo mittis istam quæso?
Iube maneat. P ij. Sy. *quin est paratum argentum.*

repono e V. C. Coloniensi, qui est ibi publicæ Bibliothecæ; *quin do pactum argentum.* In quo paruam veniam peto, vt puto, pudenter. In libro enim illo est: *quando est pactum argentum*: vnde hoc mutaui, quod vides. neque negabis, verum esse. Cum enim Bacchis vt concalfaceret Syrum, abitum verbis præferret, Syrus, qui serio id metuebat; quin iam, inquit, do argentum: quo nihil ad obtinendum scortum efficacius dici poterat. Itaque Bacchis, quin, inquit, maneo; in eodem scilicet tempore. At, *dabo*, si diceret, respondendum erat, *quin ego manebo.* Spissum autem, vt ille ait, verbum est, *dabo.* Si etiam dicat Syrus, *paratum est argentum*; quidni occurrat continuo meretrix; *quin das igitur, si paratum est? quid me ductas?* Notum est hoc enim e disciplina meretricia: *Manus nostra oculata sunt: credunt, quod vident.* Nunquamne autem concedent mihi, neque intelligent isti, nihil ad rem dici; *quin est paratum argentum?* Hoc enim illa iam tunc ab initio queritur, se promissis duci: quod qui faciunt, ita fere solent, vt dicant, *paratum est* nihil itaque hoc ad sistendam illam. Recte ergo, opinor, scriptus ille codex, *do pactum argentum.* Illud autem, *inlinx*, ausus sum de veteri interprete Petri Stanæi, qui de silice & illege vulgata illa referebat; vnde mihi suspicio: & probabat Stanæus, *illix*, eum, vel. *illex* apud Terentium legisse. absque hoc sit, quorsum ea commemoramo? Sane ita veteres interpretes habemus, vt de huiusmodi illorum quasi nutibus nobis aucupandū sit. *Inlix*, autem *parasitus*, designate: vt aues illices, illecebrosæ scilicet, quæ alias cantu inducunt. Asinaria:

Esca est meretrix, lectus inlix est, amatores aues. Pœnulo:

quippini, si tu voles
Operire capita, ne nos leno nouerit,
Qui illi malo res tantae fuimus illicet.
Cistellaria germanum huic Terentii loco est:
Actum est ilicet, med illicem & scelestam.
Hoc itaque promouit interpres, quicumque is fuit tandem: atqui id, quod nunc addam, vulgatus hic, qui circumfertur:
At primo homo insanibat. C. cedo, quid postulat?
G. *Quia? nimium quantum libuit.* C. *dic.* G. *si quis daret*
Talentum magnum.
Cum V. C. Academiae Colon. consulebam, reponebam:
At primo homo insanibat. C. cedo, quid postea
Tulit? G. quid? nimium quantum. Ch. dic. G. si qui daret
Talentum magnum.
Tulit, autem heic est, quomodo passim per libros spargitur, *quid fers?* Apud Cic. de orat. l. 1. *Quid fers Cincinnole?* vt emas, si vti velis. Ita, *ferre legem ferre conditionem.* Sed cum Bas. & Brunii librum audio, proprior sum, vt restituam:
Cedo, quid postulat?
G. *Quid? nimium quantum.* C. *quantum? dic.* G. *si quis daret.* *T. m.*
Nimium quantum, coniunctim, manifestum est in verbis interpretis. Adiuuat Sosipater Charisius, qui Celsum ita legisse ait, & accepisse pro, *mirum quantum, incredibile quantum.* Locuti sunt certe ita optimi quique: in iis saepe Cicero: vt; *sales nimium quantum in dicendo valent. Differre inter honestum & turpe nimium quantum.* & alia multa. Gellius in eo semel atque iterum mendosus. De Laide meretrice: *Poscebat*, inquit, *nimiam quantitatem.* Plane rectum est: *Poscebat nimium quantum.* Quibus castigationibus, si in quo multi insaniunt, venditare me vellem, quantumlibet multi laudari a me poterant, Basileae Rauracorum: tum Agrippinae Vbiorum; praeterea in Anglia; & Lugduni Batauorum, quibus cum eas ante septennium, ac post deinceps communicaui. Sed inanes hoc iuuat. Tibi, V. Clariss. vt Ciceroni Plato quondam, pro multis erit Hieronymus Berchemius. I. C. doctissimus, mihi, possum dicere, amicissimus, qui vni tibi amiciorem arbitraretur. Et nihil attinet, sed dicam tamen: libri adhuc mei de iis rebus sunt, quos quintum iam annum habere fere, in publicum constat. neque tanti tamen est: quippe facilimum fuit restituere.
Quid? quod hoc quoque ita scribendum est, ex interprete:
Quoune ego, erfs illi porro adijs, ... non, vt frequentatur, *illis quibus debui?* Quid quod eadem fabula illud?
In ius eamus. P. ius ius? hui, si quid ...
D. Assequere, ac retine, dum hic ego seruos euoco.

C. Enim

C. Enim nequeo solus: accurre huc: P. una iniuria est
Tecum. C. lege agito ergo P. altera est tecum, Chreme:

restituendum est, obscure præeunte interprete, sed præeunte tamen: *una iniuria est tecum* Subauditur enim, *actio: una mihi tecum actio iniuria est*: vt in Rubricis Digestorum: *De aqua, & aquæ pluuiæ arcenda*. *De finium regundorum*. Et l. 8. ff. de in off. testa. *Si ex caussa de inofficiosi cognouerit iudex & pronuntiauerit*: aliaque talia sexcenta. Vnde autem semel atque iterum digressi sumus; *verum*, & *verbum*, sæpe inter se locum commutare; id nunc resumamus: Adelphis:

Postremo non meum illud verbum facio, quod tu Mitio
Bene & sapienter dixti dudum.

Senium ita nullum habet? aut eum, qui non sit a mente Demeæ. suspicabar legendum,

Postremo, nunc verum illud verbum facio.

Tu, inquit, verbum illud dudum bene sane dixisti: *Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus*. id ego nunc verum facio. Quando enim, quod negare nemo possit, sapienter hoc tum dixeris, fieri re ipsa debet. atque huic coniecturæ fides quæri duobus locis a vete. Veneto videtur. Sed potius est vt scripserit Terentius: *Nunc meum illud verbum facio*. & persuadet mihi antithesis, *meum*, & *tuum*. Dudum tuum erat; nunc meum facio. Res leuis: quis negat? sed rem leuem nemo vidit hactenus. Atque vt aliquando rem agamus; dicemus, in quo vno milites apud scriptores impune peccatum sit. Amarunt antiquitus agentia pro patientibus verba ponere; atque hac vice inter se mutua vertere. Itaque Cicero ad Atticum: *Qua, inquit, quoniam ratio misit*. voluit dicere, *ratio emissa est*. Et ita nunc solum loquimur: alterum illud longe sumus, vt admittamus, tametsi video, aliter etiam posse accipi. Itaque, *mutare*, pro, *mutari*, Varro *Inter duas filias regum quid mutet, Antigonam & Tulliam*. Terentio id vocabulum ea forma excidit, imperitia scribarum, initio Andriæ:

In memoria habeo. SI. haud muto factum.

So. *Gaudeo, si quid tibi feci*: Cuius probitatem qui in controuersiam vocaret, nondum fuit: at ego eum, non vno vulnere defunctum, ita sanabam:

So. In memoriam habeo. Si. haud muto. So factum gaudeo,

Si quid tibi feci *In memoriam habeo*, feci ex coniectura: Postea in vetusto exemplari bibliothecæ ad XII. Apostolos Coloniæ, quod ibi in vinculis est, inueni idem. Reperi etiam, quamuis id tum non agerem, in libro doctissimi Brunii. Id placuit, tum maxime, cum animum ad antiquitatem reuocabam; cui placuisse hunc casum præ illo auferendi, iam olim compereram. Ita Plautus, Pænul:

Patrue, in memoriam habeas, tuam maiorem filiam
Mihi te despondisse. Sic enim editiones omnes fere: nisi quod id nuper mutarunt homines docti: qui vellem alibi operam lusissent. Atqui si hoc facerent imperiti, ferrem: nunc, primæ notæ viros vulnera infligere, vbi medicinam profitentur, perinde mihi videtur, ac de medicis affirmat Seneca, quorum tituli remedia, pixides venena habeant. Eodem, quo Terentius, iudicio fecit Cicero, cum maluit, *in potestatem habere*, quam, in potestate. Ac minus quam pro sua eruditione fecit Riuius, qui apud Sall. cum legeretur: *Talem virum in potestatem habuisset*, induxerit hoc, quod rectum erat: & falsum suffecerit, *in potestate*. Nam etiā apud Cæsarem de bello Alexandrino quibusdam in libris mansit: *Vt regem in potestatem haberet* & apud Suetoniū Augusto, capit. 13. in omnibus: *Vt quidem vni suppliciter precanti sepulturam respondisse dicatur, iam istam in volucrum potestatem fore*. quod cur mutare Turnebus voluit? Mihi cum id curæ esset, vt similia notarem, & in aduersaria coniicerem, tanto se numero obtulerunt, vt studio habere desierim. Quod in l. v. Coloniens. reperi Eunucho, id scribam:

Bello Iugurtha.

Perfice hoc
Precibus, pretio, vt hæream aliquam in partem tamen apud Thaidem.

ceterum est, vt dicam, cur in personis distinguendis nouum attulerim.

——SI. *haud muto* SO. *factum gaudeo.*

Mutare, si vetustatem audias, id est, quod nos, *mutari*. dicimus: nempe, sibi non constare: non permanere in eo, quod semel arripueris denique, vultus varios sumere. Liuius: *Mores quidem populi Romani quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit*. Præterea Cornelius Gallus; si is modo auctor est:

Et tam præclarum, quod male mutat opus.
Ante Auantinum in Catullo legebatur:
Hæc cum legas, tum bellus ille & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat.

Primus ille fecit, *nutat*: quem pararam pridem vt male haberem, nisi occupassent alii. Sallustius in eodem verbo corruptus est: *Quæ grauia quanquam, & flagitij plena erant: tamen quia mortis metu nutabant, sicuti regi placuerat, pax conuenit*. In scriptis plerisque, *mutabantur*: in reliquis, *nutabant*; e quo verum elicuit Riuius voluit; sed rostri satis ad eruendum non habuit. Non abest quin Gellio eadem labes hæreat: *Sed enim postquam in manus Menander venit, a principio statim, dij boni, quantum stupere atque frigere, quantumque nutare a Menandro Cæcilius visus est*. Quis enim dubitet reponendum, *mutare*? Alibi apud eundem mansit:

Iugurthino.

Risu

Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique Grammaticorum asseuerant necessitudinem & necessitatem mutare longe, diuerteréq;. Sic ergo his locis est, *mutare*, vt cum dicimus, *mutare mare*: quomodo Vergilius, *venti ponunt*; Cicero, *terra mouet*: Liuius, *tempestas sedat*: Plautus, *iræ leniunt*. Dixerat Simo nunquam se Sosiam, dum eo seruo vsus esset, arcte, contenteq; habuisse: postea etiam, ne parum eius liberali operæ responderet, donauisse libertate. Is hoc respondet, se ea memoria tenere. repetit herus, eodem in illum animo esse hoc est, non mutare. Sic ego sentio; in quo vtrum neque mihi satis liquet, neque, si liqueat, vt nunc quidem est, ausim dicere; alterutrum, certe necesse est, vt aut solus ad verum aspirarim, aut solus errem. Sed habeo sic quoque quo errorem purgem. Namque & interpres mirum quam sudat; maximum indicium, subesse mendum. Non temere aliter reperias: vt Phormione:

G. *Iratus est.* P. *tute idem melius feceris.*

vbi, si non aliud, pugnæ ipsæ illæ interpretũm argumẽti satis sint, vulnus subesse: cui alibi medicinam faciemus: nunc, quod in manu est.

Operæ pretium itaque est cognoscere, quæ ibi vulgatæ scripturæ enarrationes adferantur, cum iidem tamen illi fateantur; quod certe aliter non potuerunt; neque factum infectum fieri potuisse: neque Sosiam, qui talem se gessisset, in seruitutem reuocari licuisse. Nam quod Horatius ait: *Factum mutare laboret*; nimium quantum distant, velle, & posse. Non nimium metuo, ne castigationem meam parum probet, qui videat, quam commode hæc, & apte hæreant: *Gaudeo factum, si quid tibi feci, quod placet.* Id antiqui moris erat, tum, quando non pœnitere se facti dicerent, & voluptatem ex eo capere. Most.

Iam minoris omnia facio præquam quibus modis,

Me ludificatus est. 1 R. *Bene hercle factum & factum gaudeo.*

Contrarium est, *nollem factum*; vt in veteri verbo; *Quod datũ est, nollem datum: quod non autem datum est, non dabo.* Vnus etiã scrupulus restat, quem eximamus. Mirari enim quispiam posset, vnde hæc in libros nostros distinctio peruenerit, si falsa est. Huic id respondebo, primum, vnde omnia menda. Deinde, personarum distinctionem non esse a poetis; sed a litteratoribus: apud Latinos quidem: sed & apud Græcos. Hoc enim Euripidis interpretem dicere: & præterea argumento esse, deliberationem illam, qua nihil apud interpretes frequentius, vbi personarum nomina collocanda sint: quam nullam res dedisset, si ipsi auctores huic dubitationi prospexissent. Quin etiam eo processerunt, si personæ nomen poeta non prodidisset, vt ipsi de suo adderent. Nam Eunucho, senex pater Pamphili, qui e suburbano suo redit, apud Terentium sine nomine est: apud Menandrum Simo audiit, inquit interpres.

At nostri illi Lachis nomen posuerunt. Has meas emaculationes ita demum amabo, si eas a te probari sensero. Atque adeo de eadem nota adiiciam alia. In Coloniensi est, Andria:

Proinde hinc amolimini: nam mihi impedimento estis.

Prælis nunc excuditur: *Proinde hinc vos amolimini.* Sed locus medicinam ita postulabat nam accusandi casus, quem, vt nunc ætas Latinæ linguæ, postulare id verbum videtur, rectius omittitur. Eodem loco in Coloni. legitur:

Ego hanc visam. Da. *quid tu, quo hinc agis?*

Et sic scripserat Terent. sed homines inepti ita demum esse plenum arbitrati sunt, si, te, superflueret. Plaut. Bacchid.

Salue Philoxene. Ph. *vnde agis?* N. *vnde homo in sit.*

Moueo pro, *ire pergo*, ex ratione Latinæ linguæ: casu, quem appellant, inculcato, non perinde eleganter. Eunucho:

Moue vero ocyus te nutrix S *moueo.* C. *video: sed nihil promoues.*

Repererat in multis libris Riuius: *Moue vero ocyus te mea nutrix.* videbat, si reciperet, vacillare numeros. Reddamus igitur suam Terentio scripturam:

Moue vero ocyus mea nutrix. S. *moueo.* Non est difficile coniectare e commentariis, interpretem agnouisse, quod nos asserimus: cui accedit responsio Sophronæ; *moueo.* non enim ait, *moueo me*: ne addam, quod continuo est, *nihil promoues. Promouere*, dicimus, nec addimus quicquam: quidni etiam, *mouere?* tantillum enim non interest. Atque iis, qui ita in Terentio emaculando versati sunt, vt alio mentes, alio aures diuiderent, ignosco: qui hoc egerunt, ne quid mendorum relinquerent, quomodo perfecerint, non dico: cuiuis aparet. Phormione:

Qua via isthuc facies? G. *dicam in itinere: modo te hinc moue.* Scribendum est; modo hinc moue, reiecto illo, te, ex auctoritate Veneti veteris. Quod autem ita numeri labant, solet hoc postremis scenæ versibus. aut rest. tuendum; *Modo modo hinc moue* vbi alterũ *modo*, temporis est: alterum valet, *tantum*. Neq; mirum, corrupisse librarios: non corrupisse, id mirum foret. Adelph.

Insanis: aufer te. D. *age, da veniam filio.* Phormione:

Age, age inuentas reddam. Ph. *o lepidum caput.* G. *aufer te hinc.* Vtroque hoc loco, *te*, delendum est, & scribendum solum, *aufer*, ex auctoritate scriptorum codicum. Neque tamen est significatio quam suspicantur, *aufer manus, palpationes*: quid igitur *aufer*, est, *abi*, etiam cum solum capitur. Adelphis præterea scripsit Terentius:

Quomodo ex hac expediam turba. vt quidem in Colon. est. Isti mutarunt, *quomodo me ex hac exped.* Fecerunt, dum volunt expleте, vt minus elegans sit. In Brunii præterea codice inuenio:

Eas ad mulieres huc intro, atq; isthuc iusiurandum idem
Polliceare illis: exple animum his, atq; hoc crimine expedi:

vbi

tibi vulgo, *teq; hoc crimine expedi.* Nihilo aliter Hecy.

Postquam aspexi, o facinus indignum, inquam: & corripui ilico

Ardens lacrymans Nam *me*, abest, non modo a scriptis; sed etiam excuso Argentinensi ex officina Gruningeri. praeclare. id enim est magis e lingua latina. *Ardens*, addidi e Moguntinensi: & id manifestum est verbis interpretis. Neque dubium quin vetustae membranae cum Vergilii versum recte habeant:

Sternimus optatae gremio telluris ad vndam.

itemque:

Irruimus, densis & circumfundimus armis. Talia apud optimos quosque non dici potest quot reperiantur. Ennius:

Neq. sepulcrum, quo recipiat, habet portum corporis.

Certe, *recipiatur*, postulant vulgares aures: si Ennii aures vulgares essent.

Resque in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident

Quaeq; agunt vigilantes, agitantq;, ea si cui in somno accidunt,

Minus mirum est: sed in ii tanta haud temere improuiso offerunt.

Se offerunt, dicerent isti, quibus praeter praesentia nihil placet. Terent. Andria:

P. *Mysis.* M. *quid est? hem Pamphile, optime te mihi offers*; Scribendum, *optume mihi offers*; inducto illo, *te*: & ita veter. cod Colo. Ac nescio an apud Ciceronem quoque & Varronem, doctissimum alterum, alterum eloquentissimum, vbi legitur; *Calor se dies fregerit se*, exemto scribatur, *Calor dies fregerit.* Terent. Hecyra.

Perii, quid agam? quo me vortam? quid meo respondebo viro?

Scribo:

Peri, quid agam? quo vortam? quid. neq; aliter patiuntur numeri. Eunucho in Mog reperio:

Cum huc respicio, illaec interea commodum huc auorterat. Ad eũ modũ multa Cicero, Liuius, Sallustius, Tacitus, quorum exempla referre possem, si hoc ageretur. Haec ipsa, quae sunt animaduersionis potius, quam ingenii, prolixius recensui, quia in vulgus parum adhuc probata est haec orationis figura: & vt ostenderem, quoties eodem in genere apud vnum Terentium peccatum esset. Recte ergo (quod ante quadrienniũ persuadere nemini cuiquam potui) recte e veteri cod. emendaui, Hecyra:

At quid tulisse commiuiscentur mali,

Capiti atq; aetati illorum morbus qui auxerit.

Vulgo, *auctus siet*: in quo multi, vt veriu: consulerent, non illi sane sudarunt; ac ne laborarunt quidem: erat enim prope quo confugerent: veruntamen haeserunt Veriti sunt, ne Latine ita non posset, *morbus auxerit*: quod ansam dedit, vt deprauarent. Tibi ergo Latinum est? inquies. mihi vero, ac maxime; & nescio an aliter possit, vt tam elegans sit. Mirentur hoc quibus in

his studiis tenebræ sunt: tu qui potes, qui apud Catullum legeris:

O decus eximium magnis virtutibus augens:

& apud Plinium de natu. hist. cum ait, quæ Agrippa Romæ balinea fecerit, ad infinitum auxisse numerum. *Augens magnis virtutibus*, est, *auctus*: & hoc, *Peleus augens virtute*; tanquam si dicas, *macte virtute*. Sall. in orat Philippi: *Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse*. Cato originib. *Eodem nomine plures ex agro accessitauere: eo res eorum auxit*. Itaq; quod in Lucretio mutat Lambinus lib. 3.

Vnde homines dum se falso terrore coacti,
Effugisse volunt longe, longeq; remosse:

qui tam altum dormierit, melius dormiisset. Atque operæ pretium est cognoscere, qua condentia homo is heic ex se reliquos iudicet. Quidni autem, vt *mouere*, & *promouere*, absolute dicuntur, sic item *remouere*? Etiam illo versu Lambinus angitur:

Coqua est hæc quidem Agorastocles, vt ego opinor;
Scit, muriatica vt macerent: & metuit ne Plautus in Grammatica flagitium fecerit: mutatque ob id in, *macerantur*. agnosco acumen. Illa minus grauia ad aures nostras accidunt, *pallium rugat, vestibulum puluerat*: at miramur tamen: vt & Gellii illud, *verba maculantia*, cum audiri vellet, *sordida*. Quid autem caussæ est, cur ad ista aduertamus animum: ad hæc non item, *pallentem faciem, rubētes malas, hominem dolentem*? ratio certe non alia subest, nisi quod vsu minus detrita sunt. Sed ista tamen actiua sunt, hæc neutra: quam disputationem relinquamus scholis. Lucretius etiam, *mutare*, pro, *mutari* in 5.

Quandoquidem quos, vt q; in terris cernimus ignes,
Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum,
Perparuum quiddam interdum mutare videtur
Alterutram in partem filum, quo longius absint.

Neq; enim hoc dicit *filum mutat ignes*: sed, *filum mutatur paullum quiddam, vt quidem videtur*. Sed fine lib. secund. quantas turbas hæc res dedit?

Conterimusq; boues, & viris agricolarum
Conficimus ferrum, vix aruis suppeditati:
Vsq; adeo pereunt fœtus, augentq; labores, quos delendos Lambinus censet. Breuius non potuit. Sed illinc sunt v. c.

Conterimusq; boues, & viris agricolarum
Conficimus, seris vix aruis suppeditati.
Vsq; adeo parcunt fœtus, augentque labores.

Vix, inquit, suppeditamus aruis, quod ita rudius dicitur: *Vix nostro labore sufficimus colendis aruis*: vt ille sermo est, *suppeditare sumtibus*. Heautontimorumeno: *suppeditare amori*, Eunucho. Melior interpretatio, *suppeditatis aruis*, quibus arua suppeditant. Sera autem

autem *arua*, tristia, & laboriosa, ac grauia sunt. Ita interpretatur Seruius lib. 5. Æneid.

Saraque terrifici cecinerunt omnia vates.

Addit ex Hist. Sallustii: *Serum bellum in angustiis futurum.* Et in 6.

Distulit in seram commissa piacula pœnam.

qualiter item Propertius:

Sed postquam sera captiua est reddita pœna.

Sed & *sera arua*, quod tarde, ægreque fructum reddant. Quod sequitur, non concoxit Lambinus:

——— *parcunt fœtus, augentque labores:* pro, *parcius redduntur fœtus, & augentur labores.* hoc, vt supra in Terentio reposuimus, morbus auxerit. Quod eo etiam volui, ne quis in bonam solum partem dici ita, *augere*, putet; non item in sequiorem. *Sera*, autem alibi quoque ita Lucretius, initio lib. 3.

Hinc licet aduortas animum, magis omnia laudis,
Aut etiam vetiti, si fert ita sera voluntas,
lactari caussa. Emendandum est enim: *fera voluntas.* Nam, *fera*, numeri etiam respuunt: quo modo tamen est in v.c. &, *voluntas fera*, est, sinistra, stulta, turpis, inutilis.

MEDICINA PLAVTI MVLTIS VVLNERIBVS.

V. CL.

ADAMO A WACHTENDORFF,
Hanseatici fœderis Londinensi Secretario.

FAtendum est: pecco largiter, vir doctissime, qui tanto iam tẽpore, quo a vobis absum, taceo. Conuictus noster Londini iucundissimus, & tua illa humanitas, quæ in me præclarissima luxit, ne sermonibus quidem meis, quod minimum est, lacessita, postulare aliud videbantur. Sed scilicet reducem me domum fluctus eos excepisse, vt reperire exitum rerum mearum, aut oram aliquam consiliorum euoluere non facile possem: quæ mihi ægritudo non lubidinem solum vitæ illius iucundioris ademit: verũ etiam ipsam [illegible] sapientiam, verbo antiquo, expectorauit. Nũc quando occasio esset testificandi amoris erga te mei, paucas has notas in Plautum misi: quas tu probabis fortasse: mihi tamen non probabis.

MERCATORE

ITa animi decem pectore incerti certant. Scribo:

Ita animi mede cura in pectore incertant. Scen. Homo me miserior.

Mede, pro, *me* sententia est: ita me curę animi incertũ reddunt. hoc enim est, *incertare animi*. Epidico:

Scen. Duas res simul. ——— *longa*

Dies meum incertat animum. Paccuuius Duloreste:

Sed me incertat dictio. Ibidem:

Conuicium tot me annos iam si pasceret. Lego:

Conuitium tot me annos iam sic pascere.

Conuitium domus & familiæ, filius nequam: certe venuste. vitium enim domus, pars aliqua corrupta: cum plures partes vitium trahunt, conuitium: vt est in vetusto monumento Veronæ, quod a doctissimo Scaligero laudatur: *Conuitium refecerunt: valuas, limen de sua pecunia Laribus dant.* Ita accipiendum est igitur, vt se dicat pater conuitium domus pascere. filii enim flagitiis casurum decus familiæ: vt, cum plures partes ruinam trahunt, parua mora est, & tota domus eo inclinatur; Aut vt filius ipse dicatur conuitium domus pascere: & exemplo illa sunt, *alere probrum, & probrum expergefacere*, Curculione. Neque vero scripturam illam veterem damno: commulcium pascere. Nam vt Augustus Iuliam filiam, vomicam suam appellabat: Catullus Pisonis scabiem, ... tium quendam: alii alia; sic, communitium patris, filius nepos: tanquam dicas vibicem. Eadem fabula:

Scen. Tandem impetratum.

Adolescens cum sis, te, cum est sanguis integer,
Rei quaerendae tuae conuenit operam dare:
Demum igitur, cum senex sis, tunc in otium
Te colloces dum potest or, id iam lucro est,
Quod viuis.

Emendatum ita putat Camerarius: sed longe vrsisse a vero opinor scribes

Demum igitur, cum senex sis, tunc in otium
Te colloces: potare, cs. [autes]: id iam lucro est,
Quod viuis Samiare, pro tota illa re Veneris, non male. Certe quæ sunt veteres editiones, magna vestigia huius lectionis ostendunt. Postea:

Scen. Adducam ego.

Quid si igitur vnum, factum hoc, si censes, quoquam
Aliquem arripiamus.

Inepta lectio, cui tamen inopia melioris acquieuit Camerarius. Lego: *quid si igitur, si bonum factum censes, coquum Aliquem arripiamus. Bonum factum*, formula erat h[...] vsitata: & in edictis adscribebatur, inquit Tertullianus, [...]s compendio notari ait, B F. Pœnuli prologo:

Hæc imperata quæ sunt pro imperio histrico,
Bonum hercle factum pro se quisq; vt meminerint.

Sueton us *Bonum factum, ne quis senatori nouo curiam monstre...*

Hic illud esse: ex eo, quod vna est, *censes*: colligitur: & quod respondet, tanquam in senatusconsulto Lysimachus: *Ifine censes*

Sc. Sed & ego.

Nunquid restat? cheu dispereij vultus neutiquam huius placet.
Tristis incedit, pectus ardet, haereo. quid sit coepi Lego:

Nam

Nam quid restat? eheu d speri ju.n.h p.

Tristis inceait: pectus sarret: hareo Sarrret, est sarrit.

Quod enim digitis tanquam sarriret pectus, ergo dicit: Sic Militegloriofo:

Pectus digitis pulsat. cor credo euocaturus est foras.

Plana emendatio e veteribus editionibus Hedorpii, & Moguntinensi. Eiusdem fabulæ Prologo:

nharet etiam auiditas, desidia, iniuria. Sarraceni editio, *vesidia* rectum puto: vt *vecordia, vesania.* a sedendo, *ses.* atq; deinde *veses.*

Quæso hercle, animũ ne desponde. Ch. *nullus est, quem desponded.* Sc. Summ ego.

Loquere porro aliam malam rem: cui est empta, Scribo:

Loquere porro alia: quoi, malum, est empta:

Malum, aduerbium, vt sæpe alias. Fuit cum suspicarer verum esse: *Loquere porro, Aliensis.* Alia enim flumen, & Aliensis clades perniciosa Romanis fuerunt. vnde ominosa &, exitiosa dicebantur. vt a Cannis, Cannenses, qui fugaces essent. ibidem.

Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus. Lego: *pedibus esset Eutychus.* Ibidem.

Quid me facere vis? Ch. quod me vides,

Vt pereas. Lego: *quod me de uis.* Sic enim inuidiosius est, vt cætera Paulo ante. Tu me vis perire, cum his tuis verbis: hoc idem te volo.

Si opprimit pater, quod dixit exulatum abijt salus.

Sublego vestigia veteris scripturæ, & repono:

Si opprimit pater nos. vixid: exulatum abiit salus.

Vixid. pro. *vixi*; id est, *perij.*

Quid illuc est, quod solus secum fabulatur filius?

Sollicitus mihi nescio quare videtur. Ch *At tace.* Eadem.

Meus pater hic quidem est Scribo: Ch. *atate, Meus pater hic quidem est. Atate,* interiectio in re subita & timida.

Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim. Non concedam neq; quiescam v. que noctu, aut interdius. Scribo: *Non considam, neque quiescam.* Sideret, considere, se ad sedendum & quiescendum componere, Sc. Homo me miserior. Sc. Diuini atq; homi num.

Nihil opus nobis ancilla nisi qua texat, qua molat,

Lignum cadat, pensum faciat ædis verrat, vapulet:

Quæq; habiat quotidianum familia coctum cibum. Sc. Hom ma mis.

Lego: *quæque auiat quotidianum familia c. c.* Quæ, inquit, auidè vescatur miseris his quotidianis seruilibus escis. Ibidem leuiter emendandus versus:

Vbi qui amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere.

Eadem fabula:

Simul autem plenissime eos, qui aduersum eunt, aspellito. Sc. Limen superium.

Lego. *Simul autem planissime eos, qui aduersum eunt, cispellito.* Miror non plus cogitasse viros doctos, qui hic reliquerunt, *aspellito*, contrarium plane ei, quod significare vult Plautus. Cispellere Sc. Ex ...mus opi...

enim est, diuersim & ex eo loco pellere: *aspellere*, contra. Plautus captiuis:

Neque exsilium est, neque adeo spes, quæ mihi hûc cispellat metum: non recte in vulgatis, *aspellat*. Sed &, *cispellat*, v. l. Sambuci. Titinnius Gemina: *Non exsecratis parasitum, nec virum cisp. llitis domo?* Amphitruone: *Atque illuc susum ascendero: inde optume sic cispellam virum*

Sc. Profecto ergo. *Desuper*: quod Lambinus mutauit non recte.

Humanum amare est: humanum autem ignoscere est.

Nescin'ne obiurga hoc, non voluntas me impulit.

Lego: *Ne, sis, ne obiurga: ob, non voluntas me impulit*

Sc. Amica amico. *Ne*, eleganter iteratur. *sis*, est, *si vis*. Illo versu:

Quia tibi, unde huc aduecta sum, malis bene esse solitum est: risum captat Plautus ambiguitate vocum. Nam *malis*, valet, *maxillis*, &, *esse*, edere. Solitum est autem, maxillis esse.

Sc. Agite, ite. *Hæccine tua est amica, quam dudum mihi*

Te amare dixti, cum obsonabas? Ly *non taces?*

Ca. *Satis scitum filium mulieris: verum hercle amat.*

Inepta lectio hæc in Camerarii, & Lambini: illa veterum editionum: *verum hercle an net hoc?* supposita est. scilicet, quia præcessit *filium*. coniiciebam e Camerarii editione:

Satis scitum filum mulieris: Nereum hercle amat

Hominum omnium formosissimus Nireus celebratur. Itaque Plautus: Bella est, inquit, amica tua: sed & ipsa Nirea amat, cum te deperit. vt ironia sit in formam Lysimachi. Valla, pro, *an net*, agnoscit, *auet*. ita non pigeat coniecisse:

Satis scitum filum mulieris. LY. *verum hercle, abei, eh,*

Abin dierectus? Multa hac Comœdia inferta sunt a nescio quo cui, vt a Plauto edita fuerat, visast non perfecta esse. Ex iis hoc est:

Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Do. *Non domi?* S. *non.* D. *vbi?* S. *ruri esse autumant:*

Atq; numquid redeat, incertum, hodie: cum villico rationis satis.

Do. *omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam.*

Scripserat ille: *cum villico rationis putat.*

Do. *Satin? omnia mihi hodie eueniunt p. s.*

Eiusdem hominis adiectanea negotii vim exhibuerunt Camerario:

Sc. initium. *Quæ si tu nunquam quicquam assimile huius facti feceris,*

LY *Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet.*

Ædepol, nunquam caui, ne quid facerem: vix viuus sum miser.

D. *At ego eam expurgationem habebo, vt ne quid succenseat.*

Scripsit Plautus:

Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet.

Vix viuus sum miser.

D. *At ego eam expurgationem habebo. v. n. q. s.*

Post

Post primum versum deesse aliquid videbatur: cui is, quem dixi lacunarius, explendæ, vt putabat, sententiæ, hunc subiecit: *Ædepol nunquam caui, ne quid facerem.* Cistellaria:

Neq; prorsum iit hac: hic stetit: hinc illuc exiit: hic
Concilium fuit: ad duos attinet. hi qui sunt?
Atat. singulum video vestigium. hoc fecit Camerarius: non probo: tametsi Lambinus relinquit. otiosum est enim & inculcatum. priores editiones: *ad duos hoc attinet. Si quis, atat.* Mihi simplicius videbatur:

——— *Ad duos hoc attinet, quiqui sunt:*

sed verius: *Ad duos hoc attinet: hic quiniscunt:* quippe videtur signa quiniscentium in puluere notasse. & spectasse illum locum præcedente scena:

Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistellam.

valde hoc placet. Diligenter enim consistentium & progredientium vestigia oculis legit, vt non videatur quiniscentium præterire debuisse. Ibidem:

Ecquem vidisti quærere hic, amabo, in hac regione
Cistellam cum crepundiis, quam ego hic am si misera?

Quærere, non conuenit. Lambinus mutat, *auferre*: & certam scilicet coniecturam putat, ex vestigiis veteris libri, *quærere*: sed quid simile, *quærere*, &, *auferre*? ne addam, quod credibile non est, vocem vulgatissimam ita deprauatam. vere, opinor, emendaui: *ecquem vidisti ciere hic cistellam*, hoc est, *ciere. Ciere aliquid*, est, *sollicitare, & loco mouere*: quod qui nesciebant, quiduis supposuerūt, quam vt per eos regnaret vera lectio. Ibidem:

Mala merx hera hæc. & callida est. PH. *ecastor ita videtur.*

L. *Imitatur nequam bestiam & damnificam.* PH. *quamnam amabo?*

L. *Inuoluolum, quæ in vampini folio intorta, implicat se.*

scribo: *quæ in pampino filo tortam implicat.* Cōuoluolus enim tamquam filo se implicat: atque ea voce ad viuum res pingitur. Quin & in Langii codice est, *filo. Torta*, autem pro reste hic est: & eo dicitur, quia tanquam funem implicat & nectit suo se filo conuoluulus.

Persa:

Nunc huc introibo: visam hesternas reliquias,
Quieuerint recte, nec ne, num insuerit febris. Lego: *num iniuerit febris.* Nam vulgatum illud non latinum. Neq; tamen hic locus est, cuius mentionem Pompeius facit: sed Curculione: Sc. 1. Sc. Veterem.

Salue: valuistin' ostium oculeissimum?

P. Caruit ne febris te here, vel nudius tertius. scribo: *Iniit ne febris te. Init. febris*, pro, *corripuit. percepit.* Ibidem: Persa Sc. omnem rem.

Curate isthic vos, atq; approperate ocyus,
Ne mihi mora sit quicquam, vbi ego intro aduenero.

Commisce mulsum: struthea, coluthea& appara:

Bene vt in scutris concaleat, & calamum iniice. posteriora mendosa sunt: quæ restituebam:

Commisce mulsum: scutra, A coluthe, acamque appara,

Bene vt in scutris concaleat. Sed enim pœnitet: & affirmo rectius esse:

Misce mulsum, struthea, coluthea: myrrhina

Bene vt in scutris concaleant & calamum iniice.

Hoc ita esse, ex Plinio discimus, qui lib. 14. Cap. 3. *Lautissima*, inquit, *vina erant apud priscos myrrha odore condita, vt apparet in Plauti fabula, qua Persa inscribitur: quamquam in ea & calamum addi iubet.* Ecquid satis clare Plinius significat, *myrrhina*, hoc loco restituendum. Magnas autem iam tum olim lites dedisse hunc locum, neque conuenisse Grammaticis de interpretatione, Varro ostendit lib 1. de vita populi Romani: *Antiquæ*, inquit, *mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.* Meminit quoque Varro Anthropopuli: *Non modo vinum dare, sed etiam (vt Plautus ait) murrhina, passum defrutum.* Eadem Persa: Sc. Satis.

Amas pol misera: id tuus scatet animus: ego isthuc placidum tibi

Vt sit, faciam. Scatet, quomodo dicatur video; vt spectet illud, *placidum.* Quæ scateant enim fretum atque æstum, ac bullas fluctuantis aquæ imitari. Neq; hæc faciunt tamen, quin leuiter corruptum versum suspicer: *. d tuus caret animus. caret*, cum accusandi casu, plerunque: & *tuus*, id est, *tu* Eadem:

Quid ais? certumne est celare, quo iter facias pessuma?

S. *Offirmastin' occultare, quo te immittas, pessume?*

Fortasse verius, *quod imbitas. pessume? quod* pro, *quo*; vt numerorum ratio habeatur: quod sæpe monemus. Eadem:

Nam id demum lepidum est, triparcos homines vetulos, auidos, aridos

Bene admordere, qui salinum seruo obsignant cum sale.

Sc. Ioui opulento.

Virtus est, vbi occasio admonet, dispicere. quid faciet mihi?

Verberibus cadi iusserit? compedes imponi? vapulem?

Ne sibi me credat supplicem fore. Non Appollinis oraculum verius est, quam quod dicam. Scribendum est:

Verberibus cadi iusserit? compedes imponi? vapulet:

Ne sibi me credat supplicem fore. Hoc officium est serui nequam, verbera, compedes, omnia flocci facere, & super etiam, hero malum mandare. Quod, inquit, malum mihi dare herus possit, vapulet. Sic enim, quem insigniter contemni a se ostenderent, vapulare iubebant, vt Græci οἰμώζειν: In vulgato illo dicto libertæ: *Salue liberta: vapula Papyria.* Asinaria.

Pergin' precari pessimo? M. qua res? tun' libero homini

Male sermones loquere? Le. vapula. Eadem Persa:

—— *Eho*

—— *Eho lutum lenonium,* Sc. Curate.

Commixtum cœno, sterquilinium publicum. Lego:

Lutum lenonium, cōmictum cœnum Obsecro hoc nō melius est, quam illud, *ludum commictum cœnum?* quod quo modo dicatur, Plautus ipse docere nequeat. *Cōmictum,* vel *comminctum cœnum,* res fœdissima quæ quo turpior, eo melior lenonis definitio.

Statuite hic lectulos, ponite hic, quæ assolent. hic statui volo, primum, Sc. Hostibus.

Vnde ego omnes hilaros ludentes lætificantes faciam, vt fiam aliqua mihi.

Quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt, quæ volui effieri. Verba traiecta sunt:

Statuite hic lectulos, ponite hic quæ assolent. hic statui volo

Primum aquilam. inde ego omnes hilaros, ludentis lætificantes faciam, quorum

Opera hæc mihi facilia factu facta sunt. quæ volui effieri, vt fiant. Aquilam statui vult manibus; vel vino lymfando. *Aquilam,* ipsam aquam dicit: vt Cistellaria: *obsipat aquilam.* Vltima verba: *quæ volui effieri, vt fiant:* ea sunt ad familiam, & hanc sententiam habent: *hæc quæ mandaui vobis, memineritis facere* ibidem. *Aquila siue aquula (perinde est enim) deminutum ex aqua.*

Tu Sagaristio accumbe in summo. Sa. ego nihil moror:

Cedo parem, quam pepigi. In Sambuci, *pariam.* ex eo emendabam *cedo par, campeperi.* Errat enim, si quis aliam mentem Sagaristionis putat, quam sibi quoque suam amicam in conuiuio, quam a Toxilo pepigerat, poscentis. Quando tu tuos amores habes, cedo meos. *Par,* ita pro, *compar:* quod solitū esse Latinæ linguæ, mox apparebit. Minus audacter: *cedo parem, quam pepigi.* In Diris:

Tuque eris isti par, & prima nouissima nobis.

Sidonius Apollinaris:

Et te Massiliensium per hortos

Sacri stipitis Arbiter colonum,

Hellespontiaco parem Priapo. Petronius: *Non delectauit me tam curiosum principium, timuique ne in contubernium recepissem Ascylti partem:* Lego: *Ascylti parem.* Quamuis hic quidem malim, *Ascylti par* Sic enim solebant, hunc illius par dicere, cum geminum moribus significabant. Plautus Rudente, ipso prologo:

Is leno, vt se æquum est flocci non fecit fidem,

Neque quod iuratus adolescenti dixerat.

Ei erat hospes, par illius, Siculus senex, scelestus:

nisi quod, *par,* hic fortasse masculino genere est, *compar.* Eadem:

Neque eo leno, qui mihi tibi saltem dem staticulum, olim quem Hegea

Faciebat. Ita non male veteres editiones, vt, *saltem,* sit hic aduerbio. Neque enim alibi aliter, quam, *staticulum dare,* legimus: vt apud Macrobium: *voces demutat: staticulos dat.* Et in verbis Catonis: *staticulos dare, ridiculiaria fundere* Illo versu.

Hostibus victis. *Cum bene nos Iuppiter iuuisti, dique alij omnes cæli potentes:* quod, *iuuisti*, l.v. habet, non est mendum: Nam ex hoc natum etiam in Sambuci codice illud, *vidisti*. Ceterum a, *iuuo* præteritum est, *iui*, supinum, *itum*. Terentius Phormione:

——————— *Itane hunc patiemur Geta*

Fieri miserum, qui me dudum, vt dixti, adiuerit comiter? Adiuerit, præteritum ab *adiuuo*. Interpres vetus notat, v exteri, ne numeri labascant: Hoc quidem etiam apud Catullum videri poterat:

Non ita me diui, vera gemunt, iuerint:

Sed nulla talis numerorum necessitas subegit Ciceronem scribere in Epistola ad Seruium: *Si T. Manlium quam maxime, quibuscunque rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iueris, atque ornaueris*: neque Liuium libro vigesimoquarto: *Profecti is Carthaginem, aditumq; ibi & ab legatis Hippocratis & literis Annibalis, qui venisse tempus aiebant Sicilia per summum decus repetendæ &c. Aditus* enim, Liuio, quod nos tantum dicimus, *adiutus*. Recte etiam apud Ciceronem in Epistola ad Trebatium scribitur versus ille Heautontimorumeno:

Aut consolando, aut consilio, aut re iuero:

Quomodo in libris calamo exaratis repræsentari, fides sit penes Petrum Victorium. Id probant aures. nam versum quidem hiatus corrigit. Menæchmis.

Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,

Facere coniecturam? captum sit collegium augurum:

Age dum odorare hanc, quã ego habeo, pallam, quid olet? abstines:

Se. Ni mala. *P. Summum me olfactare oportet vestimentum muliebre:*

Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili. Ita me illæ Musæ, vt valde maculosum est. Sed & non valde dubito, quin omnes labes ex eo exegerim:

Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,

Facere coniecturam? captum sit conregium, augura:

Age dum odorare hanc quam ego habeo, pallam, quid olet?

P. abstine:

Summum me olfactare oportet. Conregium, pro, *conregione*: vt pleraque talia nomina vtroque fine dicebantur. *Conregio* autem, verbum augurum, notum: & in finiendo templo clausula: *inter ea conregione, conspicione, cortumione, vtiq; ea rectissime sensi. Capere* autem ipsum quoq; verbum auspiciale & augurale. *Capere conregium*, aut, *conregionem*, capere locum conregione Ergo omnia hic, quæ in effatis solent. Hoc mihi maxime omniũ probabatur: qui aspernabitur, poterit hoc etiam modo; *captum sit collegium: augura.* vt quid dicimus, *captus augur*, idem sit, *captum collegium*, quippe augurum. Nam *augura.* hoc loco vetus codex: nec mutandum fuit. Ego priore emendatione quiesco. Captius:

Adiut.

Adueniens deturbauit totum cum carne carnarium.

Arripuit gladium, praetruncat tribus tegoribus glandia.

Deturbauit, non conuenit: & mutaturus eram, etiam sine veteri codice fuisset. *decribrauit*: quod valde placet. Mostellaria. *carnificinum cribrum* est, quem crebri per vias forant. *Concribari*, multimodis confici. Ita ergo, *decribrauit* Sticho:

Sed ego ibo intro, & gratulabor vostrum aduentum filiis.

Postea ibo lauatum in pilum, ibi fouebo senectutem meam.

Quae Alciatus, aliique de pilis, & coactilibus nugantur, ea ne meminisse quidem sine risu possum. Duobus autem modis mederi posse loco videbar, vel ita vt scriberetur: *ibo lauatum a pila*. Primum enim, pila lusitabant: inde ad balineum: tum coenabant. id etiam senes: vt apud Petronium Trimalcio pila sparsiua exerceretur ante lauationē: post demum se dat conuiuio. Validiores qui essent, & hos ipse, maioribus pilis vtebātur: quas duplices appellabant. Lucilius: *Cum in stadio, in gymnasio, & duplici corpus siccassem pila. Duplex pila*, p crassiore, vt, *duplices ficus, duplex pān°*.

Contra, quem duplici panno patientia velat.

Vbi non significari diploidem, vt interpretantur, sed crassiorē pannum, non sinit quenquam dubitare ipse Horatius, verbis iis, *quem patientia velat*: quibus vestem significat pinguem, vt Suetonius appellat in vita Augusti. Pilę molliores Graecae, puellarum erant. Varro Sesquiulysse: *Suspendit Laribus marinas molles pilas, reticula, ac strophia.* De his pilis scribere Arnobius videtur in quinto: *Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, & teretes pilas, & virginibus aurea assumta ab Hesperidibus mala, erat nobis consilium praeterire: praeteruehi illa etiam mysteria, quibus Phrygia initiatur, atq; omnis gens illa, nisi, nomen interpositum hiclonis prohiberet: nos iniurias eius, ignominiasq; transire.* vt haec duplicia, sic duplā agninam vocabant, opinor, si grandiores iam agni & ablactati essent. Nā subrumorū carnes delicatiores sunt. Plautus Captiuis:

Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues,

Qui locant caedundos agnos, & duplam agninam danunt.

Turnebus ita maluit interpretari. pro vna arietina offa duplam vendunt clam suppositam pro ea fallaciter agninam: cui nō assentior. Primum igitur, vt dixi, hanc sententiam arbitrabar: alteram hanc: *Postea ibo lauatum in pyelo*. Nam in pyelo lauatio, mollior, & seni idonea. Poenulo.

Quid iam? S. quasi tu tacere quicquam potis sis rectius. M. Tacitus tibi resistam, quam quod dictum est mala mulieri. Non intelligitur:

——*quasi tu tacere quicquam potis sis M. tectius,*

Tacitius tibi rem sistam, quam quod dictum est mala mulieri.

Sic opinor legendum. *Tectum tacitum, tectius tacitius*, ita iuncta in formula latinae linguę erant. Hecyra.

Quaeque fors fortuna est, inquit, nobis quae te hodie obtulit,

Se. Iuppiter te.

Inde concribellare flagellis, apud Catullum.

Se. Ita me dij.

Caput 82.

Se. Satis spectatum.

Per eam te ol secramus ambo, si ius, si fas est, uti
Aduorsa eim per te tecta tacitaq; apud omnes sient. Tecta tacitai vt, *sarta tecta*. Hæc ergo sententia est: magis tectam tacitam rem tibi præstabo, quam quod malæ mulieri dicitur. *Sistere aluum rem integram*, eleganter ex hoc loco, pro, *non corrumperarem*. At Syncerastus futiliorem etiam cum ait, esse muliere mala. Ibidē quod sequitur:

Herus si tuus volet facere frugem, meum herum perdet; non putem ita Latine dici, *facere frugem*, sed, *facere frugi*: vt illud, *facere nequam, facere lucri, facere satu:*

Ait se peregrinum esse, huius ignotum oppidi.
Locum sibi velle liberum præberier:
Vbi nequam faciat. Sticho:

Sc. *Agite, ite* — *Ohe, iam satis: nolo obcades catuli vt ludunt nunc volo.*

Coniiciebam, *nolo obscaues, catuli vt ludunt bolo*. Videtur enim violentius lusisse seruulus, & reptauisse, tanquam catulus obscæuaret bolum. *Obscauare*, pro, *auidius vesci*, videor aliquot locis obseruasse, sed iis ipsis corruptis. Hac fabula:

Sc. Libres *in spexi.* — *Auspicio hodie optumo exiui foras:*
Mustela murem mihi abstulit præter pedes:
Eum strenua obionauit. Adulterinum hoc esse priores editiones ostendunt. Lego: *eum strenam obscæuauit*. In libris enim, *ob secrauit*: quod corruptum est ex, *obscæuauit*. *Strenam*, optime; neque aliter scripsit Plautus. Mus enim erat strena mustelæ. Sed &, obscæuauit, recte a me repositum, vincit illa vox, *strena*. Hæc enim ita coniugari solent, *scæua, strena*. Hac Comœdia item:

Sc. *Salute Athenæ.* — *Sequor: & domum redeundi principium placet.*
Bona cœna, strenaq; obuiam accessit mihi.
Quem locum haud dubitanter emendo.
Bona scæua strenaq; hoc bolo accessit mihi.

Ea huius scripturæ vestigia sunt in prioribus editionibus, vt de synceritate non dubitem. Ad primum locum vt reuertamur, vera scriptura esse videtur.

Nolo obscades quate aliud; lumbum volo nunc.

Lumbum quatit, qui malaca cinædica saltatione perpruriscit, quod facere Stichum vult. Captiuis.

Sc. *Quanto in pectore.* — ——*Iube. H. quid iubeam? E. ignem ingentem fieri.*

H. *Ignem ingentem? E. ita dico: magnus vt sit. H. quid in eo vis: vtier?*

Tuan' caussa me adeiu incensurum censes? Illis verba, *in eo*, inculcata sunt. Neque enim in vetustis editionibus reperiuntur. Emendo: *quid volturie,*

Tuan' caussa me adeiu incensurum censes? Volturium vocat parasitum edacem. At belli homines, *volt vtier*, fecerant, credo, quia ignis non est, vt non item vtat. Ibidem.

——*Hoc*

——*Hoc mihi dono datum est.* Sce. Saluete Athen.

S. *Quis somniauit aurum,* St. *quid id ad te attinet?*

Proin tu lauare propera. Turnebus hanc sententiam facit: *quis furatus est aurum?* *Somniator,* inquit, idem, qui, *dormitator.* Addit deinde exemplum Trinumo, vbi dormitator nocturnum furem significet. quæ omnia sane illo viro indigna sunt. Nam si ea sententia spectaretur, reponendum fuit: *quis summanauit aurum?* *Summanare* enim subducere, & furari est. Sed mihi simplicissimum quod est, probatur:

Sa. *Quis obsonauit?* St. *aurum. quid id ad te attinet?* Stichus, cœna, inquit, dicta est & vinum mihi dono datum. tum Sagarinus, quis ergo, inquit, obsonauit? Nam de cado dixerat solum Stichus: de esca nihil. Mostellaria:

Verum id videndum est. id viri docti est opus, Scen. Inppiter supreme.
Quæ designata sint, & facta nequitia.
Nequid patiantur, quamobrem pigeat viuere.

Hærent verba: & libri quidem omnes, *patiantur:* Lambinus mutauit, *patiatur,* atque in hoc triumphat. & caue tamen putes quicquam ineptius cogitari potuisse. Mihi in mentem veniebat: *Nequid pariant.* Sic enim Mox:

Neque quicquam nobis pariant ex se incommodi,

vt hoc probari poterat, ita nego aliter scripsisse Plautum, quam, vt nunc dicam: *Q. d. sunt, & facta nequia,* Nequia, pro: sum numeri postulant facta nequia. sunt nequam facta.

Nequid potiantur, quamobrem pigeat viuere. Hæc vetera sunt: *Consilia potiuntur malum: facta potiuntur cladem,* hoc est, *male cadunt.* Aulularia:

Caupones, patagiarii, intusiarii,
Flammearij, violarij, cerinarij,
Aut manulearii, aut murobathrarij. Scena. Narrant amici

Maneo in sententia, & affirmo scribendum esse, *malolathrarij,* a *malobathro,* scilicet. Reliquæ scripturæ, *myrobrechiarij, myrrobathrarij,* partim nullo sensu, partim commentitiæ sunt. Turnebus conijcit, *aromatarij* sed hanc licentiam ita suspicandi nemini alteri dedisset. *Myrobathrarios* non improbarem, & illam interpretationem de crepidis, si verisimile esset, artificium eius rei fuisse. Nam crepidas quidem si perfuderunt vnguento vulgo magis est vt id domi suæ fecerint. *Mullobathrarios,* a mulleis calceis scriberem, nisi longiuscule abesset a murobathrariis. *malobathrarios* ergo retineo. reliqua somnia. Epidico:

Hercle miserum est ingratum esse hominem id quod facias bene: Sc. rem tibi
Ego quod bene feci, male feci, quia amor mutauit locum. Lego: *ingratum esse homini:* paulo aliter hoc quam nostri loquuntur *ingratum homini,* quod is qui accipit beneficium, nulli gratiæ ponit Heautont. *Ignosces tamen post: & id erit ingratum. Id tibi erit ingratum,* hoc est, *nullam gratiam tibi habebit nemo.* Eadem: ——

nunc faciam: Cum gratum mihi esse potuit, nolui, gratum mihi, hoc nos ita, *gratum illi.* Cistellaria: ——— ——— *Si mihi*

Scen. Nullam ego.

Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.

P. Non ecastor falsa memoro, nam obiecto vnde hac gentium: Falsa, coniecit Camerarius: ante illum e vestigiis literarum fecerant, *cassa*. Ego illinc non sum, vt credam proculcatam, & proiectam vocem *falsa*, in litura imperitia librariorum delituisse: qui autem coniecerunt, *cassa*, paullulum opinor a vero abfuisse, & hoc potius vestigia illa literarum significasse: *non ecastor campas memoro. campa*, res fabulosæ, & fando tantum auditæ: quæ nusquam sunt, nisi in aere apud Aristophanem. Ergo, *campas memorare*, dicere, quod nusquam sit: Menæchmis:

Atq; adeo, ne me nequiquam serues, ob eam industriam
Hodie ducam scortum ad cœnam, atque aliquo condicam foras.

Perperam interstinctum.

Scen. 2. Act. 1.

Hodie ducam scortum, atque ad cœnam aliquo condicam foras.

Nam &; *ducere scortum*, simpliciter dicimus, vt nihil addatur: &, *condicere ad cœnam*, iunctim; non item, vt alterum omittat Mercat.

Scena. A mice amico.

Bonam hercle te, & frugi arbitror: matura iam inde ætate
Quoniam scis facere officium tuum mulier. Pa. pol docta didici,
Operam accusari non sinam meam. Lego: *pol docta dico.* E vetustate est: *docta dico*, pro, *docta sum*. scio, inquit, facere sed & operā addam facere. Eadem fabula ille versus est.

Prologo.

Dico eius promeritu gratum me, & munem fore.

Scripserat Plautus, *memor fore*: vnde natum in quibusdam scriptis codibus, *mœnem fore*: quam scripturam ita probat Lambinus, vt contra hiscendi potestatem, nemini, si dis placet, esse velit. atqui non certius est, solem illum lucere quam, *mœnem*, scriptum a Plauto: vt *commœnem* Pseudolo:

Scen. Prob. Iuppiter.

Nunc inimicum hunc commœnem meum, atq; vostrum omnium,
Ballionem exballistabo. In Sambuci enim codice, *cōmenem*, deprauatum ex, *commœnem*. Trinumo:

Scen. Quo nunc ...

Feceris par tuis cateris factis, patrem
Tuum si percolas, per pietatem. nolo ego cum improbis te viris,
Gnate mi, neq; in via neq; foro vllum sermonem exsequi.

Credidi legendum: *tuū si patrem percolas, pies pietatem.* Asinaria:

Vti piem pietatem. si isto more moratam tibi
Postulem placere. Corruptum hoc quoque est apud Ciceronem de finibus in poetæ antiqui versibus, *piare pietatem*: quem locum quod memoria non teneo, neque libri ad manum sunt, frustra est velle adscribere Sed non præsto apud Plautum hanc emendationem. Vetus fortasse: *patrem*.

Tuum si percoles. Per pietatem, nolo ego te,

Gnate mi, neque in via, &c. Per pietatem, obtestatio est atque obsecratio: vt illa, *per deos, per te, per vitam tuam*. Trinumo: — Scen. Stasime.

Emere meliust, cui imperes. C. pol ego emi, atq; argentum dedi.

Sed si non dicto audiens est, quid ago? S. damnum malum.

C *Bene mones*. Lego: *quid ago?* S. *dane malum* perspicue verum. *Dano*, pro, *do*, vetustum. Laudauimus supra versum: *locant caeduos agnos & duplam agninam danunt*. Eadem Trinumo:

Hic homo est omnium hominum praecipue voluptatibus gaudijsq; ante ponendus, — Initium Scē.

Ita commoda, quae cupio, eueniunt. Lego: *Ita commodum, quae cupio, eueniunt*: aut etiam *commodo*. Sisenna:

Atque ipse commodo de parte superiore descendebat. Hic ipse Mercatore:

S. istac ibis, commodum obuiam venies patri. Rudente:

Easque res agebam commodum Aulularia:

At at perij hercule miser, aperitur Bacchanal, adest.

Scilicet tantū otii in fuga etiā Congrioni fuerit, vt fores clauderet; & nūc eas necesse habuerit in exsudo Euclio aperire. Scribo — Scen. optationis.

At at, perij hercule miser: ah perij Baccanal adest.

Scriptum fuerat illo more, *aperij*: ex eo factum *aperitur*. Curculione;

Sed eccum lenonem incedit thesaurum meum. Langii: — Scena, Phadroma propera.

Sed eccum lenonem incudit thesaurum. Lego: *eccum lenonem, incudem thesaurum meum. Incudem*, militariter: quem ille verberibus habiturus sit vt incudem, atque vnde multos nummus procudat. Amphitruone:

Quasi incudem me homines octo validi cadant.

Pseudolo:

Nam hic mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos.

Pseudolo:

Va tibi: tu inuentus vero meam qui forcilles fidem?

Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier. — Scen. Hi loci

Nescio quid illud verbi sit, *forcilles*. Nam Lambini quidem interpretatio huiusmodi est, vt absurdiorem aliam reperire, praeter eum possit nemo. *Floccilles*, commentitium est neque tamen sententiam assequitur. Si credere velles, poterat videri rectum verbum *sucilles*, pro *sugilles*: &, *sugilla re fidem*, aperta oratio. *Sucilles, suciles, furciles*: his gradibus iri solet ad deprauationem: Sed longuscule abest. Conuiciebam ergo ex *forcilles, forilles* a fori s: vnde item ductum verbum *conforiare*. Ita ergo *foriare*, & *forillare*, vt Trinumo, *lutulare*: nisi tamen propius vero abest, *furcilare*, a *fure* & *incilando* compositum. Atque etiam alia verba componere his iis est, quibus licet esse tam disertis: mihi nullum horum valde placet. Totam ergo hanc partem ne legito; aut si legeris, obliuiscitor; aut si non obliuisceris, ne nihil agas, emendato. Hoc qui- — *Conforiare*, lectum est apud antiquos, idem quod, s Thomas auribus profandus est): [illegible] re, a foris scilicet.

dem esset, nihil agere. Sed discedamus hinc tamen. Trinummo:

Scena, vt mihi rem narras.

——*eo ego igitur intro ad officium meum:*

Tu istuc age. M. actum reddam, nugæ hæ sunt.

Hoc subiegit Camerarius ex vestigiis literarum. Malo ita legi: *Actum reddam. iam nugas hic erit. Nugas*, est sycophanta; eum rediturum se ait, vt iam nunc ibi sit. *Nugas*, pro nugatore, verbum probum: & agnoscit Priscianus libro quinto, Comminianus, & Carisium. Epidico: —— *Sed eccum ipsum ante ædes conspicor Apœcida.*

Scę. St. tacete

Qualis volo vetulos duos iam ego me conuertam in hirudinem. Non est de nihilo, quod in optimis scriptis libris lacuna patet illo loco, *qualis volo*. lego: *iaciam bolum: duo senes, iam ego me conuertam in hirudinem,*

Atque horum exugebo sanguinem. Errori ansam præbuisse putem comicam ellipsin. Melius tamen esset: *vno bolo duo senes*: Et hoc tueor. ibidem Epidico:

Tum tu igitur calide iam, quicquid acturus es age.

Procul dubio scribendum, *calede. Calidum*, alias præceps & inconsultum hic, festinatum atque acceleratum. Varro, *Cum dixisset ▪ bulus, ecce caudu pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiam.* Ergo, *calide age*, hoc est, *sine mora*. Ibidem minimum mendum est illo versu:

Sc. St. tacete

Tace modo, est lucrum hic tibi amplum P. deos quidem oro. E impetra. Scribendum enim *impetras*. Cistellaria:

Scen. nisi quid mihi

Mi homo, obsecro, alias res geris: ego tibi meas res mando.

L. istuc ago, atque istic mihi cibus est quod fabulare:

Sed inter rem istam agendam, hera huic respondi quod rogabas.

Melius est, quod mihi in mentem veniebat:

Sed inter rem istam agendam e re huic respondi quod rogabat. E re respondi, in istam rem respondi quam agimus. Mercatore:

Scen. Agite, ite.

Num metuis tu istanc? L. sapio, nam mihi vnica est.

C. *Vin me experiri?* L. *volo* Scribendum: *Vin me expediri?* hoc enim colligitur ex iis quæ sequuntur: *mercedem cedo. experiri*, hic quo spectet, non facile dicas. Casina:

Act. 1. Scen. 1

Ita te aggerunda ceruum aqua faciam probe,

Vt postilena possit ex te fieri. Scribendum, *cernuum* Hoc leue est peccatum tamen etiam ita apud Ciceronem in Arato:

Tum magni coruus Capricorni corpora propter

Delphinus iacet: reponendum pro, *coruus cernuus* Nam in scripto libro Prisciani, *cornuus*, legitur. Delphinus autem tanquam cernuare videtur & identidem pisces cernuant: quem gestum imitabatur ludus pastorum: qui, vt inquit Varro, in vncto corio cernuabant Menæchmis:

Sce. Sine sodes.

Eho M. senio accede huc. Mel. quid negotii est? M. scire vis?

Mel.

Mes. *Quid ergo opus est?* M. *opus est.* Mes. *scio vt me dices.* M. *tanto nequior es.*

Habeo prædam. Lego, & præsto eam scripturam: *quid negotij est?* M. *ff scire vis?*

Mes. *Quid ergo?* M. *opus est.* Mes. *quid opus?* M. *scio, vt me dices.* Mes. *tanto nequior,*

M. *Habeo prædam.* Silentii illam notam de sententia conieci, quod eam postulant sequentia illa messenionis: *quid ergo?* verum hoc esse in veteribus editionibus, apparet, quæ habent pro illo, *vis scire, sus. ire.* Captiuis:

Philocrates, vt adhuc locorum feci, faciam sedulo, — Scen. Quæres:
Vt potissimum, quod in rem recte conducat tuam,
Id petam, idq; persequar corde & animo, atq; viribus.

Lego:

——————*faciam sedulo,*

Vt possum: quod in rem &c. Vt possum, inquit, faciam, quod in rem tuam sit. Bacchidibus:

Vix videtur fieri posse. M. *perge, ac facile hac feceris.*

Qui corruperunt, inuenerant, *ac facile ecfeceris.* Sic enim tum scribebant, pro, *effeceris.* Cistellaria:

Ego te reuoco, & voco ad diuitias, vbi — Scen. Annum sectatus sum
Tu collocere in luculentam familiam.
Vnde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis non enim hic, vbi ex Tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.

Modus hic est fidicinus & tibicinus. Hoc enim notum est, antiquitus fuisse Romæ Tuscos augures, haruspices, ludios, tibicines. Inde tuba Hetrusca. Sed & Tusci e Lydia, vnde modi Lydii. Ibidē in Tusco vico habitabant scorta. apud Horatium: *Tusci turba impia vici.* Iam ergo ludit iis verbis, *Tusco modo.* Significat enim numeros lasciuos in re Veneris, & schemata libidinis: Fugit ratio Camerarium, qui, *modo,* hic aduerbiū facit. quæ caussa fuit cur hæc adderem. Pœnulo:

Postremo modus muliebris nullus est. — Scena Negotii sibi.
Neq; vnquam lauando & fricando scimus
Facere. * *Nam quæ elauta est, nisi*
Perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.

Primum, lacunam illam implendam puto hoc verbo, *pausam: scimus facere pausam:* deinde scribendum: *meo animo quasi musta est:* vt scripti codices habent. nam, *illauta,* ab emendatoribus suffectum est: quod quidem verbum hic fere nihil dicit, & ab illo, *quasi,* refutatur. hoc vincit, verbum aliquod per similitudinem, dictum a Plauto. *Musta,* adiectiue positum, vt *ephia;* quomodo *epula oues,* præpingues, apud Varronē, quod Bonofideo, præceptori meo, cuius morte tu magnū detrimentū acceperunt literæ,

ante annos aliquot probabam; & video in ea quoque sententia Scaligerum. Bacchidibus:

Sc. Atrito duo. *———— Mnesilochus Sinon est.*
Rel. Elatus ille non in busto Achylis, sed in lecto accubat:
Bacchidem habet secum: ille olim habuit ignem, qui signum daret
Hunc ipsum exurit.

In his postremis vitium est Lego:

———— ille o.h.i.q.s. daret:
Hac ipsum eccum vrit.

Ait Mnesilochum Simonem esse: & quidem vt ille olim intentus occasioni, ignem apud se habuerit, ita Mnesilochum suum quoque ignem, hoc est, amicam apud se habere. Et quidem, inquit, eccum nunc ignis ille vrit.

BENIVOLO LECTORI.

Narro, quod actum est. cum, quicquid scriptum spicilegiorum habebam. & (quæ maior pars est) quod interea dum illa exprimuntur, nasceretur, in vnum Commentarium conferre vellem, longe aliter, ac ratus eram, euenit, vt medium operis in ipsum mercatum Francofurtensem incideret. Enimuero fremere bibliopola, & cum cursore expostulare: queri iacturam suam nisi tum prodirent: & redire in me inuidia, per quem, lucem tutiantem identidem, & alia aliis sufficientem, stetisset, ne propositum tenerent, aut numerum paginarũ inire possent. Itaque feci, quod aliter copiæ non erat, in duos commentarios illa tribui: quorum priorem nunc habes: alterum & secundum mercatum dabimus: & breui, spero, tertium accudemus: neque imitabimur eos, qui te pollicendo annos multos ductant. & tanquam promittere, dare sit satis sibi ea re ad gloriam profectum putant. In eo commentario hæc sunt

I. Sallustius emendatus in fragmentis.
II. Lucretius libro sexto correctus.
III. Terentius Andria act. 1. Sc. 1. emendatus.
IV. Reditum ad Lucretium libro quinto.
V. Sallustius emaculatus.
VI. Hecyra Terentii, vt captus noster est, tota emendata.
VII. Lucretii vulneribus facta medicina libro quarto.
VIII. Lucretio item litatum libro tertio.
IX. Cornelius Tacitus, vbi alii conclamarant, quod potuimus, restitutus.
X. In Petronio Arbitro, quæ laborabant; sanata multa.
XI. Lucretius libro secundo, & primo emendatus.
XII. Quæ peruiam hoc libro tetigeramus, quædam vberius explicata

FINIS.

LECTOR,

Siste. Hæc vide, & crede.

PRimum, quæ legis heic, mea esse, si aliquid ex iis quis alius notauit, obseruauit, libenter, volenter iam nunc suum rescribo, tamen non vidi, non legi, ex animi sententia dico: iusiurandum darem, ni rectissime insusurrare Simonides;

Πρὸς ἀπειρίαν ὅρκος σοφιστὴς ἐσὶν ἀξιόχρεως.

Et facile, vbi degimus, locus excusaret. Deinde, in laudandis referendisque librorum cum editorum, tum manuscriptorum scripturis vsum fide antiqua, & Germana. Notores non dedi, noui patricias istas arteis, ac odi. Lectiones hactenus inuisæ, & e Manuscriptis platæ apud multos vix inuenient fidem, nec laboro: modo apud illos, quos amat fides & virtus; e quorum ingeniis meum comparatum profiteor. Quod superest, te mihi æquum, & volentem oro: vt sicubi lapsus sum, aut aliquid minus commode elapsum, homini adulescenti humanum te præbeas, & legem Persarum æquitatis, iustitiæque plenam, in memoriam reuoces: sicubi vero bona dixi, fruare vt tuis, vtare tamquam meis. Valeat Thaletis illud, & non solos se sapere existiment; qui olim his literarum humanissimarum studiis Tyrannidem arroganter ac superbe adfectarunt. In quo desino Lector, fortassis an amice.

IACOBI IAC. N. SCHEGKI

OBSERVATIONVM ET EMENDATIONVM

PRÆMESSA.

De Ciceronis loco secundo Legum quæsitum. Iupiter Vicepota. Victoria adiu. Seneca, Liuij, Asconij loci. Cicero quincto Tusculanarum emendatus. Acradina. Porta Acradina.

EPISTVLA I.

HVBERTO GIPHANIO.

AD grauiora litterarum quod me hortaris, Huberte Giphani dici vix potest, quam mihi in partem, & voluptatem. intellexi iudicium vtriusque conspirare, etiam hærentem te confirmare salubribus præceptis. itaque quod olim de Charitibus ille;

οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας ταῖς Μούσαις συγκαταμιγνὺς ἁδίσταν συζυγίαν.

Id ego serio atque constanter de Ciuili Prudentia cogito porro. Obseruationum libros, quos parabam, deposui, tempora hæc siue video, siue ætatem meam, siue Germaniæ nostræ studia, non consultum. nec tamen impetraui a me, vt nihil tumultuarie hæc pauca legi, non in nomen. qui enim? sed auctorum conciliandorum, macteque iubentium caussa. Tu legitimi senatus Critici merito tuo princeps, sententiam hic dicas in primis, atque de hac mea correctione me doceas.

De Ciceronis loco quæsitum.

Cicero II. de Legibus:

Quod si fingenda nomine Vice poeta, & potius vincendi atque potiundi, statassandique cognomina Statoris, & inuicti Iouis.

Quæro hic satis Latine Ciceronianum in modum *fingere vice Poeta*? hoc primum. Deinde, quo referendum τὸ *vincendi atq. potiundi*? ad *inuicti Iouis*? nugæ Germanæ. Dionysius tuus quid confert? gerras. quid filius eius? sequitur vestigia patris. contuli varias editiones. ac tentabam:

Quod si fingenda nomina, fingenda potius, Vicepota a vincendo, atque potiundo sistendoque Statoris cognomina Iouis.

Toti huic loco contaminando nomen *Vicepota*, ignotum librariis, & quiqui primas tractarunt editiones. isti vt stolide confidentes cum legerent, *fingenda*, si dis placet, bene emendarunt vicepoeta coi Zenodotii

Vicæpota cognomen est Iouis. Seneca Ludo de morte Claudii: *Proximus interrogatur sententiam Diespater, Vicepota (vir summus male Nicephori, siue Iapeti) filius, & ipse iam consul designatus.* & Liuius libr. 2. ab V. C. de Valerii domo: *Delata confestim omnis materia infra Veliam, & vbi nunc Vicepota est, domus in infimo cliuo ædificata.* Asconius tamen in L. Pisonem Liuii, velut fullonica trua, confutare videtur: ait; *Varronem tradere, quia sæpius vicerat, ædes in Palatio tributas. L. Higinius dicit libro priore de viris claris: Et P. Valerio Volesi filio Poplicola, ædes publicas sub Velia, vbi nunc Ædes Victoriæ est, populum ea lege, quam ipse tulerat, concessisse,* inquit ecce, *vbi nunc ædes Victoriæ est*: Et Liuius, *vbi nunc Vicepota est.* ergo cognomen Victoriæ. Quid pronunciandum? an in Pædiani verbis mendum, & legendum, *vbi nunc ædes Victoriæ est?* vt Vicepotà Iupiter idem sit cum Ioue Victore, Nicæo, Victo. sic indigetant auctores. Et Liuius libro XXIX plane non obnoxiæ tradit Victoriæ in Palatino fuisse. at Vicæpotæ eodem auctore in plano, hoc est (cum Halycarnasseo Latino loquor) imo cliui, siue margine Palatini. Et abique Asconii, non puto proferri auctorem, qui Victoriæ hic statuat? non dixerim, non abnuauerim. an Ioui cum Victoria communis? quidquid id est, Ioui hoc cognomen vnice asserit locus Senecæ superior. Vt enim Diespater & Iupiter, Marspater & Mars idem: ita Diespater & Vicepota. Ludit Seneca in isto ludo, tamen vt seruet decorum, & morem, hoc est, demonstret filium a patre, non matre.

Idem Tuscul. V.

Idem emendatum.

Ego autem cum omnia collustrarem (est enim ad portas Agragianas magna frequentia sepulcrorum) animaduerti columellam, &c

Quæ hic porta *Agraniana*, siue, *Agrigentina*, aut *Egredinas*, ita variæ in libris. Veteres doctissimi Fuluii Vrsini, *Achradinas.* Prona emẽdatio, & recta *Acradina* vel *Acradinas*, phrasi nota doctis. Cicero Verrin. libr. 4. Syracusas describens ait, *Altera autem est vrbs Syracusis, cui nomen Acradina.* Plutarchus Timoleonte: *Et occupauit Acradinam appellatam. ea vrbis Syracusæ, quæ quodam modo ex pluribus composita & constructa vrbibus, munitissima pars.* Liuius libro XXV *Et Syracusani tandem liberi metu, portis Acradinæ apertis oratores ad Marcellum mittunt.* iuuat quod non obscure e Liuio, & Plutarchi Marcello colligas, Archimedem habuisse Acradinæ. Satis. Cui rei ad hoc sacrum, Giphani, longioribus tibiis. tanti fuit monere, monitum a nullo dum quod sciam.

Ad Liuium lib. 24. lectiones variæ, indidem bis emendatus, nupera mea in eadem diuinatio reiecta. Septemuiri. Noxa esse. Mureti emendatio improbata.

EPISTVLA II.

IVSTO LIPSIO.

VIr magne. Animi mei mentem; quam nuper per Plantinianos subitis, & in subidis tibi expressi, non itero. ad ea potius auide auide tua audaculus exspecto. Si enim hoc tibi eximium, vt omneis, qui tua scripta pellegunt, mirentur, te ament, amicitiam magno ambitu expetant. anquirant, ambiant; qui non ego. cui tu ductor & doctor in istis libens merito audiueras? Et sint mihi numero volucres alæ, protelo mehercle non bicipiti Parnassi iuga petierim, sed illud ipsum Batauiæ terræ Lugdunum, quo te meam curam complecterer, & ab ipso lare hunc purissimi amoris adfectum explicarem. at quia isto vilius. aduolo verbis alatis, hoc est literis denuo, & nobilem illum Liuii locum tui iudicii facio.

LIBRO XXIV.

In ea castra Classius Altinius Arpinas, clam nocte cum tribus seruis venit, promittens si sibi 2. præmio foret, se Arpos proditurum esse. Cum eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius, 3. al. is pro transfuga verberandus, necandusque videri, ancipitis animi, communis hostis: qui post Cannensem cladem, tamquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem discessisset, traxissetq; ad defectionem Arpos: tum, posteaquam res Romana contra spem, votaque eius velut 4 resurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem: vt 5. proditio pro septemuirali 6. iudicio esset, semperque 7. aliud sentiret, infidus socius, vanus hostis ad Faleriorum, Pyrrhique proditorem, tertium trãsfugis documentum esset.

1\. *Liuius tentatus & lectiones variæ adductæ.*

1\. *Arpinus.* recte.
2\. *Pramium* vet. Sig.
3\. *Altinus.* vett. vulg & MS. Sigonii, quod & perspicue verum pronũtiat; ego perspicue falsum. Sigonii enim huic loco contaminando fuit nota.
4 *Resurgere rursus videatur, turpius audeat nouam referre proditionem.* Valla.
5\. *Proditus pellis v i i. virali iudicio est.* vet. Sig. *vt proditis pro septemuirali iudicio esset.* Editio vetus, quam laudat Valla. *Proditis pellis u. m. virali indictione, & semper aliud sentiat.* MS Lipsii, qui & Sibullas vocat. *vt proditio septemuirali iudicio deesset.* Taruisana editio.
6\. *Indict. one deesset.* vulgati veteres. alii *iudicioresus.* alii, *semetuirali iudicio.* quod postea inepta explicatione iuuare conatus Sabellicus. 7. *aliunde sent* vet. Vallæ.

Locus vulgo depositus & cõclamatus. nec enim vnum vlcus, sed omneis articulos vis percepit gangrænæ. Scripturas variantes

variorum codicum ad oram bona fide, tamquam Polyidi herbas corrogaui, quæ quis scit? hunc Glauco facerent Medicinam in vitam. Itaque lego:

In ea castra Classius Altinius Arpinus, clam nocte cum tribus seruis venit, promittens si sibi præmio foret, se Arpos proditurum esse. Cum eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius, aliis pro transfuga verberandus, necandusque videri, ancipitis animi communis hostis, qui post Cannensem cladem, tanquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem defecisset, traxissetque ad defectionem Arpos: tum posteaquam res Romana contra spem, votaque eius velut resurgere videatur, turpius nouam referret proditionem: aliis vt proditor ille (malim pœne *proditis ille*, quamuis reuera non prodisi) *pro suomet tali indicio dederetur. & semper* (aut *semperque qui*) *qui aliud sentiebat* (vel, *aliunde pendebat*) *infidus socius, vanus hostis ad Faleriorum Pyrrhiue proditorem tertium trãsfugis documentum esset.* Sententia clara, aperta, nec opus explicatu. Fateor iam nuper in Velleio sequius de hoc loco sedebat iudicium. dabam coniecturæ doctissimi adulescentis, Matthæi Klok; quæ erat: *aliis vt proditis velle III-virali* (vel *septimuirali*) *iudicio dederetur.* Resipui. Hæc lectio manifesto βαρβαρίζει. quid enim est, *proditis velle dedi*? Quid triumuirale, aut vitiuiralé iudicium? in vrbe noui, non castris? Et quis ausit præstare hoc delicti ad triumuiros pertinuisse? magis septemuiros? quorum adeo nulla memoria, vt sicubi eorum exstet mentio (exstat autem apud Paullum Iurisconsultum l. 7. l. 28. l. 31. D. De inoff. test.) ex hoc manipulo expugnant viri docti, & substituant *Centumuirale.*

Sequitur in Liuio.

II. *Contra ea consulis pater Fabius temporum oblitus homines, in medio ardore belli tamquam in pace, te quoque* 1. *arbitrari & agere aiebat:* 2. *cum illud potius agendum, atque eis cogitandum sit,* 3. *si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant.* 4. *& non vocitent. documentum autem ducant statui oportere, si quis resipiscat & antiquam societatem respiciat.*

1. *Arbitria agere.* vet. Vallæ edit. Basil. Lips.
2. *Et cum.* Mediolanensis, quod notabis.
3. *ne noceret si quis resipiscat, & si quomodo fieri possit.* vet. vulg. notabis.
4. *Et non nocitiuum documentum* vet. Sigon. cui & locus insanabilis. *Et non nocitent documentum aut dicant statui oportere.* vet. Vall. *aut qui desciuerint nouo metu redire dubitent.* Valla *Documentum autem ducant. statui oportere non nocitiuum.* Lib. Mureti. *Documentum autem ducant, statui oportere non noceret si quis resipiscat.* quid. Et Taruis. quod significauit Matt. Klock, cui olim debebit Liuius.

Hercules cur numero mortuus! ecce tibi tertius decimus labos. Vbi nunc Æneadum acumen? En Rhodus; en saltus Locum

male multatum, etiam transpositum ac sollicitatum, indicio lectiones variæ, auxilio quarum repono:

Contra ea consulis pater Fabius, temporum oblitos homines, in medio ardore belli tumquam in pace, libera de quoque arbitria agere aiebat. & cum illud potius agendum sit, atq; eo cogitandum, ne noxa sit, si quis resipiscat, & antiquam societatem respiciat, documentum ducant statui oportere, si quo modo fieri possit, ne quis socij a populo Romano desciscant.

Hoc vult: præpostera prudentia homines, eum potius hoc periculoso belli tempore satagere debebatis, ne sociis in viam redituris fraudi sit, nos intempestiua vestra seueritate ducitis, δεῖν χρῆ statui oportere in Classio Altinio, quo omneis illi qui fidem adhuc nostram colunt metu pœnæ, & desperatione gratiæ deicisceret a nobis in animum inducant numquam. Istud, *ne noxa sit*, fuit *nocesit, noceat*. ita locutus Sallustius alibi: *Maxime vellem, Patres conscripti, praua incepta consultoribus noxa esse.*

Elegantissimus tamen Muretus variarum lib. xv. cap. xvi. diuerse emendat, sed, sit res mei iudicii, non recte. sequentia namque hæc Liuii reclamant. *Quod si*, ait, *abire a Romanis liceat, redire ad eos non liceat; quid dubium esset quin breui deserta ab sociis Romana res fœderibus Punicis omnia in Italia iuncta visura sit?*

Hac de re ego ita censeo. recte an secus, tu disputabis V.C. bene olim ille.

τοῦ πειθεῖν ἐξαμαρτάνειν φιλεῖ.

Terna in Festo diuinationes. ad fostem. F. pro H. & contra. vocis Inbibere eximia quadam notiones: Ciceronis pro Quinctio vulgata scriptura defensa. Iani Gulielmij laus. Inge auspicium Ennius fere emaculatus. Decotes Equites Celsi.

EPISTVLA III.

FRANCISCO MODIO.

QVoties sermones tuos ruminor, doctissime Modi, ac humanitatem; toties te mihi amicum obuenisse serio triumpho. omittam cætera. vel illud limine contractæ amicitiæ de N.N. tuo amice concreditum, q̃ insigne tuæ in me beniuolentiæ signum? His itaq; & tu humanitatis columen, Belgicæ terræ illustre decus in Præmessa nostra, atque has in Festo post magnum eius Apollinem diuinationes, fortassis an verisimiles tua censura dignaberis.

Diuinationes in Festo. I.

Ait Festus, siue potius Paullus:

Aduosem, aduersarium hostem.

Vidi quid Fruterius, quid Scaliger. potius rescripserim. *Adfostem aduersarium*, &c. consuetudine veterum, quibus F. ἀντὶ τοῦ H. & contra solens vsurpatio, doctore Quinctiliano. Et vero noster infra in *Fedum* aperte ostendit. ait: *Fedum pro hedo, folus pro holere, fostem pro hoste, fostiam pro hostia.*

Ait

Ait Festus:

Inbibere iungere. II. *Inbibere.*

Malo. *Inbibere iniungere.* Tres mihi notatæ istius verbi notiones non passiuæ. Vna, totum nauticum est, atque idem quod cursum flectere, & alio modo remigare. Cicero lib. XIII. ad Attic. Epist. XXI. Academicar. IX. & alibi. Altera, videtur idem Tullius pro Quinctio vsus, pro *pertendere* & *perseuerare*. inquit: *Quod si facere noluit atque inhibuerit, eiusmodi rationibus ad illum suas conditiones perducere.* Cicerонis locus. Docti tamen hic satis audacter contra cum editiones, tum libros calamo exaratos solicitant, atque *imbiberit, maluerit, Instituerit*, restituunt. Tertia, pro *iniungere, imperare, imperio vti.* quod docuit e Plauto Liuioque Gulielmius noster, iuuenis malo literarum denatus, addas per me hunc Liuii Libro XXXVII: *Et in senatu, & apud populum magnis contentionibus certatum, & imperia inhibita vltro citroque, & pignora capta.* Hunc in dubie inspexit Festus.

Ait. III.

Iuge auspicium, est, cum iunctum iumentum stercus fecit. Monstrum lectionis; an tentandum, *iunctum iumentum erctum est?* probaui olim Matthæo Klok. ad solemnia hæc solummodo testamenti, nec alio translata. ait, *iumentum hercisciturʔ* id est, disiungitur. audacter; sed malo nodus, malus cuneus, vt in vetiverbio est. Et nec ita longe abiuimus a scriptura, propius a re. Cicero II de Diuinatione: *Huic simile est, quod nos augures præcipimus, ne iuge auspicium obueniat, vt iumenta iubeant disiungere.* sustineo, & fungar vice cotis.

Ait;

Spicit quoq;, sine præpositione dixerunt, &c. & spexit.

Ennius lib. XVI:.

Quod vbi res paulo spexit de contibus celsis: Ennius forte emêdatus

Principium fragmenti laudat & Varro de lingua Lat. lib. v. diuerse:

Vos epulo postquam spexit.

Non adduco variorum varias emendationes, an coniecturas dicam; legerim,

Vos Epulo postquam spexit de cotibus celsos:

Vel ad Festi scripturam:

Quos vbi rex Epulo spexit de codibus celsos.

Nam in fragmentis Fului Vrsini est:

Quos vbi Rex...Vlo spexit.

Locus de cœna siue conuiuio fortassis an solemni, vbi princeps Epulonum, Modimperator sublimes, dico equites, conspexerit non veste cænatoria, sed toga detrita Decores. n. eodem auctore togæ detricæ; & Celsi, Equites, quorum hoc propriu n Epitheton. Horatius arte Poetica:

Celsi

Celsi praterennt austera Poemata Rhamnes.

Statius lib. I. Silu. IV.

Non iubente Numa timuit sic curia felix
Pompeis nec Celsus eques.

Peccatum versus quilibet facile excusabit.

Valerius emendatus, atque contra Pighium defensus. Abactus partus. Magistratus. Domitij Edictum. Telum varie sumitur. In conuiuio dignior locus medius.

EPISTVLA IV.

IOANNI AMBROSIO BRASSICANO
V. amplissimo Consiliar. Caesar.

NE in publica commoda peccem, rem sua fronte edisseram. Tu fortasse, cognate Brassicane, Panegyricum & flagitas, & exspectas: at ego quasi ex peregrina, delicataq; merce nugas meas tibi prodo. quas malum; inquies. Emendatiunculæ sunt reliqui in Valerio mendi tametsi autem in aula occupatissimus viuas, nec per grauiora ista leuia tractes, ea tamen tua eruditio est; qua patrem, patruumque & familiæ, & Germaniæ nostræ ornamenta non sequeris modo, sed adsequeris; ea in humanos humanitas, ea in mea beniuolentia tua, vt istis paratam censuram, mihi vero obstrepenti facilem veniam pollicear. vt vere, etiam atque etiam rogo.

Lib. IV. Cap. VI.

Valerius emendatus. I. *Territa metu, ne qua vis ei esset allata, exanimis concidit, partumq; quem vtero conceptum habebat, subita animi consternatione, & graui dolore corporis eiicere coacta est.*

Optimus liber, *graui dolore corporis abiicere coacta est.* Emendo; *abigere coacta est.* merum Latium. quamuis & alia lectio in ora libri Manuscripti, *graui dolore corporis abacta est* Venter, partus abactus, per vim eiectus. Paullus Iurisconsultus Sentent. 4. *Abactus magistratus, qui coactus deposuerat imperium.*

Festus Lib. V. Cap. II. initio.

II. *Vulgata scriptura defensa.* *Atque vt a publicis actis ordiar, Marcum Coriolanum patriam oppugnare conantem* Vidit Lipsius erratum, & legerat: *patria interitum perficere conantem.* Elegantior multo ex meo, quam fero, *Marcum Coriolanum patria interitum conantem.* Si quis, certe hic auctor, glossematis pessime laborat.

Lib. VI. Cap. III de Domitio.

III. *Vulgata scriptura defensa.* *Interrogatumq; quo telo eam bestiam confecisset, post quam comperit vsum venabulo, cruci suffixit.*

Doctissimi viri ita legi maluerunt. male. Edixerat Domitius ne quis telum haberet. At venabulum teli species: iam quam ineptum quærere quo telo, quum constet de facto, hoc est gesti isse telum?

telum? nam satis præiudicii in telo. sodes considera Valerii verba, ait: *vsum venabulo cruci suffixit.* addit rationem, *quia telum prohibuerat.* Vulgata itaque scriptura verissima, quam cum Pighii quidam, & meus, tum Cicero in Verrinis certo asserat his verbis: *Quæsisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse, venabulo.* Dixi Venabulum esse speciem teli. vere Telum tritatim accipitur; stricte, pro sagittis, & fundis. Cæsar. lib. I. de bell Ciu. *Sic quotidie eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur.* Late, pro omni genere armorum, quod manu mittitur, etiam lapide. Caius IC. l. si caluitur, §. telū, D. De verb. signif. Sisenna historia IIII. *Manuales lapides dispertiit, propterea quod is ager huius modi telis abundabat.* Latissime, pro quibuslibet armis. Tacitus Germania: *Nec ferrum quidem superat, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladijs aut maioribus lanceis vtūtur; hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo vel cominus vel eminus pugnet.* pro cultro Liuius libr. III. *Strictum erat telum* (dixerat antea, ab lanio cultro arrepto) *tenens, respersusque ipse cruore tota in se castra conuertit.* Falce, idem lib. XI: *Iere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus, gesisque bini armati.*

Lib. VIII. cap. XV. De Mario.

Imperator (Africanus) *ipsum respiciens supra se cubantem, vel hunc, dixit.* ita meus, ita vulgati, ita Plutarchus Mario, inquit, interprete Cruserio: *Et cū sermo aliquando esset a cœna illatus de Imperatorib. atque ex conuiuis vnus, siue serio ambigeret, siue assentandi caussa, rogaret Scipionem: quem nam post ipsum pop. Rom. talem ducem & principem esset habiturus? Scipio manu humero Marii, qui supra eum cubabat leuiter percusso, hunc fortasse, inquit* Pighius tamen e duobus Manuscriptis immutiuit: *infra cubantem.* quo motus non exputo. an putauerit summum locum dignissimum? non adfirmo. Hoc scio, Medium dignissimum fuisse, & Imperatoris, docuerunt multi: allusit Minutius in Octauio: *Et cum dicto eius adsedimus: ita vt me ex tribus medium lateris ambitione protegerent, nec hoc obsequii fine, aut ordinis, aut honoris: quippe cum amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat.* Satis habes pro Panegyrico, nugas; pro laude, culpas. Vale nobilissime Vir. *Idem contra Pighium defensus.*

Iuuenalis aliquot loci emendati. insuper varia lectiones in duobus versib. Sicambrum cæsaries Prostare. Fluctus Oceanus. Seneca vetus scriptura in transitu defensa. Machæra Hispania Græcis in conuiuio saltare consuetudinis honesta, non Romanis. Horatii locus. Mos veorum. Rudere suum.

EPISTVLA V.

MARTINO CRVSIO.

SI quando Schola nostra humanitatis studiis floruit, nunc

maxime floret. multa claraque exempla sunt, instar omnium tu doctissime Crusi. Quid enim fugientis vel Græciæ, vel Romanæ vetustatis, quod te fugiat? quid amabilis nouitatis quod lateat, atque ad vetera non componas? & monimenta tua quis nescit? quo nomen, nisi qui Musas? Ideoque nec Di sinunt, vt alium mihi super aliquam multis in Iuuenale Notis capiam iudicem. quidquid sane pronuntiabis, sanum mihi sartumque erit.

Satura IV.

Iuuenalis correctus. *Tanquam de Geticis aliquid, toruisq; Sicambris*

D. Cluros.

I. Manuscriptus meus; *tortisq; Sicambris.* non male, magna illorum commendatio a cæsarie. ipse noster infra Sat. 13.

Iuuenalis. *Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam*
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirros?

Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et alii, quos infinitum sit adferre.

Satyr. VI.

II. *—— tunc nuda papillis*
Constitit auratis.

MS. melius, *prostitit ornatis.* verbo solemni ad hanc rem.

Post multa,

—— iam cognitione peracta

III. *Profectura domo Sicula non mitior aula.*

Dium Fidium appello, quis doctorum exinde hunc locum recte & ordine capit? vnus meorum cum vulgato Griph. An. 46.

parata
Prafectura domo Sicula, &c.

Alter vero: *Præfectura domus Sicula.* Rectissime, & vnice ad Iuuenalis mentem.

Statim;

IV. *Aut animæ: tanti est quærendi cura decoris.* ambo mei:
Aut anima tanti anquirendi est cura decoris.

Satyr. XI.

V. *Qualis in Oceani fluctu testudo nataret.* ambo: *Qualis in Oceano fluctu*

Optime, sic paullo post; *Littore ab Oceano Gallis venientibus & Dis.*

Seneca lectio firmata Fluctus Oceanus, vt Græcia iuuentus, Gallia mulier, & Hispania machæra. Senec. de Benefic. li. 5. Qui inquit; *Nam galeam illā si videres cognosceres. Machæra enim Hispanica diuisa* caue auscultes doctissimo Brodæo, emendanti *machæra Hispanica,* imperite.

Ibidem.

VI. *Noua lectio.* *—— ille fruatur*
Vocibus obscenis, omnique libidinis arte,

Qui

Qui Lacedæmonium pedeumate lubricat orbem.

Quod dici solet: Africa semper aliquid noui, caue hodierno de Africa capias, sed manuscriptis libris; velut ego post tot correctiones, an coniectiones dicam? ex antiquissimo meo monstrum pario nouum. nam quod Domitius, Merula, Valla, Turnebus *Pytismate*, Politianus *Pitylismate*. Flauius, *poppysmate*, Alciatus, *pyreismate*, Brodæus *periemate*, Mercurialis *propty|smate*, Muretus *Petteumate*, Lipsius vero, *pygismate*, nec vola, nec vestigium in meis. liber quem laudo, habet; Elegãs locus apud Arno. adu. gent. lib. 2.

Qui Lacedæmonium pede nudo lubricat orbem.

Scriptura noua, non visa, non lecta hactenus. Video quid ad confirmationem dici possit; sed vereor vt solide sat s. Mos Græcorum in conuiuiis saltare. Probus Epaminonda: *Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis persona: Saltare enim in vitiis poni. quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur.* Vnde & Homerus saltationem & cantationem ἀναθήματα δαιτός, vocauit. etiam nudos. præter Athenæum Cicero in L. Pisonem: *Cum collega tui*, inquit, *domus cantu, & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. Hic autem non tam concinnus heluo, nec tam musicus, iacebat in suo Græcorum fœtore & vino.* nec aliter capio Horatium ode pen. lib. 1.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus.

Quod tamen apud Romanos summæ infamiæ. Probus dicto loco. Hinc Cicero Gabinium, & Catilinam; Cato Murænam saltatores vocarunt: hinc idem Apronio Verrin VIII. obiicit, *quod accubante prætextato prætoris filio, in conuiuio saltare nudus cœperat.* Et inimici Deiotari referente Tullio his verbis: *Quid*, inquit, *deinde furcifer? quo progreditur? ait lætitia Deiotarum elatum vino se obruisse, in conuiuioque nudum saltasse.* Et Velleius Planco, *Quod cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus, Glaucum saltasset, in conuiuio.* Itaq; Poeta. Sed desino accommodare, teque dubium dimitto dubius ipse & incertus. Redeo in lineam & gradum. Vide in Pison. Catilin. 2. Pro Muræn.

Sat. XIII.

VII.

———Nemo dolores
Fingit in occasu, vestem diducere summam
Contentus.

Nugantur hic interpretes. Optimus meus MS. corrigit,

———Nemo dolores
Fundit in hoc casu, vestem deducere summam
Contentus.

Certissime. ait Poeta, nemo in funere fundit dolorem, contentus dicis gratia deductione vestis commouere alios. Respexit ad me-

xem reorum; quibus ad inuidiam aduersario creandam, & iudicem commouendum sollemne erat deducere vestem, nudare corpus, ostendere cicatrices. Cicero II. de Oratore; *Sensi equidem* (inquit Antonius) *tum magnopere moueri iudices, cum excitarem mæstum ac sordidatum senem, & cum ista feci, quæ tu, Crasse laudas non arte, de qua quid loquar, nescio, sed motu magno animi, ac dolore, vt discinderem tunicam, vt cicatrices ostenderem, cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens multis lacrymis suis adiuuaret.* Pluria exempla suppeditabit Liuius, & insigne lib. 45.

Satyr. XV.

XII *Et cum remigibus grunisse Elpenora porcis.*

Proba hæc scriptura; nescio tamen quid noui denuo iaciat codex, quem sæpius laudaui, & cui plurimum apud me fidei, exprimit *rutisse.* diu cogitaui, nec excogitaui, an *rudisse?* Rudere enim porcorum siue suum. Lucillius libro VI. apud Varronem & Nonium.

Hæc, inquam, rudet e rostris, atque heiulitabit.

at versus peccat.

Noctium Atticarum scriptori Agellij nomen firmatum. An capitum argumenta ipse scripserit, dubitatum. Gallus Auienus recensuit noctes, quas aliquot locis emaculatas, imo auctas. Habere. Congerere. Attoniti. Obstiti. Alumen igni resistit. Tmesis familiaris Lucillio. Cur Theseus Neptuni filius appellatus?

EPISTVLA VI.

HENRICO STEPHANO.

Ego ne vt ad cuiusquam iudicium in Agellii Noctibus prouocem quam ad tuum? vix me hercle si ab inferis redeat Gallus Auienus. nec grauate sedebis: cum ipsius auctoris caussa; qui immensum tibi debet; cum mea; quem & obuia comitate, iam nuper in nundinis excepisti; & munere lectissimorum Schediasmatum honeste ore dimisisti.

Manuscriptus Codex, quem laudabo, quamuis vix ante ducentos annos exaratus, tamen optimæ notæ vt fere minima maxima a doctis editarum obseruationum fideliter exhibeat, in frontispicio noua ac mira libri inscriptio; est: *Agellij P. Noctium Atticarum libr. 19. qui supersunt cum argumentis Gallus Auienus VC. RC.* Tria eruas. Primum Noctium auctori nomen Agellium, & cognomen fuisse. Nam elementum P, tale innuere videtur alterum, non priuis codicibus exstitisse capitum argumenta, vt propterea nec ab Agellio sint. Nam statim initio libri primi incipit: *Agellij P. noctium Attic. libr. I. cum argumentis. incipit feliciter.* Et decimi libri Agell. *lib. d. sine argumentis.* Tertium, Auienum virum

Agellij nomen.

Gallus Auienus.

rum clarissim. recensuisse Noctes: ita enim interpretor has Notas V C. RC.

Lib. II. Cap. XXIX. *In Agellio aliquot emẽdationes.*

Auicula est parua, nomen est cassita. habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, vt appetat messis pullis iam plumantibus. Ea cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores. *I.*

Scriptura bene constituit. meus tamen pro, *habitat*, edit, *habet*, pro, *in sementes forte concesserat*, *congesserat*. vtrumque bene, & oppido eleganter. nam *habere*, est habitare Plauto, Ciceroni, & & cui non? Congerere vero nidificare, Seruio auctore ad istud Virgilii,

notaui

Ipse locum, aëriæ quo congessere palumbes.

Lib. V. Cap.

Sed consuluisse vniuersas dicit, quasi attonitas, & obstipidas delinimenti ad origines vsque vocis permanantibus. Cui suspicio insanæ scripturæ? meus turbat. *quasi attonitas & ostitas.* fallor? an me ludit amabilis insania, legerim, *q. attonitas & obstitas.* Attoniti enim proprie sunt, quorum mens, & corpus, aut fulminis, aut incredibili pauore vel nouitate, obstupescit itaque vt cresceret oratio, addit, *& obstitos.* Obstiti autem violati attactique de cœlo, vel vt Cincius, ii qui deo, deæque obstiterint, id est, qui viderint, quod videri nefas esset. Considera iam quam adposite possit transferri. *Ita & vet. edit.* *II.*

Lib. X. Cap. X.

Decemuiros Druttiani verberauere, meus perpetuo *Brettiani.* Græco more. didici a doctis in Liuii Manuscriptis vbique scriptum *Brettii.* *III.*

Lib. XV. Cap. I. fine verborum Quadrigarii:

Ignem admouit. satis sunt diu conati: numquam quiuerunt incedere, ita Archelaus omnem materiam obleuerat alumine. in margine MS. alii quidam legunt, *albumine*. quiqui illi fuerunt, cerebrum excussit quod de alumine dixerat, ignem non metuere. videbatur falsum, ideoque *albumen* e Plinio substituerunt, an recte non huius loci passiuam scripturam confirmat Ammianus libr. XX. *Persæ assidue malleolos atque incendiaria tela torquentes laborant in cassum: ea re quo humectis scalu, & centonibus erant operta plures materia. alia vncta alumine diligenter, vt ignis per eas laberetur innoxius.* plura non ingero, quæ breui ad Ammianum Marcellin. edo ex Strabonis lib. XV. Paufania, aliis. *IV.*

Lib. VII. cap. II in Ennii versu:

Hannibal audaci cum pectore dehortatur.

MS. cum Nonio, *de me hortatur*. tmesi figura, quam Ausonius Epistula ad Theonem Lucillio domesticam dicit.

LII

Neptuni filios dixerunt, Cyclopa & Cercyona, & Scyrona & Læstrygonas.

Auctior MS. *Læstrygonas atque Thesea.* an legitime, non disputo. hoc calidus scio, ob fortitudinem Neptuni F Thesea audiisse. tamen quid huc? Tu arbiter esto Henrice Stephane.

Colui industria. Apuleii locus desperatus, non tentatus. alter emendatus. Siphones.

EPISTVLA VII.

PETRO CVLVIO.

QVem locum in Apuleio desperatum pronuntiasti Petre Colui, cum ad te collyriis noue adhibitis tentatum etiam, tamen forte an adlectum amicitiæ contrahendæ mitto. mire tantamen in probissimo scriptore castigando industria, tanta in ta namque in probissimo scriptore castigando industria, tanta in explicando eruditio, vt me hercle

si linguas decem

Habeam, vix habeam rem satis qui delucem. Vide igitur fine Apologiæ secundæ:

Apuleii locus desperatus,

Si in omnibus non modo criminibus verum etiam male dictis procul a culpa Philosophia tutus sum, si Philosophia honorem, qui mihi salute mea potior est, nusquam minus, imo contra, vbique si cum septem panis eum tenui.

In istis verbis duplex mihi mendum: alterum inobseruatum tibi doctissime Colui. nam, *procul a culpa Philosophia tutus sum,* quid sibi vult? omnino legendum, *a culpa magiæ.* Omitto multa, quæ dici possent, vel in totis Apologiis, quid crimini magis datum, quam magiæ crimen? Et hic vulgata si placeat, cum concludit bonus scilicet orator prætereat tamen. hoc primum. Deinde in locum horum *si cum septem panis eum tenui:* tu Colui substituis coniectura, *si conseptum pinnis* quo quid velis explica. nam æque cum ignarissimis ignoro. ductum literarum respiciam: legerim; *si in incepto te vanissimum tenui:* aut. *si conceptum te vanissimum tenui. vanissimum,* edolauit τὸ *panis eum.* forte an errauit librarius in *b* & *p.* affinitate. iam vero mutuum facere *b.* ac *v.* norunt, qui norunt quid distent æra lupinis.

Lib. de Dogmate Platon.

Idem emendatus.

In media namque regione oris nares natura constituit, quarum symphonia oder cum spiritu commeat.

Quæ hæc amabo *symphonia:* animaduertit popularis tuus Bonau, Vulcanius vir vtriusque linguæ in paucis peritus latere quid aliud legerat, *b.f.rivia* optime ad sensum, pessime ad verba vulgata placeat. *quarum siphonibus odor cum spi c.* quod mihi amicus meus acuti ingenii iuuenis Aut. Boudanus Gallus probauit. erro-

ais caussa in procinctu: Siphones sunt fistulæ, per quas aqua fluit, a sono, quem quodammodo exprimunt dictæ. Iuuenalis:

Effigiemque dea longis siphonibus implent.

Vnde noster eleganter, hoc est, more suo, huc traduxit. nam nares vicem siphonū funguntur. vnde sit ὀχετάγματα Polluci aliisq;

De Nonio quid dictum. Veterum quorundam apud illum fragmenta facta medicina, Quod de nata est. Is visere. Im pro eum, Attio apud Macrobium restitutum. Capeduncula. Huic est animus propitiabilis. Dubitatum de verbis Nonii.

EPISTVLA VIII.

FRIDERICO SYLBVRGIO.

ITerato venio, Friderice Sylburgi. Quem puerum pene ad Nonii quædam olim bene docueris, amabo doceas & adulescentem. Paucula sunt quæ mittimus. nam de Nonio in vniuersum ita censeo, esse reuera suauem, sed immunem ingenii male feriati lusam. Etenim quis vel inuitus Muiis veteris cuiusdam Poetæ, ac Historici male mulcata, aut deposita verba non torqueat aut retorqueat: non vt vt animet? Et tamen si quid horum præstitimus, pulcre hoc discedere putamus, atq; quasi ob ciueis seruatos laureolam inde quærimus. Tu ista vide; quæ siue in laudes, siue culpas transcripseris mihi, æque gratulabor. cum & calculo iuuari, & lima corrigi ab eo, cui immensum quantum bonas literas deberi boni, ac grati omnes fatemur, non præclarum modo, sed multimodis honorificum exsistat: *De Nonio.*

Ait apud Nonium in *Consternari* Pacuuius Peribæa: *Pacuuius emendatus.*

Consternata anima. ex pectore hac, & voluere
Consilium subit omnes quod de nata est modo.
Quo pacto in m cu m rt m, & huic vitam efferas.

Scio quid doctis viris hic placuerit. at morem maiorum dixerim non aduerterunt: τὸ *consternari*, hic esse erigi, cuius gratia Nonius hoc laudat fragmentum. Veteres libri habent,

Consternare anima. & subito omnis. Lego;

Consternare anima, expectora hac, ut voluere
Consilium subito mens, quod de nata est modo,
Quo p. i. m. & h. v. adferas.

Peribæa speculum humani actus & miseriæ. Sermo est inter coniuges: quorum filia, an per vim fortassis capta, magnum matri cordoliū dedit. maritus vxorem animi consolatur ægram, ac ait, Erigeris mea anima, expectora, hoc est, ex animo hoc modo eiice nam totus in eo iam sum, quod attinet quod de filia est quo pacto inimicos vlciscar, & natam recipiam postliminio. Eleganter dictum, *quod de nata est modo*, more Ciceronis, Terentii, Plauti Asinaria:

Quod illa aut amicum aut patronum nominet,
Aut quod illa amicam amatorem predicet.

It voluere, est parat voluere. vt Terentiu, *it visere.*

In Feruit.

Afranius restitutus. Afranius Epistula: *Ego misera miso clandestinorum pietor fera matera menstrua feruere.* Forte an, *Ego misera visu clandestino rumpier, torpere natura.* (nam veteres vulgatu natura) *menstrua feruere.* Quædam puella occultum suum hic post Veneris res refert nixum verbis, quæ a sacris arceat Vesta. *rumpier*, pro rumpebar, siue defatigabar, &c.

In Rostrum.

Lucilij versus. Lucillius Satyr. lib. 9. *Arripio & rostrum labe atque hoc referiatim Percutio.*

Legerim: *Arripio & rostrum, labiasq; basice feriatim Percutio.*

Aut si mauis cum amico meo,

Arripio & rostrum labiasque huiusce viri, atque im Percutio.

Im, est *eum*. quod restituendum quoque L. Accio apud Macrobium Saturnaliorum. 1. cap. 7. vbi docti viri vulgarunt: *Eumque diem celebrant: per agros vrbesq; fere omnes.*

Manuscriptus, quem mihi commodauit doctissimus & humanissimus vir Leonhar. Engelhardus, *Imq; diem celebrant.*

In Factio.

Cæcilius. Cæcilius Philumena: *Lata eorum occultabat factio.* Mirum in hunc locum citet Agellius lib. 2. cap. 23. in Plocio. *Nam opulento*, inquit, *famam facile occultat factio.*

In Betere.

Pacuuius correctus. Paccuuius Hedo. Si *recto pergitur, iam si ire conor prohibet betere.* Placuit Iunio. *Si recto pergit iter, tum si ire conor prohibet beteres mihi, Si recto d vrget iter, iam si ire conor prohibet b.*

In Propitiabilis,

Ennius Capiunculas Huic est animus propitiabilis, ita & adolabilis, id est, sine dolore. Iunius corrigit. *Ennius Capeduncula: Huic est. &c.* nō meminens sum me leg ille, Enniū scripsisse *Capeduunculam*, aut *Cupiunculam*, aut *Cupunculam*. tentauerim, *Ennius: Capeduncula: Huic est, animus propitiabilis.* nescio quid sub se latens & priscum habeat, quo alludere videatur Cicero III. de Natur. deor. *Quando*, inquit, *me in hunc locum deduxit oratio, docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure Pontificio, & more maiorum Capedunculis iis, quas Numa reliquit.* Et Octauius in Minutio: *Litabilis hostia bonus animus, & pura mens, & sincera sententia.* Reliqua verba nec Ennii, nec ego capio. qui enim *adolabilis idem quod sine dolore*, & non potius, *ad adolendum?*

Plauti

Plauti Asinaria vulgata lectio contra viros doctos seruata. Conclamare mortuos non apud Romanos modo, sed Græcos quoque morιs. Ilicet clamabat præfica. Supremum comitati funus.

EPISTVLA IX.

IANO DVZÆ FILIO.

VIde virtus quam potenter possit. non visum te, Iane Duza, ignotus ipse diligere cœpi, cum propter Nobilissimi parentis tui erga literas ardens promerendi studium, tum eximias ingenii tui dotes, sæpissime a vestratibus mihi prædicatas, & vero re ipse iam nuper in Plauto comprobatas. Ea propter & adfectus nostri testandi, & amicitiæ constituendæ misimus proxime iuuenilia nostra in Velleium; iam vero serio confirmandæ, istud Plautinum. quod sub acris iudicii tui acumen vt reuoces atq; iterata lima honestes, magnopere obtestamur.

Asinaria Scena; *Cur me retentas?*

P. saluere me iubes, qui tu abiens adfers morbum.

A. Mater mihi supremum tua dixit, domum ire iussit.

Viri docti, & pater tuus: *mater mihi supremam tua dixit.* atque referunt ad iudiciorum ordinem. Non adsentior vulgari scriptura mihi sana. Opinor potius adludere Comicum ad ritus funerum. circa quæ & hi obseruatione eximii. Mortuos Romanis non domi modo, sed etiam inpositos rogo postremum conclamabant deinde comburebant. testis Plinius & Seruius. quod a Græcorum fere non abhorret. nam hi ter mortuos euocabant, Athenæo auctore & Homero. neque eos modo, qui in patria, sed peregrina quoque terra mortem obierant. Tzetzes; *Plauti vulgata scriptura defensa.*

Olim morientes in terra aliena
Qui simul peregrinabantur cum ipsis, ter euocabant
Vt Homerus docuit, in libro Odyssea.
Hoc autem faciebant, velut memores amicitiæ:
Atque si ita relictus esset, ad vocem concurrebat.

Cadauere vstulato, ceterisque omnibus rite peractis, præfica alta voce pronuntiabat, *Ilicet*, quod Virgilius VI. Æneid. Seruio teste, hoc versu,

Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

nominat *nouissima verba.* quis prolatis, tum demum cuncti, qui comitati funus ad se redituri extremum vale clamabant: Varro Logisterico. Virgilius *supremum* vocat lib II. Æneid.

Condimus & magna supremum voce ciemus.

Huc respexisse Plautum adfirmo nam cum ait *supremum dixit*, quid aliud intelligit, quam cum Virgilio *extremum vale*? cum, *domum ire iussit*, quam, *Ilicet*? Ilicet enim est, ire licet; verbum sol-

quid ita? indicat in eadem: *Itaque alii ciues Romani ne cognoscerentur, capitibus obuolutis e carcere ad palum, atque ad necem rapiebantur.* Vera igitur, quam dixi, opinio nostra frequentissimi tamen Romanis vsus velatio siue opertio capitis. cuius per Satyram quasi lubet cogere quædam prætermissa, aut neglecta potius iis, quibus hoc pontificium. Velabant & operiebant se veteres vel propter sacra, vel subitam, creperam, aut desperatam aliquam rem, aut malum. Propter illa; Veneraturi Deos. Plautus Amph. Scen. *Spes atque opes:*

Inuocat Deos immortales vt sibi auxilium ferant,

Manibus puris, capite operto. idem Curculione. respexit huc Titinnius apud Nonium, *lauit Psaltria:*

Manus lauite, mulieres & capita velate. Lucretius lib. v.

Nec pietas vlla est velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem.

Ouid. 1. Metamorph.

Et velate caput, cinctasque resoluite vestes.

Tibullus lib. 1. eleg. v:

Ipse ego velatus filo tunicisque solutus
Vota nouem Veneri nocte silente dedi.

Vnde apud Suetonium Vitellio cap. 2. legas: *Idem (Vitellius) mirus in adulando ingenii, primus C. Cæsarem adorare vt Deum instituit: cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato,* &c. Velabant autem non peculiari quodam, vt quidam opinantur, his vsibus destinato velamine, sed plerumque parte vestis: Seneca Hercul Furent. vers. CCCLV:

Namque ipsa tristis: vestis obtectu caput
Velata, iuxta præsides adstat Deos.

Ioseph. lib. vii de bello Iudaico. *Vespasianus cum diceret adhuc vellent, silentii signum dedit magnaque omnium quiete facta, surrexit, & amictu magnam partem capitis adopertus, sollemnia vota celebrauit, idemque fecit Titus.*

Flamines, Fetiales & Augures. Varro de Ling. Lat. *Flamines quod in Latio capite velato erāt semper, ac caput cinctum habebant filo, Flamines dicti.* De his Cicero & Liuius lib 1: *Augur ad læuam eius capite velato, sedem cepit.* De istis idem eodem loco: *Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est) Audi Iupiter,* &c.

Imperatores pro Rep. se deuoturi Liuius lib. 8. de Deco, Macrobius Saturnal. 3; Cicero de Natura Deorum II: *At vero, ait, apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam Imperatores etiam seipsos Diis immortalibus, capite velato verbis certis pro Rep. deuouerēt.*

Tribuni plebes consecraturi bona alicuius damnati: Cicero pro Domo: *Vidimus hoc idem Gn. Lentulo censoribus tribunum pl. facere: nunquid igitur is bona Lentuli religioni obligauit? sed quid ego*

veteres? tu, tu inquam, capite velato concione aduocata foculo posito bona tui Gabinij, cum regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaras, consecrasti.

Ver sacrum facturi, natos vere sacro. Festus: *Sed cum crudele videretur, pueros ac puellas interficere, perductas in adultam ætatem velabant, atq; ita extra fines suos exigebant.*

In Nuptiis (libens adnumero sacris propter auspicia) Noua nupta. Tertullianus libr. de Virg. veland. *Etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur.* Hincque Ælius & Cincius *nuptias* dictas putabant quia *caput nubentis obuoluatur flameo*, hoc est, velo coloris lutei. nam luteus color Nuptiarum proprius. Plinius li. 21. cap 8. aliique. Imo & candidus, obseruaui e Cassiodori libr. 4. Epist. 1. *Quapropter*, inquit, *Salutantes vos gratia competenti, indicamus nos venientibus legatis vestris, impretiabilis quidem rei, sed more gentium suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decet esse nuptiales.* Ratio porro ritus non pudor solum, sed etiam vt eo velamine nupta obnoxiam se viro ostenderet. Tertullian. dicto libro: *Ipsa enim sunt quas subiectas esse oportet: propter quas potestas supra caput haberi debet. velamen iugum illorum est.* Dixi præterea propter rem subitam aut desperatam. Vnde Plautus Mostellaria, Scena, *Iupiter supremus:*

——TR. *quin etiam illi hoc dicito,*
Facturum me, vt ne etiam adspicere ædes audeat
Capite obuoluto, vt fugiat cum summo metu.

Idem Scena sequent.

TR. *Caue respexis fuge, atque operi caput.*

Pænulo Scena; *Quid est quid multis.*

——*quin si tu vetes*
Operire capita, ne nos Leno viderit.

Hinc vbi Pomponius apud Nonium Operibo:

Prafecto, Morum pater at est, negato esse, hic me operibo. legendum; *Præfecto Morum. pater adest. N. St. negato esse hic me operibo caput.* Liuiusque de Appio lib. 3. *Appius vitæ metuens in domum se propinquam foro, insciis aduersariis, capite obuoluto recepit.* Hinc Petronius: *Tarde*, ait, *imo sero intellexti, me in fornicem esse deductum. exsecratus itaque anicula insidias operui caput: & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem.* Ibidem: *Operuerat Ascyltus pallio caput: ammonitus scilicet periculosum alienis interesse secretis.* Vnde & supplices. Virg. sæpe. lib 12. Æneid.

Exorant pacem Diuum,
——*Velati lino & verbenis tempora cincti.*

Velleius lib. poster. de Lepido: *Lepidus, & a militibus, & a fortuna desertus, pulloq; velatus amiculo, inter vltimam confluentium ad Cæsarem turbam latens genibus eius aduolutus est.* In funere filii, Plutarchus in Ῥωμαικοῖς, quiq; efferebant funus: Persius:

Hesterni

Hesterni capite induto subiere Quirites.

Vbi, quem sæpius laudo, liber, *ob nupto subiere Quirites*. non mala. vt non tam alludat morem libertorum in funere, & vero ostendat insuper funus velatis extulisse capitibus. Deniq; obituri mortem voluntariam. Horatius 2. Sat. 3.

Non male re gesta cum vellem mittere aperto
Me capite in flumen.

Aut violentam. Suetonius Cæsare cap. 82. *Vtque (ait) animaduertit Cæsar vndique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit.* Idem de Nerone, cap. 48. *Vt erat nudo pede atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit adaperto capite, & ante faciem obtenso sudario, equum ascendit.* De Pompeio Plutarchus: *Ille ambabus manibus faciem toga intexit, nec quidquam indignum se locutus est, nec fecit.* Velleius de Callio: *Existumans hosteis esse, qui irruerent lacerna caput circumdedit, extentamque ceruicem interritus liberto præbuit.* Tantum sciui. si quid tua caussa; pactum habe ab obnoxio & volente. Salue.

Solini complures loci emendati. Iphitus Elius: Antonij Del-rio laus. Iphiclus Herculis filius. Assa siue asta Tibia. Astare. Terræmotus Tiberij ætate. Hylas Fellitare.

EPISTVLA XI.

SEBASTIANO BLOSSIO PHILOSOpho & Medico.

ETiam meministi nostri Blossi? vix credo nam hactenus nihil ad nos. Fidem tuam adpello, siccine decuit? siccine inter nos discessum? hercules ne grauiora audias, maculam istam numero elue, & simul super his Solini iudicium tuum perscribe.

CAP. II.

Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum, Iphitus filius eius instaurauit, post excidium Troiæ anno quadringentesimo octauo. Quid audio? Iphitus Herculis filius? tempora vide, & Pausaniam, qui Iphitum Hæmonis filium facit. Manuscriptus meus, *Iphitus Eitius instaurauit.* Certum non arbitrarium esse, legendum, *Iphitus Elius instaurauit.* Satis ad hoc probandum Velleius libro priore: *Clarissimum deinde, inquit, omnium ludicrum certamen, & ad excitandam corporis, animique virtutem efficacissimũ, habuit auctorem Iphitum Elium is eos ludos mercatũq; instituit ante annos, quam tu M. Vinici, consulatum inires DCCCXXIII. hoc sacrum eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme ∞CCL. Atreus, cum Pelopi patri funebres ludos faceret quo quidem in ludicro omnis generis, certaminum Hercules victor exstitit.* Miror reuerendum Antonium Del rio, virum nunquam sine præfatione laudandum, ac cui au- I. *Solinus emendatus. Elii corr. prior.*

Celsi prætereunt austera Poemata Rhamnes.
Statius lib. I. Silu. I v.
Non iubente Numa timuit sic curia felix
Pompeia nec Celsus eques.
Peccatum versus quilibet facile excusabit.

Valerius emendatus, atque contra Pighium defensus. Abactus partus. Magistratus. Domitij Edictum. Telum varie sumitum. In conuiuio dignior locus medius.

EPISTVLA IV.

IOANNI AMBROSIO BRASSICANO
V. amplissimo Consiliar. Cæsar.

NE in publica commoda peccem, rem sua fronte edisseram. Tu fortasse, cognate Brassicane, Panegyricum & flagitas, & exspectas: at ego quasi ex peregrina, delicataq; merce nugas meas tibi prodo. quas malum; inquies. Emendatiunculæ sunt reliqui in Valerio mendi tametsi autem in aula occupatissimus viuas, nec per grauiora ista leuia tractes, ea tamen tua eruditio est; qua patrem, patruumque & familiæ, & Germaniæ nostræ ornamenta non sequeris modo, sed adsequeris; ea in humanos humanitas, ea in mea beniuolentia tua, vt istis paratam censuram, mihi vero obstrepenti facilem veniam pollicear. vt vere, etiam atque etiam rogo.

Lib. IV. Cap. VI.

Valerius emendatus. I. *Territa metu, ne qua vis ei esset allata, exanimis concidit, partūq; quem vtero conceptum habebat, subita animi consternatione, & graui dolore corporis eiicere coacta est.*

Optimus liber, *graui dolore corporis abiicere coacta est.* Emendo; *abigere coacta est.* merum Latium. quamuis & alia lectio in ora libri Manuscripti, *graui dolore corporis abacta est.* Venter, partus abactus, per vim eiectus. Paullus Iurisconsultus Sentent. 4. *Abactus magistratus, qui coactus deposuerat imperium.*

Festus Lib. v. Cap. II. initio.

II. Vulgata scriptura defensa. *Atque vt a publicis actis ordiar, Marcum Coriolanum patriam oppugnare conantem.* Vidit Lipsius erratum, & legerat: *patriæ interitum perficere conantem.* Elegantior multo ex meo, quam fero, *Marcum Coriolanum patriæ interitum conantem.* Si quis, certe hic auctor, glossematis pessime laborat.

Lib. VI. Cap. III de Domitio.

III. Vulgata scriptura defensa. *Interrogatumq; quo telo eam bestiam confecisset, post quam comperit vsum venabulo, cruci suffixit.*

Doctissimi viri ita legi maluerunt. male. Edixerat Domitius ne quis telum haberet At venabulum teli species: iam quam ineptum quærere quo telo, quum constet de facto, hoc est gestasse

telum?

celum?nam satis præiudicii in telo. sodes considera Valerii verba, ait: *vsum venabulo cruci suffixit.* addit rationem, *quia telum prohibuerat.* Vulgata itaque scriptura verissima, quam cum Pighii quidam, & meus, tum Cicero in Verrinis certo asserat his verbis: *Quæsisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse, venabulo.* Dixi Venabulum esse speciem teli. vere Telum trifariam accipitur; stricte, pro sagittis, & fundis. Cæsar. lib. I. de bell. Civ. *Sic quotidie eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur.* Late, pro omni genere armorum, quod manu mittitur, etiam lapide. Caius IC. l. si caluitur, §. telũ, D. De verb. signif. Sisenna historia IIII. *Manuales lapides dispertit, propterea quod is ager huiusmodi telis abundabat.* Latissime, pro quibuslibet armis. Tacitus Germania: *Nec ferrum quidem superat, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladijs aut maioribus lanceis vtũtur; hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo. vel cominus vel eminus pugnet.* pro cultro Livius libr. III. *Strictum erat telum* (dixerat antea, ab lanio cultro arrepto) *tenens, respersusque ipse cruore tota in se castra conuertit.* Falce, idem lib. XI: *Iste pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus, gesisque bini armati.*

Lib. VIII. cap. XV. De Mario.

Imperator (Africanus) *ipsum respiciens supra se cubantem, vel hunc, dixit.* ita meus, ita vulgati, ita Plutarchus Mario, inquit, interprete Cruserio: *Et cũ sermo aliquando esset a cœna illatus de Imperatoribus atque ex conuiuis vnus, siue serio ambigeret, siue assentandi caussa, rogaret Scipionem: quem nam post ipsum pop. Rom. talem ducem & principem esset habiturus? Scipio manu humero Marii, qui supra eum cubabat leniter percusso, hunc fortasse, inquit* Pighius tamen e duobus Manuscriptis immutiuit: *infra cubantem.* quo motus non exputo. an putauerit summum locum dignissimum? non adfirmo. Hoc scio, Medium dignissimum fuisse, & Imperatoris, docuerunt multi: allusit Minutius in Octauio: *Et cum dicto eius adsedimus: ita vt me ex tribus medium lateris ambitione protegerent, nec hoc obsequii fine, aut ordinis, aut honoris: quippe cum amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat.* Satis habes pro Panegyrico, nugas; pro laude, culpas. Vale nobilissime Vir. *Idem contra Pighium defensus.*

Iuuenalis aliquot loci emendati. insuper variæ lectiones in duobus versib. Sicambrum cæsaries Prostare. Fluctus Oceanus. Senecæ vetus scriptura in transitu defensa. Machæra Hispania Græcis in conuiuio saltare consuetudinis honestæ, non Romanis. Horatii locus. Mos veterum. Rudere suum.

EPISTVLA V.

MARTINO CRVSIO.

SI quando Schola nostra humanitatis studiis floruit, nunc

maxime floret. multa claraque exempla sunt. instar omnium tu doctissime Crusi. Quid enim fugientis vel Græciæ, vel Romanæ vetustatis, quod te fugiat? quid amabilis nouitatis quod lateat, atque ad vetera non componas? & monimenta tua quis nescit? quis nomen, nisi qui Musas? ideoque nec Di sinunt, vt alium mihi super aliquam multis in Iuuenale Notis capiam iudicem. quidquid sane pronuntiabis, sanum mihi sartumque erit.

Satura IV.

Iuuenalis correctus. *Tanquam de Geticis aliquid, toruisq; Sicambris Dicturus.*

I. *Iuuenalis.* Manuscriptus meus; *tortisq; Sicambris*. non male, magna illorum commendatio a cæsarie. ipse noster infra Sat. 13.

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?

Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et alii, quos infinitum sit adferre.

Satyr. VI.

II. *——— tunc nuda papillis*
Constitit auratis.

MS. melius, *prostitit ornatis*. verbo solemni ad hanc rem.

Post multa,

——— iam cognitione peracta

III. *Profectura domo Sicula non mitior aula.*

Dium Fidium appello, quis doctorum exinde hunc locum recte & ordine capit? vnus meorum cum vulgato Griph. An. 46.

parata

Prafectura domo Sicula, &c.

Alter vero: *Præfectura domus Sicula*. Rectissime, & vnice ad Iuuenalis mentem.

Statim;

IV. *Aut animæ: tanti est quærendi cura decoris*. ambo mei:
Aut animæ tanti anquirendi est cura decoris.

Satyr. XI.

V. *Qualis in Oceani fluctu testudo nataret*. ambo: *Qualis in Oceano fluctu*

Optime, sic paullo post; *Littore ab Oceano Gallis venientibus & Dis.*

Sanectæ lectio firmata Fluctus Oceanus, vt Græcia iuuentus, Gallia mulier, & Hispania machæra. Senec. de Benefic. li. 5 Qui inquit; *Nam galeam illa si videres cognosceres. Machæra enim Hispania diuisa* caue auscultes doctissimo Brodæo, emendanti *machæra Hispanica*, imperite.

Ibidem.

VI. *Noua lectio.* *——— ille fruatur*
Vocibus obscenis, omnique libidinis arte,

Qui

Qui Lacedæmonium pedeumate lubricat orbem.

Quod dici solet: Africa semper aliquid noui, caue hodierno de Africa capias, sed manuscriptis libris; velut ego post tot correctiones, an coniectiones dicam? ex antiquissimo meo monstrum pario nouum. nam quod Domitius, Merula, Valla, Turnebus *Pytismate*, Politianus *Pitylismate*. Flauius, *poppysmate*, Alciatus, *pyreismate*, Brodæus *pesiemate*, Mercurialis *propiysmate*, Muretus *Petteumate*, Lipsius vero, *pygismate*, nec vola, nec vestigium in meis. liber quem laudo, habet; *Elegās locus apud Arno. adu. gent. lib. 2.*

Qui Lacedæmonium pede nudo lubricat orbem.

Scriptura noua, non visa, non lecta hactenus. Video quid ad confirmationem dici possit; sed vereor vt solide sat s. Mos Græcorum in conuiuiis saltare. Probus Epaminonda: *Scimus enim musi: en nostris moribus abesse a principis persona: Saltare enim in vitiis poni. quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur.* Vnde & Homerus saltationem & cantationem ἀναθήματα δαιτός, vocauit. etiam nudos præter Athenæum Cicero in L. Pisonem: *Cum collega tui, inquit, domus cantu, & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, fortuna rotam pertimescebat. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus, iacebat in suo Græcorum fætore & vino.* nec aliter capio Horatium ode pe[n]ult. lib. 1.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus.

Quod tamen apud Romanos summæ infamiæ. Probus dicto loco. Hinc Cicero Gabinium, & Catilinam; Cato Murænam saltatores vocarunt: hinc idem Apronio Verrin VIII. obiicit, *quod accubante prætextato prætoris filio, in conuiuio saltare nudus cœperat.* Et inimici Deiotari referente Tullio his verbis: *Quid, inquit, deinde furcifer? quo progreditur? ait lætitia Deiotarum elatum vino se obruisse, in conuiuioque nudum saltasse.* Et Velleius Planco, *Quod cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens genibus innixus, Glaucum saltasset, in conuiuio.* Itaq; Poeta. Sed desino accommodare, teque dubium dimitto dubius ipse & incertus. Redeo in lineam & gradum. *Vide in Pison. Catilin. 2. Pro Muræn.*

Sat. XIII.

——Nemo dolores
Fingit in occasu, vestem diducere summam
Contentus. VII.

Nugantur hic interpretes. Optimus meus MS. corrigit,

——Nemo dolores
Fundit in hoc casu, vestem deducere summam
Contentus.

Certissime. ait Poeta, nemo in funere fundit dolorem, contentus dicis gratia deductione vestis commouere alios. Respexit ad me-

rem reorum; quibus ad inuidiam aduersario creandam, & iudicem commouendum sollemne erat deducere vestem, nudare corpus, ostendere cicatrices. Cicero II. de Oratore: *Sensi equidem* (inquit Antonius) *tum magnopere mouere iudices, cum excitaui mæstum ac sordidatum senem, & cum ista feci, quæ tu, Crasse laudas non arte, de qua quid loquar, nescio, sed motu magno animi, ac dolore, vt discinderem tunicam, vt cicatrices ostenderem, cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens multis lacrymis suis adiuuaret.* Pluria exempla suppeditabit Liuius, & insigne lib. 45.

Satyr. XV.

XII *Et cum remigibus grunisse Elpenora porcis.*

Proba hæc scriptura; nescio tamen quid noui denuo iaciat codex, quem sæpius laudaui, & cui plurimum apud me fidei, exprimit *rutisse.* diu cogitaui, nec excogitaui, an *rudisse?* Rudere enim porcorum siue suum. Lucillius libro VI. apud Varronem & Nonium.

Hæc, inquam, rudet e rostris, atque heiulitabit.

at versus peccat.

Noctium Atticarum scriptori Agellij nomen firmatum. An capitum argumenta ipse scripserit, dubitatum. Gallus Autenus recensuit noctes, quæ aliquot locis emaculata, imo aucta. Habere. Congerere. Attoniti. Obstiti. Alumen igni resistit. Tmesis familiaris Lucillio. Cur Theseus Neptuni filius appellatus?

EPISTVLA VI.

HENRICO STEPHANO.

EGo ne vt ad cuiusquam iudicium in Agellii Noctibus pronouerem quam ad tuum? vix me hercle si ab inferis redeat Gallus Autenus. nec grauate sedebis: cum ipsius auctoris caussa; qui immensum tibi debet; cum mea; quem & obuia comitate, iam nuper in nundinis excepisti; & munere lectissimorum Schediasmatum honesti ore dimisisti.

Manuscriptus Codex, quem laudabo, quamuis vix ante ducentenos annos exaratus, tamen optimæ notæ vt fere minima maxima a doctis editarum obseruationum fideliter exhibeat, in frontispicio noua ac mira libri inscriptio; est: *Agellij P. Noctium Atticarum libr. 19. qui supersunt cum argumentis Gallus Autenus V. C. R. C.* Tria crucis. Primum Noctium auctori nomen Agellium, & cognomen fuisse. Nam elementum P, tale innuere videtur alterum, non priuis codicibus exstitisse capitum argumenta, vt propterea nec ab Agellio sint. Nam statim initio libri primi incipit: *Agellij P. noctium Attic. libr. I. cum argumentis. incipit feliciter.* Et decimi libri Agell. *lib. d. sine argumentis.* Tertium, Autenum virum

Agellij nomen.

Gallus Autenus.

rum clariſſim. recenſuiſſe Noctes: ita enim interpretor has Notas V C. R C.

Lib. II. Cap. XXIX. *In Agellio aliquot emēdationes.*

I. *Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita. habitat nidulaturque in ſegetibus, id fermè temporis, vt appetat meſſis pullis iam plumantibus. Ea caſſita in ſementes forte concieſſerat tempeſtiuiores.*

Scriptura bene conſtituit. meus tamen pro, *habitat*, edit, *habet*, pro, *in ſementes forte conceſſerat*, *congeſſerat*. vtrumque bene, & oppido eleganter. nam *habere*, eſt habitare Plauto, Ciceroni, & & cui non? Congerere vero nidificare, Seruio auctore ad iſtud Virgilii,

notaui

Ipſe locum, aeria quo congeſſere palumbes.

Lib. V. Cap.

Ita & vet. edit. *Sed conſuluiſſe vniuerſas dicit, quaſi attonitas, & obſtipidas delinimenti ad origines vſque vocis permanantibus.* Cui ſuſpicio inſanæ ſcripturæ? meus turbat. *quaſi attonitas & oſtitas.* fallor? an me ludit amabilis inſania, legerim, *q. attonitas & obſtitas.* Attoniti enim proprie ſunt, quorum mens, & corpus, aut fulminis, aut incredibili pauore vel nouitate, obſtupeſcit itaque vt creſceret oratio, addit, *& obſtitos.* Obſtiti autem violati attractique de cœlo, vel vt Cincius, ii qui deo, deæque obſtiterint, id eſt, qui viderint, quod videri nefas eſſet. Conſidera iam quam adpoſite poſſit transferri. *II.*

Lib. X. Cap. X.

Decemuiros Druttiani verberauere, meus perpetuo *Brettiani*. Græco more. didici a doctis in Liuii Manuſcriptis vbique ſcriptum *Brettii*. *III.*

Lib. XV. Cap. I. fine verborum Quadrigarii:

Ignem admouit. ſatis ſunt diu conati: numquam quiuerunt incedere, ita Archelaus omnem materiam obleuerat alumine. in margine MS. alii quidam legunt, *albumine*. quiqui illi fuerunt, cerebrum excuſſit quod de alumine dixerat, ignem non metuere. videbatur falſum, ideoque *albumen* e Plinio ſubſtituerunt, an recte non huius loci. paſſiuam ſcripturam confirmat Ammianus libr. XX. *Perſæ aſſidue malleolos atque incendiaria tela torquentes laborant in vaſſum: ea re quo humectis ſcalis, & centonibus erant operta plures materiæ. alia vncta alumine diligenter, vt ignis per eas laberetur innoxius.* plura non ingero, quæ breui ad Ammianum Marcellin. edo ex Strabonis lib. xv. Pauſania, aliis. *IV.*

Lib. VII. cap. II in Ennii verſu:

Hannibal audaci cum pectore dehortatur.

MS cum Nonio, *de me hortatur*. tmeſi figura, quam Auſonius Epiſtula ad Theonem Lucillio domeſticam dicit.

Neptuni filios dixerunt, Cyclopa & Cercyona, & Scyrona & Lestrygonas.

Auctior MS. *Lestrygonas atque Thesea.* an legitime, non disputo. hoc calidus scio, ob fortitudinem Neptuni F Thesea audiisse. tamen quid huc? Tu arbiter esto Henrice Stephane.

Colui industria. Apuleii locus desperatus, nunc tentatus. alter emendatus. Symphones.

EPISTVLA VII.

PETRO CVLVIO.

QVem locum in Apuleio desperatum pronuntiasti Petre Colui, cum ad te col yris noue adhibitis tentatum etiam tamen forte an adiectum amicitiæ contrahendæ mitto. iure tantamen forte an adiectum amicitiæ contrahendæ mitto. iure tanta namque in probissimo scriptore castigando industria, tanta in explicando eruditio, vt me hercle

si linguas decem

Habeam, vix habeam rem satis qui deluceant Vide igitur fine Apologiæ secundæ:

Apuleii locus desperatus,

Si in omnibus non modo criminibus verum etiam maledictis procul a culpa Philosophia tutus sum, si I b.I Jophia honorem, qui mihi salute mea potior est, nusquam minui, imo contra, vbique si cum s-p-tem ; anis eum tenui.

